This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

600088029X

C.

Charles John Elliott

Cath: Hall Camb:

1840.

LUX IN TENEBRIS

Hoc est

PROPHETIÆ DONUM

qvô Deus Ecclesiam Evangelicam (in Regno Bohemiæ & incorporatis Provinciis) sub tempus horrendæ ejus pro Evangelio persequutionis, extremæqve dissipationis, ornare, ac paternè solari, dignatus est.

Submissis de statu Ecclesiæ in Terris, præsenti & mox futuro, per *Christophorum Cotterum Silesium, Christinam Poniatoviam Bohemam, & Nicolaum Drabicium Moravum*, Revelationibus verè divinis, ab anno 1616 usqve ad annum 1656 continuatis.

Quæ nunc è Vernaculo in Latinum fideliter translatæ, in Dei gloriam, afflictorum solatia, aliorumqve salutarem informationem, ipsius Oraculi jussu in lucem dantur.

BIBLIOTHECA BODLEIANA
DOMINUS ILLUMINATIO MEA

Anno inchoandæ liberationis M. D. C. LVII.

110. f. 115.

Apoc. 22. verſ. 6.

Hæc verba fidelia ſunt & vera! qvia Dominus, Deus ſanctorum Prophetarum, miſit Angelum ſuum ad indicandum ſervis ſuis, qvæ oporteat fieri citò.

Irenæus lib. 4. cap. 43.

Omnis Prophetia priusqvam habeat efficaciam, ænigmata & ambiguitates ſunt hominibus. Qvum autem venerit tempus, & evenit id qvod prophetatum eſt, tunc Prophetia habet liqvidam expoſitionem.

[redacted]

JESU CHRISTI per Europam sparsæ, Evangelium ejus amplexæ, & pro illo hucusqve Mundi odia & perseqvutiones perpessæ, Ecclesiæ:

Aliisqve Christianismum professis, lucem tamen & veritatem Evangelii ignorantibus, eóqve perseqventibus:

Sicut & in Ecclesiæ Catholicæ gremium undecunqve jamjam aggregandis Gentibus & populis: Gratiam & pacem à Deo Patre Nostro, & Domino JESU CHRISTO!

Nullum est dubium, charissimi, plerosqve Vestrûm antiqvam illam Ecclesiæ Judaicæ sub Jeremia cantilenam, AB ANTIQVO APPAREBAT MIHI JEHOVA *(Jerem. 31: 3.) facere suam: hoc est, divinas antiqvitùs (per Patriarchas, Prophetas, Apostolos) factas* REVELATIONES *firmiter credere; præsentibus autem, si quæ se recens offerant (quales tum temporis Jeremiæ visiones erant) diffidere, eâqve ratione minùs sibi qvàm patribus olim prospectum existimare.*

Donum prophetiæ ab Ecclesia non esse sublatum.

2 *Verumenimverò qvid ad hæc Deus?* ATQVI DILECTIONE ÆTERNA DILIGO TE, *respondet ibi æternus ille Hominum amator, perpetuusqve salutis Ecclesiæ suæ custos. Ostendens se semper sui similem, semperqve eundem, esse, & à consvetudine Homines amore proseqvendi, illosqve in necessariis non destituendi, non recedere.*

Durare adhuc (utpote æterni amoris Dei signaculum.)

Probatur.

3 *Qvam ejus philanthropiam usqve adeò esse æternam, ut etiam nos, in qvos fines seculorum devenerunt, illam à nobis non putare alienam conveniat, speramus veritate propitiâ, ipsoqve Deo conscientiis testimonium dante, esse demonstratum Præfatione supra Visiones Kotteri, qvæ hic proxime seqvetur. Demonstravitqve idem longè pluribus argumentis gravis & pius Theologus,* D. Jacobus Fabricius *S. S. Th. Doctor, Ecclesiarum per Pomeraniam Superattendens generalis, librô qvem sub titulo PROBATIO VISIONUM edidit: ubi thesin illam,* Prophetiæ donum ab Ecclesia nunqvam sublatum esse, *Scripturis divinis utriusqve Testamenti, testimoniisqve Patrum, & inductione exemplorum per XVI à Christi ascensione secula, evidenter ostendit. Nempe qvia Evangelico in populo his aliqvammultis retro annis, virorum & fœminarum ecstaticarum, & per illas factarum Revelationum, non defuerunt exempla, resqve doctissimorum qvorundam virorum, imò integrarum Academiarum, super hac materia velitationibus disqvisita fuit: voluit ille qvoqve Vir optimus [occasione unius è numero Vatum,* J. Warneri, *sibi familiariter noti] testimonium dando veritati suam liberare conscientiam.*

Etiam Ecclesiam Bohemicâ hôc donô dignatum esse Deum.

4 *Nos enimverò iis, qvæ aliorum propiùs qvàm nostram tangunt conscientiam, ad alios remissis, & num illi omnia illa sua Catholicæ Ecclesiæ judicio submittere, & ad Eventuum veritatem [tanqvam nobis divinitus datâ vaticinia probandi obrussam, Deut. 18.22. & Ier. 28.9.] exigendi potestatem tradere velint, illorum relinqventes arbitrio: nostram tantùm de his nostris brevem informationem præmittemus, curqve jam ita conjunctim in lucem dentur, explicabimus.*

Idqve verissime, & per tria selecta organa solennissime.

5 *Ante omnia verò protestamur coram Deo, & sanctis ejus Angelis, juramusqve per tremendum nomen fidi illius omnium arcanorum Testis, futuriqve vivorum & mortuorum Iudicis, nihil hîc a nobis humanitùs confictum afferri: sed ita, ut ab illis ipsis personis, qvas è medio nostri sibi hac parte in organa elegit Deus, scripta sunt, fideli manu [ex ipsis autographis vera apographa] in medium deponi.*

poni. Qvippe nos, in qvorum ista manibus hucusqve custodita fuêre, qvia hæc verè à revelante Deo venire persvasi fuimus, & adhuc sumus, mutare in his aliqvid, addere vel demere, tam parum ausi sumus, & audemus, atqve qvisqvam Dei timens Christianus in antiqvo Dei Verbo [cujus veritas jam instar auri & argenti septies igne probati habetur, eoqve plenam, canonicam, immutabilem, obtinet authoritatem] vel apicem unum mutare per conscientiæ terrorem audet. Non qvòd harum Revelationum authoritatem scriptis Propheticis & Apostolicis æqvemus: sed qvod, si ab eodem authore veniunt [uti nos venire credidimus] eadem humili reverentia excipi, eodemqve nos terore constringere debent, & nos revera constringunt. Absqve hoc sit, optaremus qvædam aliter hîc fuisse posita: clarius nempe, aut plenius, aut cum minore alicubi contradictionis, vel non impletæ prædictionis, specie; & minoribus in nos etiam ipsos alicubi invectivis. Sed qvis in talibus mutare aliqvid audeat? Aut si nos id ausi, & non sincere hîc egimus, reqvirat vindex Deus: & ipsa hæc protestatio nostra sit ipsa nostra manu scripta adversus nos dica, citans Conscientiam nostram ad Tribunal Christi. Nihil ergò de fide nostra, editorum, restet dubii.

6 *Hoc fortè in dubium vocari qveat.* Cur Christophorum Kotterum nostris annumeremus, qvi natione fuit Lusatus, incolatu Silesius, lingvâ Germanus, religionis professione Lutheranus. *Respondeo: Ideo hoc fieri,* primùm, qvia Lusatia cum Silesia provinciæ sunt accorporatæ Bohemiæ, æqvè ac Moravia: *ut qvemadmodum qvatuor hæ Provinciæ unum constituunt systema politicum, Regnum, ita unum qvodammodo spirituale systema, Ecclesiam. Cui cùm par subeunda esset Persequutionis procella, paribus eam dignatus fuit Deus solatiis, per* Lusato-Silesium *illum, per* Virginem Bohemam *illam, per* Virum Moravum *hunc.*

Kotterum cur Bohemi annumerent suis. Causa 1.

7 Deinde, qvia paris argumenti materiam continet, causas nimirum immissæ nobis, & dehinc Germaniæ, tandem Europæ toti, procellæ, Ingratitudinem 2.

Evangelii. Ob qvam ut exerere judicia sua posset Deus, Fridericum Palatinum fuisse in Regem Bohemiæ eligendum, & tamen mox bellô superandum, & in exilium pellendum, dissipandamqve dehinc Ecclesiam: suô tamen tempore & hanc potenter liberandam, & illum cum progenie sua mirabiliter restituendum, & hostes horrendùm puniendos, Ecclesiamqve gloriose reformandam: non in his solùm Terris, ubi proculcata fuit, sed per Orbem jam universum. *Paria igitur cùm hi tres, divinitus apud nos excitati, loqvantur, pro nostris habemus omnes.*

3. 8 *Accedit*, tertiò. *Qvod* Kòtteri Revelationes tametsi homini Germano Germanicô idiomate factæ, & conscriptæ, priùs tamen (*post factam Anno* 1625 *translationem*) Bohemicis qvàm Germanicis typis exscriptæ, piis è gente Bohema solatio fuerunt: *non minus qvàm illa, qvæ domi postea nobis effulgere qvoqve voluit Deus.*

4. 9 *Qvod Religionem attinet* tandem, noster qvoqve Koterus est: *qvi licet primùm tantô rigore esset, ut* M. Abrahami Mencelii, *Sprottaviensis Ecclesiæ Pastoris, ob inutilem Calvinismi suspicionem sacris uti nollet, aliô excurreret: post factas tamen Revelationes, & traditam à Magistratu Politico eas conscribendi Pastoribus loci curam, ex ipsa conversatione mitescere, & odium illud tetrum deponere, didicit. Tandemqve, cùm occasionibus ita ferentibus M. Mencelius Ecclesiæ Fratrum Bohemorum fieri expeteret membrum, legationeqve ultrò citroqve facta fieret (veritatem loqvimur in conspectu Dei) ipse etiam Kotterus annô 1625 in Poloniam, & anno 1626 in Bohemiam, excurrens, qvasi unus de nobis factus: eôqve seqventi anno 1627 ad carceres raptus, etiam de eo qvid in Bohemia egisset, & qvos ibi complices haberet, examinatus fuit.*

Et qvid inde boni omi- 10 *Noster itaqve omni ratione est, trigamqve submissorum nobis Prophetarum (liceat nobis in Deum non esse ingratis, & tantum beneficium non dissimulando scapham appellare scapham) complet,*

plet, qvin imò inchoat. Bono etiam omine, futurum miseratione Dei, ut infelix inter Evangelicos exortum schisma his etiam subsidiis in unionem coëat. Ecce enim hîc tres personæ diversarum Confessionum, Augustanæ, Helveticæ, Bohemicæ (*secundùm qvas in Poloniæ Regno Evangelici sese discriminant*) in idem Dei opus, *Antichristiani Regni demolitionē annuntiandam*, jugati! Kotterus *enim rigidus Lutheranus mitescere hîc cogitur.* Julianus Poniatovius, *Virginis pater, primò à pontificiis secessu fit Helveticus: sed ab iisdem Pontificiis primùm è Polonia, & mox à Lutheranis e Borussia (quod Exorcismô uti nollet) pulsus, in Bohemiam secedit, ibiqve inter Fratres Bohemos sedem qvietam reperit. Tandem* Drabicius, *domi apud nos natus, educatus, ad Ministerium (ordinariè, ad Prophetiæ autem functionem extraordinarie) vocatus, agmen claudit:* Revelationesqve divinæ ternis illis factæ en corpus constituunt unum! Utinam felici felicis reconciliationis (inter Hussum, Lutherum, Calvinum, omnesqve Christianos) præludiô!

nis, ac voti, concipiendum.

11 *Nec inutile fuerit cætera, in qvibus conveniant aut differant hi nostri, attendere: ad spectandum tantò distinctiùs ubiqve hîc divinæ sapientiæ ludos, bonitatisqve & potentiæ vestigia.* Comparatio trium illorũ, ratione.

12 *Primùm, si eos* ratione finis *conferamus, ob qvem excitatos esse omnia ostendunt, unus idemqve est:* Commovere pios ad attendendum Operibus Dei, qvæ nunc in perpurganda persequutionum igne Ecclesia sua, móxqve deletis hostibus gloriosè reformanda, & per omnes residuas Gentes & populos explicanda, *sub manu habet.* 1) Finis.

13 *Si ratione* temporis, Kotteri Visiones inchoatæ sunt ante persequutionis initium, *Anno* 1616; *finita persequutione jam fervente, anno* 1624. Christinæ in persequutionis medio, sub carcerum, apostasiarum, ineuntisqve dissipationis tempus, *anno* 1628 & 1629. Drabicii post dissipationem factam, sub tempus appropinqvantis libe- 2) Temporis.

rationis,

rationis, & cum illa: *ab anno* 1638 *hucusqve. Quod indicio fuerit, & argumento, Deum suis nunqvam deesse: juxta illud,* Dilectione æternâ diligo te, *Ier.* 31. 3.

3) Ætatis. 14 *Si ratione* ætatis: *primus fuit ætate virili, secunda juvenili, tertius senili: ut sit testimonio, Deo mente, lingvâ, manu, seu infantili, seu virili, seu senili, uti, indifferens esse.*

4) Sexus. 15 *Si ratione* sexus, *primus & tertius Viri, media Virgo: ad confirmandum Ioelis illud de novissimis diebus Iuvenum (filiorum & filiarum) Visionibus, Senumqve somniis, vaticinium (Ioel 2. 28)*

5) Status & conditionis. 16 *Si ratione* Statûs: *prima persona fuit politica, Opifex, in exilium cum aliis agendus. Secunda Virgo, ex utroqve parente Nobili, antiqvæ in Polonia stirpis, ex patre tamen Ecclesiæ ministeriis dicato, in exilio nata & in exilium agenda. Tertia Verbi D. Minister, in exilio constitutus, & ab exilio cum aliis restituendus. In testimonium, universalem fuisse futuram, Viros & fœminas, Nobiles & ignobiles, Ecclesiasticos & seculares involventem, Persequutionem, rursumqve Liberationem.*

6) Aptitudinis ad hæc. 17 *Si antegressam adhæc tanta* Aptitudinem *spectamus:* Kotterus *prorsum idiota fuit, non tantùm scribendi, sed & præter opificium suum, & exiguam Religionis notitiam, omnium quæ Mundus habet, aut gerit, ignarus:* Christina *legendi & scribendi, Catecheticæqve scientiæ, satis gnara; sed rerum sublimium per ætatem incapax.* Drabicius *Scripturarum divinarum, ut Ministrum V. D. decet, haud ignarus, Latinâ tamen lingvâ vix parum tinctus, Philosophiæ, Historiarum, Omniumqve sublimiorum, expers. In argumentum, non humani Ingenii esse opus hoc, sed altioris virtutis: divini nempe influxûs.*

7 Modi revelationum. 18 *Si* modum revelationis *consideramus,* Kottero factæ sunt per Angelos tantùm; Christinæ per Angelos & Dominum ipsum; Drabicio tantum per Dominum. *Et qvidem Kottero jam per ecstases, jam per sensus externos, corpore jugiter sano: Christinæ per ecstases itidem: carne tamen ad illas plerum-*

plerumq; per antecedentes dolores præparata, & veluti mortificatâ; tùm & per somnia, interdumqve corporeis oculis & auribus: Drabicio per somnia, & mox vocē vivam aures insonantem. Qvô & hoc spectat: qvòd Christophorus & Christina, qvæ viderant & audierant ad verbum recitare (antequam in scripta essent relata) poterant, vel millies jussi, aut rogati, ne apice qvidem mutatô: Drabicius v. suæ perpetuò diffidens memoriæ, revelata scribere, nisi Dominô repetente, non valebat. Qvod inde suspicamur venisse, qvia istorum impressiones per ecstases fiebant, animâ à sensibus abstracta: huic autem sensus relinqvuntur in statu suo. Evenit ergò illi prouti nobis cæteris, in naturali sensuum usu positis. Ut non desit hìc etiam, unde multifariam, multisqve modis, Deum nobis adhucdum loqvi agnoscamus (Hebr. 1. 1.)

19 *Si* loqvendi formam *spectamus*, ubiqve stylus est propheticus, ingenio humano inimitabilis. *In Kottero tamen sublimior, in Christina familiarior, in Drabicio simplicissimus: iterum, ut pateat Dei esse opus, qvi mutos etiam loqvi facit, eloqventiæqve palmam præripere disertis.* 8) Styli.

20 *Si* typos & figuras, *prophetiis perpetuô usitatas, attendimus, in Kottero multæ sunt, minùs multæ in Christina; nullæ ferè, aut mox explicatæ, in Drabicio. In testimonium appropinqvantis, & se clariùs clariusqve explicantis, Ecclesiæ diluculi: qvod Kotterus velut emergentem è profundo auroram nuntiat, Christina ut lucescentis diei claritatem ostendit, Drabicius velut orientem jam Solem digito monstrat.* 9 Figurarum.

21 Qvantum ad Revelationes has vulgandi, atqve sic Deo in his obseqvendi, promtitudinem attinet: Kotterus *tergiversatus fuit (proprio & amicorum consilio) toto triennio:* Drabicius *primam sibi factam Revelationem celavit qvinqvennium, iteratasqve toties pressit (consilio fratrum) diutinè* Virginis pater, *ne filiæ visa vulgarentur obstitit qvàm diu potuit. Tandem tamen leone rugiente pavescere, & Domino mandante prophetare, necesse habuerunt omnes hi (Amos 3. 8.)* 10 Obseqvii Deo in his præstiti.

11 Iudicii de his humani. 22 *Si* humana *spectamus* judicia: Omnes hi fuerunt ab aliis qvidem contemti, & irrisi, ab aliis verò penitus condemnati, tanqvam aut deliri aut impostores. *Et Kotterus qvidē creditus fuit ab aliis ista accipere, & sub Visionū nomine foras spargere fuitq; inprimis loci Pastor,* M. Mencelius, *eo usqve suspectus ut una cum Kottero captus acerrima inqvisitione examinatus, tandē tamen fraudū innocens repertus, dimissus fuerit. Christina dicebatur phantasmata sua ex Kottero hausisse; Drabicius ex utroqve illo. Sed deprehensum, nec illam qvidqvam Kotterianum legisse; neqve hunc illum vel istam vidisse, usqve ad annum* 1651, *ubi Kotterum nactus cum suis harmoniam agnovit. Attentarunt qvidam & calamum in hæc stringere: nempe* Virginis pater, *Polonus, & qvidam* M. Megander, *Bohemus, in Cotterum: Medicus Regius in Polonia* [D. Matth. Vechnerus] *in Christinam: alii qvidam privatis invectivis in Drabicium. Imò In Synodo Ostrorogana [anno* 1633, *post Gustavi & Friderici mortem] Cotterianæ & Poniatovianæ Visiones condemnatæ, Canónqve conditus: qvo se à crimine temerè seu confictorum, seu creditorum, id genus phantasmatum, ad posteritatem purgare voluerunt boni Patres, Antistites nostri. Deus tamen tertiò rursum è medio nostri suscitatô, opus suum continuare perrexit: in testimonium, nec os Dei obturari, nec manus ligari, posse.*

12 Ad qvos missi fuerint. 23 *Si* ad qvos missi essent *hi nostri, observamus: apparebit omnes qvidem primariò ad Gentem suam, secundariò tamen ad alios qvoqve:* Cotterum *ad Germanos,* Christinam *ad Polonos,* Drabicium *ad Hungaros & Polonos, dehinc verò ad omnes Terræ Nationes, qvas subinde alloqvi, & ultimam Dei voluntatem annuntiare Omnibus, jubetur.*

13 Ad qvid agendum? 24 *Si* ad qvid fuerunt missi *pressius expendimus: patebit priores duos simpliciter fuisse* Vates, qvid futurum erat prædicentes, *tertium verò* Prophetæ *munus agere* (*h. e.* qvid fieri debeat prædicare, & ad agendum hoc hortari, promissionibusqve ac minis instare) jussum. *Nempe qvia Verbi*

hi Minister erat, Ministerio autem illi domi fuit interdictum (non tantùm ab hostibus, qui patriâ ejecerant; sed & à suis, qui propter causas certas à ministerii functione suspenderant:) Deus ecce aliam illi functionem (suis jejunia, preces, pœnitentiam prædicandi; Persequutoribus interitum prædicenai; Exsequutores autem divinorum judiciorum convocandi) imposuit: ut in Revelationibus ejus sæpè legere est.

25 *Omnibus his nostris* mandabatur revelata ad tempus 15
celare, aut nonnisi piis afflictis in solatia communicare Qvàm
(occurrent talia mandata in singulis:) tandem tamen non ta- notoriè
cere sed loqvi, Principibus & Regibus, universisqve hæc
Populis. *Cotterus enim missus ad Regem Fridericum, præsentibus* acta.
Consiliariis & illustribus personis auditus est, sicut & Electori Brandeburgico semel & iterum: Saxoniæ verò Electorem per alios adiit ac monuit iterato. Virgo ad Fridlandiæ Ducem literas exarare, & ipsamet deferre, necesse habuit: sicut & Drabicius ad Transylvaniæ Principes Nihil ergò horum in angulo gestum est, ut *de rebus suis, & Christi Domini, loqui mos erat Apostolis, Act. 26.*
26. *Inter characteres quippe divini Operis est*, non in abscondito loqvi, aut in tenebris, sed apertè (*Ies.* 45. 19.) *Furtim agere, & per tenebras stridere, aut mussitare, pythonibus relictum* (*Ies.* 8. 19.)

26 *Omnes item hi nostri (qvod suis locis patebit)* loqvi & a- 15
gere jussi sunt paradoxa, rationi absurda, periculosa. Qvàm
Annuntiando rem Politicis incredibilem, Domûs Austriacæ rui- mirabi-
nam; & Theologis plerisqve scandalosam, Papatûs ante diem ex- lia hi
tremum abolitionem. (Habere enim pro se videntur clarissimum tres lo-
locum 2 Thess. 8. nonnisi ultimò Christi adventu abolendum esse qvi & a-
Antichristum.) Illi tamen constanter hæc loqvi ac scribere jussi sunt. gere
Cotterus item Glogoviam ire, ubi se vincula & carceres expectare jussi.
sciebat: Virgo scribere terribilia in Principem Waldsteinium, & deferre ipsamet in domum ejus: Drabicius convocare Gentes &c.

27 Omnes item examinati fuerunt acriter à Theolo- 16
Qvàm

 gis,

acriter examinati. gis, Medicis, Politicis, integrisqve Academiis & Synodis: & intricârunt tamen omnium sublimè sapientum ratiocinia omnes. *Uno hoc excepto, qvòd prædicta qvædam non impleta, & sic non ab Omniscio venisse, viderentur. Qui scrupulus ipsos etiam Videntes torsit, ut suis locis patebit, & hîc infra attingetur.*

17 Ultima omnium revelata per somnium; & cur? 28 Cotteri & Christinæ ultima revelata per somnum erat facta, utriqve de judicii Dei Exseqvutione terribili; *huic in Waldsteinium, illi in Meretricem Babylonicam.* Drabicii *ultima Revelatio* (CCCXLIV) *de Reformatione Papatûs per Politicos ipsos, itidem initium habuit in somno, sed reliqva vigilantibus oculis spectavit, Iesuitæ clamoribus excitatus: haud dubiè ad repræsentandum, tametsi qvicqvid his de rebus è Scriptura, vel undecunqve, hactenus narratum fuit, ipsis etiam piis ut somnium videatur, Psal. 126: v 1. Ier. 31. 26: exiturum tamen in realissimum opus, ut videndo videat Mundus.*

18 Priorum Visiones cessarunt, non item postremi: & cur? 29 *Hoc etiam non prætereundum*: Christophori & Christinæ, Opificis & Feminæ, prophetationes desiisse in silentium: *qvia opere ad qvod eos elegerat* Dominus *peracto, obsignare sua jussi sunt, nec ultrà, & sub vitæ finem, ullas amplius Visiones passi, nec viderunt liberationem.* Nicolaus *vero tametsi & ipse clausulam imponere erat jussus, & mori [Rev.* CXCVI & CXCVII.] *jussus tamen denuo & vitam, & ad prophetandum spiritum duplum recipere [Rev.* CXCVIII.] *promissionemqve accepit, non visurum mortem donec explicatam vidisset gloriam Dei super Nationes Terræ [Rev.* CCXXX. 3.] *Annon in signum extraordinarias Revelationes desituras, ordinariam autem Evangelii vocem duraturam, dum Ecclesia in Terris erit?*

19 Cuiqve additus Baruch suus. 30 *Tandem attendendum,* qvomodo provida Dei cura, ne lucis hoc opus in tenebras relapsum interiret, præcautum iverit: *addendo scilicet cuivis horum trium* Baruchum *suum, qvi oraculi dicta in scripta referrent.* Cottero *qvidem [qvia scribendi penitus fuit ignarus.]* Notarium urbis Sprottanæ:

tanæ: deinde autem [*Senatu rem hanc à se amolient,* & *ad Theologos remittente*] M. Abrahamum Mencelium, *pium gravémque Evangelii Christi præconem.* Christina, *literarum gnara, sua quidem consignavit ipsamet, sed historiam omnium quæ circa illam contigerunt [miranda sanè multa,* & *stupenda] conscripserunt præsentes, oculati omnium fideque testes,* Johan. Stadius, Georgius Lohmüller, Joannes Chrysostomus, & *alii interesse soliti Verbi* D. *Ministri.* Drabicio *ad multa illius fervidissima suspiria, ut sibi aliquem Dominus auxilio daret, promissus fuit è Polonia, trienniòque postea missus, contra omnem vocantium* & *mittentium; quorsum hic providentia* Dei *collimaret penitùs ignorantium, spem aut cogitationem, Baruch suus.*

31 *Atque hic is ipse est, qui de toto hoc opere* Dei, *in conspectu* Dei & *Ecclesiæ (non tantùm terroribus* & *stimulis conscientiæ, sed* & *acri castigatione jam, ceu alter inobsequiosus Ionas, compulsus) testari incipit, cujus rei primas occasiones, continuumque Dei hucusque ductum, tractum, pulsum (ut jam tandem reluctari* Deo *non liceat ampliùs) paucis memorare, gloriæ Dei intererit : ut solus ille Operis sui author agnoscatur, solus metuatur, solus celebretur.*

Ultimò ultimus horum editor.

32 *Cùm annô* 1650 *mihi in Hungariam delato, interque alia de his rebus edocto (* & *primùm quidem perterrefacto, mox vacillanti, tandem tamen irrefragabiliter convicto) Drabiciana essent (in gratiam eorum quibus Oraculi jussu innotescere debebant) in Latinum translata ; factum est ut iidem, Poniatovianarum Visionum mentione interveniente, easdem quoque videre vellent : occasionéque Introitûs, ubi Cotteri fit mentio, ipsa Cotteriana requirerent, factum inquam ut hujus* & *illius versio addenda esset. Ita in constituendo trino hoc prophetico volumine occasio occasionem (ut in catena annullus annulum solet) traxit.*

Quâ occasione trinum hoc volumen coaluerit.

33 Quum

Et ad editionem paratum fuerit.

33 Qvum autem propemodum peracta esset trina hæc translatio, venit Drabicio sua diutiùs non premendi, sed multis centenis Exemplaribus exscriptis in omnes Orbis partes dimittendi, mandatum primum (Anno 1651. Rev. LV. 13, 14.) Trepidavimus, inter parendi necessitatem, & paululum adhuc subsistendi, qvomodoqve se in pleniorem eventum disposituræ essent omnia attendendi, consilium. Sed ecce annô seqventi novum, de editione non differenda, mandatum bis iteratum (Rev. XCII. 8-16.) Mihi ergò Drabiciana illa, qvæ vulgare jubebamur, recognoscenti, occurrit mirabile qviddam, qvod me & conscios reddidit attonitos: de Libri cujusdam Exemplaribus tribus, preli beneficiô multiplicandis, qvorum postremum ardebat igne (Revel. VII. v. 2, 3.) Qvod somnium qvid sibi vellet, explicat qvidem Oraculi vox (v. :) fore nimirum ut hæ Revelationes suô tempore typis exscribantur, & Populis innotescant: cur tamen dicerentur Exemplaria tria, & postremum ardens igne, intelligere neqvivimus. Demum spectando tria hæc Revelationum, qvæ jam ad manum erant, Volumina, suspicari cœpimus omnia hæc forsan simul edenda esse innui: illud verò è tribus bis ultimum, Drabicianum, revera igni exeqvutionum Dei ardere: qvum hæ postremæ per Drabicium factæ Revelationes, nihil adeò novum prædicant, tempus tantùm, modum, Exseqvutoresqve ipsos, specialiùs determinent, & eos ad exseqvutionem horrendorum Dei judiciorum inflamment. Communicavimus conjecturam hanc cum qvibus licuit, viris piis & sapientibus: cumqve nemini videretur aliter, trinum hoc Exemplar unô foras dare volumine decrevimus.

Editores horum qvi.

34 Non omnes nos ad qvos factum est Verbum Domini, tota Bohemica Ecclesia (necdum enim recollecti fuimus, aut sumus, nec etiam omnes inter nos horum conscii pro indubitatè divinis ista admiserunt hactenus:) sed nos qvorum manibus ista custodiri hucusqve placuit Domino: & qvos iteratis toties mandatis, stimulis, flagris coëgit parere sibi.

Editio

35 Nam edere hæc (sextum usqve in annum, à primo mandato)

dato) tergiversabamur, primò *vehementem ob metum, ne* hæc 1.
hæc hostilem magis irritarent furorem. Deinde, *quia differente* cur huc usq; 2.
opus suum Dominô, ipsi qvoqve spe non labascere non potuimus. dilata:
[*Adeo in nobis qvoqve ipsis impleri debuit illud*, de non inveni-
enda fide in terra, dum ad vindicandum suos venturus
esset Christus, Luc. 18. 8: *h. e. de hora liberationis in horam*
desperationis differenda.] Tertiò, *qvia tabescebat in nobis anima* 3.
nostra, pavescens dare se instrumentum concitandis bellis. Suspirabamus igitur ad Dominum, ut si ipsius sunt hi sermones, hæc in Babylonem lata sententia, ipsúmqve hoc futurum opus, ipse potius id agat, & corda Potentum eo qvo vult flectat, qvàm nobis miseris hæc talia mandet. Ita demùm Opus hoc divinitatis & potentiæ illius fore documentum illustre, si Mundo universo constet non per homines, sed
per ipsum Deum, administratum fuisse. Tandem *tamen, etiam* 4.
si aliqvando terroribus conscientiæ adacti circumspicere qværebamus vias modosqve, nihil præter obices ac nodos, novásqve à nostris interdictiones, obveniebat.

36 Jam a. diutiùs hæc premi non potuerunt. Primùm, *ob iterata toties mandata* [*Rev.* XCII. 8. & CI. 9. & CCCXXXVI. 21. & CCCXXXVII. 8:] imò *ob procrastinationem comminationes* (*Rev.* CCCLXI. 5 &c. CCCLXVII. 5. CCCLXVIII. *&c.*) *adeóqve immissam castigationem, novaqve mandata cum novis interminationibus* [*Rev.* CCCLXXXIV. *& Rev. seqv. &* CCCXCVII. 8 & II.] *Nonne hîc obsecro, cum Propheta Amos dicendum*, Leone rugiente qvis non pavescat? & Domino mandante qvis non prophetet? [*Am.* 3. 8.] *Non nostrûm profecto fuit cum superiore illa vi luctari diutiùs*, Præsertim *cùm evidentiùs jam prædicta sese disponere incipiant in actum: ultimumqve datum signum præterierit*, Ferdinandi III mors [*Rev.* CXII. 10.] *Et qvidem eo ipso temporis articulo, qvo mors hæc jam olim Cottero prænuntiata fuit* [*Cap.* XXVI. *v.* 74] *Nempe Babylone ruere incipiente* [*v.* 60.] *à conjunctione Orientalium cum Septentrionalibus* [*v.* 62: *& alibi*] *Poloniaqve, dum fumum*

Et cur differri diutius non potuerit.

Baby-

Babylonis recolligere qværit, confossa, & viscera effundente [*v.* 65. *&c.*] *Hæc, & similia multa, appropinqvantis præannuntiati judicii signa* [*qvæ ipsimet pii & attenti Lectores ubertim notare poterunt*] *non poterant nobis non subdere novos, ad jam non tacendum stimulos: ne nos ob continuatam pertinaciter inobedientiam tandem penitùs absorberet ira Dei. Debuimus ergò resipiscentem imitari Ionam, & post naufragium, ac in littus novum ejectionem, non amplius refractarii esse Deo.*

Commisso eventu Deo.

37 *Eveniat ergò nobis, ratione hominum, qvicqvid potest, non possumus jam nos horum eatenus custodes aliter, qvàm obseqvi Deo:* Lucernam hanc ejus [apud nos accensam] non diutius premendo sub modio, sed exponendo publico Ecclesiæ candelabro (*Matth.* 5. 15 :) *eâdem opera & ipsius satis facturi voluntati, & nostras liberaturi conscientias. Si tumultuari adhuc volet aliqvorum furor, permittendum id est Deo, qvid ille, & qvousqve, permittere velit: modò ne nos ampliùs incidamus in manus irati Dei. Potens ille est, & nos sibi obseqviosos tueri* (*ut sancta ejus dextera promisit, Rev.* XCI I. v. 18, 20 :) *& hæc qvæ eduntur in salutarem Ecclesiæ suæ convertere usum.*

Exhortatio ad pios & fideles.

38 Accipite igitur hæc jam tandem, in sancto Dei nomine, omnes pii & sapientes horrendorum Dei judiciorum spectatores, nostri & alieni! *qvaliaqve hæc sint, cum rerum eventibus conferendo, dijudicate. Qvod si per divinitùs nobis data criteria* (Deut. 18. 22 : & Jer. 28. 9 : & Ioh. 16. 4. Apoc. 1.) *patuerit AB OMNISCIO: HÆC PROFECTA ESSE, ut qvilibet ex his nostris cum Ieremia dicere possit.* In veritate misit me Jehova, ut loqverer omnia verba hæc (*Ier.* 26. 15 :) *hortamur Vos omnes per adorandum Dei nomen*, Erigite capita vestra; Dominoqve nunc ad judicandum Terram venienti, & ante se vocis suæ Tubam præmittenti, veniatis obviam, & detis honorem!

2 ad Seductos

39 *Vos miseri* Prophetæ Baal, *qvi orti Israëlitæ qvum sitis, cultui tamen Iehovæ Dei Israëlis Baalim additis*

videte

videte jam an vobis Deus vester, aut dii vestri, ita respondeant, ut Vos oraculis suis de rebus futuris, tristibus & lætis, æquè præmoneant? prædictionumque Vestrarum (si quas habuistis aut habetis) veritatem eventibus ipsis æquè de sua divinitate certos reddant? (1.*Reg*.18.24. *Ies*.41.23, *&c*)

40 Vos autem qvi ab impostoribus istis seducti, claudicabatis in utramqve partem, *agnoscite jam quis sit Deus verus & vivus, & qvem populum pro peculio suo agnoscere dignetur! ut claudicare desinatis, & huic serviatis soli, qui solum se tam evidentibus signis ostendit esse Deum* (1. *Reg*. 18.21 *& per totum caput.*) 3 Ad Seductos.

41 Vos item qvi sub nomine Christiano latitantes characterem illum, qvô Christus suos voluit signatos, *Fidem in unum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum* S. abnegatis, *unum tantùm Deum Patrem professi: agnoscite Vestro etiam errori emplastrum hîc ferri, & date gloriam Deo.* Tot enim hôc triunô Propheticô Volumine pro adoranda Triunitate Dei, communis Creatoris, Redemtoris, Sanctificatorisqve nostri, detecta sunt, & tam clarè, mysteria, qvaliter vix ab omni ævo factum. *Aperite oculos vel jam tandem, ne Vos Deus cæcitate percutiat penitùs, & super vos iram effundat finaliter* (1.*Thess*. 2.16.) 4 Ad S. Trinitatis abnegatores.

42 *Vos è Gentibus à nomine Christiano alienis, si qvi estis Numinis timentes*, Jethrones, Eliphazi, Bildadi, Zophari, Chirami, Naamanes, Nabuchodonosores, Cyri *&c agnoscite Deum deorum, qvi omnia videt, imò è longinqvo prævidet, & prædecernit, & prænuntiat, & secundum beneplacitum in effectum deducit: frustrà contranitente omni humanâ industria, aut collata in unum Mundi & Inferorum potentia.* 5 Ad Gentiles.

43 *Vos tandem* seminis Abrahami, per gentes orbis disjectæ, reliqviæ, *Agnoscite jam, agnoscite, ubi nunc, & in qvibus populis, Tabernaculum erexerit Deus Patrum Vestrorum! qvem vos tot seculis amisistis ex oculis: & qvi vobis nec* per Urim 6 Ad Judæos.

& Thumim *loquitur amplius, nec per Visiones aut somnia, ulla Voluntatis suæ facit indicia. Agnoscite jam ad quos æternâ illâ dilectione sua* (apparitionibus nempe gratiosis, *Ier.* 31. 3) *transierit. Evigilate, ó evigilate, vestro è veterno! rejectiqve à Deo, qvia rejecistis in submissò vobis* Messia *Deum, qværite gratiâ ut inveniatis.* Ioseph *frater vester, qvem vendidistis, imò qvem occidistis, agnoscite qvàm regnet in gloria, deqve vobis proditoribus suis sumat pœnas! non desiturus terrere Vos, donec humiliatos, perfidiæqve peccatum agnoscentes, recipiat in gratiam: ad qvam Vos etiam hîc demùm invitat.*

7 ad Bohemos & Germanos. 44 *Vos autem* Gens Bohema & Germana, *agnoscite qvid illud sit apud prophetam Amos, capite 3, v. 2:* Tantummodò Vos agnovi ex omnibus cognationibus Terræ: idcircò visitabo super vos omnes iniqvitates Vestras. Et v. 7: Non facit Dominus Jehova qvidqvam, nisi revelaverit secretum suum servis suis Prophetis. *En utriusqve hujus Oraculi commentarium Vobis offerimus! Ex qvo scil. agnoscatis, & dilexisse vos præ cæteris Deum, excitatâ apud vos præ cæteris* [*ministeriô Hussi & Lutheri*] *Evangelii Luce: & castigasse præ cæteris, ob ingratitudinem Evangelii. Nec tamen severioris disciplinæ strinxisse seu virgam seu gladium, non revelatô priùs servis suis, qvos è medio Vestri elegerat* [*nec enim, an aliis Populis lingva sua loqvutus sit postremo hoc tempore, novimus*] *consilio suo.*

8 & ad omnes Evangelii consortes. 45 *Vos denique cæteri Evangelii consortes qvos itidem, simili extraordinaria voce* [*per hæc ipsa calamitatum tempora*] *præmonere non intermisisse Deum audivimus*, conferte hæc Nostra cum vestris, an æqvè multa de judiciis suis revelare vobis dignatus sit Deus noster & vester. *Particularia ferè sunt, qvæ vobis detecta vidimus: totum de subvertenda Babylone, & reædificanda gloriose Ierusalem, consilium suum, en apud Popellum vobis qvoqve ipsis spretum, circa qvæstiones non curiosum, Disputationum strepitu (ut apud vos cæteros invaluit) non occupatum, sed de serviendo tantùm Deo humiliter & simpliciter, in spiritu & veritate,*

tate, solicitum, deposuit! Illi sit laus & gloria, qui non obliviscitur pauperum afflictorum: & qvi dum superbos mente cordis sui dispergit, exaltat humiles; esurientesqve implet bonis, & divites dimittit inanes [*Luc.* 1. *v.* 51, 52, 53.] *Qvod nos Illi in gloriam, & nobis in solatia, memorando, Omnes confratres nostros, totum Christianum populum, qvicunqve scil. nobiscum invocant nomen Christi, oramus, ut ne aspernentur eos qvos non aspernatur Deus.* N*obis ut nunqvam in Ecclesiæ Catholicæ corpore schisma placuit* [*licet immerentes odio habiti, condemnati, excommunicatiqve, separationem nostram tolerare habuimus necesse, donec aliqvando causam nostram, imo suam, vindicaret Christus*] *ita in posterum nihil nisi cum tota, ad beneplacitum voluntatis Dei plenè jam jam reformanda, Evangelica, Christiana, Catholica Ecclesia concorporationem, intimo cordis affectu anhelare, & precibus à Deo inqvirere, concordiæqve studiis ambire, proponimus.* I*n cujus forsan rei roborandam spem Deus, ut exaudire se suorum ostendat gemitus, has Revelationes* [*in qvibus miserrimarum Ecclesiæ ruinarum illustris, jam jam futura, tot modis præfiguratur reparatio*] *submittit. Nam si,* Cùm Prophetia deficit dissipatur Populus [*Prov.* 29. 18:] *certè* cùm Prophetia reducitur, recolligi debere intelligitur dissipatus Ecclesiæ populus. JEHOVA loqvutus est! ingredi se Templum sanctum suum! Sileat à facie ejus omnis Terra! [Habac. 2. 20]

46 *Cæterùm Opusculi hujus tripartiti, ut ordinatum sit, hanc esse volumus seriem:* Seqventis operis series.

I *Præmittetur Kotterianis Visionibus Dissertatio,* An pòst Christum & Apostolos ullæ extraordinariæ Revelationes divinæ sperandæ, aut agnoscendæ, vel admittendæ sint?

II Seqvetur ipse Revelationum Kottero factarum contextus, *in segmenta sua, capita & versiculos, divisus: cum præmissis per singula capita summariis.*

III Subjungetur Appendicula trina, *paralipomena qvæ-*

dam & historiam vitæ & mortis, carcerisqve & exilii Christophori Cotteri, continens.

IV Textus Revelationum Virgini factarum, *interspersis hinc inde annotationibus illustratus.*

V Historiola iterum, earundem *V*isionum oppugnatarum & propugnatarum, condemnatarum & conservatarum. [Ubi *De veris & falsis Prophetis Disqvisitio interponitur.*] *Vitæ item & mortis ejus enarratio.*

VI Textus Revelationum Drabicio factarum: *similiter adornatus: cum Appendice brevi.*

VII Index universalis, *seu trinus seu tri-unus.*

Index materiarum cur illi non adjungatur.

47 Indicem tamen hunc primâ hâc editione omisimus. Ideò primùm, *qvia Opusculum præter spem excrevit.* Deinde, *qvia consultius videtur, ut qvicunqve de his judicare volet solide, cognoscat totum totaliter, non hoc aut illud frustillatim. Ita enim demùm lux cognitionis surgere poterit plenior, judiciúmqve de his formari exactius. Primarii tantummodò videntur indigitandi omnium hîc dictorum, & prædictorum, cardines: qvos inter legendum observet, & memoria causa sibi exsignet, cui cui circa hæc à fundamentis cognoscenda serium erit propositum.*

48 *Reduci verò possunt omnia ad* XV *summa Capita.*

Summa omniũ Capita XV.

I Mundum esse nunc ita corruptum ut fuit temporibus Noæ, antè diluvium: inprimis Christianas Gentes, & nominatim Germaniam.

II Papam esse Antichristum illum magnum, & Meretricem Babylonicam.

III Bestiam, Meretricis gerariam, esse Imperium Romanum: nominatim Domum Austriacam.

IV Deum hæc non toleraturum diutius: qvinimò mundum impiorũ denuò deleturũ, sangvinis diluviô.

V Eoqve commoturum Cœlum & Terram: h. e. concitaturum adversus seinvicem omnes Gentes, ad inducendum rerum confusionem inauditam.

Qvorum

VI Qvorum bellorum exitum fore, Papæ & domûs Austriacæ interitum.

VII Idqve per Gentes tyrannide illorum lacessitas, à qvatuor Mundi plagis advolaturas.

VIII Primarios tamen fore populos Aqvilonares & Orientales.

IX Nominatim Svecos, cum suo Rege Palatino Rheni, Domoqve Racociana.

X Qvos separatim tentaturos qvidem, sed frustra: demùm à conjunctione illorũ processurum opus Dei.

XI Idqve inauditâ velocitate, unô annô, mense, die, horâ unâ, cum stupore totius Mundi.

XII Turcam & Tartaros interventuros, & hoc Opus promoturos.

XIII Mercedisqve loco reportaturos Evangelii lucẽ.

XIV Reformationemqve fore universalem Orbis, ante seculorum finem.

XV Cujus Reformationis etiam præscribuntur leges ac forma: nempe ut Idola cum Idololatris pereant, purissimusqve Numinis cultus reflorescat ubiqve.

49 *Hi sunt summi cardines. Alia sunt particularia, certas Gentes aut personas concernentia, omnia tamen iisdem summis finibus subordinata. Ex. gr. Qvod ultimi hujus Antichristiani furoris impetum prima excipere, & ab eo dispergi, rursum tamen recolligi, debuit Bohemica Ecclesia. Econtra vindictæ divinæ impetum primum experiri, & ab eo dissipari, ac penitùs subverti, Polonia, tanqvam Antichristi robustissimum antemurale. Et sic conseqventer multa, varia, mira particularia legere hîc erit, qvæ qvanta sit divinarum de nobis cogitationum abyssus, expendendi occasionem dare poterunt.* Particularia admixta varia.

50 Valete pii Lectores, & hæc in timore Dei expendite! *Atqve si hîc digitum Dei, si os Dei, si faciem Dei agnoscetis, discite hinc etiam* servire Domino in timore, & exultare in tremore: Osculariq; Filium ne fortè irascatur, & pereatis in via cùm exarserit furor ejus. Beati omnes qvi sperant in eo! *Psal.* 2.

Adversus scrupulos præmunitio.

EQvidem ad difficultates, qvæ piorum animis hîc oboriri solent (*dum Vocem audire jubentur tanqvam Dei, qvi tamen tali modo hominibus loqvi, per homines, desvevisse videtur*) responsum est præfatione in Kotterum, qvæ hîc seqvetur. Cæterùm qvia ex illo tempore tametsi lumen propheticum sit auctum, aucti tamen simul scrupuli animis illorum, qvi res nonnisi superficietenus intueri solent: ego verò neminem huc nisi mente liberâ, nullis præjudiciis ligatâ, venire optem, addendum est aliqvid ad amovendum ab oculis nebulam.

2 Dicent nonnulli jam,

I *Nimis multa esse hæc: Legere ista qvis sufficiat?*

II *Multa inesse obscura, explicatu hucusqve difficilia.*

III *Nonnulla prædicta non evenisse, eoqve omnia reliqva incerta videri.*

3 Ad qvæ omnia primùm respondeo. *Si Opus hoc nostri esset ingenii, teneremur utiqve aut verificare omnia, aut cur sic vel sic fuerimus loqvuti reddere rationes.* Nunc, cùm hæc aliunde veniant, æqvè nos atqve alios alia qvidem ignorare, alia mirari, necessum est. Habemus nihilominus qvod loqvamur pro Deo (Job. 36.2.) verba Dei defendendo verbis Dei: h. e. conferendo moderna hæc cum antiqvis divinitùs dictis & factis, tanqvam cum norma. Nam si Deus semper unus idémqve est, sui semper similis: necesse est ejus cogitata, dicta, facta, non discordare abinvicem. Et proinde, si qvid olim non fuit absurdum, aut majestate Dei indignum, nec hodie esse. Attingamus qvædam circa tres istos, modò propositos, scrupulos: *ut pateat Prophetias antiqvas novis dare criteria, novas antiqvis lucem.*

4 Qvod *revelatorum molem* attinet: & nobis sanè ita fuit visum, *nimii hæc fore Mundo.* Unde nobis ea contrahendi, & medullam solùm edendi, venerat in mentem: sed prohibiti sumus, omnia sic ut sunt relinqvere jussi, Rev. CCXLII. v. 7. Hoc igitur mandatũ transgredi non ausi, ecce damus omnia! Qvô id futurum usu, Deus viderit & Ecclesia, cujus dijudicationi subjicere hæc jussit Dominus (ibid. v. 8, & CCXI. 13.) Subjicimus ergò: sicut & in antecessum considerationi hæc tria.

I *Annon, cùm Deus Visionem multiplicat, & per ministerium Prophetarum similitudinem suam exprimit, beneficii locò habendum sit?*

II *Annon de similibus simile sit judicium? cùmqve iterationes eorundem olim Deus firmitudinis & velocitatis sui Operis esse voluit indicium, annon eandem apud nos significationem, eundemqve usum, habere qveat?*

III *Annon qvod sibi licere putant homines, Multiplicare libros, non etiam licitum esse putandum Deo?*

Jam autem (I) *Multiplicationem Visionum Deus inter illustria sua beneficia, populo Israelitico exhibita, numerat,* Ose. 12. v. 10, 11. Cur nos aliter interpretemur, si non alium se hodiéqve nobis exhibeat? (II) *Iteratum Pharaoni somnium, firmitatis & velocitatis fuisse indicium, dixit interpres ejus Ioseph,* Gen. 41. 32. Qvod ergò Deus propositum suum nunc (Antichristum perdendi, Ecclesiamq; in totum renovandi) detegendo, non per unum, sed per tres, loqvi dignatus est: item qvòd Kottero illustriores qvædam Visiones bis, ter, septies, iteratæ fuerint, annon similem habebit rationem? (III) Verba illa apud Drabicium: *Impletur Mundus Libris, ratiocinationum humanarum & dissensionum plenis: qvibus si fidem adhibent homines,*

cur

cur non potiùs mihi & sermonibus meis? Ubi non humana sapientia loquuta est, & loquitur, sed sapientia mea, à nemine consilia capiens ab æterno (Rev. CCXLII. v 11, 12.) occasionem dant cogitandi, *Consultò Deum venientibus ab ingenii humani pruritu tot phantasiis, tot opponere sapientiæ suæ dictamina:* ut cùm homines arte Libros multiplicandi (Typographica) ad infinita sua scriptitandum & lectitandum abutantur, etiam divinis attendendi plusculum occasionum habeant. Eqvidem in Antiqvo Dei Verbo plus nos thesaurorum sapientiæ Dei habere, atqve exhaurire sufficimus, certò novimus: si tamen Deo nobis, ratiocinationibus nostris sic in infinitum distractis, interloqvi libeat, qvis dicat *Cur ita facis?* Non potiùs gratè agnoscemus, qvòd postremo huic capaciori facto, & veterum qvasi nauseabundo, eoqve nova ferè omnia captanti, Seculo, suis etiam de thesauris qviddam qvasi novum proferendo, novis scitamentis attentionis nostræ palatum eat provocatum? Sive enim ille nos ita fecit, ut imago existentes infiniti appetamus infinita, alia ex aliis; sive corruptionis nostræ pars est fastidire consveta; bonitatis tamen certè Dei, Creaturam suam non deserentis, est, aut alia atqve alia loqvi, aut eadem aliter atqve aliter, verborum & typorum infinitâ qvodammodo varietate, qvâ nobiscum ludit, & nos variâ svavitate afficit, sapientia æterna.

5 *Qvod attinet obscura*, qvibus se aliqvi ab his legendis absterreri dicunt (ut Iul. Poniatovius Kotterianis numeris) primùm dico, *Proprium esse Prophetiis ænigmata videri*: ut omnes Ecclesiæ & Synagogæ doctores fatentur. Qvo ergò jure qvis characterem hunc à nostri seculi propheciis abesse reqvirat? Præsertim (*secundò*) cùm obscura illa, ad qvæ intellectus allidat, longè sint pauciora præ illis qvæ perspicua sunt & lucida: accipiantqve ipso rerum eventu majorem in dies claritatem omnia, ut brevi nihil adeò superfuturum speremus umbrarum. Aut si qvid mysteriorum porrò etiam superrerit, sciendum est (*tertiò*) *ad majestatis Dei pertinere, non deesse verbis suis sublimes & profundos recessus*, ad exercendum qvantumcunqve humanorum sensuum subtilitatem. Qvales sunt (exempli causâ) *Verba Magni Leonis* apud Cotterum Cap. XIX descripti: *& continuatio eorundem ab Angelis*, Cap. XX. Qvæ duo capita vix aliqvis nisi summè Astronomus & Politicus (omnium scilicet secretiorum, qvæ in Systemate Cœli Politici his 40 retrò annis evenerunt, valdè gnarus) intelligat. Si ergò Deus in Verbo suo, utriusqve Testamenti, & aperta extare voluit, qvæ capiant omnes; & abstrusa nonnulla, ubi natent agni, mergantur elephanti: qvid est cur non similiter hîc fieri patiamur?

6 *Qvod attinet prædicta, nec impleta* (ut de Friderici in Boh. Regnum restitutione; Transylvaniæ Principi promissa, nec data, Regali Corona; & qvicqvid aliud) *multiplex est responsio.* Et primò qvidem hoc, æterni Canonis instar habendum: *Ubicunqve convincimur Deum loqvi, tenemur credere, tametsi omnes sensus contrarium testari videantur.* Potest enim subesse mysterium nondum detectum, eventu detegendum. Aut *suas esse Deo causas, cur aliqvid dixerit, nec fecerit; vel contrà.* Ita enim fieri fatetur solemnissimâ formulâ ipse Deus, *Ier.* 18. *v.* 8, 10. Ubi & rationem reddit, cur tam sæpè suas æqvè promissiones atqve comminationes non impleat: nempe si homines pœnitentia aut impœnitentiâ interveniunt. Unde concluditur, *Propheticas id genus denuntiationes conditionatas esse, tametsi conditio expressè non fuerit annexa*: ut non fuit in denuntiata Ninivitis subversione (Jonæ 3. & 4.) Et qvæ unqvam solemnior esse poterat, magisqve jurata, promissio, atqve fuit Davidi de regalis Throni perpetua in filiis successione facta? qvem tamen

Thronum

Thronum filii ejus brevi pòst majori parte, successu verò temporis totaliter, amiserunt. De qva re qvantos animi luctus, & luctas, passi sint piorum animi, ex Psal. 89 satis liqvet. Cujusmodi & nobis subnatos angores lenitum ivit Deus, apud Drab. Rev. c x x x v i. & alibi. Sed nobis homuncionibus tàm solemne est reqvirere a Deo, ut omnia sua promissa impleat, licet nos conditiones non impleamus: *ut ipsi etiam credentes, adeóqve ipsi Prophetæ interdum, deceptos se putent fidem adhibendo verbis Dei* (Jer. 4. 10.) & qvod magis, *Deum sibi putent factum* (absit blasphemia dicto) *veluti mendacem, & aqvam infidelem* (Jer. 15. 18) *In errorem qvoqve nos interdum inducit stylus propheticus, qvô res demùm futuræ tanqvam jam præsentes, aut jam præteritæ, enuntiantur.* Aut *nominatur* persona, & intelligitur ejus stirps, aut familia (ut *Iacob*, *Ioseph*, *Ephraim*, *Moab*, *&c.* pro Gentibus ipsis) qvod è scripturis notissimum. Qvod si qvis de persona intelligere pergat, non Dei vox errabit, sed ipse. Ut factum iis qvi dictis de Friderico & Ferdinando, apud Kotterum, fidem adhibuerant literaliter: ubi tamen *non tam personas in individuo* (Ferdinandi II & Friderici V) *fuisse intelligendas, qvàm utriusqve Familiam, Causámqve qvam qvisqve susceperat defendendam* (illic Papatûs, hic Evangelii) *tandem patescit, ratione, revelatione, eventu. Primùm* n. non fit verisimile, propter solas duas personas, illarúmq; temporariam eminentiã aut depressionẽ, tot miracula his temporibus cœlò terrâqve (etiam solemnissimis hisce Revelationibus) edita: sublimius aliqvid sub esse necessum est. *Deinde*, ita hæc intelligere docemur revelatione speciali, eidem Kottero factâ Cap. v i. 20: & x v. 37. Ubi *Fridericus cum sua PROGENIE* nominatur: qvidnî ergò vicissim *Ferdinandum cum Progenie sua* intelligamus? Præsertim postqvam qvod ibi prædicitur (*de infundendo Papæ, & antemuralibus ejus, acerbo calice*) eventu ipso patescere incipit: *Patruo Friderici, Carolo-Gustavo, antemurale Papæ, Poloniam, tàm potenter disjiciente.* Agnoscamus qvæso talia non casu, sed Deo ipso verborum suorum sensum patefaciente, fieri.

7 Verumenimverò desinendum est, sic mandante Deo: *Qviesce, tace! Non tanti es tu, ut defendere qveas teipsum, & tua, nedum me & mea. Tutabor ego meipsum cùm in exitum deduxero, qvæcunqve loqvutus tibi sum* (Drab. R. x. 2, 3.) Qviescamus ergò, & taceamus nos qvoqve, Deo & Ecclesiæ judicium de his totũ committendo. Et Deo qvidem: qvia soli illi omnes profunditates, tum suæ, tum adversarii sui satanæ, patent, solúsqve regni tenebrarum disturbandi, regni autem lucis propagandi, novit vias. Ecclesiæ autem, qvia prorsus interest Dilemma hoc tandem solvi: *Si hæc VERE DIVINA sunt, qvid faciendum? si verè satanica* (nec enim datur tertium) *qvid faciendum?*

8 Interim anteqvam hæc Dei & Ecclesiæ Catholicæ decisio fiat, qvicqvid privatim nos, aut mortalium qvisqvam, de his tam inusitatis, & post hominum memoriam inauditis, dicere valemus, eò se resolvet meritò, ut 1 *Timeamus Deum, & tremenda illius de nobis judicia.* 2 *Interqvè tot Mundo ruinam undiqve nuntiantes fragores attollamus capita, & qvid futurum sit attendamus.* 3 *Oremus deniqve, ut ne intremus in tentationem, sed digni habeamur effugere iram, & cœptas super mundum impiorum effundi plagas.*

Menda irrepserunt Typographica nonnulla: qvæ ipse benevolus Lector tollat, donec omnia melius edendi occasio fit.

Revel.

REVELATIONES

CHRISTOPHORO COTTERO

Civi & Alutario Sprot-
taviensi,

Ab anno 1616 ad annum 1624

factæ.

Ex originali fideliter in Latinum translata.

Actor. 23. v. 9.

Nihil mali invenimus in homine isto.
Qvod si Spiritus loqvutus est ei,
aut Angelus, ne repugnemus DEO.

Super Visiones

CHRISTOPHORI COTTERI,

Præfatio Interpretis Bohemi, in Latinum nunc translata.

QVisqvis es, mi homo, in cujus Scriptum hoc inciderit manus, primùm ego te per cœleste illud, qvô te ornavit Deus, rationis lumen, tùm per eam qvam proximo debes charitatis mansvetudinem, deniq; per eum qvem Creatori tuo debes honorem & reverentiam, obtestor, ne te præcipites in ferendo de hoc scripto, scriptoréqve, judicio. Facilis enim hîc, nec extra periculum, lapsus: ideoqve te amicè priùs alloqvi, ac præmonere, necessarium duxi.

Deus noster, benedictus & adorandus Deus, ab initio eum servavit morem, ut non solùm doctrinæ puritate instrueret Ecclesiam suam, verùm eam qvoqve Prophetiis, i. e. certis de rebus futuris (maximè qvæ ad statum Ecclesiæ) Revelationibus ornaret. Apertè id ipsemet de se testatur, *nihil se facere, qvòd non antè patefaciat servis suis Prophetis* (Am. 3.7.): patetq; id exemplis. Mundum enim priorem aqvis ob scelera deleturus, Noacho consilium suum, ut is alios qvoqve præmoneret, 120 annis antè detexit (Gen 6.) sicut & Sodomam igne subversurus Abrahamo, & Lotho. Eidem Abrahamo posteritatis suæ in Ægypto sortem prædixit, tùm typis & figuris, tùm verbis apertis (Gen. 15.) Angeli apparebant Jacobo, Josue, Gedeoni, Manue, Samsoni, Samueli, & aliis multis. Testamenta Patriarcharum qvid nisi vaticinia fuerunt ad posteros? Inprimis autem testimonio sunt Prophetæ, qvos insigne aliqvid cum Populo suo patraturus Deus

destinatò emittebat, atq; instantia bona & mala, poenas & miserationes suas, denuntiabat. Per Jesaiam excidium primùm Hierosolymæ, & captivitatem populi: postmodum Babylonis excidium, & populi liberationem. Ubi & Cyrum expressissimô nomine proclamari jussit, per eum se effecturum talia (cap. 45.) Ut populus Dei vel nomine tanti Herois auditô in spem erigeretur, eum ipsum esse divinitùs sibi destinatum liberatorem suum. Eidem Prophetæ Deus, qvas præterea & qvibus modis puniturus esset Nationes, indicavit: ut id legimus à cap 10. ad 23. usqve. *Jeremias*, *Ezechiel*, *Daniel*, *cæterique Prophetæ*, pleni sunt exemplorum: qvæ nec in N. T. desunt. Deum nempe vel per somnia, vel per Angelicas Visiones, de futuris subinde suos præmonuisse. Exempla inqvam in promptu sunt *Zachariæ*, *Mariæ* (Luc. 1.) *Josephi*, *Magorum* (Matt. 1. & 2.) *Simeonis* (Luc. 2.) *Ananiæ*. (Act. 9.) *Cornelii* & *Petri* (10. 3. 10.) *Agabi* (Act. 11. 21.) *Filiarum Philippi*. (21. 9.) Habebat & *Paulus* Visiones (Actor. 16. 9.) & ecstasin patiebatur. (2 Cor. 12.) Inprimis autem *Johannes* in Apocalypsi sua multa per Visiones vidit & consignavit, de tùm præsenti & futuro Ecclesiæ statu, usqve ad seculorum finem.

Causæ, cur & consilia sua, & Mundi Satanæq; machinationes, piis revelet Deus, duæ sunt; *Philanthropia Dei*, & *Necessitas nostra*. Amat qvippe illud qvod ad imaginem sui formavit, *æterna Sapientia*: ideoqve *ludit semper in Orbe*, & *deliciæ ejus sunt cum filiis hominum*. (Prov. 8. 31.) Exemplô id Abrahami qvoqve & Danielis patet: eos ideò, qvia charos habebat, consilia sua celare noluisse (Gen. 18. 17. 19. Dan. 9. 23.) *Accedit necessitas nostra*. Providus enim noster cœlestis Pater novit, qvàm periculosum foret liberis suis, & molestum, si in hujus vitæ ærumnis (qvibus eos prorsus hîc exemptos non vult) nullam certam, qvid, qvando, & ubi sperandum esset, haberent informationem. Etsi enim Legis suæ Verbo apertè satis Homini, qvidqvid per universum Mundum geritur, providentiâ suâ geri & regi, voluntatisq;

suæ

suæ arbitriò (qvo omnes acqviescere par est) disponi: Imò qvidqvid tandem fiat, si Cœlum Terræ misceatur, aut ruat Orbis & Orcus; Justo tamen tandem benè fore, Impios autem temporalibus & æternis pœnis implicatum iri, ostendit. Qvia tamen non semper humana fragilitas permittit, ut generales Scripturâ comprehensas promissiones sibi, & præsenti rerum statui, accommodare sciant: (adeò, ut pientissimi qvoq; miseriarum mole obruti, Viribus fracti, & sensibus hebetati, fathiscant interdum, ac tantùm non desperationis gurgite mergantur:) hâc de causa ad infirmitatem nostram condescendens benignissimus Pater, de imminentibus Mundo ruinis maturiùs suos præmonere solet. Id qvod perutile iis accidit. Qvia sic, *primò*, Fides de Providentia validissimè roboratur, provocante adhoc argumenti genus ipsômet Deo (Jes. 41. 21. usqve ad cap. 44.) *Deinde*, ingeneratur nobis timor Dei, ut commonefacti, Deum esse qvi Populos ut aqvas commovet, & omnia maxima minima admirandis consiliis disponit, exclamemus cum Jeremia: *Qvis te non exhorrescat Rex Gentium? Tertiò*, excitatur eò confidentior spes de promissa misericordiâ, ut minus metuant in die mali, sed cum Abakuko dicant: *Etiam si ficus non floreat, & non sit proventus in vineis, & arva non adferant cibum, & abscindatur de Ovili pecus &c ego tamen gaudebo in Domino, exultabo in Deo salvatore meo* (Cap. 3. v. 17. 18.) *Præterea*, præcavetur sic, ut ne pii (prævidendo qvem terminum rebus malis jam destinârit Deus) cum impiis manum ad iniqvitatem extendant (Psa. 125.) *Tandem*, afferunt Prophetiæ cœlestes magnum Credentium cordibus solatium: ut se non desertos in calamitatibus, sed Deo esse curæ, ejusqve consilia in bonum sibi disponi, certi, non magni pendant, qvòd adversi aliqvid pro voluntate Dei sufferre aliqvantisper necesse sit. *Impiis autem vaticinia ejusmodi, si innotescunt, in testimonium sunt*: ut omnes divinas præmonitiones, tùm Verbi, tùm Miraculorum (solet enim semper, cùm se ad iram accingit, ostentis & prodigiis pœnas priùs minari,

ri, qvàm inferat, Deus) susqve deqve facientes, eò justitiæ trahantur ad pœnas.

Sed hîc qværitur: *Utrum adhuc sub* N. T. *ita cum hominibus agat Deus, ut eis vel Ipsemet voce suâ, vel per Angelicas Visiones, futura revelet? an verò revelationes post Christum conticuerint?* Qvi posterius statuunt, dicunt, *Deum ultimò nobis loquutum esse per Filium:* Apostolicum allegantes testimonium (Heb. 1. 1.) Sed non asseqvuntur Apostoli mentem, si allegant seriò. Apostolus enim cùm sibi proposuisset totâ Epistolâ Christi præ Mose, & Evangelii præ Lege, extollere eminentiam, jam in aditu ipso Testamenti utriusqve aperire incipit discrimen: modum Revelationum ibi & hîc factarum ita discriminans, ut ibi dicat variè qvidē factas, omnes tamen per homines puros putos, Prophetas; hîc autem per ipsum Filium, omnium Prophetarum, omniumqve Hominum, adeóqve omnium Creaturarum (utpote Creatorem, qvod mox enarrat) dominum. Utrum verò hic Dei Filius per se solus, nemine ampliùs è Legatis suis submissô, Ecclesiæ suæ enarraverit omnia, an verò etiam missurus esset aliqvos futura qvædam prænuntiantes, nulla hîc ejus rei mentio. Aliunde autem constat, reliqvisse id potestati suæ: imò submittere Prophetas pollicitum, misisseqve reipsâ. Promisit enim relicturum se Spiritum S. qvi (inter alia sua opera) etiam futura nuntiaret Ecclesiæ (Joh. 16. 13.) Si annuntiare Spiritus S. post Christi ascensionem in Ecclesiam demissus, debuit futura; excitare igitur (etiam post Christi ascensionem) debuit Prophetas, per qvorum os & calamum ventura illa prænuntiarentur. Unde Petrus, in ipsâ recenti Spiritûs S. effusione, Joëlis de propheticis, crebris & solemnibus, Somniis & Visionibus Vaticinium, ad tempora N. Testamenti applicans, divinum hoc svave opus ad horrendum usqve illum diem, qvi est Adventûs Christi ad judicium, extendi docuit (Act. 2. 17.) Et Paulus gradus Ministrorum V. T. enumerans, qvinqve ponit, *Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores, & Doctores.* Ubi per Prophe-

Prophetas Propheticæ Scripturæ interpretes (ut alibi interdum) non intelligi, ſatis patet, qvia hos proprio Doctorum nomine deſignavit. Ubi enim gradus Miniſtrorum enumerat, ſynonimiis ludere, & eandem res bis ponere, qvid neceſſe fuit? Prorſus ergò, qvæ ſit plenitudo donorum miniſterialium in Eccleſiâ oſtendit, atqve omnes ordinarios & extraordinarios Miniſterii gradus, recenſet. Primò inqvam tres extraordinarios ponit, deinde ordinarios duos, qvos ſemper in Eccleſiâ retineri neceſſum eſt: cùm iſti interdum ſolummodò, peculiaribus caſibus, & peculiari cum mandato, emittantur. *Doctores*, ſunt Scripturæ & fidei myſteria enarrantes, ſive in Scholis, ſive in Templis. *Paſtores*, qvi præterea Animarum & Conſcientiarum curam gerunt; Claviumqve & Sacramentorum ſunt oeconomi. *Apoſtoli*, ſunt Doctores Univerſales, ad totas gentes (peculiaribus donis inſtructi) emiſſi, ut nomen Chriſti etiam ubi auditum non fuit, plantent. *Evangeliſtæ*, ſunt viri magnô lumine prædicti, ut fidei veritas per ipſos defendi & propagari poſſet. *Prophetæ* autem (hôc propriô ſenſu) ſunt qvos Deus futurorum revelatione, ad Eccleſiæ uſum, dignatur: qvæ vocatio licet extraordinaria ſit, Deum tamen, ubi & qvando eam adhibere velit ſibi reſervaſſe, ſatis inde conſtat: cùm & alios iſtos extraordinarios gradus (Apoſtolos & Evangeliſtas) adhuc interdum videant ſecula noſtra, licet eos diſtinctis illis nominibus appellare non ita nunc moris ſit.

Potiſſima tamen *ratio, cur donum Prophetiæ ab Eccleſia ne nunc qvidem removendum ſit, eſt;* qvôd eædem nunc cauſæ, qvæ olim, perſtant, ob qvas Deum Eccleſiæ prophetiis ſuccurrere ſolitum antè commemoravimus. Et nunc ſanè pios in fide roborari, in calamitatibus erigi, adversùs ſcandala præmoneri & præmuniri, impios autem cæcitatis & duritiei admoneri, neceſſum eſt. Non eſt veriſimile, Deum imbecillitatem noſtram auxiliis omninò deſeruiſſe. Si qvis objiciat, *Nos Legem & Prophetas, Chriſtumqve & Apoſtolos; ſatis in Scripturâ loqventes, habere:* reſpondebo, &

bo, & antiqvos Legem, posteaqve priorum etiam Prophetarum scripta, habuisse; Deum tamen nihilominus peculiaribus casibus peculiares submittere solitum interpretes, qvi antecedentium vaticiniorum sensum instanti jam jam temporis articulô dilucius applicarent. Vel saltem emittebantur ut Excitabula qvædam, qvi locô (NOTA BENE) in hominum oculis essent, omnesqve per ipsos ad attentam divinorum antiqvis vaticiniis prædenuntiatorum Operum Dei observationem, eôqve ipsô ad pœnitentiam simul erigerentur: id qvod semper piis utile fuit ac salutare. Certè si Deus ita nostræ infirmitati subvenire jam nollet ampliùs, conditio nostra in Lege nova deterior esset, obscuriorqve præ istis: qvod naturæ Novi Testamentti repugnat.

Inprimis autem, qvoniam in utriusqve Testamenti prophetiis multa hactenus involuta prostant mysteria: imò Danieli obsignare qvædam prorsus (Dan. 12. 9.) ut & Johanni (Apoc. 10. 4.) mandatum fuit [NB.] qvô fine qvæso? An ut æternùm hæc Ecclesia ignoret? An ut in Cœlo demum resignentur? Atqvi expressè dictum, *Obsigna ad tempus.* In cœlo vero non erit tempus, sed æternitas. Ergò currente adhuc tempore ista resignanda sunt. At qvis resignare audebit, vel poterit, nisi is ipse, qvi obsignare jussit? Et qvomodo, nisi sic qvomodo obsignavit? per submissos extraordinarios Danieles & Johannes qvosdam? Et his qvomodo mandabit, nisi consveto suo per ecstases & visiones more? Patet ergò Deum sibi qvædam adhuc reservasse in Scripturis, qvæ revelaret tempore suo: nec revelare aliter, nisi per Spiritum Prophetiæ. Nam qvidqvid hîc humani acumen ingenii proferre satagit, evanidum est: qvia *nulla Prophetia Scripturæ est propriæ explicationis*, inqvit expressè Petrus (2. 1. 20.) Resqve ipsa arguit, omnium explicationes, qvotqvot in Apocalypsin, aut cæteras Scripturæ Prophetias, qvamcunq; ingeniosè commentantur, meras esse conjecturas, vel verisimilitudines, qvibus firma certitudo, cui inniti qvis posset infallibiliter, non inest; sæpè autem insunt con-

tra-

traditiones, interdum etiam rerum obscuratio magis qvàm elucidatio: in iis præsertim, qvæ nondum complementum sortita sunt. Nam alioqvi vaticinia post eventum intelligere, non omninò difficile est, sed nec admodum proficuum: qvia ante factum, & in facto, ratione ac prudentiâ opus est, non post factum. Non itaqve verisimile est, Deum prædictiones suas nonnisi post eventum intelligi velle: exemplaq; demonstrant Deum Visionibus suis, non post, sed ante complementum interpretes submittere. Qvaliter Pharaoni submisit Josephum, Nebucadnezari & Balsazari Danielem, aliis alios, qvi Visiones Vaccarum, Arboris, Manûs in pariete scribentis &c. explicarent, idqve eô qvod significabatur adventante. Cùm igitur multa adhuc involuta Scripturis continentur mysteria, Dei a. voluntas non est ut lateant æternùm, & interim hominum nemo ad infallibilitatem usqve ratione propriâ penetrat: seqvitur revera id juris sibi reservasse Sapientiam Dei, ut Revelationibus novis Revelationum priorum aperire posset sensum. Atqve ita donum prophetiæ nondum ab Ecclesiâ sublatum esse.

Et qvid svasoriis argumentis opus, cùm res ipsa id loqvatur? Nam & *post Christum, Petrus, Paulus, Johannes, Agabus, aliiqve, somnia & visiones habebant*; uti ante dictum. Et qvia in Historia Ecclesiastica exempla memorantur eorum, qvos Deus Visionibus & Revelationibus fuit dignatus, qvâ fronte rejiciemus omnia? Multa & de præsentibus Mundi commotionibus, aliqvot inde seculis vaticiniis decantabantur! imprimis qvæ *Brigitta, Hildegardis, Capistranus, Lichtenbergius, Carion, Theophrastus*, & alii qvidam, scripserunt. Certè aliud dicere non licet, nisi Sapientiam Dei ludere in Orbe terrarum. Qvid autem ad id dicemus, qvod Sigism. Imperator, martyria Christi & salutem suam obtestans, scribit: Presburgi in Ungaria qvôdam mane auditam sibi fuisse vocem; *Sigismunde surge, siste te & confitere Deo, para locum & viam ordinibus divinis. Scriptæ enim leges omnes vacillant, &c. qvas in ordinem revocabis, & præparabis*

** *rabis*

rabis viam illi, qvi post Te, nomine Fridericus Langenaugius, (NB.) *veniet. Per hunc Deus multa operabitur, & tunc omne succumbet iniqvum: sed prius ipsum Deus explorabit tentationibus & incommodis, &c.* (Videantur hæc ap. Joh. Wolfium plenius, Centuria XV. ad annnm 1434.) Ab illo autem tempore nemo inter Hungariæ aut Bohemiæ Reges Fridericus fuit, ad Annum usqve 1619: ubi qvalium rerum factum sit initium, palàm est, & qvid sperare nos jubeant fata, apud hunc nostrum Kotterum patriâ Langenavium, (NB) videbimus. Certissimum igitur est Prophetias & Visiones in Ecclesia tam parùm desiisse, qvàm parum sapientia Dei in orbe ludere, & Christus ad dextram Dei sedens Ecclesiam donis ornare, desiit. Nam & præsens hoc nostrum seculum (atqve hoc imprimis) prodigiorum Cœlo & Terrâ, Somniorumqve & Visionum feracissimum est. Non qvòd omnis qvi se Prophetam venditet, admittendus sit: sed qvod non reprobandi omnes, qvi hoc nomine veniunt. Nam qvemadmodum Deus nunqvam suos præmonere intermisit, ita ludificator Satan actionibus divinis, ad obscurandum eas, intermiscere suas nunqvam destitit. Ubi Deus suos *Mosen* & *Aaron*, ibi Satan suos *Jannem* & *Jambrem*, habet: Ubi unicus *Micheas* Dei nomine prophetat, ibi suos 400 opponit Satan, eôdem Dei nomine, falsô tamen, prophetantes: Ubi *Simon Petrus*, ibi ad latus *Simon Magus*. Ad eum ecce modum maledictus impostor & ipse ludit in orbe terrarum, deliciæqve ejus etiam cum filiis hominum sunt, ut eos fascinet. Sunt alii, qvi non Satanæ instinctu, nec intentione malâ, malâ tamen præsumptione, & ingenii luxurie, non vocati, ad edenda vaticinia se proripiunt: alii Astrologicis speculationibus, alii Cabalisticis calculationibus &c. innixi. Cujusmodi nuper fuerunt, sub initia horum motuum *Zieglerus*, *Prætorius*, *Plaustrarius*, *Nagelius*, *Felgenhawer*, eorumqve similes: sed vanitas est. Ratiocinationes enim mortalium sunt timidæ, & cogitationes eorum incertæ (Sap. 9. 14.) Nam qvis Consiliarius Domini fuit, & ostendit illi? aut cum

qvo

qvo ipse iniit consilium? (Jes. 40. 13.) Ille solus est Deus, qvi annuntiat qvæ futura sunt: alii, qvotqvot id tentant, gloriam ejus, omniscentiæ gloriam, attentant: ideóqve pudefiunt (Jes. 42. v. 8. 9. & 41. 22. &c.) Sed tamen, qvemadmodum omnia sine delectu vaticinia admittere imprudentiæ est, ita rejicere omnia impudentiæ, ingratitudinis, & tantùm non blasphemiæ. Irascitur enim contemptoribus Deus, qvi neqve in opera Dei attendunt ipsi, neqve si qvis enarret credunt (Habak. 1. 5.) *At qvid facias*, inqviet qvispiam, *ubi tot fraudes occurrunt?* Respondet Apostolus: *Prophetias ne spernite: omnia probate, qvod bonum fuerit retinete:* (1 Thess. 5. 20. 21.) Et Johannes, *Probate spiritus num ex Deo sint?* (1 Joh. 4. 1.) *Nam omnis Spiritus qvi ex Deo est, est Veritatis Spiritus, deducens in veritatem.* (Joh. 16. 13.) Faciendum ergò id in his qvoq; Christophori Kotteri Visionibus, si qvis ad legendum illas conferre se volet (qvod sanè ut velint omnes pii, optandum) ut benè primùm, qvomodo hæc, utrùm ut humana, an ut divina, vel ut diabolica (qvod avertat Deus) lecturus sit, circumspiciat. Qvod fortassis principiò ambiguum esse potuit, qvemadmodum adhuc iis, qvi plenâ rei cognitione destituuntur: nunc autem obsignatis visionibus, & prædictis undiqve in eventum propendentibus, dubitatione minus opus: præsertim si cui tota res, qvod ad hominem istum attinet, cognita sit. Ego, lector pie (qvi unus sum ex dispersis, qvicunqve tandem,) fateor, me (qvamvis gravium qvorundam virorum jam ante judicium audiveram, nihil hîc esse humani, sed oracula verè Divina) negotium istud penitùs cognoscendi flagrasse desideriô: eôqve nomine in loca ista, ubi hominis mihi esse poterat copia, me contulisse, atqve cum ipso, & aliis qvi à principio cum illo erant, Viris bonis, benè multos dies conversatum, rem totam ex fundamento cognovisse; ut jam dicere qveam, me non propter alicujus sermones, sed qvia ipsemet vidi & audivi, & cognovi, statuere, qvidqvid statuo. Ideóq; visum est tantillum impendere laboris, ut trans-

latum opus hoc in vernaculam nostram communicare, atqve charissimis meis, sub cruce nunc gementibus sympatriotis, in solatium submittere non piguerit. Judicium meum nemini obtrudo: rogo tantummodò, ne qvis apud se gnaviter expendere gravetur, unde hæc talia & tanta homuncioni isti venire possint? Inusitata enim, admiranda, atq; adeò stupenda esse, quæ iste visa sibi & audita recenset, nemo erit omnium qvi legunt, qvin fateri habeat necesse. *Unde ergò ista?* qværitur, & qværendum utiq; est. Aut certè à seipso ista habet, aut aliunde. Si à seipso, tùm aut ab aliqvâ Melancholicâ imaginatione, talia oculis & auribus obversata fuisse; aut ea sibi audaci temeritate confinxisse, suspicabimur. Non illud: qvia per totum octennii tempus integris & vegetis sensibus, si qvisqvam alius, deprehendebatur, ut & adhuc. Neqve hoc: qvia Vir bonus, & teneræ conscientiæ, & qvi adeò per triennium integrum refugiebat hoc munus, ut nonnisi velut alter Jonas rerum suarum naufragio, perpetuisq; conscientiæ torminibus adactus, rem propalare, nimis tamen timidè principiò, aggressus sit. Tandem simplicitas sua facilè eum hâc suspicione liberat, utpote homuncionis illiterati, & præter opificii sui, & exiguam Religionis cognitionem, omnia divina humana ignorantis: ut omninò aliunde ista ipsi suppetere necessum sit. Unde autem? Annon ab ingeniosorum aliqvo ista conficta, & ab hoc sub Visionum nomine, promulgata? Id si fecisset, certè aut lucri, aut famæ spe fecisset. Jam autem contrarium videmus: per id enim ad extremam inopiam redactus est, & in contemptum ac risum, deniqve in carceres & vitæ discrimina. Qvis illi qværso tam charus esse potest, ut ob illius figmenta rem domesticam, nomen, vitam, æternamq; salutem suam, periclitari velit? Adhæc, audacter pronuntio, si centum milleni Eruditi capita contulissent, talia hæc nunqvam tamen protulissent: adeò hîc sublimia mysteria, methodus, stylus, ut omnes Eruditos insanire promptiùs sit, qvàm talia imitari, nedum confinge-

re.

re. Qvid autem si magis qvàm certò tibi pollicear, Christiane lector, à nullo hominum, nisi à solo hoc simplicista, isthæc cuncta profecta esse, adhucne fraudis insimulabis? Id autem tàm certum esse, qvàm te qvi hoc legis legere, pro indubitato habe. Primò qvædam in Curia, ternâ vice, à Notario Civitatis ex ejus enarratione consignata: reliqva postea à Viris bonis ex dictantis ore excepta; postrema ab ipsomet (ubi pingere qvoq; literas qvaliterqvaliter didicerat) in chartam congesta sunt. Hoc mirandum, adeò divinam illi esse impressorum memoriam, ut anteqvam retulerit in chartam, singula verba, imò apices, eôdem quô audivit ordine, etiamsi centies recitanda essent, recitet. Unde necessariò seqvitur, ab aliqvâ altiori, qvàm qvalis in homines cadit, intelligentiâ, cuncta ista proficisci: à spiritu nempe, seu bono, seu malo. Malo autem ista tribui non possunt, nisi nos Evangelii nomine persecutionem perpessos Satanæ regnum, ipsos autem persequutores Christi Ecclesiam esse, suspicari velimus. Qvid multis? divináne revelatio, an diabolica illusio hæc sit, nihil conjecturis opus, clara demonstratio in promptu est. Dijudicationis inqvam spirituum & doctrinarum infallibilem accepimus regulam à Christo benedicto Servatore nostro, qvi *Doctrinam suam non à Diabolo* (ut criminabantur Pharisæi) *sed ex Deo esse, tribus evincebat argumentis.* (Ioh. 8.) *Primò, qvòd esset consona veritati* (v. 46.) *Secundò qvòd in gloriam Dei spectaret* (v. 49. 50.) *Tertiò qvod plenos afferret consolationum fructus.* (v. 51.) Unde certissima, & prorsus infallibilia, earum qvæ à Deo proveniunt doctrinarum, accipimus criteria. *Satanica* qvippe semper, *primò, à Veritatis regula* (qvæ est æternum Dei Verbum) *discrepant*, atqve adeò Scripturas vel transiliunt, vel pervertunt, vel involvunt, & variè obscurant. *Dehinc eò tendunt, ut homines pro fine & scopo* (omnium hæreticorum & magorum exemplô id patet) *seipsos, famam, honores, opes, alienum favorem, & similia intendant: & vanâ sui vel superstitiosâ Creatura-*

rum, fiduciâ inebriati, Deum timere & revereri dediscant. Doctrinæ deniqve hominum, qvæ authore Satana proferuntur, vel stuporem inferunt conscientiis, vel opinionem saltem Consolationum, qvæ in tentatione non durant, sed diffluunt, ut in sole nives. At verò hîc longè aliter habet res. Qvicqvid hîc auribus & oculis subjicitur, tale est, ut semper & perpetuò ad ipsos veritatis fontes, nempe Scripturas, dirigat, earum amorem occultâ qvâdam energiâ instillet, atqve adeò modô qvôdam mirabili lumen animis, ad intelligenda sublimia Scripturarum mysteria, inferat. Et qvemadmodum Author ipse per has à Deo deductus semitas, Mundum & Mundana negligere contemnereqve edoctus est, ita qvicunqve hæc cum timore Dei legerit, eô pietatis motu sese affici sentiet, ut nihil nisi Deum cogitare, loqvi, adorare, laudibus extollere, gestiat. Tandem sentiet se plenum divinis solatiis, ut Mundi & inferorum terroribus omnibus posthabitis erectus stet, ad omnem nutum Dei, miseratoris sui, vivere & mori paratus. Non qvasi hîc novi aliqvid præter ante scriptum Dei Verbum, proferatur (Nam qvi aliud evangelizaverit, etiamsi Angelus ipse sit de cœlo, anathema esto) sed qvòd ea qvæ in veteri illo, & in æternum immoto Dei Verbo prostant, in novo hoc seculo, & novo rerum statu, novô qvôdam, & præsentibus tenebris accommodo, applicentur & explicentur modô: ut clavem sibi multorum in Scripturâ Oraculorum divinitus porrectam fateri necesse habeat, qvicunq; hîc qvoq; ludenti Sapientiæ Dei debita cum observantia præbuerit aures. A Dei enim hæc profecta fuisse spiritu, tùm dicta jam ultra humana rerum sublimitas, qvæ piè legentium animos ultrò perstringet, tùm positus à Deo verorum oraculorum character satis demonstrat, Deut. 18. 20. Ibi enim mandat Deus, ut Propheta, qvi sibi arrogaverit nominè Dei loqvi, à Deo non missus, moriatur. Sed *unde cognoscam*, inqvies, *non esse verba, qvæ præceperit Deus?* Respondetur: *Si non evenerit qvod prædixit iste Propheta, hoc est illud Verbum,*

qvod

qvod Jehova non est loqvutus. &c. Item Jer. 28. 9. dicitur: *Cùm evenerit Verbum alicujus Prophetæ, tunc cognoscitur ille Propheta esse, qvem verè misit Dominus.* Hæc autem Cotterianis Visionibus comprehensa vaticinia si qvis attentè consideraverit, videbit facilè qvàm multa jam, (qvæ nemo vel per somnum cogitare potuisset) eventum sortita sint, & reliqva planissimè in eventum disponantur, nisi qvi planè cœcus sit. In numeris qvidem videntur sibi qvidam aberrationes: eò qvòd positi qvidam termini jam præterierint. At nolunt animadvertere multa jam qvoq; & maxima rerum momenta præteriisse, initiaq; complementorum revera esse facta: qvod in oculis Dei, & in ipsa re, tantundem est acsi jam completè omnia evenissent. Nam & Danieli de reductione populi, Templiq; restauratione loqvens Angelus, ab enuntiatione edicti terminum sumit (Dan. 9. 25.) Unde patet, certam rei inchoationem in vaticiniis idem esse qvod complementum ipsum. Ut taceam, in Scripturis qvoq; exstare exempla, ubi non præcisè in ipso prædicto temporis articulo, sed aliqvantò pòst, Deus promissiones implevit suas. Ex. gr. Abrahæ promisit, *post 400 annos posteritatem ejus se liberaturum ex Ægypto.* (Genes. 15. 13.) qvod & Stephanus accuratè repetit (Act. 7. 6.) *Cùm tamen 30 annos ultra prædictum terminum producta fuerit eductio.* (Exod. 12. 40. Gal. 3. 17.) Similiter, Oraculum fuit, *non auferendum à Juda sceptrum, donec venisset Silo* (Gen. 49. 10.) *Ablatum tamen fuit paulò ante qvam venisset:* jam enim subjugati erant Gentibus (Luc. 2. 1.) Qvid ergò tam temerarius sit homo, ut si non perinde omnia, qvomodo ille arripuit, exeant, statim naso suspendere velit? præsertim cùm nondum qvidqvam contrarii apparuit? imò cum omnibus prædictis, iisdem prædictis temporibus, initia data sint? Qvod si cui obscurum, poterit aliqvando subjunctis commentariolis illustrari. Nunc rem ipsam, Lector, ut in se est, cape, & lege, & confer cum Scripturis, nihil authoris vilitate, aut contemptibilitate, offensus. Hic enim anti-

qvus

qvis eſt Dei mos, ut qvæ contempta ſunt, & ſtulta mundo, eligat (1 Cor. 1.) ut & Mundi naſutam confundat atq; contundat Sapientiam, & ſuam reddat illuſtriorem. Nam alioqvi ſi Eruditorum aliqvis talia proferret, non haberetur ei fides, ex divina iſthæc revelatione proferri, niſi id confirmaret miraculis (Joh. 10. 38.) Hîc autem id per ſe miraculoſum eſt, talem talia, qvæ infinitò captum ejus ſuperant, proferre. Initium qvidem (attendat id quoq; Lector) humile eſt, taleq; omninò qvod ſperni poſſit, at poſteriora certè ſublimia: ita per gradus qvosdam infantiam ejus, & noſtram, inſtruere viſum Deo. Omnia autem licet diverſiſſima, ad eundem tendunt ſcopum: & ubiq; ſtylus Spiritus S. ſimplex & penetrabilis admodum, animadvertitur: imò omnia hîc ex verbis, ſententiis, hiſtoriis & typis S. Scripturarum, plus qvàm humanô artificiô contexta ſunt. Tandem tamen, ut verbô complectar, qvid verè hîc & indubiè ſtatuendum ſit, non argumentis ad id, & Syllogiſmis, ſed Spiritu Sanctô duce opus fuerit: hunc ergò à Patre luminum pete, qvisqvis hæc legis, ut te illuminet, & Spirituum diſcretione donet. Cave autem obiter legas, qvi ſolidum fructum qværis: aut legas ut Eruditorum conjecturas ſolemus, curioſâ ſolùm futurâ præſciendi aviditate: ſed tanqvam altiora, & ubi in ſingulis verbis myſteria, vel emphaſes, occurrunt. Ideò hæc magna qvoqve cum diligentia tranſtuli: non ſolùm ut ne qvid adderem, vel omitterem, cavens, ſed proprietatis qvoqve verborum tanta mihi cura fuit, ut ſicubi Germanicè Spiritus obſcure loqvitur, aut voce phraſiqve diverſum admittente ſenſum utitur, id ſtudiò ita exprimere laborarem, etiamſi nonnunqvam, ſi conjecturam ſeqvi voluiſſem, clarius loqvi potuiſſem. Invito g. pios omnes, ſi qvis prænuntiata in Scripturis vaticinia clarius intelligere; ſi horrenda in Mundo Dei judicia jucundius ſpectare; ſi in omnibus præſentium calamitatum procellis inconcuſſam divinæ miſericordiæ fiduciam retinere cupit, is hæc legere, & meditari, ne ſpernat. Scripturamqve, & Preces, atqve ad Deum ſuſpiria, perpetuos ſibi jungat comites. V. Scribebam in Glogovienſi Ducatu, hoſpes. Ann. 1625. Maji 26.

REVELA-

REVELATIONUM

CHRISTOPHORO COTTERO,

Civi & Alutario Sprottavienſi

(*in Sileſia inferiore*)

AB ANNO 1616.

uſque

AD ANNUM 1624.

factarum,

CAPUT I.

[*Prima Chriſtophori coram Senatu de factis ſibi per triennium Angelicis revelationibus, relatio.*]

ANNO 1619. die 29. Auguſti, comparuit coram Senatu Urbis Sprottavienſis, Magiſtratu ſuo, *Chriſtophorus Cotterus*: impetratâqve dicendi poteſtate, ita orſus eſt. 2. Agnoſcere ſe, quòd coram iis conſiſteret, apud quos nonniſi vera loqui ſanctâ jurisjurandi lege teneretur: proindéqve in præſenti peculiari causâ, ob quam compareret, nihil ſe aliud, quàm quod ſibi revera evenerit, eveniréque ſoleat, bonâ fide narraturum. 3. Ediſſeruit itaque, Anno 1616, Junii 11. (qvi Sabbati fuit) contigiſſe, ut Gorlicium proficiſcens Neuhammeri pernoctaret. Inde ſeqventi diluculô egreſſo ſibi, qvùm ſuperatâ Gorlicenſi ſylvâ in apertam planitiem penetraſſet, Langenoviam (locum ſibi natalem) perrecturus, adveniſſe à latere hominem qvendam, formâ admodum decorâ, habitu pullô, ocreiſque nigris, indutum: qvem ſe fuiſſe Metallicum aliqvem ſuſpicatum, eô qvòd vicinia illa ferrifodinis abundat. 4. Hunc propiùs accedentem, amanter Chriſtophorum ſalutaſſe, qvô tenderet, inqvirendo: ſéqve redditâ ſalute ad qvæſita re-

spondisse: & dùm hôc pactô ad familiares sermones esset deventum, ipsiqve sociatô itinere progredientes integrum ferè milliare inter colloqvia transmisissent, factum, ut ingressis qvasdam viæ angustias comes ille insolentiùs Christophorum alloqvutus (*Tu* dicendo, qvô loqvendi genere Germani, nisi per contemptum, non utuntur) hæc tandem in verba proruperit: *Heus tu, dicendum à me tibi est qviddam) quod Tu Magistratui, Ecclesiastico & seculari, referre debebis.* 5. Obstupescente ad hæc Christophorô, qvidve fieret ignarô, perrexisse alterum: *Qvòd exarserit ira DEI adversus genus humanum, & ad infligendum pœnas in furore properet, nî resipuerint: punitura inprimis Superbiam, Impuritatem, Deiqve & Divini verbi contemptum.* 6. Hæc ubi loqueretur, devenisse illos ad pratum *Melchioris Franci*: ubi, qvoniam fossa transeunda fuit, Christophoro per ponticulum præcedente, alterum â tergo ipsius evanuisse, ut Christophorus qvorsum devenisset non animadverteret. 7. Se itaque jam solum perrexisse Langenoviam: inde â. postqvam apud matrem suam pernoctasset, Gorlicium, ad Magistrum qvondam in arte suum: die vero 14 (quæ fuit Martis) Templum ingressum, concionem ex Esaiæ 1. cap. audivisse. 8. Qvumqve ex recenti consternatione perturbatus animus tranqvillari non posset, ivisse animi causâ ad Sacellum usqve, qvod *Christi sepulchrum* vocant: ibi personam nuper conspectam rursum sibi apparuisse, repetitisqve iisdem verbis disparuisse. 9. Proximè seqventi Mercurii die, qvùm sacris in Templo manè peractis, & Concione ex Psal. 103. auditâ, in suburbium rediisset, rediisse eundem illum itineris comitem, & reiteratis, qvæ ante dixerat, evanuisse. 10. Exhinc profectum se Langenoviam; integram ibi hebdomadem apud matrem hæsisse, pedibus ægrum, & multis animi cruciatibus infestatum: sed cùm postea rursus in Civitatem ob negotia sua proficisceretur, personam illam in agro paterno iterum obviam sibi factum, priora illa in memoriam sibi revocantem. 11. Inde qvum domum se recipiens Sagani pernoctasset, manè ad sacra eunti denuò sibi Virum eundem in plateâ obvenisse, formâ eâdem, habitu tamen non jam pullô, sed hyacinthinô, amictum. 12. Se igitur Concione peractâ Ecclesiæ Antistitem, M. Meisnerum, adiisse, rem prout evenerat retulisse, consiliumqve petiisse. Cui tale dederat, ut precibus fervidis ad DEUM fusis, rem hanc aliqvantisper silentio premeret, sibiqve ista qvantum posset animô excuteret; memor illius, *Habent Moysen & Prophetas, hos audiant.* 13. Addidit tamen, se officio suo, hortandi ad pænitentiam homines, non defuturum; Visionem autem illam, si ab authore DEO profecta esset, redituram. 14. Abiisse itaque hôc responsô impetratô

Chri-

Christophorum, domumque pergendo Affinem suum (ad qvem ab itinere deflexerat) sicut & domi conjugem suam, totius rei conscios fecisse: utrobiqve tamen ut taceret admonitum, ne delatâ vel ad Magistratum, vel ad Ministerium, hujus rei famâ, periculum aliqvod incurreret. 15. Atqve ex eo tempore neminem se ampliùs in conscientiam rei assumpsisse, propriâ tamen conscientiâ perpetuò inqvietatum. 16. Donec rursus 14 Aprilis Anni præsentis (1619) persona illa habitu induta hyacintinô sibi apparuisset: qvâ conspectâ, non modò jam non exhorruerit, sed intimô quôdam & insolito gaudiô perfusus fuerit. 17. Interrogatus autem, præmissâ salute, num rem sibi mandatam curavisset, qvùm respondere nescius obmutesceret, Virum illum levatis ad coelum oculis, *Non nobis, Non nobis, Domine, sed nomini Tuo da gloriam*, dixisse. 18. Conversumqve ad Christophorum, perrexisse: *Cur vero Tu id exsequi neglexisti? Annon majus qvid DEUS Tuus de te meruit? qvi te creavit, redemit, sanctificavit, & ad vitæ æternæ spem regeneravit?* 19 *Ecce DEUS Tuus tui causâ Filium suum morti tradidit: Tu verò lingvam Tuam ipsi commodare, Teqve ipsum operi Organon præbere, recusas?* 20. *Edico tibi, Nî istud feceris, non habiturum te qvietem in corde tuo: neqve hoc duntaxat, Nomen etiam tuum delebitur de Libro Vitæ:* 21. *Qvid homines metuis, foliis strepitum edentibus leviores? à qvibus triplex qvidem de istis feretur judicium. Minabuntur tibi nonnulli, mirabuntur alii, pleriqve susqve deqve habebunt: sed Tu cave qvidqvam ad ista respicias.* 22. Tùm cæpit ipsum informare Spiritus, Temporum præsentium partim lætam, partim tristem, esse faciem. *Lætam*; qvòd tempora sint gratiæ, qvibus Verbi Divini lux tàm clarô fulgore hominibus illuxerit. *Tristem*, qvòd homines lucem hanc videre nolint, sed caligantia erroribus & infidelitate corda retineant. 23. Hæc prolixiùs tunc â Spiritu explicata, sibi tamen non omnia memori mente comprehensa fuisse. 24. Tandem dixisse Spiritum: *Nisi seriò emendatum se-ipsos iverint homines, Deum igne, gladiô, fame, & peste, graviter eos esse puniturum.* 25. Porrectâqve Christophoro dexterâ, monuisse porrò, ut metum exueret, nihil sibi mali obventurum. 26. Subjecisse deniqve: *Accelerabo Ego Verbum meum, ut illud faciam*: Hisqve dictis disparuisse. 27. Se autem solum ibi relictum primò stupescentem, tùm in omnes partes oculos circumferentem, ex uno latere Turbam candidam, canentium & exultantium; ex altero autem catervam atram, gementium & ejulantium, conspexisse; eâqve Visione attonitum, domum rediisse.

CAPUT II.

[*Videns animatur, 1. 2. Bellorum libido abominatio apud Deum, 3. Trianguli visio, 5. ejusdem explicatio 8. de Electore Saxoniæ, 13. Friderico & Ferdinando, Spiritus qvædam prædicit, 17. nec non de seipso Christophorum informat. 25.*]

ANno 1620. die 1. Augusti, proficiscenti rursus Gorlicium Christophoro, persona ei toties priùs visa apparuit, qvùm Neuhamro Schönbergam tenderet, horâ matutinâ nonâ, qværens ex ipso: *Num sibi mandata expediverit?* *Expedivi*, respondit, *nihil tamen inde præter ludibria retuli.* 2. Perrexit ille, monens, ut nihil ad hæc respectando intrepidè rem ageret: plura enim sibi esse notificanda, non inferioris tantùm conditionis homines, sed ipsum Bohemiæ Regem concernentia. 3. Inprimis, ne tantâ cum lubentiâ Principes ad arma proruerent, abstinere potiùs â sangvine fundendo animum inducerent: vindicem alioqvi habituri DEUM, qvi punire ipsos decreverit, mitteréqve Leonem rugientem ad eos vinciendum, & conterendum, ut nec vola nec vestigium superfutura esset. 4. Qværenti autem Christophoro, *Etiamne hæc Fridericum Regem concernant?* & *Num qvoqve à capessendis armis prohibeatur?* Respondit, *Illum prohiberi, qvem belli libido trahat: aliud qvippe esse necessitate compulsum bella suscipere, aliud affectatè ea qværere.* 5. Interjectis octo diebus, qvùm Christophorus Gorliciô se reciperet, egressus jam suburbiô *Triangulum qvoddam, super terram elevatum, in aëréqve pendulum*, conspexit. *Ex qvo tria audivit Horologia, sonô uniformi sonantia, singula undecim ictuum:* qvod qvid sibi vellet, tunc non intellexerat. 6. Augusti 26. rursus Gorlicium iter faciens, vidit (inter Malmits & Neuhaus) ad se venientem virum staturâ perbrevi, stolâ amictum candidâ, faciem tamen & sermonem prioris exactè referentem: â quô salutatus, ut expedire iter suum maturaret admonebatur, qvòd ipsum pòst invisurus esset. 7. Apparuitqve illi postea in reditu (inter Soravam & Langenoviam) de rebus variis informans, qvodqve in utero matris ad exseqvendum sedulò DEI opus destinatus esset, significans. 8. Tum & illud *Trianguli, triplicisque Horologii undecim sonantis, mysterium* exposuit: Nempe, ut in trinâ dimensione Trinitatem SS^m. intueretur: ex sonorum autem trini Horologii uniformitate Trinitatis agnosceret unitatem. 9. Undecim horarum numerum innuere, adesse jam tempus surgendi de somno peccatorum, eò qvòd undecima, horarum illa ultima, nunc sit: qvâ ad conducendum ultimos in vineam suam operarios exeat paterfamilias, consessurus paulò post ad distribuendum operariis mercedem. 10. Porrò ut habita trini Horologii

ratione

ratione multiplicet 2. per 3, exiturum 6: & rursum 3. per 3, futurum 9: qvô innuitur, qvemadmodum patiente Christo, ab horâ sextâ usqve ad nonam, tenebræ invaserant totam terram, ita undecimâ hâc horâ densas spirituales tenebras orbem Christianum occupaturas. 11. Sicut autem visis Christo patiente miraculis Judæorum Pontifices, Pharisæi & Legisperiti, converti debuerunt, nec conversi sunt, sed res hæc ad Ethnicorum penetravit corda; ut alius eorum, aut DEUM pati, aut mundi finem imminere, diceret; alius verò Crucifixum cominùs aspiciens ad fidem conversus, Christumqve DEI Filium confessus, esset. 12. Ita miraculis jam jam edendis Christianorum corda, præsertim per Germaniam, flecti ad resipiscendum deberent: flectetur autem potiùs magnus qvidam multorum Regnorum Monarcha, qui relictis Gentilismi tenebris Euangelii lucem recipiet. Hæc ubi dixerat, disparuit.

13. Septembris 6. Freistadii fuit Christophorus: inde domum redux, Virum illum denuò conspexit, hisce verbis se compellantem: *Tu me homini similem intueris: sed ego in excelsis habito, in terrâ viventium.* 14. Simulqve ipsi significavit, Saxoniæ Electorem non ultra 14000 exercitum habere, qvô aliqvid omninò peracturus esset, ad hominum peccata punienda: sed Dominum Dominantum jam ipsi qvoqve præfinivisse terminos, qvos transgredi non poterit: subsecuturam etiam ejus perniciem, nisi resipiscat. 15. Item, qvemadmodum Christus duplex judicium subire necesse habuit: *alterum hominum*, eum cum Doctrina sua abolere proponentium: cujus conseqvens fuit, ut Christus pateretur qvidem, sed mox majore cum gloria, & doctrinæ suæ patefactione, resurgeret: *alterum Dei*, decernens ut in Christo peccata hominum expiarentur. 16. Ad eundem modum præsenti Gentium commotione duplex institui Consilium: *aliud hominum*, qvi Religionem sinceram opprimere & abolere laborant; hoc cum eventu, ut patiantur qvidem multi, Evangelium tamen postea multò clariori luce radios suos sparsurum sit: *aliud Consilium Dei*, qvi hocce bellô, ceu flagellô, punire peccata hominum parat. 17. Mandavit etiam Christophoro, ut proximô Sabbati die ad Saganum in campo compareret, plura auditurus. Cumque comparuisset, comparuit & ille qvi hactenus sibi loqvebatur, staturâ tamen pueri, qvinqve vel sex annorum, assumptâqve stolâ candidâ: mandans illi Fridericum Regem adire, moneréqve, ut respiceret *Supra se*, *Intra se*, *& Juxta se.* 18. Qvod sic interpretabatur: *supra se*, ut intueatur Deum, à qvo vocatus sit, & cujus est deprimere, rursúmque erigere. 19. *Intra se*, ut conscientiam suam probè respectando, secundùm hanc Regimen suum ad pro-

pagandam Dei gloriam administret, tanqvam rationem redditurus. 20. *Circa se*, ut subditos respectet, ad protegendum eos: certus, se â Divinâ ope non desertum iri. 21. Ex adverso autem concredidit illi tria, nemini priùs communicanda qvàm Regi soli, servitura illi *solatio, cautelæ, constantiæ*. 22. De *Ferdinando* qvoqve tunc dixit, dejectum esse Regno non ab hominibus, sed â Deo. 23. *Fridericum permansurum Regem*, si *ad Deum vexilla sua, spesqve suas, direxerit*: qvod eundem qvoqve facere, flexisqve genibus Deum sæpè invocare, Spiritus contestatus est. Ne Regem metueret, etiamsi fortè austerum obversurus esset vultum, sed animosè & intrepidè exponeret, qvod in mandatis haberet. 25. Tandem exposuit ipsi Spiritus causam, *cur diversâ specie & habitu ipsi apparuerit*: Nempe pullum habitum, & hyacintinum, *duplex Testamentum* designare, *Vetus & Novum*. Candidô autem habitu, & pusillâ staturâ, erudiri Christophorum, qvòd nunc pusillorum indolem induere, Rationem Fidei subjicere, & cum Nicodemo Scholam Christi ingredi, debeat: facilè sic admissurus ea, qvæ rationi suæ impossibilia videbuntur. 26. De se autem addidit Spiritus: *Ego hic in humanâ consisto forma: habito autem in excelsis, in terrâ viventium, unus ex eorum numero qvi exseqvuntur jussa Dei, ministerii causâ emissi propter eos, qvi hæreditatem capient salutis*. 27. *Ne existimes, novi qvidpiam tibi obtigisse: factum id sæpè multis, nec ignotum erit posthac.* His dictis evanuit.

Cap. III.

[*Visio Cæli splendidi.* 1. *Oculi, Cordis, Manûs, Pedis*, 5. *Septem Militiæ Ducum, loricis & gladiis armatorum*, 11. *Leonis cum septem stellis*, 16. *Exercitûs Meridialis*, 19. *Arboris excelsæ* 20. *Campanæ*, 21. *cum admonitione ad servandam Deo Regiqve fidem*, 22. *Nec non de Electore Saxoniæ qvædam* 26.]

ANno 1620. Septemb. 27. die Dominicô, qvi Festum Michaelis præcesserat: qvùm Christophorus ad negotia sua Saganum iret, nec longè à Lateraria abesset, visus est sibi velut à mente abire: moxqve in virente amænissimo prato constitutus, vidit *cælum stellis fulgentibus oppletum, Lunamqve pariter & solem plenô fulgore coruscantes*. 2. Pratum illud pueris erat refertum, lætitiáqve & jubilis tantis, ut verbis exprimi non possit. Audivit præterea Melodiam longè dulcissimam, cujus svavitate, & spectaculi mirificâ amænitate, delinitus fuit adeò, ut mundi totius meminisse piguerit. 3. Hæc ecstasis postqvam ipsum reliqvit, vidit se in campis Sprottaviensibus (nomine Starcke acker) consistere, duobus à Sagano mil-

milliaribus, idqve tertiâ inde die, qvę fuit Martis: ut diem integrum, duasqve noctes hôc spectaculo frueretur, nec tamen vel famen vel sitim sentiret. 4. Recepto autem sensuum usu, vidit sibi adstantem Spiritum suum, dicentem: *Redi jam domum, & DEO gratias age pro Angelorum custodiâ, qvam & porrò tibi exopta.* Subjecit: *Qvoties nostrô circa homines ministeriô uti vult DEUS, humana nobis induit corpora.*

5. Novemb. 7. [erat pridie cladis Friderici] Saganum tendens iterum, qvum Petersdorfio esset vicinus, apparuit ipsi genius, & *qvonam ire vellet*, qvæsivit. Respondenti, *Saganum: Non ibis jam*, inqvit, *tertiâ inde septimanâ ibis.* Qvod interdictum si transgressus fueris, scito te corpore & animâ punitum iri: sed comparebis proximô die Dominicô in campo. 6. Qvùm ergò comparuisset, exhibuit illi spectandum perangustâ in chartâ depictum *Oculum*; & *Cor* sagittâ trajectum; & *Manum*; *Pedemqve.* 7. Qvæ hôc modô ipsi exposuit: *Oculum* spectando, ut intueretur perspicacissimum DEI oculum, intuentem omnia. 8. *Cor* docere ipsum, qvantoperè peccatis mundi offensus sit Deus Pater; cujus tamen iratum cor, sagittâ dilectionis Filii trajectum esse, ut non misereri non possit: ut ergò lætâ frueretur spe, & cum fiduciâ oraret. 9. *Manum* videns, ut sibi revocaret in mentem, non esse abbreviatam DEI Manum, qvin opitulari possit, & mutare omnia; nec imposituram plus humeris nostris, qvàm perferre possimus. 10. *Pedem* autem significare, qvàm celeriter ad succurrendum properet DEUS, ut qvi nullius adhuc unqvam hominis salutem retardaverit, paratus ad auxilium semper, qvoties id sibi gloriosum, & hominibus salutare videt. 11. Tùm ei mandavit, ut post duas â proximè futura Mercurii die hebdomadas, nempe 25. Nov. ad Witgendorfsium veniret, singulare qvid ex ipso auditurus. 12. Factum, comparuitque etiam Spiritus, Christophorum edocens *adesse tempus, qvô millena millia Eqvitum ab Oriente ad Septentrionem, & à Septentrione ad Occasum in superiores Germaniæ Provincias ventura sunt: foreqve Exercitum secundum numerum Ducum septipartitum.* 13. Ex Ducibus tres fore trinis loricis armatos: cæteris qvatuor Gladios datum iri in manus. 14. *Primus loricatus*, inqvit, puniet spiritualem & corporalem superbiam. *Secundus*, spiritualem scortationem. *Tertius*, Dei Diviniqve Verbi contemptum. 15. *Primus gladiô armatus* coërcebit injustitiam in superioribus & inferioribus statibus. *Secundus* refrigeratam in filiis hominum charitatem. *Tertius* ebrietatem & intemperantiam, scortationem & immunditiem, donorumqve DEI horrendum abusum. *Qvartus* immodicum terrenorum amorem, usurarios, avaros, & qvi terrenis immersi delicias in eis ponunt.

16. His

16. His ille audiendis intentus, *conspicit ante se Leonem naturali col septemstellis cinctum, tamqve propè sibi adstantem, ut manum suam capiti imponere, idque sine metu, potuerit.* 17. Mox in occursum Leoni ‹ spicit venientem *semiformem Lunam: quam Leo anterioribus pedibus ap bensam tenebat tam diu, donec perfectam nancisceretur rotunditatem, plenò fulgeret corpore.* 18. Hæc dùm ille aliqvantisper contemplatus fuis alius qvidam *igneus mirè lucidus fulgor Leonem & Lunam circumiens* obı bravit, ut sic in fulgore isto evanescerent omnia.

19. Vix hæc desierant, vidit à *Meridie venientem Exercitum num sissimum*, ut exhorresceret: propiùs tamen adventante Exercitu di ruerunt præ oculis omnia, ut qvô venerit Exercitus ille nesciret.

20. Tùm vidit ante se *Arborem qvandam proceritate miram, virore an nissimam, ut similem nunqvam viderit:* Cui aliqvantisper adstans, vidit dicitùs evulsam, frondibus & foliis spoliatam, tandem & qvasi exusl inutilemqve truncum, alvei ad instar cavum. 21. Mox in aëre consp stupendæ magnitudinis Campanam, suômet motu agitatam, tantum sonitum edentem, ut hunc â toto Terrarum orbe audiri non dubita 22. Ibi demùm spiritus eum compellans, ut ista omnia ad Senatum u referret, injunxit. 23. Mandans simul, ut ad Regem iter susciper eiqve præter tria illa, sibi priùs concredita, hoc etiam significaret: *Qu vis jam adversæ sorti implicatus sit, si tamen DEO supremo Regi, tanq suo Feudi Domino, adhærere perrexerit, ipsius auxiliô emersurum tand* 24. Ad Christophorum autem: *Qvamvis*, inquit, *Tribulationi magnæ involvemini: qvi tamen DEO & Regi fidum se servaverit, ipse servabi* Ad superandum verò Tribulationes istas, opus erit *Pænitentiâ, Charit Prudentiâ, Precibus, Fide, Spe.* 25. Hæc omnia Christophorus 30. N in Sprottaviensi Curiâ enarravit, præsente totô Senatûs Concilio, Juc aulicô, Ecclesiæqve Pastoribus. 26. Interrogatus, nihilné ampliùs Electore Saxoniæ acceperit? respondit: *Saxoniæ Electorem ab alio, operi destinato, monitum iri, ut à proposito desistat. Qvod nisi fecerit, horren DEI pænas sibi cumulaturum ob ingratitudinem, qvod terra ipsius pr omnium Evangelii uberibus lactata fuerit.*

CAP. IV.

[*Examinatur ab Antistite Ecclesiæ.* 1. *Proficiscitur Vratislaviam ad Fridericum.* 7.]

DEcembris primâ accersitus fuit Christophorus ad M. Abraham Mencelium, Ecclesiæ Sprottanæ Pastorem primarium, examini

subjectus acerrimo: ut si salvam vellet salutem suam, ediceret, unde ista hauriret? ipséne confingeret, an ab aliqvô conficta sub Visionum nomine spargeret? 2 Inculcabatur ipsi, probè consideraret, qvanta essent qvæ susciperet, qvamqve horrendum (si dolus subest) crimen incurreret, qvanto periculo conscientiam suam subjiceret, qvàm Dei & hominum iram in se concitaturus, vitæqve certissimo dicrimini conjugem, liberos, pluresqve alios secum involuturus, esset. 3 Ille omnibus exauditis, hilari mente, nihilqve trepidans, respondit: *Suscipere se omnes diras, & optare ut omnia hæc eveniant, si qvidqvam, unqvam, præter ea qvæ vidit, & audivit, & in mandatis accepit, loqveretur. 4 Nihil tale sibi unqvam per somnium obvenisse, multò minus à seipso, homine rerum ignaro, confictum, nec etiam à qvoqvam homine horum aliqvid esse acceptum, vel auditum; sed tantummodò sic per visionem omnia ista exhibita. 5 Spiritus autem ille bonusné an malus sit, id qvidem se discernere non posse, ideòqve consilium & informationem petere, utrum hîc aliqvid expresso Dei Verbo sit adversans, nec ne? 6 Se tamen spiritum illum bonum judicare ex eo, qvòd in excelsis habitare se dixerit, & emitti ad ministerium iis, qvi hæreditatem capient salutis.*

7 Decembris igitur qvintâ Vratislaviam iter suscepit, & 10. ejusdem, operâ D. Wilpreti Regii Fisci (per Ducatum Glogoviensem) Præfecti, ad Regis audientiam admissus, in præsentiâ trium Principum, ea omnia, qvæ mandata habuit, exposuit: Præsertim tres illos articulos (qvos hucusqve interdicti lege nulli hominum revelaverat) hæc in verba: 8 Primò, *ut Rex pacificum pectus suum omnimodè hostibus suis testatum faceret.* Qvod si illi ad pacem flecti noluerint, Deum excitaturum contra ipsos Exercitum ab Oriente ad Septentrionem, & à Septentrione ad Meridiem & Occidentem, in superiorem Germaniam: qvi non futurus est Exercitus Regis, sed Exercitus Dei solius. 9 Secundò, *ut Rex diligenter sibi ab hostibus caveret*, qvæsituris occasionem venenô ipsum tollendi, eôque etiam modô plenam adipiscendi victoriam. 10 Tertiò, *ut Rex animo suo probè infigeret Jacobi Patriarchæ exemplum, qui duos habuit hostes, Labanum & Esavum.* Sed qvemadmodum Jacobum mirificè Deus liberavit, qvòd ipsi confideret, ita liberaturum qvoqve Regem, si pariter fiduciam suam collocaverit in Deo. 11 Qvibus exauditis Fridericus breviter respondit, *Accipio primum pro Mandato: secundum pro Monito: tertium pro Speculo.*

Cap. V.

[*Nova Novi Spiritûs apparitio, illiusqve à Cottero adjuratio.* 2. *Visionum Cap. III. recensitarum explicatio*, 10. *Novarumqve qvarundam de Friderico exhibitio*, 22. *Differentia Angeli & Diaboli.* 27.]

ANno 1621. 9 Januarii, qvùm iret Saganum, apparuit sibi Puerulus, quasi 6 vel 7 annorum, non eâ tamen faciei formâ, neqve eôdem vocis sono, qvem prior præ se tulerat, habitum gerens tricolorem, album, cæruleum, & igneum. 2 Hunc Spiritum adjuravit per Deum vivum, qvis esset? flexisqve genubus adoravit Jesum Christum Dei Filium, *qvandoqvidem ille Salvator esset, qvi contrivit caput Serpentis, venitque in mundum, ut dissolveret opera Diaboli: ut per misericordiam & meritum suum hâc gratiâ se dignaretur, si hæc visio spectrum aliqvod, aut fascinum Satanæ esset, liberari ab eo ut posset: si autem Dei esset opus, ut id sibi cognoscendum daret, conscientiamque suam qvietam redderet.* 3 Hâc ad Christum fusâ prece, sensit repente in corde suo solatium gaudiumqve tantum, ut exprimere non posset verbis. 4 Puerulus autem ipsum his verbis compellavit: *Non ego Te abduco à Deo, sed deduco ad DEUM, sicut antea tibi significatum est.* 5 *Imprimis autem Christum tibi monstro, & ipsius meritum, in quô unicè consistit salus: memento igitur Christi crucifixi.* 6 Qvòd autem, qvi sim, certior fieri cupis; *Missum me à Deo scito, unum è septem Angelis adstantibus faciei Dei.* Triplex color, qvem in habitu meo vides, qvid te doceat, attende. 7 *Albus*, designat Angelicam nostram innocentiam: eô qvòd Angeli purissimi sint coram Deo, atqve immaculati Spiritus. 8 *Cæruleus* denotat, nos Angelos in cælis qvotidie stare coram throno Dei, servientes illi. 9 *Flammeus* & lucidus ostendit nos claram cælestem lucem inhabitare, esseque Spiritus flammeos.

10 Cæpit deinde Spiritus præcedentes Visiones hunc in modum illi exponere. *Leo cum septem stellis*, inqvit, *est unus è Regum præcipuis. Stellæ circa Leonem, Reges alios, Principes & Heroës, designant.* 11 Hic Leo, seu Rex, oppugnabit & perdet illum, qvi in loco cæli & terræ Domini se collocavit. 12 Idem Leo Colaphum infliget Urso: ideò qvòd Dominus iræ suæ calicem infudit Urso. 13 Luna, quam apprehensam pedibus tenebat Leo, donec plenitudinem asseqvuta esset suam, significationem habet duplam: sed hoc manebit mysterium donec impleatur, & seipsum explicet.

14 *Exercitus, quem à Meridie venientem vidisti, Exercitum designat illum, qui nunc rabiem exercet in fideles, ipsos devorare cupiens.* 15 Sed

qvo-

qvoniam ſuômet robore freti efferuntur adeò, *perdet eos Dominus* (hoc peculiari quâdam commotione & zelô expreſſerat) qvemadmodum periiſſe ante oculos tuos vidiſti, ut qvô devenerint neſcias. Deus enim per preces, fidem, ſpem, donat ſuper hoſtes victoriam.

16 *Tertiæ Viſionis, excelſæ illius & amænæ Arboris, qvam poſt evulſam & corruptam vidiſti, duplex eſt ſignificatio.* 17 *Primùm,* qvòd DEUS præcipuum qvendam Monarcham de terrâ ſublaturus eſt: idqve eâ cauſâ, qvod Monarcha ille plus dilexit & reveritus eſt illum, qvi ſe loco Dei collocavit, qvàm Deum ipſum. 18 *Deinde* ſpirituali modo, qvòd qvemadmodum Arbor illa unâ cum radicibus ſuis in terræ viſceribus computruit; & in terrę ſuperficie projecta totaliter diſperiit: ita Deus hypocritas omnes, & nominetenus Chriſtianos, non tantùm è terrâ, ſed & à facie ſua, diſperdet & abolebit.

19 *Qvarto, Qvod in aëre Campanam propriô motu ſonantem, univerſumque Orbem perſonantem, vidiſti & audivisti, ſic interpretare: Futurum brevi, ut ſonus Verbi Divini per totum Mundum ſe diffundat, & DEUS emittat Verbum ſuum cum Evangelizantium exercitu.* 20 Significavit ipſi etiam Spiritus, præſenti Anno 1621. opimos fore agrorum proventus. Qvamvis enim alicubi erucis, grandine, humiditate & ſiccitate, damnum accepturi ſint, Deum tamen proviſurum ut ſufficiat. 21 Contrà autem, qvod optimum eſt, deſideratum iri, nempe, Fidem, Charitatem, Spem erga Deum: qvin & erga homines raram fore fidelitatem, dilectionem, concordiam: opus igitur eſſe precibus, & erga Deum fiduciâ.

22 Poſthæc videndam ipſi in Viſione exhibuit *Friderici perſonam, quadruplici ſpecie:* (1) dormientem, in terra proſtratum. (2) Surgentem, triſti & mærente vultu. (3) Provolutum genibus, orantemque manibus levatis. (4) Stantem ſub Coronâ & habitu Regio, maximâ cum gloria.

23 Hæc ut qvantocyùs Regem ſcire faceret, mandavit: admirandam enim victoriam daturum illi eſſe Deum. 24 Revocabat qvoqve ipſi in mentem *articulos illos tres, Regi Vratiſlaviæ propoſitos*, eoſque *dilucidabat hôc modô.* 25 Sicut articulô primô declaratum eſt, Deum contra illos, qvi nullas Pacis conditiones à Rege oblatas admiſſuri ſunt, excitaturum Exercitus ingentes, qvorum alter à Septentrione ad Meridiem & Occaſum tendet. 26 Eam ob cauſam Regem Septentrionem verſus ſe recipere debuiſſe, qvoniam inde primum accepturus eſſet auxilium: tempus qvoqve jam eſſe præfinitum felici reditui ejus. 27 Inter hæc dicendum tabellam illi cæruleam exhibuit, cui inſcripti erant ſeqventes numeri: qvos ille partim recenſuit, partim ſcriptô repræſentavit:

		1		
1	6		2	1
		3		
1	6		3	0
		6		
2	1	9	7	1
	1	1		

28 Numeros iſtos, ad præteritas Viſiones ſe referens, ita explicuit. 29 Summam numerorum, anni 1621 & 1630, facturam 11: qvod horam undecimam jam præteriiſſe ſignificet, & incipere duodecimam, ut in viſione Horologii edoctus fuerat.

$$\begin{array}{r} 1621 \\ 1630 \\ \hline 3251 \end{array}$$

Et per additionem iterum

$$\begin{array}{c} 3 \\ 2 \\ 5 \\ 1 \\ \hline 11 \end{array}$$

30 Medium autem inter 1621 & 1630. eſſe illud tempus, quô futura ſit magna illa Spiritualis eclipſis: per quam magnus ex Gentiliſmo Monarcha ad fidem convertendus, ut dictum ſupra. 31 Duos in medio numeros, à 1. uſque ad 9, in longum computatos (qui in Hiſtoria Paſſionis Chriſti nominantur, & in explicatione Trianguli, & trini Horologii, expreſsè ſunt poſiti) cum addito ſummæ numero 11, qui ex additione annorum (Tabellâ ſuperiori repreſentatâ) prodeunt, facere 21: deſignareque 21. hebdomadas, ab occupatione Pragæ, quibus elapſis Praga rurſus Friderico ceſſura ſit.

$$\begin{array}{r} 1 \\ 3 \\ 6 \\ 9 \\ 1 \\ 1 \\ \hline 21. \end{array}$$

32 Quòd autem *ſecundô articulô Rex à veneno ſit præmonitus*, exinde judicare ipſum debere, quantoperè Fridericum diligat DEUS, ut etiam inimicorum technas ipſi detegat. 33 *Jacobi Patriarchæ Exemplum Regi propoſitum* eſſe ideò, quod ſors ejus ſimilis futura ſit, atque olim Jacobi fuerat. ut enim Jacob vigeſimo primô annô (à fuga & Patriæ deſertione) magnis cum Copiis domum reverſus fuit: ita Fridericum poſt 21. hebdomadas [myſticas] ad priſtinam gloriam rediturum. 34 Atque ex hâc causâ

qva-

qvadruplici ſpecie ipſi oſtenſum eſſe: dormientem mærentem, orantem, tandemque Regali gloriæ reſtitutum. 35 Iſta ut qvamprimùm ad Regem referret, mandavit Spiritus. 36 Tandem Chriſtophoro cælum elevatô digitô præmonſtrans dixit: *ad Deum te remitto! rurſumque moneo, Memineris Chriſtum Jeſum mortuum eſſe, & reſurrexiſſe.*

37 Subjunxit etiam: *Angelus & Diabolus* poſtremas literas habent ſimiles, ſed miniſterium contrarium. Nos glorificantes Deum benè facimus hominibus: Diabolus contrà homines ſeducit, & in ruinam præcipitat. 38 His dictis juſſit eum abire in pace, diſparuitqve.

Cap. VI.

[*Nova Revelatio octuplex.* I. *de incredulis puniendis* 3. II. *De ſeptem Dei univerſalibus ſuper Genus humanum judiciis.* 6. III. *De ſexti judicii exſeqvutore Monarchâ Orientali, & mediis antevertendi furorem ejus.* 14. IV. *De certitudine harum prædictionum* 21, *repræſentatâ per fonticulum in arido ſcaturientem* 22. *perque Solem trinum,* 23. *& per cælum Lunis plenum.* 24. *Cum explicatione horum* 25. V. *De ratione contemptoribus harum Revelationum reſpondendi.* 30. VI. *De Myſteriis paſſionis Chriſti.* 34. VII. *de ætate ſua, Cotteri.* 44. VIII. *De Friderici reſtitutione.* 47.]

QVùm Martii 20 Saganum iret, amicô quôdam comitatus, jamque Laterariæ vicinus eſſet, apparuit ipſi prior ille Angelus, adductumqve in Campum ſeparatim interrogavit, *an commiſſa ſibi ad Regem expediviſſet?* 2 Ille: expedivi, qvàm optimè potui. Ad hæc Angelus: Scio id probè, alterum jam ad Regem perlatum, alterum in viâ eſt adhuc. 3 Conqverentem autem Chriſtophorum raros eſſe, qvi ſibi fidem habeant, ludibriis duntaxat ſe exponi, conſolabatur Angelus: monens, ut nihil ad hæc reſpectaret, ageret potiùs qvæ mandantur ſibi, etiamſi nemo, vel pauciſſimi, crederent. 4 Suggerens ipſi exempla Eliſæi Prophetæ, & Ducis illius Samarini: qvi verbis Prophetæ (Samariam obſidione & annonæ caritate tàm citò liberatum iri) etiamſi Dominus cataractas in cælo faceret, credere noluit. 5 Sicut ergò huic infideli Duci reſpondit Propheta, *Videbis, nec tamen frueris:* Ita futurum illis, qvi non crediderunt iſtis, ut videant oculis ſuis, nihil tamen inde capiant emolumenti.

6. Poſthæc ſignificavit ipſi Angelus ſequentia, renovavitqve deinceps, 2. & 3. die, certum in locum ſevocato: *Deum à Creatione Mundi qvinqvies jam ſuper genus humanum judicium exercuiſſe.* 7. *Primò* ſuper Protoplaſtos, quos poſt lapſum è Paradiſo [tota cum progenie] exturbavit. *Secundo* ſuper Terrarum orbem qvem diluviô perdidit. *Tertio*, ſuper

super urbes Sodomam & Gomorrham. *Qvartò*, super Pharaonem, submersione illius. *Qvintò* super Populum Israeliticum, urbemqve Hierusalem. 8. Jam venire *Sexti* Judicii tempus, qvod administrabit DEUS tribulando homines per universam terram, gladiô, peste, fame 9. Causas horrendorum illorum Judiciorum fuisse: *Primi*, inobedientiam & transgressionem Protoplastorum. *Secundi*, quòd coerceri â Spiritu S. noluerint homines. *Tertii*, quod interdictis divinis adversantes abominanda patrârint. *Qvarti*, qvod noluerit Pharao gloriam dare Deo, contemnens cæli terræqve Dominum. *Qvinti*, qvod Judæi Prophetas & Apostolos ad pænitentiam monitores divinitus ad se missos, ne audire qvidem, nedum recipere, voluerint. 10. *Sexti* autem istius judicii causas esse: *Primò*, qvod homines â Spiritu S. neqve coerceri, neqve regi patiantur. *Secundò*, qvod sint præsto tempora prædicta â Christo; Homines fore impios sicut ante diluvium, & sicut in Sodoma & Gomorrha. 11. De sex istis Judiciis hoc porro subjunxit: *Mundum esse in tria secula, velut in tres partes, divisum:* Primum fuisse vastum, in secundo Legem, in tertio Christum. 12 In primo seculo habita fuisse priora duo Judicia, Ejectionem è Paradiso, & Diluvium orbis. In secundo totidem, Eversionem Sodomæ & Gomorrhæ, & submersionem Pharaonis. In tertio jam unum esse peractum, super Judæos & Hierusalem: alterum & sextum jam qvoqve inchoatum iri. 13 Qvod paulò post conseqvetur magnum *judicium ultimum* dies ille Domini terribilis.

14. Porrò renovavit ipsi Spiritus ea, qvæ prius dixerat de magno multorum Regnorum Monarcha, *Dominum hunc esse dicens Nationum Orientalium*: Deumqve ipsi virgam præsentis judicii sui tradidisse in manus, atqve ut ipse in bellum proficiscatur, mandasse. 15. Jussitqve Christophorum ad omnes Dominos, Comites, Principes, Potentesqve Imperii referre: si effugere volunt prævalidam judicis hujus manum, nec venire in potestatem illi qvem judicii exseqvutorem constituit Deus, sangvinemqve bibere proprium: ut credant nonnisi duo relinqvi media, ad præveniendum magni illius Exercitûs furorem. 16. Primum, ut agant pænitentiam, & credant Evangelio: qviqve populo præeminent, subditisqve contra primam & secundam Decalogi tabulam præiverunt peccatis (maximè verò contemptu divini verbi) ut rursum illis humilitate & pænitentiâ præeant: hâc ratione futurum, ut dies ille judicii non tam horribiliter ipsos sit obruiturus. 17. Secundum medium, ad restituendam Imperio Pacem, esse, ut Regem Fridericum solio Regali restituant: tanqvam â Deo ipso electum, vocatum, coronatumqve Regem.

gem. 18 Interfatus ad hæc Christophorus: *Si Fridericus*, inquit, *tàm pius, & ab ipso Deo electus & coronatus est, eccur igitur tàm impropitium habuit Deum, ut Pragâ fugere coactus fuerit?* 19. Respondit Spiritus: Nisi ipsum hostis expulisset, expelli vel ab unô qvopiam homine debuit, in bonum tamen sibi: qvia qvantô nunc deprimitur magis, tantô magis extolletur postea. 20. Et ego tibi dico: *Regem hunc, suamqve progeniem, Papæ & Antemuralibus ejus infusuros acerbum Calicem, qvem ipsis bibere grave erit.* 21. Pro confirmando tamen Christophoro, ne has Visiones in dubium vocaret, alias qvasdam videndas præbuit. 22. Primùm jussit ipsum infra se demittere oculos: qvô factô, conspexit scaturientem ex aridâ arenosâ terrâ *Fonticulum*, limpiditate suâ crystallum æqvantem: qvi mox in fluentum se diffundens terram irrigabat. 23. Deinde convertere se ad Orientem jussus, vidit *tres in firmamento Soles*, unum in medio maximum, & â lateribus duos, alterum Meridiem, alterum Septentrionem versùs, stantes: Iste, Septentrionalis, stetit qvietus, sed Meridionalis ille Solem medium, radiis suis adversus eum sparsis, totum obumbravit: Qvi tamen paulò post rursùs exoriens, splendidiorem ac unqvam fulgorem edidit. 24. Tandem, ut supra se oculos attolleret, monitus, vidit *Cæli dimidiam partem oppletam Lunis*, cornua habentibus ad Orientem obversa. 25. Hæc dum contemplatus miraretur, Angelus ad ipsum: *Coram tuis*, inquit, *oculis mira sunt ista, sed non coram* DEO. 26. Tùm ex ipso qvid sentiret, qværebat: *Unde Fonticulus ille? Soles illi? Lunæ illæ venerint?* Ipso autem respondente, qvòd nullum nisi Deum auctorem istorum agnosceret, perrexit ad ipsum sic loqvi Angelus. 27. Qvòd arido in loco scaturientem Dei virtute *Fonticulum* vidisti, hoc te commonefacit, ut in tentationibus super te venturis Deum pro solatio habeas: & â DEO venire omnia ista indubitatò credas. 28. Qvòd autem *circa Solem Soles duos* conspexisti, alterum stantem qvietè, alterum inqvietum: hoc habeto pro signo, Septentrionales constanter Soli justitiæ adhæsuros, Meridionalem autem illum fucatum Solem inducturum etiamnum Soli justitiæ Nubeculam tentationis, sed citò transituram: prodibit enim paulò pòst Sol justitiæ plenô fulgore. 29. *Lunæ* significant Populum qvendam, qvi Christum ejusqve victimam ignorat, miraculosô prorsus modô conversum iri, professurumqve Christi fidem; & nomen ipsius celebraturum. 30. Præterea informabat ipsum Angelus, qvid contumeliosè in has visiones inqvirentibus, easqve contemnentibus, respondere deberet: 31. Si qvis tibi dixerit: *Cur tu talia, te sublimiora, nec eventum visura unqvam, proferre audes?* Respondeto: *Conversa-*

tio

tio nostra in cælis est, unde Salvatorem exspectamus Christum Jesum. 32. Dicent: *Cur tu de cælestibus loqvi non vereris homo mortalis?* Dic tu: Mortalis eqvidem sum, sed credo Christum mortale hoc corpus reformaturum, & configuraturum glorificato corpori suo. 33. Urgebunt: *Prædictiones tuas esse contra rationem:* Respondebis: Deum sibi subjecta fecisse omnia, nec abbreviatam esse manum illius, qvin opitulari possit, nec tandem esse impossibile ipsi qvidqvam.

34. Hoc Colloqvium suum auxit Angelus *Concione Passionali*, qvam ad ipsum habuit hunc in sensum (qvantum ipse meminisse & referre poterat) 35. Tria ipsum circa Passionis Christi considerationem intueri debere. 36. *Primum Passionis causas*, qvæ fuêre: (1) Generis humani peccata. (2) Magnus amor Dei Patris, Filii, & Spiritus S. (3) Magna & ineffabilis gloria, qvam præparavit Deus ab æterno: qvæ ut vacua non maneret, hominesqve loco Angelorum lapsorum eâ perfrui possent, ideò Christum redimere ipsos voluisse. 37. *Deinde, qvid sit passus?* (1) in Horto, spiritualibus & occultis animæ tormentis cruciatus, ad sanguinis usqve sudorem (2) apud Pontificem, variis contumeliis blasphemiisqve appetitus. (3) in domo Prætoriâ, coram Pilato colaphizatus, flagellatus, coronatus. (4) in Cruce qvæ perpessus & loqvutus. 38. Addidit, Christum septies sanguinem effudisse: (1) in Circumcisione; (2) in Horto; (3) Flagellatione; (4) Coronatione; (5) in manibus; (6) in pedibus; (7) ex latere. 39. Si ergò vel qvotidie mortale peccatum incurras (quod cavendum tibi tamen: nam qvi peccat in spem gratiæ, pænam severioris iræ sibi consciscit) si tamen id ex infirmitate admiseris, præstò tibi qvotidie erit solatium ex Christi sanguine, ab omni labe vos purificante. 40. *Tertio, considerandum sibi, qvis Passionum Christi Usus esse debeat? Primo*, adversus Superbiam Spiritualem & carnalem: à qva si illectari contingat, Christum intueatur in Horto sanguinem sudantem, in cruce lamentabiliter clamantem: *Deus mi, Deus mi, qvare me deseruisti?* Perpendatqve etiam, qvid sit illud, *Ecce homo!* 41. *Secundò*, ad patientiam & solatium in cruce: ut sicut Christus patienter omnia tulit, ita ferat ipse, qvidqvid ærumnarum sibi imponatur. Et sicut Christus à Patre sine solatio relictus non fuit, sed ab Angelo cælitùs misso confortatus, ita se non relictum iri confidat, si Christum imitatus Patrem suum cælestem ferventer invocaverit. 42. *Tertiò*, ad lætam indubiamqve vitæ æternæ spem. *Probè ista considera*, subjecit Angelus, *& non inutilis Sanctæ Passionis discipulus eris.* 43 Dixit item: *Adhortor te ad preces, & timorem Dei, & ut reverenter audias Ministros verbi Dei.*

44

44 *Submonuit etiam ipsum ætatis suæ*, qvòd Anno 1585 sub anni finem natus, ætatis annum 35 tum ageret: Ut ergò ad 85. adderet 35, proditurum 120, numerum mysteriorum in scripturis plenum. 45 Rursus si 85 & 35 in summam computet, futurum 21, qvi numerus in Apocalypsi Johannis solennis est. 46 Item $\begin{smallmatrix}8|5\\3|5\end{smallmatrix}$ octo & tria facere undecim, numerum nempe horæ undecimæ, jam imminentis, ut dictum supra: Bis autem qvinqve esse decem, eumqve numerum in memoriam revocare debere decem Christi verba: sicuti semel qvinqve, qvinqve Christi vulnera.

47 Significavit etiam ipsi hâc Revelatione Angelus: *Fridericum fore potentem trium Regnorum Regem.* 48 Et mox in Visione conspexit *Eqvum formosum spadicei Coloris*, vacuo cum Ephippio, cui Corona ad miraculum pulchra imposita erat, Septentrionem versus properantem. 49 Tandem mandavit ipsi Spiritus ut qvùm venerit tempus, quô Fridericum reportatâ ab inimicis victoriâ gaudentem visurus est, ipsemet eum conveniat, moneatqve, ut gratias reddat omnipotenti DEO, qvi tàm miraculosè ex hostium faucibus ipsum eripuerit. Non autem ideò ut gratias agat, qvòd pro reparandâ coronâ tantum hostilis sangvinis effusum sit, sed qvòd ipsum DEUS tàm clementer defensum custodiverit. 50 Utqve tunc etiam Regem præmoneat, ne ab inimicis securus sit, qvi varias technas in ipsius perniciem adeò structuri sunt, ut intimos etiam Regis amicos corrumpere, & ex amicis inimicos atqve proditores efficere, tentaturi sint.

CAP. VII.

[*Visio trium Juvenum ad Mensam triangulam*, 3. *Mandatumqve mysterium hoc observandi*, 9. *Spiritus hac revelantes qvi & qvales*, 12. *Ecstasis & gaudia.* 14.]

APrilis 10, qvæ vigilia fuit solennitatis Paschalis, seqvens ipsi exhibita fuit visio. 2 Saganô Sprottaviam cùm iret, visus est sibi qvasi ab aliqvo ad lumbos prehensus retrò contorqveri. 3 Conversus igitur *Mensam ante se conspexit triangulam*, *cæruleam*: & huic accumbentes in sellis tres juvenes, habitu candidô, porrectisqve manibus se invicem prehendentes, singulis ab angulis singulos: Unum Orientem, alterum Meridiem, tertium Septentrionem versùs. 4 Stabat verò ante qvemlibet in Mensæ angulo *Arbuscula*, ulnæ altitudine: unaqvæqve rosam supra se habens ejus magnitudinis, ut Arbusculam contegeret, aspectu venustissimam. 5 Tùm accurrens continuò *Leunculus* qvidam, semialbus & semicæruleus, mensæ insilit, apprehendensqve ungviculis suis Meridionalem Arbusculam, cum ipsa conflictari, qvassare, concutere: ut cùm

Folia, tum & Roſa, magnam partem deciderent, decuſſaqve converterentur in ſanguinem. 6 Arbuſcula verò ante juvenem Septentrionalem ſtabat qvieta, ſine ulla vel ſui vel Roſæ ſuæ commotione. 7 Orientalis Arbuſcula arida primùm fuit, foliis & floribus carens, ſed ſtatim ex improvisô virorem recepit, & Roſa ſuper ipſam flores ſuos amæniſſimè expandit. 8 Duo Juvenes, Septentrionalis & Orientalis anguli, manibus juncti, duas menſæ partes occupabant. Dixitqve Septentrionalis Chriſtophoro: Porrige huc dextram tuam: qvam ille porrectam junctis ipſorum manibus interjunxit. 9 Septentrionalis autem porrò: *Vide*, inqvit, *ut hæc omnia exactè conſcribantur, magnæ enim res in iſtis latent: qvod tibi ſingulari Viſione revelabit Deus.* 10 Inter hæc evanuit menſa, cum eis qvæ inerant: Chriſtophorô cum tribus illis juvenibus ibidem conſiſtente. 11 Et ait ad ipſum Septentrionalis: *Contemplare nos diligenter! unus enim noſtrûm ad te redibit, & qvæ vidiſti exponet.* 12 Ad hæc Chriſtophorus, eos interrogans: *Qvinam vos eſtis?* plus enim qvidqvam proloqvi negat ſe potuiſſe. 13 Septentrionalis autem ille: *Nos*, inqvit, *Servi ſumus magni illius & terribilis, tibi tamen propitii, Dei: qvi facit miniſtros ſuos flammam ignis, & Angelos ſuos Spiritus. Propterea fac tu qvoqve, qvæ tibi, mandantur, ſi tibi gratiam magni illius Dei ſalvam vis: ſtatimqve diſparuerunt.*

14 Chriſtophorus autem in ecſtaſin raptus, delatus fuit in locum illum, quô annô præteritô 27 Septembris conſtitutum ſe viderat, viditqve rurſus & audivit qvæ ante, Solem, Lunam, Stellas, Muſicam ſuavem, gaudium & lætitiam, ſupra qvàm effari potuit; fuitqve in hâc ecſtaſi per diem & noctem. 15 Cùm enim ſenſus recepiſſet, vidit ſe conſiſtere propè Hirtendorfium in campo, circa horam undecimam ante meridianam, ipsâ feriâ primâ Paſchatos. Indeqve domum abiit.

C a p. VIII.

[*Computatio hebdomadarum.* 1. *Magnus Dei ab Oriente exercitus.* 12. *Viſio monſtroſæ Belluæ vulneratæ, & tandem occiſæ*, 15. *Novus & mirabilis computus*, 24. *Expoſitio Belluæ illius*, 45. *& Viri eam conficientis*, 39.]

QVum 10. Maji rediret Gorliciô (ubi revelata ſibi de ſextuplici divino judicio, & de duplici iram Dei evadendi medio, juxta mandatum ſignificaverat illis, per qvos ad Electorem Saxoniæ referri debebant) apparuit ipſi Spiritus, & de præfatis 21 hebdomalis ſeqventia ipſum edocuit. 2 *Primò*, Regem ab Oriente hâc ipsâ vigeſimâ primâ hebdomade

made exeunte consilium inivisse de mittendâ per mare ad Fridericum Regem Legatione, ab Oriente ad Septentrionem: quæ Legatio ipsi pignus amicitiæ ab Orientali Rege cum magnis muneribus adferet, inter festum Johannis & Jacobi. 3 *Deinde*, cùm vellet qværere Christophorus de sensu illarum 21. hebdomadarmm: qvoniam terminus jam effluxisset, qvi de restitutione Regis prædicebatur, nec tamen qvidqvam adhuc appareat? qvæ res scandalo jam esse incipiat multis, ut de Visionum veritate dubitent: 4 Præoccupavit ipsum Spiritus respondendo: *Nihil sibi unqvam Deum per servos suos revelasse inutile: ille proinde quæstiones inutiles etiam relinqveret, qvùm Deus istarum 21. hebdomadarum mysterium singulare sibi reservatum voluerit.* 5 Considerare tamen eum jussit, septies septem facere 49: ex qvibus ter multiplicatis prodibunt 147 hebdomadæ; Atqve hunc esse terminum à die præsenti supputando, qvi bello huic terminum afferet suum. 6 His dictis exclamavit: *Fridericus Palatinus Rheni est à Deo coronatus Rex! Fridericus Palatinus Rheni, Rex Bohemiæ, coronatus à Deo supremo Regum omnium Rege, qvi Anno* 1620 *in periculum incidit, ut amitteret qvod accepit, & qvidqvid habuit, omnia rursum recuperabit, & longè plus divitiarum & gloriæ.* 7 Monstrando autem illi qvatuor numeros,

1621
1622
1623
1624

dixit: Qvatuor isti consummabunt ea, quæ consiliô suô decrevit DEUS. 8 *Et fient tria mira in oculis hominum. Primò*, tentatiuncula superveniet ad explorandos hypocritas. *Secundò*, unus de solio cadet, nec illud recuperabit ampliùs. *Tertiò*, Papa cum suâ colluvie conteretur â Deo, vestimenti instar. 9 *Tres ob causas cadebat hactenus Fridericus. Primò* ob Dei decretum & voluntatem. *Secundò*, ob peccata totius Germaniæ: (10. Ruina enim Friderici medium erit exseqvendi magnum illud altissimi Judicium, qvod erit numerô

1
2
3
4
———
10.

Sub qvo numero 10. occultatur mysterium; qvod non explicabitur tibi, sed dabit Deus Spiritum suum cuidam, qvi tempus hoc calculando per

3. & 7. cognoscet.) 11 *Tertia* causa est inscitia & infidelitas illorum, qvos tandem propria convincet conscientia. 12 Rursumqve *tria sunt media, qvibus recuperabit victoriam Fridericus. Primùm*, Divina omnipotentia. *Secundo*, fervidæ preces, qvas ipse fundit, & cum ipso fundunt alii fideles. *Tertiò*, certissimum à Septentrione subsidium: & Exercitus ille magnus, ab Oriente venturus. 13 Dei opus istud erit 601111 (hoc est eqvitum & peditum sexcenta millia, unum mille, centum & undecim) Qvi si venerint primis 49 hebdomadis, tolerabile erit; si in alteras 49 hebdomadas adventus differetur, gravius: si verò ad tertium usqve protrahetur, tunc veniet terribiliter & horrendè, ardebitqve velut ignis ira Dei. 14 Atqve tunc demum videre incipient incendia, spoliationes, cædes, direptiones, desolationesqve Provinciarum & terrarum, qvæ supervenient. *Aspice, aspice!*

15 Aspexit ergò Christophorus: & ecce *stupendæ magnitudinis Serpens* in longitudinem trium porcarum se extendebat (eratqve id in agro patris sui, Langenovii) cujus tamen caput & caudam duntaxat conspexit, corpore intra sulcum se occultante. 16 Is caudam cum impetu circa se in longum projiciens, contigit Christophori manum, ut ipse perterrefieret. 17 Sed Angelus, ne mali qvidqvam metueret monuit: hæc tantùm ipsius confirmandi causâ, in iis quæ monstrata sibi essent, fieri. 18. Dixitqve porrò: *Vides hîc serpentem corpore absconditô, caput solummodò & caudam ostentantem, sed!* 19 Hoc verbum cùm dixisset, *fit in oculis Christophori, è serpente illo velut Asinus*, stans coram ipso qvadrupes. 20. Nulli enim verius animanti se comparare posse dixit atqve Asino, qvoad corporis molem & pilos: nisi qvod adhuc caput Draconinum & cauda Serpentina erat) 21 Hoc immane monstrum cùm aspiceret, venit vir qvidam â Septentrione, staturâ brevi, securim habens ancipitem, qvâ cervici Belluæ assiliendo vulnus profundè inflixit, nec tamen abscidit in totum. 22. Propterea se convertens, & securi in alteram aciem vibratâ, caudam amputavit, ut in terram decideret, sanguisqve proflueret largiter: simulqve mox corpus totum concidit, divaricatis ab invicem pedibus. 23 Et qvæsivit ex Christophoro Angelus: *Num omnia rectè vidisset?* qvi cum affirmaret, ille rursum: *Hoc ergò tibi sit sensibili signô, non tantùm verbotenus te informari, sed & visibiliter oculis tuis commonstrari perditionem illius, de qvo in futurum plura audies:* & ego te brevi domi tuæ conveniam, Visionem qvam vidisti pluribus explicaturus. 24 Posthæc illi Tabellam exhibuit cæruleam, numerósqve seqventes diligenter attendere jussit:

		c b.	
	34	4 9 4 9 4 9	21. (e.
a) 7 ———	———		——— ——— 7. (a.
	4	3 2 2 0 2	
	1	6 2 4	
	5	9 2 4 6	

25 Numeros istos hâc serie â Spiritu collocatos & dinumeratos fuisse Christophorus referebat: Primò, septies 7 esse 49, quæ posuit ter. Deinde ter 9, facere 27: hæc ter 4 constituere 12. Qvatuor illos numeros (1. 2. 3. 4.) superiori qvoqve Tabellâ repræsentatos, facere 10. Atqve ex his omnibus in unam summam redactis, prodire numerum 49. 26 Porrò inferiores illos numeros sub lineâ, ita Spiritus coordinaverat: Primùm scripsit 432202. postea illa 3. commonstrans, dixit: *unum abstrahe à tribus, remanebunt duo*; atqve illud *Unum* collocavit sub 4: *duo* autem subscripsit notæ secundi binarii; tertio autem binario subscripsit 4. Tandem ostendens trinum illum binarium (cui interposita est cifra, 0.) dixit: *ter duo faciunt sex*; posuitqve 6. sub 3. 27. Infimum illum computum, 59246, ita calculavit. Primum 5. significare qvintuplex, qvod jam peractum est, judicium. Ultimum 46. facere 10: & ex mediis illis 92. similiter computatis, prodire 11: Atqve istos binos numeros (10. & 11.) characterem esse, designantem numerum Annorum, qvibus administrari debebit Judicium sextum, 1621. & 1622: siqvidem

9
3
27
12
39
10
49

4 3 2 2 0 2.
1 6 2 4.

11.
66.
22
12

Computata, faciunt 10. 11.

28 Porrò exhibuit ipsi Spiritus seqventes etiam numeros.

	B.
A	$\left(\begin{smallmatrix}1621\\1622\end{smallmatrix}\right)$ 21
C	$\left(\begin{smallmatrix}3243\\1623\end{smallmatrix}\right)$ 24
D	$\left(\begin{smallmatrix}4866\\1624\end{smallmatrix}\right)$ 37

d
a 4 b
2 7 2
E 3
1.
c

H.	B.
	21
	21
21	21
24	16--21--21
30	21
G.	21
33	16--21--24
666	147
	F
	1290
	1335
	1625

A.	C.	D.
1	3	4
6	2	8
2	4	6
1	3	6
1	1	1
6	6	6
2	2	2
2	3	4
21	24	37

29 Numerorum iſtorum rationem hanc oſtendebat: Primùm commonſtrans numeros (ad A) $\begin{smallmatrix}1621\\1622\end{smallmatrix}$ dixit: hæc conjuncta efficiunt 21: Scripſitqve 21. ſeorſim ſub H. Rurſum 21. addita, erunt 3, & hæc adde ad 21. erunt 24: Scripſitque 24. etiam ſub H. Porrò 24. ſupputata, erunt 6: adde ad 24. erunt 30: Scripſitqve 30 itidem ſub H. dicens, *Iſti tres anni*, 1621. 1624. 1630. *ſunt anni ſingulares & admirabiles.* 30 Deinde collocavit numerum 21 (ſub B.) ſepties, & ſubſcripſit ſummam 147. dicens: *iſtæ* 147 *hebdomadæ duos annos miros perficient.* Primus annus habebit 84 hebdomadas communes: alter ex 63. hebdomadis conſtabit. Et nota, vigeſimum primum annum in illis 84. hebdomadis terminatum iri: reliqvas 63. hebdomadas exſpiraturas Anno 1624. 31 Poſtea numeros C. (columnâ primâ) ita diſpoſuit. Coaddidit primum $\left(\begin{smallmatrix}1621\\1622\end{smallmatrix}\right)$ prodiitque 3243. Ex binis 3. aſſumpſit *unum* 1. & hoc adſcripſit ſub primum 3. Tùm verò 2 & 4. addidit, prodiere 6: qvæ collocavit ſub 2. Dixitqve porrò: ſubtrahe 1 ab 3, remanebunt 2: & hæc ſcripſit ſub 4. Reſiduum autem 3 ſubſcripſit etiam ſibi ipſi hôc modô:

$\left.\begin{smallmatrix}3\,2\,4\,3\\1\,6\,2\,3.\end{smallmatrix}\right\}$ hos rurſum ſibi additos producere 24.

32 Porrò numeros D. (eâdem primâ columnâ) ita redigebat in ordinem: abſtraxit à 4. unum, & hoc collocato ſub 4, dixit, unô à 4 abſtractô, manent 3, Deinde aſſumptum 6. (qvod ſtat penes 8) ſubſcripſit ſub 8: & commonſtrans 8 dixit, Ter octo ſunt 24: Hæc igitur locavit ſub 66 dicens: *Conſummatio ſexti judicii.*

33 Iterum

33 Iterum ostendens Facit numerorum C. 3243, cum numeris F. ad latus adscriptis, (qvorum mentio fit qvoqve apud Danielem cap. 12. ℣. 11. 12.) hôc modô procedebat. A tribus abstraxit unum, & illud 1 locavit sub 3, & penes istud posuit remanens 2. Postea ulteriores tres cifras (ex numero C) 243 in unum computavit, prodiit 9: qvod adscripsit, & addidit nullam dicens: *Iste numerus est mysticus, nihil boni portendens.*

34 Alterum numerum (1335.) produxit ex numero C. 1623, hoc modo. Primùm collocavit, ita ut Tabella ostendit: Deinde accepit ultimum 3. locavitque sub duo: tùm abstraxit à 6. unum, & addidit ad illud 2, sic erat 3. qvod scripsit sub 9. residuos autem 5. collocavit in fine. Tandem utrosqve numeros supputavit per additionem: Delevit tamen è superiori lineâ 1. & dixit: *Beatus, qvi hunc numerum superstes attigerit, qvi 25 supervixerit.*

1290
1335
1625

35 Postea rursus ostendens numeros D, computavit omnes illos in summam, fueruntqve 37

4
8
6
6
1
6
2
4
37.

36 Tùm Numeros 21. 24. 37. (qvi ex tribus illis sub A. B. C. per additionem prodierant, ita dislocavit, ut in E videre est

4
272
3
1

37 Primò monstravit medium 7. & addidit cæteris, sic: 7. & 4. sunt 11.
7. & 31. sunt 11.
7. & 22. sunt 11.
33.

Ita ex Additione prodibit numerus G. 33. Et hic numerus, numerus est ille 11. in sono Horologii triangularis auditus. 38 Dicebat porro:

2. & 1. sunt 3.
1. & 2. sunt 3.
facit 6.
Deinde
2. & 4. sunt 6.
4. & 2. sunt 6.
24.

666. qvibus si addas superiores $\frac{3}{3}$ prodibit 24. qui est numerus sexti Judicii.

39 Tandem illum numerum sub B. hoc modo explicabat: qvòd 21. hebdomadæ

bdomadæ (qvarum sæpè jam facta mentto) in hoc numero lateant, ita: Septies 2. sunt 14; & septies 1. illis additum, facit 21. 40 Absolutis hisce numeris cæpit jam ipsi Visionem illam Belluæ & viri securim bipennem gestantis, exponere. *Bellua ista*, inqviens, *Imperium est Germanicum, cui qvid futurum sit, hic tibi ostensum est*. 41 De hâc tetrâ Belluâ tria tibi dicenda sunt: De mediis autem, qvibus perniciem illius promoveri vidisti, duo: qvæ apud te reserva, usqve ad Decembris exitum. Sed numeros istos cuivis exhibere, & scribere, poteris. 42 Tria sunt in monstro illo: 1. Caput. 2. Corpus. 3. Cauda: de qvo tibi affirmo rem terrenô sensu esse maximam, qvæ tibi per me, tanqvam Legatum ad te missum monstrata est. 43 Caput & Corpus, qvod unà cum caudâ qvantoperè excreverit vidisti, est tibi, imò sit tibi, & omnibus credituris (aut rei veritatem tandem deprehensuris) infallibile signum; qvòd callidum serpentis caput nihil proderit, neque venenata cauda liberabit. 44 Magisqve etiam, qvòd magnum corpus illius, qvi non Deo, sed robori suo fisus est, concidet: ecce concidet, caput, corpus, cauda! 45 Vir autem ille ecce notus est, & tamen etiam ignotus est: unus est, & tamen sunt septem! parvus est, & tamen est magnus: 46 Dabit enim illi Deus potentiam, ut bipenni suâ securi tetrum illud monstrum, qvantumvis potens, qvantumvis magnum, qvantumvis callidum, conficiat. 47 Causæ, qvæ tam horrendam ruinam monstro huic adferent, sunt: *primò*, qvôd cæcum sit; *secundò*, sine sensu; quibus *tertiò* accedet Judæ pænitentia. 48 Vir ille venit jam, & tamen nondum venit, sed veniet citò, manu tenens securim; cujus acies una prætentat, altera verò cædit, & secat, prorsusqve dissecat: Caput, Corpus, & Cauda Serpentis, corruent omnia! Ecce, velociter, & subitò!

CAP. IX.

[*Revelatio Christophoro domi suæ facta, continens Mensæ triangularis dilucidationem* 2. *Lupus ab Oriente* 44. *Leones à Septentrione tres contra Filium perditionis*, *qvi describitur*. 45.]

ANno 1622. Junii 1. & 2. habuit Christophorus domi suæ Visionem seqventem. 2 Trium illorum Juvenum unus, qvos Mensæ Triangulari assidentes viderat, cùm mane cubiculi sui fenestras aperiret Christophorus, ingressus per januam salutavit eum: ad mensámqve cum illo considens dixit: *Scribe, qvæ tibi dicturus sum de Visione illâ, qvam videras die proximo ante Christi Redemptoris tui Resurrectionis solennem festivitatem*. 3 Ecce enim, ego ille sum, qvi tibi loqvutus fui, sedens à Septentrione, &

& qværenti tibi, *qvi essemus*, responsum dedi: *Servos esse nos Dei illius magni*
& terribilis, tibi tamen propitii. 4 Adhortor igitur te, ne te propter Re-
velationes tibi factas extollas, néve digniori te esse coram Deo gradu existi-
mes: non enim est acceptio personarum apud eum, sed qvi illum diligit,
& in Dei filium credit, is æternam habet vitam. 5 Scribe breviter,
Qvòd nos tres ad triangularem mensam sedentes vidisti, id spirituale habet
mysterium, cognitu tibi minus necessarium. 6 *Qvod tres fuimus, &*
coram qvolibet Arbuscula diversiformis, videlicet, Meridiana excelsa, cum
foliis virentibus, & rosa magna formosissima, & qvod Leo semialbus & semi-
cæruleus Mensam insiliit; Regum unus est, vocatus ut esset Rex [N. B.]
& veniens tanqvam Rex, continget Arborem illam magnam expansam in
meridie, & contactu illam qvatiet, foliaque ipsius decutiet. 7 *Sanguis,*
qvem ex decussis foliis stillantem vidisti, designat profusionem sanguinis
ingentem: qvia ingenti suo robori Arbor illa confidit. 8 Summa, *Visio*
hæc designat Arboris unius interitum, alterius incrementum, tertiæ conversio-
nem. 9 Diligenter ista conscribe, ecce enim magnum est mysterium,
rationem tuam longe exsuperans! ad Deum te remitto, Deique Sapientiam
Christum, Salvatorem, Redemptorem, Sanctificatoremque tuum, & ad
firmum Prophetarum, Christi, & Apostolorum sermonem: & ad Evan-
gelium, potentiam Dei ad salutem credentium. 10 Exinde collige;
qvalis ego sim Legatus, tu, & omnes, ad qvorum ista oculos pervenerint.
11 Eqvidem qvi Dei, diviniqve verbi, contemptor jam antè fuit, con-
temptor porrò manebit: de industria enim neque Deo, neque Scripturis,
credere volunt. 12 Ego tibi Viæ monstrator sum ad solum æneum Ser-
pentem Christum Jesum, exaltatum ad servandum omnes in se credentes.
13 *Attende! jam tibi mysterium illud magnum enarrabo.* 14 Vidisti
Mensam triangulam, & vidisti eandem sublatam de terrâ, nos autem tres
ibi remansisse: cum his te remitto ad Scripturas, nempe, Cælum & Ter-
ram transitura, neque permansura, juxta supremi Domini cæli & terræ
decretum. 15 Ultimi autem Judicii dies, & diei hora, occulta sunt:
quamvis Satan, tanquam Spiritus mendacii, permissu Dei ex ipsis Scriptu-
ris argumenta petens, diem & horam illius Judicii ostendere conetur, ma-
nebit tamen ea res occulta. Christus autem monet: *Vigilate & orate!*
16 *Ecce factum est miraculum! Ecce miraculum aliud fiet brevi! Magnipo-*
tens Leo de tribu Juda irrugiet eclipsatam Lunam, qvæ lucet & tamen non
lucet, lucebit tamen iterum brevi: & hoc erit miraculum circa mundi vesperam.
17 *Ista irrugita & lucens Luna, etiam Leo nominari potest: qvippe itidem ex*
ex tribu Juda, & sanguine Israëlitico, progenita. 18 *Hæc irrugiet amore &*

gratiâ album & cæruleum Leonem. (Atque hîc Spiritus signum N.B. ap-
poni jussit.) 19 Et ecce P. & D. exseqventur injunctum sibi opus ! &
alii duo, etiam P. & D. venerunt jam, nec tamen venerunt adhuc, sed
venient statim. 20 *O tu Germania, ô tu confusa Babylon, & spiritualis
Sodoma, tu perfida & contumax Jerusalem!* 21 *Ecce Væ unum venit ab
Oriente solis! flumen exsiccatum est, & via Regi ab Oriente Solis parata, jam
veniet!* 22 *Ecce prælium incipit, tres præliantur! unus est Exercitus vo-
catus, alter Exercitus electus, tertius Exercitus sunt credentes, qvi die nocté-
qve præliantur adversus magnam latéqve expansam Arborem meridionalem.*
23 *Ecce ingens & validum Diluvium venit ab Oriente Solis, idqve velociter
& ex insperato!* N.B. 24 *Et ingens procella à Septentrione, qvâ decutietur
elegans & flore superbiens Rosa: mixqve decident & folia speciosè virentia.*
25 *Ecce istud est miraculum illud magnum, ad vesperam visibilis hujus
Mundi! qvod Arbor jam primùm se totis viribus latè expandere inceptans
concidet.* 26 Ecce concidit jam! & tamen nondum concidit, sed conci-
det statim! 27 Arbor autem illa Spiritualis non est, sed vult Spiritualis
haberi: mundana etiam non est, gladium tamen adhibet, & adhibere co-
git. 28 *O tu frigida, siticulosa, præsumta Spiritualis Jerusalem, non te
robusta tua tergemina mœnia servare poterunt, sed concident, & conqvassabun-
tur.* 29 O tu frigida, falsa Jerusalem, qvæ tibi firmiter stare videris:
Ecce venit tempus tuum, qvô concides! horrendáqve mendacia tua, &
falsa Scripturarum perversio, & magna impuritas, venient in lucem!
Scriptura enim detegit spiritualem scortationem tuam. 30 *O Vos Reges,
& Principes, & Potentes, qui ipsi adulamini, & bibitis vinum impuritatis
ejus, & calicem blasphemiæ!* Omnes ei similes sunt, qvi eam ducunt, hy-
pocritæ, ore Christiani, nomine fratres, & Placentini, veritatem obfu-
scantes. 31 Ecce arida exsuccáque Arbuscula jam flores extrudere, &
virere, rosásque explicare suavissimè, incipit! Arbuscula Septentrionalis
stat immota. 32 *Ecce venit Leo à Septentrione! & alii duo seqvuntur eum
ejusdem coloris, qui radices robustæ illius in Austro Arboris funditùs exstirpa-
bunt.* 33 Magna hæc, ad summum elata & excellens Arbor, fucatam à
se spargens speciem, ecce cecidit jam, nec tamen adhuc cecidit, sed cadet
mox. 34 O si tu diem Visitationis tuæ agnoscere velles! sed illi sit
gloria, qvi facit mirabilia solus. 35 *Tu verò obsigna hæc in nomine ejus
qui fuit, & qui est, & qui manet ac regnat à seculis in secula.* 36 His ver-
bis colloquio eâ die finem imposuit Spiritus: postridie autem reversus
eosdem sermones iteravit. 37 Tertiô die repetitis iisdem, hoc etiam
addidit: *Hebdomades illæ 147, sunt tres hebdomadæ Anni Jubilei, in qui-*

bus

bus magnum latet mysterium, ad eruditos & præ cæteris singulariter illumi-
natos pertinens. Tu hac de re minus esto sollicitus, sed hoc age quod tibi manda-
tum est. 30 Christophorus ad hæc: Eqvidem agam & exseqvar libenter
omnia: dummodò certus esse possim crediturum aliqvem, paucissimi
enim sunt, qvi mihi in hisce tam miris fidem adhibere velint. 39 Re-
spondit Spiritus: *Hoc tu nihil cura, mirabiles enim sunt viæ Domini. Cogita-*
tiones & consilia altissimi nemo unquam assecutus est adhuc: sed confusi omnes
qui sapientiam Dei scrutari voluerunt altiùs. 40 Ille enim Dominus est cœli
& terræ, agit circa res suas arbitratu suo: *tu non necessaria indagere noli:*
superant enim captum tuum. 41 Credo ista, dixit Christophorus: Deúm-
que me Spiritu suo directurum spero, ut non necessaria non inqviram.
42 Adhæc Spiritus: *Attende, quæ dicturus tibi sum: Verbo Dei adhære*
firmiter, Scripturis & Prophetis crede, atque si aures habes ad audiendum,
audi. 43 Ah qvàm errant obdurati homines, robori & potentiæ propriæ
confidentes, dicentésqve: *Nihil est quod metuamus: sive ab Oriente, sive à*
Septentrione, sive ab Occasu.

44 *Ecce Lupus rapax abscondidit se in Oriente Solis!* 45 *Ecce tres à Septen-*
trione Leones confæderati ex consilio Altissimi, veniunt cum robore & potentiâ,
advisitandum malitiam atque Tyrannidem filii perditionis, qvi se in locum illius,
qui cælum & terram implet, collocavit. 46 *Homo malignitatis, multarum*
adversitatum dux, & omnium Scripturæ corruptelarum magister, fur, &
prædator honoris & gloriæ DEI, qvi dixit, *Gloriam meam alteri non dabo,*
neque cultum meum Idolis. 47 *Et quod majus est: preces suas fundat in*
sanctorum intercessione, & Missas suas, Vigilias, Bona opera statuit pro remissione
peccatorum. 48 *O vos erronei falsatores Scripturarum! in qvibus se & vo-*
luntatem suam vobis revelavit Deus! Non est intercessor, non est mediator
alius, præter illum qui & intercessorem & mediatorem solum se esse declaravit,
his verbis: *Amen, amen, dico vobis: quidquid petieritis à Patre in nomine*
meo, dabit vobis. 49 *Nemo propriis operibus cælum obtinebit, nemo salu-*
tem promerebitur: sed salus tua unicè sita est in pretioso Christi merito, &
satisfactione ejus sanguineâ. 50 *Non est mediator alius, per quem justificari*
possis, præter unicum justum servum, justificantem eos, qui credunt in nomen
ejus: teque vulneribus suis sanantem, vitamque & salutem corpori & animæ
tuæ conferentem. 51 *Huic tu Domino & Salvatori tuo immotus adhære,*
primò, *tanquam Advocato, Intercessori, & Patrono tuo, apud Patrem*
cælestem: præsertim qvòd ille necessitates & gravamina tua novit optimè,
ex iis, qvantacunqve etiam fuerint, liberare atqve eripere potens.
52 Deinde adhære illi *tanquam Salvatori & Redemptori tuo:* ad qvem

te Prophetæ omnes, & Scripturæ omnes, ducunt, ſicut & ego, nec ad alium qvenqvam. 53 *Confide DEO, & in bonitate ejus lætare! ita ſuperabis tentationes omnes, ſi orationibus etiam aſſiduè vacando avidus Verbi divini auditor fueris.* 54 Exierunt enim multi Pſeudoprophetæ, ovinâ pelle amicti, qvos tibi ante deſcripſi, fraudulentos Scripturaram tractatores & perverſores. 55 His te commendo Dei altiſſimi & propitii protectioni. Jam ad te talis Legatus Angelicus non veniet; tu vide, & cave, ne iſtis abutaris ad ſuperbiam, Altiſſimi enim eſt opus hoc, cui redde gratiam & honorem, Amen. 56 *His exivit foras, nec amplius ab illo conſpectus eſt.*

C A P. X.

[*Viſio Leonis ſuper Lunam*, 3: *& aliorum ſeptem Leonum* 8. *& Lupi ab Oriente*, 16: *Duorumqve annium.* 19. *Expoſitio literarum P. & D.* (*de qvibus cap. I X. verſ.* 19.) 28. *Et* 42 *Menſium*, 34. *Conculcator Eccleſiæ.* 37 *Numerus* 666. *decurrit.* 39. *Væ Germaniæ*, 44. *Pax dimidiæ horæ*, 50. *Solatia piis*, 54. *Tres impuri Spiritus*, 55. *Videntis qverelæ*, 58: *qvi domum redire probibetur per tres bebdomadas.* 62.]

ANno 1622. Auguſti 7. fuit Chriſtophorus negotiorum qvorundam cauſâ in pago *Weycha*: ubi auditâ concione, rebuſqve ſuis expeditis, Saganum redire conſtituit. 2 Jamqve pago egreſſus Nubem ante ſe in cælo lucidè ſplendentem conſpexit, qvæ ſubitò ſe demittens Chriſtophorum cinxit, ut in medio Nubis conſiſteret, erat autem Nubes intus qvadrangula, magnitudine conclavis juſtæ capacitatis. 3 In eâ conſtitutus vidit ante ſe Leonem naturali colore, pedibus poſterioribus inſiſtentem Lunæ dimidiæ, corpore autem pedibuſqve anterioribus ſurſum erectis, 4 Moxqve etiam conſpexit ex qvatuor Nubis angulis qvatuor Juvenes, dimidiô tantum corpore proſpectantes, à capite cingulotenus, cætera nube contectos. 5 Qvi omnes unâ veluti voce ad Chriſtophorum loqvi cæperunt: *Chriſtophore, vidiſtine hæc omnia? Ille: Vidi.* 6 Illi porrò: *Scribe: Leo iſte eſt Regum unus, cujus fortuna ad lunæ modum variatur: ut enim hæc jam accreſcit jam decreſcit, ita Regis illius ſors eſt mirabilis.* 7. *Nam Altiſſimus ita ſuos ducere ſolet, ut primum magnam potentiam Potentium confundat: deinde magnam ſapientiam & calliditatem in nihilum redigat. Omninò in nihilum rediget omnia hæc Altiſſimus?*

8 Hoc ubi dixiſſent, *Ecce ſeptem alii Leones veniunt, & circa illum Leonem conſiſtunt.* 9. Juvenes autem loqvi rurſus incipiunt: *Hic ille eſt Leo, cum ſeptem illis ſtellis, qvarum tres jam cum Leone Lunæ inſiſtente*

ſocia-

ſociarunt conſilia, & arcto fœdere ſe colligarunt, ex conſilio Altiſſimi. 10
Poſtea ipſi ſingulas iſtas ſtellas, & Leones (qvi Principes per eos intelli-
gerentur) ſuis exprimebant nominibus: interdicentes tamen, ne cui-
qvam revelaret, ſed reſervaret ſibi ſoli, ad certum uſqve tempus. 11
Subindicationem tamen ſcribi juſſerunt, hoc modo: *Leo unus eſt
ad Meridiem, qvi diu deliberat, expectans, donec Sol adultus ad Meridiem
aſcenderit, tunc ille exſurgens exſeqvetur quod ſibi mandatum eſt.* 12 *Duo
Leones Meridiei & Occaſui interjacent: unus ſtans, quod ipſi laudi & gloriæ
cedit, alter cubans, & tam diu deliberans, donec ſibi ex uno latere pilos jacen-
do deterat. Deinde ſurget, opuſqve ſuum aggreſſus magnum qvid patrabit.* 13
Duo rurſum interjacent Occaſui & Septentrioni: & hi ſunt ex tribus illis, qvi
cum Leone in Lunâ ſtante ferierunt fœdus: *hi duo Leones duos cudunt an-
nulos ad procudendam Catenam, ſinguli annulum unum.* 14. *Duo pariter
Leones Orientem verſus jacent, albus & ruber, qvorum ſocius eſt Lupus.* 15
*Et hi qvoqve unum cudunt annulum: quem ubi perfecerint, ferent Leonibus
Septentrionalibus, & cingent catenâ illâ Lunam, cui inſiſtit Leo, ut deſinat
jam minuere lumen ſuum.* 16 Noctis meridies appropinquat nunc, den-
ſæ tenebræ invaleſcent: in qvarum caligine *Leo albus exſurget; ruber au-
tem demum diluculò: & Lupus ſub Solis exortum.* 17 *Hic eſt Lupus ille,
qvi magnum illum ignem flatu ſuſcitat qvô Septentrionales annulli à rubigine
conſervabuntur.* (N. B.) *Rubigo enim illos libenter depaſcere vellet, ſed etiamſi
ſe mare effundat ſuper ignem hunc, extinguere tamen eum non valebit:* qvia
Dominus illum accendi mandavit: 18 Hæc poſtqvam de ſeptem Leo-
nibus dixiſſent: addiderunt: *Per hunc Lunæ inſiſtentem Leonem & ſeptem
ſtellas, qvas vidiſti, perficiet Dominus miracula magna in oculis hominum.* Et
mox evanuerunt Leones ab oculis ejus.

19 Ille verò ad teram deſpiciens, vidit *Amnes duos juxta ſe invicem pla-
cidè fluentes*, ſingulos latitudine qvatuor pedum: qvos inſtar limitis di-
rimebat cæſpes amœnus virens, duorum pedum latitudine. 20 Tunc
rursùs ad ipſum Juvenes, junctâ voce: *Infer*, inqviunt, *ſiniſtrum pedem
huic virenti cæſpiti!* 21 Cumqve id feciſſet Chriſtophorus, ecce ille cæ-
ſpes diviſit ſe, parſqve illius inferior qvaſi pede impreſſo abſciſſa fereba-
tur deorſum tacitè, ſicut & ipſa aqva. 22 Túm porrò juvenes: *Aqvæ
iſtæ Meridiem versùs feruntur, propellentes lapidem illum magnum, qvem
Dominus Angelum ſuum tollere juſſit, inqve turbidum mundi Mare, magno
cum impetu projicere mandabit.* 23 *Ah qvanta calamitas, luctus, horren-
dæqve plagæ, grandinoſi lapides, veluti centumpondia jam, partim projecta
ſunt, partim brevi projicientur!* 24 His interpoſitô exigui momentis ſi-

 len-

lentiô, perrexerunt rursùs: O *Babylon pulchra, fucata, fundamentô desti-*
tuta! fœno & stipulæ superstructa! falsa est Doctrina tua, falsa Vita tua, &
Opera tua mala. 25 *Quadraginta duo menses jam citò terminabuntur, tres*
dies cum dimidio jam quoque exspirabunt, & Spiritus vitæ revertetur in
illos, quos tu perversa Babylon jugulasti:. Menses quinque judicii tui etiam
finientur jam citò. 26 *Rex à Meridie semel jam tecum congressus, semel*
jam tecum descendit in aciem. 27 Qværenti Christophoro: *Quis esset ille*
Rex à Meridie? Responsum est: *Meridionalem dici, non quod in meridionali*
plagâ regiones haberet suas, sed quod Solis Meridionalis calore labefactatus, viri-
busque defectus sit: frigidis tamen Septentrionis aquis, & vegetô Orientis rore
revicturus. Leo enim est: & Leo unus, una cum septem Leonibus amicè
illum respiciunt. 28 Iterum qværenti Christophoro: *Quis esset sensus*
literarum mysticarum, in visionibus ultimis, nimirum P. & D? responderunt:
Primæ duæ literæ exseqvuntur officium sibidemandatum. 29 *P. est sponsa*
Diaboli Papa, qvi laborem sibi mandatum exseqvitur, mala malis cumulans:
nempe, Cædibus, Afflictionibus, Internecionibus, Adulteriis, Scorta-
tionibus, & Idololatriis, Voracitate & Intemperantiâ, Avaritiâ & usu-
ris, & *qvicqvid eam D. Sponsus suus Diabolus & propria caro & sanguis docet.*
30 *Ecce enim Diabolus est, & obambulat inter Christianos & Non-Christia-*
nos opus suum velut Sponsus cum Sponsâ exsequens: sed ad breve tempus. 31
Gaudete itaqve Vos, qvi Agni mactati characterem gestatis! Nam ecce aliud
P. & D. venerunt, & tamen nondum venerunt, sed venient mox. 32 *P. sunt*
horrendæ Plagæ, qvæ super Sponsum & Sponsam venerunt, nec tamen vene-
runt adhuc, sed venient velociter. 33 *D. est Detonans Vox* (Donnernde
Stimme) *prodiens jam jam à Deo: quinimò ab Oriente & Septentrione coru-*
scat, & insonat, detonans vox. Nam ecce tempus, & tempora, & dimi-
dium temporis, mox decurrent!

34 Qværebat porrò Christophorus: *Quis illorum* 42 *mensium sensus*
esset? Responsum: *Attende!* 42 *menses habent significationem longam, &*
tempus breve; & continent tempus, & tempora, & dimidium temporis. 35
Menses 12 *sunt unum tempus* (id est unus annus:) 24 *menses sunt duo tem-*
pora: 6. *menses sunt dimidium temporis, quod juxta communem Lunæ cur-*
sum facit Annos 3. *& ferè dimidium. Et hi sunt tres illi dies cum dimidio.* 36
Juxta longum autem numerum (*Annos* 28. *pro uno mense numerando*) *facit*
tempus unum 336: *duo tempora,* 672: *dimidium temporis* 168: *in summâ*
1176 *Annos. Et tam diu datum est ad conculcandum Atrium Sanctum, postea*
Conculcator convertetur. (N. B.)

37 Christophorus ad hæc: *Quis autem est iste Conculcator?* Resp. *Præ-*

ter

ter Diabolum, supremum Ecclesiæ adversarium, sunt alii duo, qui conculcant & perdunt. 38 *Alter est, qui Deum verum non novit, sed mox cognoscet:* tempus enim venit, ut qvi Deum ignoravit agnoscat, *ad promovendum decretum super Meretricem magnam,* sedentem in montibus super mare: *quæ est alter Conculcator & depopulator* (Ecclesiæ) *cujus memoria venit in Dei conspectum, ad præbendum ei poculum excandescentiæ iræ Dei, pro malitia suâ, jam citò!* 39 *Is non curat Deum: ideò nec ipsum curat Altissimus:* qvoniam tempus jam transiit, terminumqve attingit, qvi est numerus hominis 666.

40 A primo 6. subtrahe 1. manebit 5. & â 5. subtrahe 2. manebit 3: qvæ adde ad ultimum 6, erit 9: & sic 1629: *qvô tempore* (ab anno 1520 inchoando) *subtrahetur, primùm, ex regno Bestiæ* (sicut supra unum â sex) *Visus & intellectus*: ut non videat, neqve intelligat, qvid de se fiat. 41 *Secundò, adimetur Bestiæ vis, robur, & fastus.* 42 *Tertiò & ultimò, adimetur ipsi gloria & splendor.* Et tunc ipsa cum grege suo ex dolore & malitia linguam suam morsicabit: nec convertetur tamen, aut resipiscet; sed supra Deum se extollere perget. 43 Vulnus tamen profundum nimis est, sanari non sustinet! Cauda abscissa; Sanguis effusus!

44 Christophorus rursum: *An tanta futura est sanguinis profusio*; Resp. *Omninò*: siqvidem Germania intentatam sibi Altissimi Virgam deprecari non vult, sed Eum porrò irritat, impletamqve peccatis mensuram superaffluenter auget. 45 Propterea ecce Prælium ingens surget: qvô Diabolo & Draconi magno funus magnum, avibusqve cæli cæna magna paratur. 46 *Ab Væ Cæsari, Regibus, Principibus, Comitibus & Baronibus! Væ Regionibus, & Civitatibus Germaniæ Imperii!* 47 *Hæc omnia venient super vos, Fames, Annonæ caritas, Bellum, & Sanguinis effusio.* 48 *O Vos in Germaniâ Potentes, qui Eqvis benè saginatis, pilentisque pomposis & fastuosis, vehimini! videte, ne volucres cælestes corpora vestra ingluviebus suis trans maria & flumina differant! Vos autem Civitates & Incolæ videte, ne Vos Perditor disperdat similiter!* 49 Per qvinqve enim menses durat magna hæc afflictio, Calamitas, Fames, Bellum, Sanguinis effusio, Incendium, Direptiones terrarum & hominum, qvibus omnibus perniciosissima Pestis accedit.

50 Interfatus Christophorus: *Atqui de Pace multi sunt Sermones!* Resp. *Per horæ dimidium erit Pax, postea redibit Bellum, & turbæ, per omnes plateas.* 51 Sicuti jam brevi inter Occasum & Septentrionem, ubi magna illa Draconis cauda jacet, magnâ vi incipiet, implebunturqve iis locis, qvæ ante multas jam annorum centurias prædicta fuerunt.

52 Qvas Regiones etiam præsentes comminationes concernunt, superque illas devolventur: nempe, Bellum, Fames, Pestis, & Feræ: non Feræ sylvestres, sed homines, creaturæ rationales, qvorum corda propter infidelitatem ex humanis in belluina, imò bestialia, transierunt: ita ut Christiani atrocius qvàm Turcæ & barbari contra seinvicem sævituri sint in Germania: qvia condemnatio Meretricis magnæ propè est, & certa est. 53 Angelus cum Euangelio æterno jam pridem per medium terræ volavit: Beatos, qvi illud susceperunt! nec spreverunt magnum hunc thesaurum, neqve conculcârunt pedibus? Illis Sol justitiæ clarâ luce fulgebit, nubesqve illas horrendas ab ipsis sine damno discutiet.

54 Christophorus: *Ergò fideles ab hisce plagis liberabuntur?* Resp. Lætare parvule grex, Pastor tuus te tutabitur! habetis in Scripturâ certas & infallibiles certæ liberationis promissiones: habetis & exempla compluria admirandæ & conspicuæ protectionis potentis manus Dei. Remittimus te ad Scripta Prophetarum, & ad Sermones Christi atqve Apostolorum. 55 *Ecce tres impuri Spiritus exivere ex ore Pseudoprophetæ & Draconis! a quibus tibi caveas, & acquiescens vividis Israelis fonticulis ne te ad fætidas Ranarum lacunas abduci patiare* · in qvibus Ranæ æstate tantùm calidâ conspici & audiri volunt, coaxationémqve edentes ingentem, nec verentur qvenqvam, nec metuunt. 56 Tales sunt isti fucosi hypocritæ, a qvibus & eorum similibus tibi cave: qui itidem frigido tentationum & persecutionum tempore obmutescunt, bonis temporalibus, aut corporis & vitæ suæ, metuentes. 57 Sed & tu etiam miros experiere casus: fidelem tamen si te præstiteris in exiguo, majora tibi impertietur & concedet Deus.

58 Hîc in qverelas resolutus Christophorus, neminem sibi ista crediturum, dixit: seqve per ista jam in paupertatem & ludibria, propter mundi malitiam, devenisse 59 Illi ad hæc: *Qui semel admotâ ad aratrum manu retrò respicit, Regno Dei idoneus non est: Tibi magna à Deo contigit gratia.* 60 *Qvi Dei servus esse vult, oportet mundo fætor fiat: tu vide, ut attendas tibi, neqve cuivis fide.* 61 *Ecce tempus propè est, qvò implebuntur omnia tibi ostensa: noli itaqve celare ista.*

62 Interea domum ne revertaris intra tres hebdomadas [N.B.] alibi, ubi divertas, tibi prospicito. 63 Et hic erat finis Visionis primæ: Nubeqve cum Juvenibus illis ad cælum sublatâ, ipse in loco priùs nominato se conspexit, & hâc die Eckersdorfium se contulit.

CAP. XI.

[*Iteratio ejusdem de Leonibus Visionis sexies repetita*, 2. *In ultimâ horrendus clamor*: Cecidit Babylon, *cum tremore & fragore cœli & terræ*; 11. *Visio Leonis cœlitùs coronati*, 20. *cum explicatione*, 25. *Doctrina vera quæ*, 29. *cum Visionibus hisce quid agendum*, 32. *Revelatores horum qvi?* 34.]

I Ostridie ibat Neuhamrium, ibiqve ad Augusti 10. commoratus, exiit, ut Gorlicium peteret. 2 Ut verò appropinqvabat Schonbergæ, in ᷊um, qvò sibi antehâc triplex illud Horologium erat monstratum, ecce isionem conspexit eandem, qvam ante triduum, cum iisdem Juvenibus, ᷊onibus, & Nube; ubi & Sermones iidem, cum qvæstionibus & re- onsionibus iisdem iterabantur. 3. His peractis perrexit Benzikum rsùs, ibíqve pernoctabat, altero die ad Parochum Zodellensem di- rtens. 4 Sed Augusti 12. Gorlicium jam contendens, eandem per inia Visionem tertiâ vice conspexit: qvâ transmissâ Gorlicium ingressus, ud Alutarium qvendam cibo sumptô, Langenoviam ad matrem reversus ᷊. 5 Inde 13. Augusti Colfurtum progrediens, eandem Visionem & rmones iteratos habuit, qvartâ vice. Assequutus tamen Colfurtum, ᷊téqve ibi transactâ, post concionem Benzikum abiit. 6 Augusti 15. ıgenoviam revertenti, qvintâ vice eadem illa Visio objecta fuit. 7 Die Augusti descendit Melnicium (dimidio à Sprottaviâ milliari) inde m regrediens, seqventi die, eadem illa inter sylvas sibi apparuerunt ᷊a, sextâ vice. 8 Progressus inde Rauscham, in Aurigas fortuitò it, cum qvibus continuato per totam noctem itinere Gorlicium venit, apud magistrum suum in camerâ superiori fatigatus se deposuit, vitqve ad horam usqve octavam. 9 Experrectus verò (18. August.) fenestra in Fluvium prospiceret, capitis vertigine ita correptus est, iti dolio, qvod ibi fundo inversum stabat, necessum haberet. ᷊erea visum sibi est tectum Domûs apertum, viditqve rursus ean- ım Nubem cum Adolescentibus qvatuor, se autem in medio ipso- ᷊d Leonem nullum ampliùs vidit.

᷊vùm autem Juvenes illi sic in angulis qvatuor, ut antea, consi- ᷊æperunt duo ex illis, (qvi transversim sibi oppositi stabant) hor- ᷊lamare, voce tàm sonorâ, ut præ clamoris illius horrore deli- iperetur. 12. Clamabant autem septies: *Cecidit Babylon*, *ıbylon*, *Cecidit Babylon*, *Cecidit Babylon*, *Cecidit Babylon*, *Ce- lon*, *Cecidit Babylon*, *Urbs magna*, *opulenta*, *gloriosa! necdum ıtum concidit.* 13. *Annus adventat*, *Mensis nominatus est*,

E

dies determinatus; Ab commotio & qvassatio terræ imminet! qvassabuntur & confringentur omnia, terræ fundamenta collabentur, Sol & Luna convertentur in sangvinem! stellæ de firmamento cadent, pulchram meridionalem stellam deplorando. 14. *O fulgida meridionalis stella, qvomodo ita decidisti? Super tuo lapsu Mare etiam in sangvinem convertetur, & fluvii irrubescent, & præaltæ Rupes formosorum & sublimium sangvinem sorbebunt.* 15 Cum autem illi de terræ isto motu qvassationéque & fragore loquerentus, auditus fuit æqvè horrisonus fremitus, collisiones & fragor, ut Christophorus non aliud cogitaret, qvam cælum terræ misceri; & tamen tam horrendum fragorem tam splendidus excepit solis fulgor, ut omnia conticescerent. 16 Juvenes autem: *Ecce*, inqviunt, *ista facta sunt jam! & tamen nondum facta sunt, sed fient revera, & certissimè, statim.* 17 *O vos fideles parate vobis canticum laudis, quia absque metu cantabitis brevi, Hallelujah.* Et Juvenes quoque ter concinerunt *Hallelujah.* 18 Postea jusserunt eum duo illi qui sic clamaverant, sursum ut aspiceret: Aspexit igitur, viditque ex nube non longè supra se elevatâ, manum deorsum se demittentem, in manu autem Coronam! 19 Et ecce aliæ duæ Manus, è latere Nubis se extendentes, eandem prehenderunt Coronam. 20 Et conspexit ex improviso Leonem prostratum: qvi surgens, & ad tres circiter gradus progressus, capite sub Coronâ illâ substitit. 21 Et imposuerunt tres illæ manus Coronam hanc Leonis capiti: peractâ verò Coronatione Manus istæ receperunt se in Nubem. 22 Leo autem ille coronatus, pedibus insistens posterioribus, prehendit anterioribus Gladium (à quô & quomodo sibi ministratum non animadvertit Christophorus) eumque, sic stans erectus, tenuit. 23 Qvem ubi Christophorus intentus contemplaretur, ecce factus est ex Leone *Fridericus, staturâ & specie suâ nativâ, coronam capite gerens:* sed Gladium jam amplius non vidit. 24 Iste autem effigiatus Fridericus manus suas manibus Christophori immisit, evanuitque præ oculis: ita conticuêre rursus omnia.

25. Ille quamvis Personam illam ex Leone productam benè nosset, qvæsivit tamen ex Juvenibus, *qvis iste Leo esset?* responderunt: Leo *iste est Rex, cui Deus gladium suum in manus tradidit, ad exseqvendum vindictam super Regem abyssi.* 26 Christophorus: *Quis vero*, inquit, *est iste Rex abyssi?* Responsum est his verbis: *Impius regnat, quoadusque permiserit Deus, sed non perstabit: oportet enim radices excelsæ illius Arboris computrescere, ut vidisti antea.* 27 *Leo autem ex sylvâ Septentionali audacter prosiliet: qvamvis pedibus suis Lunæ insistat, Luna tamen non semper manebit dimidiata, sed plenum lumen citò recipiet, & ista Luna imago est Ecclesiæ.*

28 Per

28 *Per Leonem Deus Pater redemit ſibi Eccleſiam: per Leonem Eccleſiæ fideli ſpem & victoriam paraturus eſt.*

29 Ad hæc Chriſtophorus: *Quæ autem eſt doctrina vera?* Reſponderunt: *Reſponſum qvære in Veteri & Novo Teſtamento: Scripturas ſcrutare, ad has te remittimus.* Qvicqvid enim contra vel præter verbi Dei tenorem in medium affertur, falſa eſt Doctrina, fundamentum in Scripturâ nullum habens: neqve ornata charitate, novô illô mandatô, qvod ſuis tradidit Chriſtus. 30 Tùm ei prolixiùs explicabant parabolam Chriſti, de præcipitato inter latrones, & opere miſericordiæ, à tranſeunte Samaritano illi præſtito. 31 Tandem ſignificarunt pòſt dies 8 duos è mediô ſui ad Chriſtophorum venturos. 32 Ille autem: *[Qvid verò mihi cum iſtis agendum eſt, qvæ jam ſeptimò hodie vidi? Sperabam enim me non amplius talibus oneratum iri: qvùm mira nunc ſit rerum facies, omnibus iis, qvæ vos loqvimini, contraria.* 33 Reſponderunt: Tetrum illud Serpentinum monſtrum, tibi in certitudinem eorum qvæ mox fient commonſtratum, accepit jam profundum in cervice vulnus, & mox etiam longam illam Draconinam Caudam vir à Septentrione veniens recîdet, ex qvô magna ſangvinis ſeqvetur effuſio: qvia monſtrum iſtud magnum ſuum in cauda ſua habet venenum. 34 Etiam qværebat ex illis Chriſtophorus: *Qvinam eſſent?* Reſponderunt: *Septies tibi jam loqvuti fuimus: Angeli ſumus, Legati Dei, ducentes ad Scripturas Divinas, & Chriſtum, qvi verba vitæ in illis depoſuit.* 45 Sic tranſiit viſio, & Chriſtophorus ad ſe rediens, vidit ſe dolio ſuo inniti, à prandiô verò mox omnia hæc ſcripto mandavit.

C a p. XII.

[*Nova Revelatio, in qva Chriſtophoro qvæſtiones proponere permittitur.* 3. *Viſio magnæ Alitis, qvam deglubunt Leones, Albus, Ruber, & Cæruleus,* 48. *Explicatio hujus Viſionis.* 58.]

AUguſti 25. (cùm Langenoviâ Saganum proficiſcens Schnelfurto eſſet vicinus) contigit illum duos Juvenum illorum conſpicere, his verbis ipſum compellantes: 2 *Chriſtophore; Dominus Deus noſter adhuc morem illum obſervat, qvi ſibi ſolennis fuit inde à Mundi exordio, ut mortificet priùs quàm vivificet.* 3 *Audiviſti indubiè clamorem noſtrum ingentem: ideò nos ceu Legati ad te miſſi ſumus, ut pluribus te informemus de omnibus quæ vidiſti. Quærere ex nobis intrepidè, quicquid libet, licet.* 4 Ille ad hæc: Exiſtimabam ego me jam defunctum iis qvæ mihi mandata ſunt: nec opinabar tale qvidqvam obventurum mihi ampliùs. Ego verò rurſus ſpe

diutiùs suspendor, qvùm tamen nihil inde præter ludibria referam: nec opinor fore qvenqvam, sive amicum sive inimicum, qvi mihi fidem sit habiturus. 5 Responderunt: *Hortamur te ne ista in dubium voces, quæ per nos & conservos nostros operatur Deus: nos enim Dei tantùm Legati sumus.* 6 *Dubitavit Moses ex durissimâ rupe aquam erumpere posse, & punitus ob hoc à Deo, ut terram promissam non sit ingressus.* 7 Cave igitur Christophore, ne dubita, ne tibi qvoqve mali quid eveniat, túque gratiæ divinæ incurras offensam. 8 Exclamavit ad hæc Christophorus: *Domine Jesu, quoniam me ab hoc admirabili opere liberari neque debere, neque posse video, en committo me totum Deo cui & gratias ago, Spiritumque illius imploro. Agatur jam de bonis meis, aut vitâ meâ, nihil jam curo aut metuo.* 9 Juvenes: Hoc te sollicitum habet, quòd quæ tibi contingunt raris nunc contingant: Sed *veniet mox Elias, & Daniel à somno suo, in sorte suâ surget: Johannésque etiam prodibit.* 10 Christophorus: *Eliamne & Danielem rursum venturos? & Johannem proditurum? Resurgentne iterum à mortuis?* 11 Responderunt: Eliæ, Danieli, & Johanni, loquuti fuerant Angeli, inprimis de temporibus ultimis, ubi Mundo ultima sua instat hora. 12 At non ita carnaliter intellige, quasi â mortuis resurrecturi sint illi, sed quòd Deus Spiritum suum daturus sit secundùm mensuram, quam ipse velut solus sapiens optimè novit, etiam per nos tanqvam Angelos & Legatos suos. 13 *Daniel non intellexit, donec ipsi exposuisset Angelus: neque Johannes, antequam ipsi demonstraßet Angelus: Mundus verò nunc eò sapientiæ progressus est, ut Scripturâ etiam non egere se putet.* 14 *Et nos si tibi aliud Euangelium, quàm quod Christum prædicat, nuntiaremus, anathemate nos ferires meritò.* 15 Ecce factum est, & fit qvotidie, ut Diabolus in Angelum Lucis falsâ doctrinâ suâ, & fucatâ vitæ specie, se transformet. 16. Christophorus porrò: *Sed inquiunt, habere se Moysen & Prophetas: propterea me & Vos rejiciunt.* 17 Responderunt: Hæc est perpetua mundi consvetudo, Divina contemnere, pro Divinis autem habere ea, quæ mundi sunt. 18 Contemnat qui volet, Judex vivorum & mortuorum, qui sedet ad dextram Dei, cujus nos Angeli perpetuò intuemur faciem, ille veniet & judicabit, judicióque damnabit eos, qui non credunt in ipsum. 19 *Nos nullum tibi novum dogma, nullum novum adferimus Deum, sed te ad Scripturam ducimus: nec enim ullum est extra Fontes Israelis solatium.* 20 *Tua & omnium salus non in Angelicis fundata est revelationibus* N. B. *Sed qui laverit stolam suam, & servaverit munditiem, crediderítque in Christum, ille salvabitur.* 21 Christophorus porrò: Unum adhuc

est

est, quod quæram, quô nimirum tempore ista implebuntur omnia? 22 Responderunt: *Quàm citò à clamore nostro cælum & terram commoveri vidisti, quàm tantummodò duorum vox fuerit, tàm citò evenient ista omnia, quàm vox ab Oriente & Septentrione simul insonuerit: nec enim insonabit solummodò, sed & mox è vestigio seqventur omnia.* 23 Hoc etiam scias: Qvamprimùm frigidus Septentrionalis fluvius, & refrigerans Orientalis ros (qvô fatigatus & valdè labefactatus Leo ex sylva, & in sylva, refrigerari debet) irruet, tam velociter illicò processura omnia: furant licet Sponsus & Sponsa qvocunqve libet modo! 24 Scilicet! si tres illæ manus, (una cælô descendens, duæ ab Oriente & Septentrione) ligari possent!

25 Christophorus rursum: Qvia mihi plures offeruntur qværendi caussæ, hoc etiam qværam: *Verane sunt quæ feruntur, Pacem ab Oriente firmam ratamqve futuram?* Resp. *Jam dictum tibi, Pacem illam duraturam per hora dimidium, postea dissolvendam esse in universum.* 26 *Ecce irruet velociter diluvies & tempestas magna à Septentrione!* 27 *Lupus etiam rapax in Oriente Solis se abscondidit, qui acuit dentes, & ungues habet præacutos, cursumqve velocem! irruet & iste ex improviso in Oves & Pastores.* Tu autem securus esse, & Pacem tibi polliceri velis? 28 *O Vos Reges, ô Vos Principes & Potentes! Consilia Vestra irridet Altissimus, & Vestri de Pace tractatus risui sunt illi.* 29 *Ad Pacem media non alia Vobis sunt quàm fuerunt Jerosolymitanis, Pharaoni, aliisqve similibus.* 30 Qværenti iterum Christophoro: *Qvis esset rapax iste Lupus? & num non inhiberi posset?* Responderunt: *Posset, verâ pænitentiâ & precibus.* 31 Repentè loqvitur Altissimus adversus Nationem aliqvam, aut Regnum, qvòd depopulari, confringere, perdere velit: sed si avertat se populus à malô, mox pænitet Dominum mali, qvod immittere voluit. 32 *Intra dies* 40. *subverti debuit Ninive, nec tamen subversa est, qvia egerunt pænitentiam, & ab impietate suâ recesserunt.* Rex ipse humiliavit se, non dicens sicut Pharao: *Qvis est Dominus, ut audiam vocem ejus?* ideò mari rubro haustus. 33 *Bellum adversus Germaniam gerit Leo de tribu Juda, geritqve per Leonem Orientalem & Septentrionalem.* 34 Nec desunt huic Leoni media infligendi pænas: causas etiam habet multas & validas, significatas jam initiô. 35 Nempe, qvòd Magistratus, Ecclesiasticus & Politicus, punire debebat superbiam, impuritatem, Dei & verbi ejus contemptum &c. Illi autem ipsi, Primates in Terrâ, Scortationes proseqvuntur, & Potentes in Terrâ exercent malitiam. 36 Et qvod majus, scortantur cum Diis peregrinis, & volu-

tant se in omnimodis peccatorum sordibus, contra primam & dam Tabulam. 37 Ito in Paradisum, contemplare inobedienti dami! Progredere ulteriùs, & inspice Mundi prioris nefaria opera modo regimini Spiritûs S. submittere se noluerint. 38 Aspice Sodomam, Pharaonem, Jerusalem, Scripturasque perpende: tò nunc indigniora patrari contra Deum, & proximi charitatem peries. 39 Adamum mori necesse fuit; Mundum priorem Dilu rire; alios etiam pro æqvitate puniri, & nunc non etiam percutia 40 *Considera, qvid de temporibus hisce prædixerint, Daniel, Christ Johannes! superventuram nempe Tribulationem, qvalis non fuit u* 41 Dictum tibi est: Nisi resipuerint homines, Deum Igne, Bell ste, puniturum: sed dictum, Fidei, Spei, Charitatis futurun ctum. 42 Causarum proinde sat habet Deus, qvi tamen more patris impræmonitos non punit: præmonere qvippe verbi sui totum mundum personante, non intermittit. 43 Ad hæc Chri rus: *Fortassis nos punire Deus non intendet, qvos verbi sui prædicatio vit?* Resp. *Servus, qvi Domini sui voluntatem novit, & non fac plò vapulabit.* Qvinimò judicium istud est, qvod Lux venit i dum, Mundus autem Tenebras præ luce amavit. 44 *Si Germa luce fuisset destituta, & non sic eam contemneret, non tam horribile lueret.* His Sermonibus transmissa est Dies.

45 Die verò Dominicô redeunti domum Saganô iidem Juve viam veniunt: & iisdem omnibus repetitis, etiam numeros se exhibent:

		28
1260		28
1260		28
2520		28
1620	252	28
4140	414	28
1620	666	168

46 Subjungunt tandem: *Scrutare Scripturas: ad qvas nos, & ista Tibi revelata, referimus:* 47 Ito jam domum, & tecum cor ritani assume! nempe *Cor orans, Cor constans,* & *Cor gratias agens*: qve prædicabitur Euangelium, ad mundi finem, eousqve gr ejus peprædicabitur.

48 Notandum, *in hâc postremâ Visione exhibitam ipsi fuisse*

corporis amplitudine insignem, alarum pennarumqve magnificentiâ superbam. 49 Huic accurrens primùm *Leo albus*, pennam unam ex ala sinistra evulsit: Inseqvitur *Leo ruber*, & evellit ex alâ dextrâ pennam itidem unam: Tandem veniens *Leo cæruleus* aggressus est Avem impetu magnô, éqve dorso ejus pennam prægrandem extraxit, cujus caulis crassitiem æqvabat pollicis. 50 Avis ergò Alarum strepitu terram verberans, subvolare tentabat, sed frustra: viribus enim defecta recipere eas nullo modo potuit, donec ab oculis evanesceret. 51 Leones itidem illi tres in Nubem se receperunt: de qvibus ita loqvutus fuit Spiritus. 52 *Albus Leo* (Germ. Weiß) primam habet literam W, qvæ prima qvoqve est in voce Weh (*Væ*,) datum enim ipsi est desuper insonare *Væ*, super totum terrarum orbem. Atqve iste *Albus Leo* occupabit civitatis magnam partem, & administrabit sapienter. 53 De *Leone rubro hæc accipe*: Rubedinem habet auroræ Orientis similem, sicuti si qvis aliqvandiu in caligine nocturna tristis obambulat, ita Grex fidelium adversa patietur aliqvamdiu: sed Leo iste ruber, auroræ rubedinem referens, erit auxilio amatoribus Euangelii, & iste qvoqve magnæ civitatis occupabit partem: qvia illum amat, cæruleoqve cum Rubeo benè convenit. 54 *Cæruleus ille*, Leonum minimus, cæruleus commodè dicitur: erit enim ab iis qvæ fient innocens, donabiturqve divinitùs animi Fortitudine, Robore, Gloriâ, & Viribus contra hostes. 55 Qvem coronari vidisti à trina potente manu. *Manum desuper se demittentem intellige manum ipsius Dei, duas verò à latere venientes, Mediatores duos, qvos huic operi destinavit Deus, ab Oriente & Septentrione.* 56 Atqve hîc veniet *Væ* super *A* & *H*: & rursus super aliud *A* & *B*. 57 Qvatuor has literas repentina procella obruet: & præterea literam *I*.

58 Novembris 9. (eodem in loco, qvô 25. Augusti cum duobus juvenibus Sermonem habuerat) vidit qviddam ex nube sensim se demittens, & gyrans, usqve ad locum ubi constitutus erat. 59 Comperítqve esse unum ex Juvenibus illis qvatuor, qvi salute ipsi dictâ de septem illis Leonibus, qvas mundi partes singuli incolant, déqve proposito eorum, eadem qvæ antea referebat. 60 De Ave autem ista sic: *Avis, quam vidisti alas explicantem, est civitas magna murô carens, qvam occupabunt tres Leones, & inter se divident.* 61 Mox acceptâ (incertum unde) Tubâ, insonuit Angelus, primùm ad Meridiem, deinde ad Occasum se convertens, & sic ad omnes mundi plagas, ad singulas semel. 62 Conversusque ad Christophorum: *Desiderásne scire, quid sibi clangor iste velit, qvid portendat?* Eqvidem, respondit, si mihi id obvenire potest. 63 Iterum An-

Angelus: *hîc tubæ classicô convocantur à qvatuor Mundi partibus multæ & diversæ Gentes ad prælium magnum. Ab cædes & strages, depopulationesqve terrarum & hominum, venient.* 64 Ecce procella ruet super *A* & *H*: iterumqve super *A* & *B*. 65 Iterumqve clanxit qvater, sed initio à Septentrione factô, tùm ad Orientem & porrò: *Hôc*, inqviens, *sonitu convocantur Aves ex qvatuor mundi partibus, ad cœnam magnam.* 66 Plura scrutari neqve tibi convenit, neqve ulli hominum: *tempus calamitatis est præ manibus; tempus lamentabile venit: Calamitates volvuntur tanquam armatus Exercitus.* 66 His conclude tristem hanc Revelationem: Ego autem ecce te ad Scripturas, Christíqve meritum, remitto. 67 Unus sum ex illis qvatuor, qvos in nube vidisti: Cura, ut hæc describantur diligenter omnia. 68 Jam abi, & age, qvod tibi injunctum. Ita disparuit.

CAP. XIII.

[*Revelatio Christophoro ægrotanti facta*, 2. *De Ferdinando*, *Friderico*, *Saxoniæ Electore*, 6. *Episcopoqve Nissensi*, 17. *Miraculosa Christophori sanatio*. 21.]

ANno 1623. grassante per Silesiam epidemiâ (Capitis contagiô) penetraverat vis morbi ad Christophorum qvoqve & ejus Conjugem, & filiolam, inqvilinúmqve, ut omnes decumberent. 2 Factum autem 11. Martii, sub vesperam, ut unus illorum qvatuor hypocaustum ingressus, ab uxore Christophori etiam conspiceretur. 3 Qværebat enim ex viro, qvisnam esset? qvi esse unum ex spiritibus, qvi sibi apparere soleant, respondit, (ad qvæ illa parieti se obvertens, nec vidit ampliùs, nec audivit qvidqvam.) 4 Spiritus ergò Christophoro salutem precatus, qvomodo valeret qvæsivit? Ut homo miser, respondit ille, qvem cruce visitavit Deus. 5 Iterum ille: *Bonô animô esto, levabit te Deus cruce tuâ. Ecce habes ante te iter longum; Scinde tibi panis buccellas tres, manduca, & assume tria cochlearia cerevisiæ, morbus te relinqvet.* 6 Fecit hoc, & mox in ecstasin raptus in Arcem Pragensem venit: Ubi *Cæsarem Ferdinandum*, *Fridericum*, & *Electorem Saxoniæ*, conspexit. 7 Juxtáqve illos vidit Cistulam qvasi rotundæ formæ, & impositam illi coronam, cujus fastigia solum ex cistula prominebant. 8 Fridericus autem Christophoro dixit, ut arrepto bacillo, qvi ad manum ibi fuit, coronam feriret: qvod ille fecit. 9 Perrexit Fridericus: *Impone mihi Coronam istam! Imposuit igitur è cistulâ exemptam capiti Friderici.* Mox aspexit Electorem Saxonicum, habentem ante se 6. aut 7. globos cærulei lucidi coloris,

magni-

magnitudine capitis infantilis. 11 Et exclamavit Elector: *Fridericus est electus & coronatus Rex, cui jure debetur Regnum Bohemiæ*, dictóqve hôc disparuit. 12. Ferdinandus autem accedens, eadem Electoris verba repetiit, addito: *Qvi ex Austriaca Domo ad Imperium Romanum extolli voluit, Meretrici, Morioni, & Sacerdoti verbis blandiri necesse habuit.* 13 Et conversus ad Christophorum rogabat, ut pro se oraret, damnatum enim se esse, nisi precibus pii alicujus Christiani liberetur. Tùm diras imprecabatur Papæ impensè. 14 Christophorus autem subitò se conspexit, unà cum Ferdinando, in confiniis Hispaniæ ac Belgii, vidítqve Exercitum Hispanicum castra metantem: qvi tamen insperatò disjectus, dissipatus, totúsqve qvasi in nihilum redactus fuit. 15 Ibi *Cæsar ad Christophorum iterum conversus, petiit ut pro se preces funderet*: Ille verò, Miser ego sum & indignus peccator, preces meæ qvid ponderis habebunt? 16 *Ad hoc verbum prostratus in terram Cæsar, ipso inspectante, animam exhalavit.*

17 Iterum Spiritus ad Christophorum reversus, ostendit ei per visionem Episcopum Nissensem (Carolum Austriacum, Ferdinandi germanum) deqve sangvinariis hostium moliminibus multa disseruit. 18 Sed mox in oculis ejus *mutatur persona Episcopi in Calvariam, quæ instar vesicæ se inflans, in quatuor dissiliit partes.* 19 Et Spiritus: *Ita Deus confringet magnum illud robur, magnam illam vim, magnumque illorum brachium, & robustum pedem subvertet. Dominus faciet istud.* 20 Ecce Angelus effudit violam suam in aërem! qvæ sonos, fulgura, tonitrua, & terræ motus producet. 21 His Christophorus ad se rediit, valetudine jam integrâ.

CAP. XIV.

[*Visio stupendæ Bestiæ super septem columnas* 2: *Qvas viri septem subversum eunt*, 7. *Exercitus concurrentes quatuor*, 12. *Victori afferuntur Libri duo, fitqve exultatio*, 17. *Dilucidatio Visionis de Bestia*, 27. *consflictatio Leonis cum Ave*, 32. *Certitudo horum*. 34.]

EJusdem Anni 1623, die 2 Aprilis, iter facienti Gorlicium apparuit idem ille Juvenis, præmissóqve brevi sermone dixit: *Aspice!* 2 Et ecce conspexit ingentem *monstrosam Bestiam, duodecim aut qvatuordecim ulnarum longitudine, septem incumbentem columnis.* 3 Et erat Bestia illa septicolor, *Alba, Rubra, Cærulea, Nigra, Lutea, Aurea & Ignea*: totidemqve inter se mixti colores in septem columnis visi sunt. 4 *Figura Bestiæ hæc fuit*: Caput Meridiei obversum, qvasi displanatum apparebat, cum auribus in formam Episcopalis mitræ acuminatis: Rictus tantò hiatu

patens, ut homo ingredi posse videretur; Dentes praeacuti; Corpus enormiter magnum, & qvod per hiatum oris introspectum ad instar calcariae fornacis ardere visum est; Cauda oblonga. 5 *Corpus incumbebat columnis istis septem:* qvarum anteriores duae crassitie suâ vastissimas aeqvabant hydrias, binae istae proximae paulò erant exiliores: Tertiae binae primis illis aeqvales; postrema autem, cui cauda incumbebat, crassior & validior caeteris omnibus. 6 Hanc Belluam cùm intueretur diligenter, visa est vomiturire, & mox ex ore suo sanguinem cum aqvâ ternô vomitu eructabat. 7 Interea accedunt *viri septem*, primus albô, secundus rubrô, tertius caeruleô colore: reliqvi qvatuor mistos ex albo, rubro, caeruleo, & luteo, referebant colores. 8 Albus ille aggressus columnam mediam dextram subvertit: Ruber sinistram simili modô dejecit. 9 Atqve hîc, qvùm duae istae columnae instar nebulae evanuissent, caepit Bestiae corpus vergere deorsum, tentabátqve denuò vomitum, nisu summô, sed evanidô. 10 Accessit postea Caeruleus, evertítqve posteriorem columnam dextram; post hunc caeteri qvatuor, tanqvam coadjutores, sinistram cum duabus mediis: donec tandem omnes ad crassissimam illam sub cauda delati, illam qvoqve tandem magnâ virium contentione subverterunt. 11 Atqve hîc *demum Bestia cum terrae motu in humum devoluta, exanimis relicta est.* Is fuit visionis finis.

12 Qvùm autem 23. Aprilis Gorliciô rediret, eundemqve attigisset locum, Visio eadem rediit, cum omnibus circumstantiis: qvâ finitâ, dixit Spiritus: *Aspice!* 13 *Et ecce conspexit subito à Meridie & Occidente venientes duos Exercitus, splendidè armatos & exultantes:* qvorum singuli tribus erant signati characteribus, in fronte literâ *G*, in pectore *P*, in tergo *V*, nigrô pictis colore. 14 *Iterum vidit alios duos Exercitus, unum ab Oriente, alterum à Septentrione venientes*, & in unum se congregantes. Qvibus conspectis, priores illi Exercitus laetitiam suam maerore ac metu terroréqve & pavore commutârunt. 15 Dúmqve sic trepidant, auditur repentè humana acutè sonans vox: *Ecce jam veniunt Plagae, & veniunt unô die.* 16 Et juvenis rursus: *Aspice!* Aspiciens ergò vidit qvatuor illos Exercitus in aciem colligi, committíqve praelium ingens, qvô caesa utrinqve sunt multa hominum millia, donec tandem Meridionales & Occidentales dissipati, Orientalis verò cum Septentrionalibus victoriâ potiti essent.

17 Clade hâc peractâ, Exercitus illi quatuor (praeter dispersos) constiterunt unâ: quatuor autem Viri egregiâ staturâ, luteô & lucidè caeruleo induti habitu, *Librum portantes magnum*, quatuor marginibus prehensum, *venerunt in medium* Exercitûs, qui in Orbem constiterat. 18 Inter quos

stabat

ſtabat qvidam proceræ ſtaturæ; myſtace promiſsô, capite *Tiaram Turcicam* gerens, tunicâ longâ indutus, & faſciâ cinctus, acinacem in viridi vaginâ lateri appenſum habens, cætera totus luteô & lucidè cæruleô colore, præter faſciam, albô, rubrô, & cæruleô tinctam. 19 *Huic Librum aureum tradiderunt Viri illi qvatuor:* Ille verò ſub axillam ſiniſtram recondidit. Et qvatuor illi diſparuerunt.

20 Iterum exclamavit Juvenis: Aſpice! & vidit *viros duodecim albos, quorum unus ferebat in manu Librum in folio, habentem clauſtrorum loco tria rubra ſigilla.* 21 Qvem poſtqvam Viro eidem procero (qvi habitum ſuum jam mutaverat colore albo, rubro, & cæruleo) obtuliſſent, ille acceptum utrâqve manu pectori ſuo appreſſit, appreſſúmque ſic aliqvamdiu tenuit: Duodecim verò illi per medium Exercitûs exiverunt. 22 Ipſo autem Librum adhuc ad pectus tenente, venit multitudo hominum, ſenum & juvenum, majorum & minorum, ſtolis albis induta: & in medio Exercitus coram viro illo conſtitit 23 Tunc aperuit Librum, manibuſqve ſuis in conſpectu eorum tenuit: & ecce fuit conſcriptus magnis characteribus nigris. 24 Cæpitqve tota illa multitudo unà cum Exercitu clarâ voce concinere ſepties: *Laudate Dominum omnes Gentes! Glorificate & extollite Nomen ejus: qvoniam benè fecit nobis.* 25. Poſtea deponebant omnes arma ſua, flammantiqve amore ruentes in amplexus mutuos, gaudiô replebantur: claudentes omnia repetitô hymnô, *Laudate Dominum omnes Gentes* &c. 26. Et mox diſparuerunt omnia. Juvenis ſolus cum Chriſtophoro remanſit: cadavera etiam occiſorum ſublata ſunt ab oculis ejus.

27 Et compellans Chriſtophorum Spiritus: Ne mirere, inquit, ea quæ vidiſti. *Beſtia quam vidiſti non eſt Beſtia, ſed Beſtiæ ſimilis.* 28 Nomen ejus etiam *eſt Mulier, cum quâ multi Reges, Principes, & Populi, horrendam exercent ſcortationem. Sedet enim in gloria & pompa, nominans ſe Reginam, innixa ſeptem columnis ſuis.* 29 Sed ut ſeptem illas columnas ſubverſas vidiſti, ita ſcito hîc facturum eſſe Dominum, robore brachii ſui. 30 Beſtia hæc eructat ex ore ſuo blaſphemias: ſed columnæ, quibus incumbit, partìm confringentur (tempus eſt præ manibus, evenietque quod oculis tuis vidiſti) partim ſe ſubducent, eamque deſerent. 31 Chriſtophorus ad hæc: *Quando autem eventura ſunt iſta, quæ oculis conſpexi meis?* Reſponſum: *Tempus præſtò eſt. Definitum, & pridem à Deo demenſum tempus, impletum eſt: Indubitatò & immutabiliter ad exitum ibunt omnia.*

32. Dixitque porrò: *Ecce intuere!* Et conſpexit ſubito *Avem albam*

cum roſtro oblongo, ſanguinis inſtar rubente, ante ſe conſiſtentem: ad quam albus Leo ſtaturâ mediocri acurrens, conflictavit cum illâ acriter, ut pennæ cum plumis in aërem volitarent. 33 Tandem Leo cervice Avis prehensâ, traxit eam per flumen qvoddam latiſſimum, eôuſqve, ut â Chriſtophoro conſpici non poſſent.

34 Et dixit Spiritus: *En! tres jam vidiſti Viſiones, quarum omnium eadem eſt ſignificatio*, concernentium ea qvæ eventura ſunt brevi. Ideò tibi dico: *Dubitet mundus, judicet ut vult, traducat ut lubet, in oculis tuis hæc geſta ſunt.*

CAP. XV.

[*Viſio Serpentum nocere neqveuntium*, 3. *Viſionis de qvatuor Exercitibus, oblatiſqve Libris, expoſitio*. 7. *Monarcha Beſtiæ ineqvitans*, 44. *Menſes magnis præliis deſtinati*, 50. *Infans annorum viginti & octo*, 51. *Pacis ſpes qvando*, 52. *Viſio Circini magni*. 55.]

APrilis 28. proficiſcens Sprottaviâ Hertwikswaldum, habuit eundem Juvenem iterum ſibi obvium, ſalutantem ſe, & reſalutanti hoc porrĭ dientem: *Exiviſti hodie in nomine Dei, & in nomine Dei facies, qvod jam tibi mando.* 2 Octavâ die à craſtino deducet te Spiritus Domini in locum quendam, qvem tu neqve noſſe poteris, neque nominare audebis. *Ne metuas, aſpice!* Et mox conſpexit *Serpentem magnum, qvi Caudam ſuam in modum ſagittæ vibrans, circulum contorſit, Chriſtophorum unà cum Juvene circo illi ex ſeſe facto includens.* 4 E ventre autem ipſius proſpectabat infinita multitudo Serpentum & Reptilium, cum diverſiſſimis Beſtiarum, Avium, Piſcium, imò & Hominum aliorumqve animantium, capitibus, igneis autem & adverſus ipſum ſibilantibus linguis. 5 Dixitqve Spiritus: *Ecce hic eſt totus Satanæ Principatus, Angelorum & Spirituum malorum! Quàm parùm tibi iſti nocere poſſunt, tam parùm tibi homines nocebunt, qvi hodie ſunt, cras in ſepulchrum deſcendent.* 6. *Deo proinde tu, Deique verbo, conſtanter adhære, ſanúmque admitte conſilium. Et ſi quod tibi a mundo immineat periculum, à Chriſto & in Scripturis ſolatium & tutamen quære.* His dictis evanuit.

7 Sextâ ergò die Maji, factum fuit id, qvod ſibi futurum Spiritus prædixerat. Erat in pago Hermſdorf; unde egreſſus mane horâ quintâ raptus eſt in ecſtaſin. 8 Delatuſqve in locum qvendam ſibi ignotum, vidit omnes illos Spiritus, qui ſibi hactenus apparere conſveverant, nullo prætermiſſo. Qvorum ſinguli accedentes dextras illi porrigebant, qvúmqve manum ad ſe retraheret illorum quiſque, mutabantur perſonæ in talem fulgorem, claritatémque & amænitatem, ut effari non poſſit. 9 Ultimu

timus autem, unus ex illis quatuor, quùm dextram Christophoro porrigeret, compellavit ipsum, inquiens: *Exercitus illi, quos à quatuor mundi plagis in unum congregari vidisti, divisos in agmina qvatuor, qvales sint, jam accipe.* 10 Primum & secundum agmen erat â Meridie & Occasu, cum triplici Charactere, *G*, *P*, *W*. 11 *G. in fronte*, significat (Gott) Deum, & (Gottslästerung) Blasphemiam. 12 P. in *pectore* significat (Plagen) Plagas ingentes, qvibus affligunt traditos ad tempus afflictioni suæ: sed postea plagæ horrendæ ac terribiles in ipsorum capita recident, quæ sanari non poterunt. 13 *W.* in tergo, significat (Weh) *Væ.* 14. *G. habent in fronte:* id est Nomine Dei extrinsecus se contegunt: Dei nihilominùs Verbum fœdè blasphemantes. 15 *P. in pectore ipsos valdè cruciat*: qvod ipsi sentiunt, ad animum tamen admittere nolunt. 16 *W. in tergo sentiunt itidem*, sed nondum ad corda sua penetrare patiuntur: qvia sensus reprobus, in qvem â Domino dati sunt, cordisqve obduratio, facit illos ad pœnas maturos. 17. Tres isti Characteres testimonio sunt, esse etiam ipsos Exercitum Dei, quibus pro voto & lubitu nunc eveniunt omnia: sed nonnisi ad terminum qvem ipsis jam præfixit Deus. Atqve hi sunt, qvibus Deus postremò plagas immittet terribiles. 18. *G. in fronte gerunt:* Albescunt enim extrinsecus, sed nasum habent sangvine rubentem: propterea ipsos in torrentem ultionum suarum conjici jubebit Altissimus. 19 Laborant enim febri Pharaoniticâ, & vero Medico se submittere recusant, Scripturas negligunt, neqve qvis tandem malitiæ ipsorum futurus sit finis perpendere, aut prospectare, sustinent. 20 *W. habentes à tergo*, illud non intuentur: qvamvis ipsos *P. in pectore* (hoc est conscientia mala) torqveat, & qviescere die noctéqve non sinat. 21 *Plagæ enim horrendæ sunt, & superventuræ omnes unô die: Dies magnæ illorum lætitiæ convertetur eis in diem magni luctûs.* 22 *Nam vox ab Oriente & Septentrione non erit nuda Vox* [N.B.] *sed talis, ad qvam Exercitus uterqve subitò se sistet.* Unde pavor & consternatio proveniet, clamórque ingens audietur ab ipsis: *Ah jam Plagæ ruunt, & ruunt unô die, Dolor, Sanguis, Mors, Ignis, & omnimodæ Plagæ?* 23 *Dominus namqve visitabit eos, & retribuet ipsis septuplâ super caput ipsorum: sicut fecerunt ipsi, ita faciet ipsis Dominus, per Exercitum ab Oriente & Septentrione.* 24 Et ecce qvatuor isti Exercitus in occursum sibi veniunt, committéntqve prælium! Ubi multa interfectorum millia prostrata jacebunt, sicut vidisti: Victoria tamen penes Orientales & Septentrionales manebit. 25 Et sicuti partem vidisti Exercitûs Meridionalis & Occidentalis, se Orientalibus & Septentrionalibus jungere, ita *scias fore, ut multi è fucatâ illâ urbe Babylon exeant*, ubi Satan cum

sodalitio suo vicarii sunt. Atqve cum his te in Scripturas remitto. 26 Vidisti etiam post peractum prælium, & multam sanguinis effusionem (qvæ certò conseqvetur) virum magnæ proceritatis, stantem inter eos, qui post stragem supererant:. ecce mysterium tibi dico! *Hac visione exhibitus tibi est magnus Gentium Monarcha ab Oriente Solis.* 27 Vidisti porrò viros quatuor per medium Exercitum magnum *aureum Librum* portantes, quem portârunt omnes quatuor, & obtulerunt magno illi Viro, qui sub axillam sinistram recondidit: significatio hæc est, *Magnum illum Monarcham per quatuor illos Viros ad Dei notitiam esse perducendum.* 28 *Et venturos posthac reliquos duodecim, qui ei Librum offerent, hactenus coram ipso obsignatum, cordi tamen jam ejus applicatum, donec veniat turba annunciantium Evangelium.* 29 Ubi illi tria sigilla per Spiritum Domini aperientur, & hymni vocesque lætissimæ insonare incipient: *Laudate Dominum omnes Gentes, & glorificate nomen Altissimi, quia Dominus benè fecit nobis.* 30 Quæsivit autem Christophorus: *Cur Viro illi traditus esset Liber obsignatus?* 31. Resp. *Aperientur sigilla ista quæ vidisti. Primùm,* apertâ prædicatione Euangelii, & per Baptismum tolletur sigillum primum. *Secundum* per fidem in Dominum Jesum Christum: quem ille non modò Prophetæ magni, sed & Redemptoris ac Salvatoris sui nomine venerabitur. *Tertium* sigillum aperietur per novam obedientiam, & magnam inde promanaturam mutuam dilectionem. 32 *Hoc autem quod tibi de apertione Sigillorum istorum dictum est, non priùs implebitur, qvàm Bestia illa immanis de septem columnis suis dejecta fuerit.* 33. Ecce enim Bestia incumbit septem testaceis columnis, ex argillâ & lutô confictis, & mortalitati obnoxiis. 34 *Ecce terra se aperiet! opitulatura mulieri persecutionem patienti, quæ est Scriptura, Puerulum utero, qui est purum, illibatum, invictumque Dei Verbum, ad partum gestans.* 35 *Atque tum Magni illius Monarchæ conversio fiet, postquam magna Imperii desolatio finem acceperit: Et victus in Septentrione Leo vinculis solvetur suis, quem Deus triplici corona coronavit:* Coronâ *Patientiæ*; Coronâ *Charitatis*; & Coronâ *Precum atque Spei.* 36 Et habet simul concreditum sibi expolitum, exacutum, nitidè coruscantem & radiantem Euangelii sacri Gladium, qui Animam & Spiritum permeat & penetrat. 37 *Vinctus hic Leo Fridericus est, cum Progenie sua, qui circa decursum anni suis se exuet vinculis.* 38 *Ille est, qui se illum esse non agnoscit: imò se illum esse non credit, in cujus gratiam tot Germanicis terris prodigia fiunt:* est autem ille verè virens ille florensque surculus, multas alias virentes florentésqve protrusurus frondes. 39 Christophorus dixit: *An ergò tam horrendam desola-*

solationem priùs venire necesse est? Omninò, respondit: *Dimidium horæ Pacis jam exspiravit, & præteriit:* & Menses qvinqve magnæ tribulationis mox inibunt. 40 Hi enim qvinqve Menses inchoabuntur circa festum Jacobi: continentqve 152 dies, secundum numerum hominis. Primus Mensis habet 30. dies; secundus 31; tertius 30; qvartus 31; qvintus 30; summa 152: durabúntqve isti menses usqve ad Annum 1624. 41 Sed ecce! *Scribe! Tres horas cum dimidia durant qvinqve Menses tribulationis magnæ:* tres horas in hoc anno, dimidiúmqve horæ anno seqventi 1624: idemqve hoc tempus dividi potest in tempus, tempora, & dimidium temporis. 42 Pusillum & perbreve tempus reputari deberet vobis, o Fideles, magna hæc qvinqve Mensium Tribulatio. 43 Ne pavesce, confide Domino, qvi cælum & terram fecit! Ecce enim ingens etiam ac repentina pestilentia invadet Germaniam, à qva bellica etiam ex parte sufflaminabuntur molimina.

44 *Ecce unus è primariis Potentibus, magno involvitur discrimini, ruinæque & perditionis metus adest: nam onus magnum & ponderosum graviter ipsi incumbit, quod imposuit ei Dominus: tempus enim Bestiæ ad finem decurrit jam plenè.* 45 *Hic Monarcha Bestiam equitat, & Bestia illum: Primùm,* qvia Bestiam audit, & verba ejus, non secus ac si verba Dei essent, cùm sint Verba Belluæ & mandata hominum. 46 *Secundò*, per obedientiam, qvam exhibet Bestiæ, ei se subjiciens, & qvicqvid ipsa vult secundùm beneplacitum ejus faciens. 47 *Tertiò*, tradit gloriam, divitias, robur & potestatem suam Bestiæ, timens eam, acsi verus esset Deus: cùm bellua sit in seipsa, moriatúrqve ut brutum. 48 Atqve sic *Bestia Monarcham illum eqvitat, pro lubitu: rursumqve ipse eqvitat Bestiam, tamdiu, donec ambo in foveam incident, qvam ipsis fodiet Angelus ille, cui Lapidem validum tollere, & cum impetu procellæ in Mare projicere, mandatum est. Ecce id hora una fiet!* [N.B.] *Dominus enim dabit ipsi robur.* 49 Septem columnis insistit, incumbit, & innixa est, Bestia: Septem sunt rursum, per qvos illas everti ac conqvassari oportet: His te ad Scripturas Veteris & Novi Testamenti, remitto.

50 Dixit porrò Spiritus, Annum non nominans: *Majus* mensis ad bellum se disponet seriò: sed nondum tempus est. *Junius* etiam ad bellum invitabit: sed ne tum qvidem tempus est. *Julius* demùm furiosè aget, ut multi conjugibus liberisqve valedicant. In *Augusto* nihil à qvatuor Orbis Plagis nisi bella, & bellici rumores audientur. *September* & *November* magnam sanguinis effusionem afferent. *Octobri* autem mense mira videbitis. 51. Atqve *sub id tempus infans erit annos natus* 28, *cujus*

nutrix

nutrix erit ab Oriente: atque hic mira facinora patrabit.

52 Qvæsivit autem Christophorus: *An ergò Pacis spes in totum nulla est?* Responsum: *Postquam omnia, quæ revelata tibi sunt, fuerint impleta, tunc aurea Pax in Germaniæ terras redibit, cantabiturque cum gaudio: Laudate Dominum omnes Gentes; Glorificate & extollite nomen ejus: quia Dominus benefecit nobis.* 53 Atqve ita de duplici illo Exercitu, & de albo Leone cum Ave conflictante, jam informatus es: de Rebus nempe futuris, *quæ omnes eventum sortiertur subitò.* 54 Relinqvo tibi ea, qvæ tibi annô 1622 exhibita sunt: simulqve te ad Propheticas & Apostolicas remitto Scripturas, & ad pretiosum Christi meritum. 55 Eâdem die, eôdemqve locô, contigit ipsi videre etiam Circinum humi jacentem, apertum, magnæ molis: cujus cuspis una versus Occidentem directa Serpentinæ caudæ repræsentabat formam: altera Orientem versus distensi Draconini rictûs figuram. 56 In hoc autem Circino conspexit, *primùm* in ejus angulo, propè circini vertebram, *Virum sedentem* super sedile. 57 Ante qvem stabat *Arbor frondibus destituta*, crassitudine septem Orgyarum (mensurabat enim Christophorus:) Vidit autem *Vermium infinitam copiam*, qvi adrepentes Arborem illam caudis suis pertundebant, donec plena esset foraminum, instárqve cribri transpici posset. 58 *Porrò* in eodem circino conspexit *Virum qvasi lintei volumine cinctum, stantemqve cum trutina, & Personas duas delibrantem.* 59 Vidit item *duas Manus, vinctas cruce albâ duplici.* 60 Nec non *Leones tres, simili cruce colligatos.* 61 Tandem *Virum habentem circa se stellas septem*, & â lateribus *duas Lunæ medietates:* super caput autem ejus expansam *Coronam Lauream*,

C a p. XVI.

[*Visio præcedentis Circini, cum illius expositorio Libro septifolio, septies iteratur. Folium libri primum, 2. Secundum, 6: tertium 11. qvartum, 14. qvintum, 26: sextum, 31: septimum, 44. Multa millia Spirituum, 46. Videntis manus sanguinem stillant, 49. Moxqve palmam nanciscuntur. 50. Donec ista eveniant, patientiâ opus, 52: Secundum Scripturas omnia, 61. Revelatores horum qvinam sint, 76.*]

ANno 1623. Octobris 1. venerunt ad ipsum (Saganum euntem) iidem omnes Spiritus, exhibuerúntqve eundem Circinum, cum omnibus quæ inerant: simulqve Librum septem Foliorum, cum inscriptis diversis numeris.

2 *Primò folio* seqventes exstabant numeri:

1260

360 tempus,
720 duo tempora,
180 dimidium temporis.

3 Et dixit Spiritus: *Ad hunc usqve terminum venenosa Bestia potestatem*
obtinebit, & Victorias magnas. Calculum ab illâ die inchoando, qvâ amissa
fuit sylva arida, faciet circiter tres annos cum dimidio. 4 Sed post exi-
tum hujus termini audietur vox potentis Angeli: *Jam agedum, Venamini*
Cervum! cæsim petite Ursum! persequamini Onocrotalum usqve ad aqvas,
qvæ sunt ad Meridiem, qvia hic Onocrotalus contaminavit rostrum suum
sangvine sanctorum, ipsum itaqve rursum sangvine mergi necesse est.
5 Nam propositum Tuum, & consilia Tua, non ad Dei gloriam directa
sunt, sed tantùm ad aliorum afflictionem: cùm tamen Verbum Domini
cæli & terræ attendere debebas.
6 *Secundum folium* hos habebat numeros:

2625

750. tempus.
1500. duo tempora.
375. dimidium temporis.

7 De hoc numero dixit: Duo Leones dimicant de Coronâ ferreâ, per
tempus, & tempora duo, id est 2250. dies: tertius autem Leo pugnabit
375. dies, cùm tempus ipsius venerit: & pugnabit sedens in gloria. Atqve
hic est Leo ille, qvi oblivioni jam datus erat. 8 *Tres hi Leones venient*
usqve in opinione viridem sylvam, nempe Italiam, ad Meridiem. 9 *Expa-*
vesce igitur ô fulgida Meridionalis stella! qvæ Vir es, cujus tempus jam
præteriit: & ejulabunt tuâ causâ hypocritæ & pseudo-Christiani. 10 *O væ*
vobis Hypocritæ! Væ insinceri! Væ vobis, qvi splendetis extrinsecus, & irrito
ore sonitum editis extrinsecum! qvia accipietis mercedem vestram. Fugite,
& abscondite Vos in montibus Israel! qvia jam venit tempus & hora vestrâ.
11 *Tertio folio* hæc inerant:

958
666

624.

Dixitqve Spiritus: *Ecce venit vir, cujus pedes sunt ahenei, & manus cha-*
lybea. 12 *Is percutiet manu suâ femur suum, ut sonus inde ad centum stadia*
se diffundat: Oculi autem ejus similes Soli, & Corona ejus ex Auro, Adamante
& Magnete. 13. Vir favorabilis, qvi à Domino virtutem accepit

cælitùs, & propellit ante se tres albos Leones, qvi metu & pavore
in fluvium ad Meridiem. 14 Fluvius iste incensus est zelô Dei
& ardet sicut ignis in ligno arido, ut eum extingvere nisi Domi
nemo possit.

15 *Qvartô foliô* exstabant:

464	tempus,
928	duo tempora,
232	dimidium temporis.
624.	

De his Spiritus: *A Christi nativitate ad annum* 1624. *præteriit*
tempora, & dimidium temporis: per qvæ tria tempora numeratur
Bestiæ, 666; ter 8, & semel 7.

8	
8	888
8	666
7	7
31.	1624.

16 Et hîc terminabitur numerus 666; cùm primum 6 in tria dis
tur, medium 6 deorsum deturbabitur, ultimum autem 6 inversu
17 Postqvam igitur decurrerint 5. Menses tribulationis, (qvi
1624. exibunt) ab illo jam tempore clamabitur: *Ustulate eam*,
qvimini gladiô, magnæ illius plagæ unâ veniant die. 18 *Non unâ*,
minâ tribulatione retribuet tibi Dominus crudelissimam tuam tyrannid
nefandam malignitatem, blasphemiasqve Tuas, qvibus seduxisti
tores Terræ. 19 *Surgite, si surgitis! neqve jacete ceu exanimes,*
vita non inest! Ah suspice supra te! inspice ante te! circumspice c
& ne tam esto cæca! 20 Annon audis Terram contremiscere
tremiscit ecce, & aperiet os suum, ut absorbeat Flumen, qvod
o Onocrotale! 21 Pennis tuis nudabere, Montes tui contrem
& Aqvæ tuæ insigniter exarescent: Pax tua est gaudium hominis
inebriasti enim te sangvine turturis, dives facta spoliis: & nome
proprium est *Virga*. In Virgam enim te posuit Dominus, usqve
pus, & tempora, & dimidium temporis, h. e. 42. Menses. 2
& super Te jam contexi jubet Dominus Virgam asperam, per
duas cum geminâ albâ Cruce; & Leones tres, qvi etiam gemin
cruce sibi invicem sunt connexi, horrendam super Te contexunt Vi
& Gladium, & urentem Ignem, ingentemqve Sangvinis eluv

23 Libravit te Dominus, ſed levis reperta es. Tuo enim pectori inſcul-
pſiſti: *Meis ſtatutis ego ſto.* 24 Fratrem Tuum etiam librat Dominus,
trini temporis tentatione: ſed ejus pectori inſcriptum eſt: *Guſtate &*
videte, qvàm bonus eſt Dominus. 25 Vocifera igitur, & fle, ô Tu Ono-
crotale, ſuper filiis & filiabus Tuis! Qvære conſolatores! jam enim periiſti.
26 *Qvintum folium* continebat hæc: *O Tu Arbor excelſa, Tempus tuum,*
& ſolatia tua, jam finita ſunt. Spes tua innititur illis, qvi opem ferre non
poſſunt. 27 *Velles tu qvidem converti, ſed vaſtitas molis tuæ retrahit Te,*
& non permittit. At tempus eſt: fructus tui maturuerunt, tempora
meſſis venerunt, flumen exſiccatum eſt, in aciem ordinati millies milleni
Vermes, qvi advolabunt & caudis ſuis confodient ac perforabunt Te, ô
Arbor magna! 28 Atqve hoc erit prodigium in mari & aqvis, cùm
venerit pluvia, qvam olim prævidit Elias; (Non enim illam ſolùm plu-
viam, tùnc ſuper Achabum venientem, viderat ipſe: ſed ponens fa-
ciem inter genua ſua conſpexit etiam hanc ipſam magnam pluviam, qvæ
nunc ſuper Germaniæ terras ruet) qvum mitteret famulum ſepties, &
ſeptimâ vice videret nubem latitudine palmi, à qvâ ſtatim Cæli nigrâ
caligine oppleti ſunt, ille verò Achabo nuntiavit, Junge Currum tuum,
& accelera, ne te obruat pluvia. 29 O jungite Currus, vox excelſæ
Arbores: & feſtinate! maximum eſt tempus. Ventus ruit ab omnibus
Orbis partibus, afferétqve procellam horribilem, cujus Stellæ ſunt ve-
luti rubigo, gelidans & perdens terram propter peccata hominum, qvo-
rum menſura jam ſuperoppleta eſt. 30 Audite, qvi audire poteſtis!
iterum dico, Ne obtura aures tuas ô Germània!
31 *Folio ſexto inerat: Exite, qvi Igne, Aqvâ, Gladiô perire non vultis.*
Ne dicatis, ubi eſt Ignis? Ubi Aqva! Ubi Sanguis? Ubi perimens
Gladius? 32 Audite fragorem ab Oriente & Septentrione! audite qvo-
modo Gladius in ſylva jam matura cædat & ſecet! 33 Reſipiſce ô Tu,
qvæ in ſævam degeneraſti Beſtiam! *Nam ecce Venator tuus cum caſſibus venit,*
qvibus capieris! Id qvod tu ipſa tibi accerſis, Saulis inqvietus Spiritus in-
qvietat te; Caſſibus, qvos ipſa tibi nexuiſti, implicaberis. Tempus adeſt,
1260 dies tranſeunt: Factum eſt. 34 Atqve hic eſt Ignis ille, qvem in
arida ſylva ſuccendit Dominus: idqve in ſeptem annis nimirum in tem-
pore, duobus temporibus, & dimidio temporis:

2	466
4	932
1	233
7	1631

35 Rursumqve *post tria ejusmodi tempora à Nativitate Christi plena ve niet extinctio incendii hujus magni, in qvo multas Arbores, Terras intellig & homines, flammâ & fumô exhalare necesse erit.* 36 *Sed postea reve tetur Pax & Gaudium:* qvia Spiritualis Jerusalem ædificabitur, qvand Rex ab Oriente Solis veniet, & adorabit in monte Sancto Jerusalem cujus nomen est, *Verbum Dei erit clypeus ipsorum.* 37 Ideò Væ summ celeritate super Germaniæ Terras ruit: nam falsam Spiritualem Jeru salem dirui, & turpidinem ejus detegi, necesse est; qvia ipsa est, qvæ Chri stum crucifixit, sanguinemqve Prophetarum & Apostolorum bibit. 3 Ecce Vir stat, habens lucidam Meridionalem stellam sub pedibus suis, alias duas stellas ad pedes suos: has etiam sub potestatem adeptus. 39 H sunt tres illi Leones: tribus illis designati stellis: ad qvas suffocandum ha bet idem ille duas dimidiatas Lunas penes se, cum duabusq; stellis, in capite suo ex frondibus Lauri coronam. 40 Vir iste fortiter expa dens brachia sua, clamat voce magnâ: *En jam tempus percutiendi est! tem pus cænæ magnæ jam veniet! contremiscite Gentes ab Oriente & Occas Fugite ô homines, & abscondite vos ad latera Meridiei.* 41 *Ejula Tu, q sedes in solio aureo & argenteo, magnificus, potens & dives! Sed mulier e cum qvâ Principes Imperii scortantur, & bibunt de calice blasphemiæ tuæ.* 4 *Cùm tu sis discipulus ex Scholâ Satanæ, qvi teipsum super omnia extulisti, qv in cælô & terrâ sunt: propterea nemo auxiliabitur tibi.* 43 *Vespera venit Ignis succenditur. Ah Væ tibi, tempus tuum venit, turpitudo tua conspicietu*

44 *Septimi folii* contenta hæc erant: Sed Gaudete, iterumqve gau dete super ipsum! Hìc jacet Vir, filius ille Belial! vir maledictus, maledicti Regis filia: 45 *Gaudete & exsultate in palatiis Jerusalem illi falsæ! Nec tamen propterea gaudete, qvòd sanguis fratrum vestrorum effu detur.* (Id enim si facitis, hypocritæ estis, sanguis iste super capita v stra veniet:) *sed gaudete in Domino, & canite canticum gratiarum action*

46 Hæc omnia, qvæ 6. Maji viderat, renovata illi fuerunt (cu superaddito septifolio illo Libro, expositionem illius Visionis continente) 6. Octob. ad 20, septies. 47 Cùm autem ista septimâ vice (20 Octob spectaret, prodierunt è numero Spirituum illorum, qvorum multa mill fuerunt, duo, his verbis eum compellantes. 48 Ecce in similitudine s ptifolii Libri repræsentata tibi sunt ista septies! Conscribe igitur hæc dil genter: & qvisqvis Scripturas cum attentione lectitat, ille hæc probè inte lectu asseqvetur, vaticinaríq; de rebus miris, in futurum eventuris, poteri

49 Dixerunt porrò: *Distende manus tuas, & collide rursum cum invicem* Qvod cùm fecisset, tantum sanguinis è manibus suis effluxit: ut horr scere

sceret. 50 Dixeruntqve iterum: Distende rursum manas tuus, rursúmqve eas complica. Fecitqve, & mox in manu suâ conspexit amænissimam virentemqve *Palmeam frondem*: qvam sic nominabant. 51 Dicentes: Ecce tam horrenda & terribilis futura est in terris Germanicis sanguinis effusio, priusqvam Pax revertatur! Vidisti, ne igitur celes.

52 At ille: *Citone admirabilium, istorum finis erit?* Revelationes, qvæ sibi de istis fiebant, intelligens. 53 Responderunt: *Ad Scripturas te remittimus. Patientiam habe, & pensita Ezechielis Prophetæ exemplum*: qvi non modò per aliqvot dies uni continuò incumbere lateri à Domino fuit adactus, sed aliqvot hebdomadas. Atqvi jam antè tibi diximus futurum ut mirè tecum agatur. 54 Bonô esto animô, susceptoqve onere Tuo ingredere cubiculum tuum, januâqve per patientiam precationem, & spem erga Deum, occlusâ, *absconde te, non modò ad exiguum, sed ad totum vitæ tuæ tempus*: ita te non attinget ira Dei. 55 Ad extremum rursus te ad Scripturas hortamur, in qvibus est veritas, & in tenebris lucens lux: maximè tentationum & tribulationum tempore, qvalium magno cum impetu multum à qvatuor plagis mundi adventat 56 Iterum qvæsivit Christophorus: *Etiamne alii, qvi Deo, Deiqve verbis fidem servant, servabuntur?* Responderunt, Omninò servabuntur. Qvære in Scriptura, illa Tibi & cuivis hominum ostendet. 57 Nam Leo de tribu Juda ait: *Consolabor Vos, sicut consolari solet aliqvem mater sua.* Et qvod majus: Ego, inqvit, *in utero meo gesto te.* 58 Adesto igitur, qvisqvis es, & corde pænitenti pulsa gratiæ portam, qvæ est Christus! Pæniteat peccatorum tuorum, & cave facias qvod displiceat illi. Crede Evangelio, & affer manipulos Evangelii Sancti, in pace & charitate, pérqve patientiam & spem sine fuco: Nec à qvovis tentationis vento agitari te patere. 59 Nos enim ex Scripturis Tibi loqvimur, & ad Scripturas te ducimus: Disce tantùm patientiam! 60 Lucidus jam fulget Phosphorus, brevíqve fulgebit lucidiùs etiam, propterea glorificate Dominum!

61 Christophorus: *Ego Scripturas non novi, nec enim illis legendis multum incubui, nec si qvando lego intelligo; Deus me porrò juvet.* 62 Responderunt: Habes exemplum in Christo, & Christi discipulis: qvos ipse docuit, illi verò non intelligebant. 63 *Impiis superbis, superstitiosis, idololatris, & toti obdurato Pharaonitico sodalitio, Scriptura occulta est, ut non intelligant.* 64 *Sed tibi Christus Scripturas scrutari mandat*: in hoc igitur humiliter & ardenter persevera. 65 *Oratio est Scripturarum clavis: Timor autem Dei sincerus, absqve hypocrisi, est Scripturarum lux.* 66 Secundùm Scripturas Te & omnes homines Vitam conformare necesse est: & retribuet

Vobis ſecundum Scripturas Deus gratiam & miſericordiam. 67 Perrexit ille! *Itane igitur ſecundùm Scripturas dirigenda ſunt omnia?* Ita, reſponſum eſt, nec aliter niſi ſecundùm Scripturas. 68 *Quod* enim *ſine Scripturis eſt, id falſum & maledictum dogma eſt, ex humana ortum phantaſia, & non habens in ſe mandatum Novi Teſtamenti, Charitatem, qvam eruditæ linguæ* Magiſter inſtituit, dicens: *Diligite vos invicem!* 69 Atqve hic eſt character habentium genuinum Scripturæ ſenſum, & verum Deum agnoſcentium, colentiúmqve. 70 O Tu Vir mortis, qvi in corde tuo dicis Te ſecundùm Scripturas vivere, & tamen abis, & occîdis Fratrem tuum! 71 Verùm non omnes qvi hypocritico corde, & fucatis làbiis dicunt, *Domine, Domine*, introibunt in Regnum cæleſte: ſed qvi voluntatem faciunt Patris cæleſtis. 72 Secundùm Scripturas naſcuntur in mundum homines: ſecundùm Scripturas recipiuntur: ſecundùm Scripturas vivere debent: ſecundùm Scripturas mori neceſſe habent: ſecundùm Scripturas reſurgent, ſecundùm Scripturas coram Domino ſiſtentur, ad dextram vel ſiniſtram 73 Secundùm Scripturas decreta ſunt omnia: ut Pater (cujus cor ſagittâ amoris Filii ſui Jeſu Chriſti transfixum eſt) Spiritum ſuum Sanctum, ceu fæcundum rorem & pluviam, in univerſa corda effundat. 74 Secundùm Scripturas, non ſecundùm humanas opinatiunculas, omnia evenire oportet, nempe ſecundùm Scripruras Veteris Noviqve Teſtamenti, neutiqvam aliter. 75 Ad Scripturas igitur conſtanter Te remittimus: qvæ Te docent, ducunt, ſolantur: Lætare in Domino, & beneficiorum Altiſſimi ne obliviſcere.

76 Chriſtophorus tandem: *Vos autem qvinam eſtis? ut informare poſſim me interrogantes?* Reſponderunt: Qvæſitio Tua carnalis eſt, reſponſione multâ opus non habet. 77 *Angeli ſumus & Legati Dei, exſeqventes mandata ejus ſecundùm Scripturas: Nos egredimur & ingredimur, contecti in oculis tuis terrenis corporibus, in nobis tamen ipſis ſpiritualis ſubſtantiæ ſumus, ductoreſqve Exercituum Jebovæ.* Tibi verò in exemplum damus Scripturam, & Mundum, illud eſto Amen! ſic diſparuerunt.

CAP. XVII.

CAP. XVII.

Leonis (ab Aqvila confracti, & Aqvilam confracturi) 2, *horrendùm rugien-* *mox humanâ voce loqventis*, 11: *inqve hominem mutati*, 18, *& de Aqvila* *indatum accipientis*, 37, *Ulna, qua fuit mensus, exuritur*, 46. Ex illo cinere , 48; *divisum, & dimissum ad qvatuor mundi plagas*, 52. Non celanda hæc, *id obseqvium* & *constantiam animatur*, 62.]

Novembris redierunt iidem Juvenes duo, eâdem specie, itér-ntem Saganum salutarunt his verbis: *Det Tibi Dominus gra-edictionem suam!* Vide, ne pavescas, sed attende diligenter! Leonem, densâ qvâdam ex Nube caput proferentem, mox-corpore prodeuntem, saltu adeò grandi & longo prosilire ut attonitus hæreret. 3 Deinde se Leo ille in tantum exten-pore suo. Agrum integri stadii longitudine contegeret. 4 :runt: *Aspice, qvid Leone hoc futurum sit, attende!* 5 Et *:ce Leo ille contorqvens sese caudam ore prehendit, fecitque ex se-, seu orbem magnum, in cujus medio Christophorus cum utroqve constitit.* 5 Insistebat verò Leo pedibus tam longis, ut om-commodè subire, ingredi & egredi, possent. 7 Tricolor :: capite albus, corpore cæruleus, & in tergo exstabant M. A. L. qvasi in longum depictæ: & juxta has aliæ peculiari B. D. L. G. Cauda deniqve rubri fuit coloris. 8 Qva-im significationem hôc môdô Spiritus interpretabatur, Adlers :änge Zu Bricht Den Lewen Groß: hoc est *Aqvilæ Robur, Aquilæ Confringet Leonem Magnum.* 9 Iterumqve: Adlers Macht Adlers :ht Der Lewe Groß: id est, *Aqvilæ Robur, Aqvilæ Longitudi-nget Leo Magnus.*

interim caudâ ore prehensâ rugiit tam immane, ut terra tre-benè longam moram.

re autem ubi desiit, cæpit humana voce loqvi, sed qvid lo-it, edisserere interdictum sibi habuit. 12 Dictum enim illi feat priùs dies ille, qvô exuretur flammâ ignis magna quæ-: tùm enim implebitur, qvod Leo locutus est: cujus verba , sed tibi interim serva. [*Vide mox Cap. XIX*] 13 Inter it tres Viri, habentes in manibus suis Tubas igneas · quorum ndit in magni Leonis caput; alter in tergum, ubi characte-tertius in caudæ medium. 12 Et cæperunt omnes hi simul

tubis

tubis canere adeò, ut ignis ex illorum tubis ſurſum in aërem flammaret.
15 Cumqve aliqvantiſper conticuiſſent, mox rurſum eaſdem tubas in-
flantes clangebant, ſvavitate & jucunditate penè ineffabili: Juvenes autem
Chriſtophoro adſtantes concinebant ipſis. 16. Et erat Canticum in
eadem verba, ut erat illud, qvod qvatuor illis viris aureum Librum ad-
ferentibus, & duodecim aliis illis ſuccedentibus, cantabatur: *Laudate
Dominum omnes Gentes, Glorificate Nomen Ejus, qvia bene nobis fecit Jehova.*
17 Mox tres illi viri deſcendentes circulum ingreſſi ſunt: unuſqve illo-
rum peculiarem habens ulnam menſurabat Leonem illum ſepties, dictitans:
Tempus; duo tempora, dimidium temporis. Ad Chriſtophorum verò dixit:
Vide & attende! 18 *Et ecce Leo iſte, qvantumvis magnus & admirandus
erat, mutatus tamen eſt in Hominem: & inter qvinqve iſtos conſiſtens eadem
loqvebatur verba, qvæ loqvutus fuit ante in Leonis forma.* 19 Juvenes
autem rurſus interdicebant Chriſtophoro, ne iſta divulgaret, priuſqvam
Meretrici, & qvi fornicatur cum illâ, hamus in naribus ponatur, & ori
frenum aſperius injiciatur. 20 Qvem hamum cum freno ubi ungvibus
ſuis arripuerit Leo, ductabit Meretricem, & concubinos ejus, viâ qvâ
progredi reluctabuntur. 21 Sed tempus venit, imò tranſiit. *Et nos jura-
mus per Deum vivum, qvi eſt cæli terræqve Dominus, & qvi intuetur impie-
tatem maledictæ Jeſabel, maledicti, ſceleſti, adulteri, impii Regis, Filiæ.*
22 *Juramus Tibi per Deum, qvòd jam adventat verus Jehu, qvi te de feneſtrâ
maledictæ ſuperbiæ Tuæ deturbabit, & à Canibus rabioſè dilaniaberis: &
diſcerpentur oſſa tua, & ornamenta tua auferentur à Te: qvia nimis longè in
feneſtram ſuperbiæ tuæ procubuiſti.* 23 *Ecce Venator venit à Septentrione,*
vocatus à Domino! Et juramus Tibi iterum & tertiò, *Venatorem hunc,
& alium præterea Venatorem, & duos inſuper alios Venatores ab Oriente ven-
turos, & perſecuturos te ſicut tu perſectabaris alios.* 24 Circa Occaſum Solis
incipit Venatio tui, & durabit uſqve ad Meridiem, ubi Sol altiſſimè con-
ſiſtit. 25 Ecce! ſtella qvæ pulchra eſt in oculis hominum, & implevit
totum orbem igneô fulgore ſuô, caliginoſô tamen, qvaſi fumô aſcendente
ex fornace Dei, inopinatò cadet, & ſubitò qvaſi à repentino fulminis ictu,
à qvô formoſa illa Stella cadet. 26 Hæc eſt Stella illa, qvæ inter Draco-
nis caudam & Solem ſtat, ſui habens indices ſtellas ſeptem, & vocatur
Babylonica Draconina ſtella: itemqve *Sol ciliciô obvolutus.* Sol hic in
ſangvine ſtat, & cum ſangvine occidet. 27 Perrexerunt: *Attende!*
Ecce formoſa Babylonica Draconina ſtella decidet, neqve orietur ampliùs!
complevit totum orbem igneô fulgore ſuô, caliginoſô tamen, qvaſi fumô
aſcendente ex fornace Dei, inopinatò cadet, & ſubitò qvaſi à repentino
fulmi-

is ictu, à qvô formosa illa Stella cadet. 26. Hæc est Stella
[q]væ inter Draconis caudam & Solem stat, sui habens indices Stellas
, & vocatur Babylonica Draconina stella: itemqve *Sol cilicio*
tus. Sol hic in sangvine stat, & cum sanguine occidit. 27 Per-
nt: *Attende!* Ecce formosa Babylonica Draconina stella decidet,
orietur ampliùs! complevit enim revolutionem Orbis sui. 28 Hæc
ibit vices & officium Babylonis, Amaleci & Achabi. 29 *Sed*
lucida aurea Stella oritur, & lucet iis, qvi sedent in caligine, ful-
multis millenis gradibus stellas omnes, qvæ unqvam fulgere visæ
antecellens. 30. *Et Stella hæc unà cum Sole fulget, cujus effectus*
t novum purum aurum à sordibus eorum purificetur, qvi in Satanæ
Solem & Stellam tenebrosô ciliciô contexerant: hoc est usurpârant
ò fœdus Dei, & tamen sanctô Evangelio, tanqvam Soli lucido
enebrosóqve cilicinô abominationum suarum saccô opprobrium
unt. 31 Vide, audi, attende diligenter! *Sol jam ortus est, &*
nondum lucet: ideò qvòd cilicinus saccus, & nubes caliginum,
ter Solem opprimere nihilominus contendant. 32 Sed allatum
ium ex Paradiso, & ignis ex Jerusalem Dei, ex lampade qvæ non
vitur in æternum. Attende, qvid loqvamur! 33 Ex hoc Para-
no, & Verbi Divini ac Scripturarum lampade, suscitabitur in-
vibilis ignis, saccum & nubes caliginum absorpturus. 34 Saccus
retur in totum, & per caliginosam nubem prodibit Stella, qvæ cum
æqvilibrio stat: nominatur *Lex & Evangelium.* 35 Væ illis, qvi
hanc caliginosâ nube corporis sui obumbrant! & illis, qvi saccô suô
,qvô minùs Evangelium velut Sol Justitiæ fulgere possit, prohibent.
Hæc ubi cessârunt loqvi Juvenes, Vir ille, qvi Leo fuerat, habitu
gubri amictus consedit in terram medius inter duos illos Juvenes,
Tibicines. 37 Sed duo illi Juvenes ad ipsum conversi, *Surge*, in-
, *Magna enim tibi exseqvenda sunt. Agagum in tres partes dissecabis*,
A. L. (h. e. secundum explicationem superiorem, Aqvilæ) in
n te sistes. 38 Qvia preces filiorum Edom ascenderunt ante Do-
; Magnus Dux Michael obtulit coram Domino sangvinem Abelis,
nis innoxii in terra, illorum qvi non dum ex calice abominationum
ricis bibebant, & lucem ciliciô superbiæ non extinguebant. 39 Hi
[q]vi nocte diéqve præliantur adversùs maledictam illam falsam spiri-
Jerusalem: qvorum Tubæ sursum erectæ clangunt. 40 Igneæ
ıes ex ore ipsorum prodeuntes cælos penetrant, nec cessabunt ad
um usqve diem, qvô falsæ Jerusalem (sicut Jerichuntis) robusta

H cor-

corruent mænia. 41 *Surge juvenis Paſtor: Ne paveſce Venatores magnos, & Urſos cæcos: robur eorum frangetur, Dominus conteret eos.*

42 Hos ſermones poſtqvam finierunt Juvenes, *mutatus eſt habitus illius ater in ſplendidum, album, & cæruleum.* 43 Et tres illi Tubicines acqviſiverunt triplicem qvoqve colorem, vexilláqve Tubis ſuis appenſa fuerunt lineis tricoloribus interſtincta, albis, rubris, & cæruleis: qvales erant & veſtes. 44 Et clanxerunt Tubis ſuis ſonorè: *Agite, accingamini nos ad præliandum contra Babylonem!* 45 Et hoc idem reſonabant ſepties, ſingulis vicibus ſilentii exiguô interpoſito intervallo. Eratqve clangor adeò perceptibilis, qvaſi ore loqvuti fuiſſent. 46 Poſtea ſuſpenſis ad terga Tubis, acceperunt Ulnam, quâ menſi fuerant Leonem, confregeruntque in partes tres, & ſuſcitato igne combuſſerant. 47 Unde tantus ſurrexit ſub cælo fumus, ac ſi maxima aliqua urbs deflagraret, ſteteruntq; omnes iſti circa ignem, ſpectantes conflagrationem illam, ad cineres uſque. 48 Tum ille ex Leone factus Vir, nactus alicunde Vas mirificè pulchrum aureum, in quo limpidiſſima fuit Aqua, collectum manu cinerem infudit illi vaſi. 49 Juvenes autem ad Chriſtophorum: *Accede*, inqviunt, *& aqvam hanc limpidam cum cinere diligenter* intuere. 50 Et mox eorum ſinguli Virgas aureas nacti miſcuerunt iis ter aqvam illam. Et dixerunt rurſus: *Accede.* 51 Acceſſit igitur, & mox odor qvidam ex vaſe illo ſuaviſſimè fragrans implevit nares ejus! *Aqva verò converſa eſt in ſplendidiſſimum ſpeculum, aureo qvaſi limbo inſertum.* 52 Et Juvenes aſſumtâ librâ diſpenderunt Vas illud aureum, diviſumque in quatuor partes, impoſuerunt Currui quadrirotæ. 53 Qui currus etiam diviſus abiit in quatuor Mundi plagas; pars una ad Septentrionem, altera ad Orientem, tertia ad Occaſum, quarta demum ad Meridiem. 54 Et cum iſto Curru diſceſſerunt illi quoque Tubicines, ſicut & Vir ex Leone factus diſparuit: ut Chriſtophorus nihil viderit præter Juvenes ſuos. 55 Qui eum interrogarunt dicentes: *Rectène hæc contuitus es omnia? Magna enim in his myſteria involuta latent.* 56 Conſigna hæc diligenter, & ne te à ventis mundi hujus dementari patere! Hoc eſt quod tibi dictum fuit, Deum tibi res magnas revelaturum. 57 Sed dico Tibi, ne te horum cauſâ extollas, & cilicio maledictæ ſuperbiæ, aut caligine protervæ carnis Tuæ inumbrari te permittas, aut impatientiæ cilicio te contegas. 58 *Amarias aureum Scripturæ, & ſplendidum vitæ doctrinæqve Jeſu Chriſti ſpeculum, & precioſiſſimi theſauri loco habe Evangelium.* 59 Remittimus Te ad ſolatium Iſraelis, quod eſt lux totius mundi nunquam occidens. Huic luci adhære, & glorifica nomen Domini cæli & terræ: Scripturas etiam ſcrutari non deſine.

60

Christophorus ad hæc: *Quid autem de istis sum acturus, posteaqvam t/sero?* Resp. *Celare ista noli, mysteria enim sunt: qvorum pars jam im-ť, pars implebitur etiam, idque cito.* 61 Et ecce fax lucida ardet co-)eo mundi hujus, qvam ille extingvere magno nisu laborat: sed fax ccendet duas oleas, qvæ flammabunt in ipsius oculos, facieſqve ejus ·etur hôc igne: Ille enim Deus est, qvi se loco illius collocavit, qvi ı & terram implet. 62 Christophorus iterum: *Qvando verò altera rum implebitur?* Ad hoc responderunt: Qvæ de rebus futuris tibi sunt, non juxta humanum modum dicta sunt, sed juxta modum, tu humanâ ratione & ingenio nunqvam asseqveris. *Jehova tempora potestate suâ habet.* 63 Sed post tempus illud tibi significatum, : post exitum 21. hebdomadæ, & post impletionem temporis, tem-ı, & dimidii temporis, mox deinde hæc omnia evenient. 64 Pro-. Tibi dictum est, ne te qvôvis ventô agitari patiaris: h. e. ne atten-vid & qvomodo de his judicent & loqvantur homines. 65 Dicimus *nunqvam à mundi exordio irrisores defuisse.* Ne igitur erres, exseqvere mandatum est tibi sine diffidentia, sine reformidatione, sine hypocrisi. *ubens ego* (inqvit Christophorus) *exseqverer omnia, si modò tam multa on cogerer: Et multi ajunt, hæc ad vocationis meæ munus non pertinere.* esponderunt: Abi ad Scripturas, & intuere exempla eorum, qvos m ad peculiares operas Dominus vocaverat: qvid exinde mercedis do, qvid gratiarum retulerint omnes? Parum omninò. 68 Proin-bi constanter inculcamus, *ne te à ratione tuâ seduci neqve cogitationes di in corde tuo nidulari, permittas.* 69 Dictum tibi est, & dicimus ı, *Mundum ne cura, & vanitates illius ne respice, Vocationis Tuæ certus e omni dubitatione: & ad qvod vocatus es munus, exseqvere vividè, in te & in charitate: non enim sunt res mundanæ.* 70 *Rideat Mundus, despiciat, qvomodo vult: inveteratus hic est ejus morbus.* 71 Iterum tophorus: Qvousqve se vocatio hæc mea extendit? Eousqve, respon-it, ut qvod tibi mandatur exseqvaris. 72 *Multas sciscitationes in-te: majora enim hæc sunt, qvàm ut assequi possis.* 73 *Nos enim servi Dei magni: extra qvem nullus alius est, in cælo vel in terra.* 74 At-igitur, qvæ tibi loqvuturi sumus, & animô benè infixa conscribe nter omnia, neqve qvidqvam in tua industria desiderari patere. t postqvam conscripseris, tunc abi ad obeunda munia vocationis tuæ: : enim vocatus es.

Cap. XVIII.

[*Explicatio præcedentis Visionis de velocitate horrendorum Dei Judiciorum*, 2, *causisqve*, 7. *Venti divinitùs excitati ad dispellendum Babylonicum turbinem*, 14. *qvibus auxilio veniunt ignitæ oppressorum preces, tanqvam validissimus exercitus.* 19. *Literæ in Leonis dorso cur dis. terminatæ crucibus*, 30. *Læta post Babylonis ruinam tempora*, 39. *Varia Cotteri quæsita*, 44. *Infans 28 annorum qvis*, 53. *Moses, Iacob, Iosua, qvis*, 60. *De bellis religiosis*, 70. *Bellorum præsentium exitus*, 80.]

MAgnus Cæli & Terræ Dominus (dixerunt porrò) *cujus est poten-*
tia & Dominatio qvam longè se protendit mare: cujus ille aqvas
conservat ad diem illum, qvô ascendere eas jubebit tanqvam eluviones ma-
ximas, ad exseqvendum, qvod Dominus & Rex regnorum omnium proposuit:
2 *Celeriter, rapidè, ac velociter procedunt opera Domini, neqve impediri pos-*
sunt à qvoqvam: ut in magno illo Leone vidisti, qvàm inopinatè ex nube
progressus, tàm magnum ac celerem fecit saltum. 3 *Æqvè enim celeriter*
ac repentè prosiliet in apertum Leo, qvi in angusto nunc est, qvam primùm
fuerit completum tempus suum: & deinde se distendet, vi ac celeritate sum-
mâ, longitudóqve ejus erit longitudo stadii. 4 Nec tamen in hâc longi-
tudine permanebit, sed contorqvebit se in prodigiosum Orbem: ad
hoc enim ipsum excitavit Dominus. 5 Et stabit super præaltos pedes,
ut â venatoribus capi non possit: *quia in magnum prodigium sub mundi*
hujus finem illum fecit Dominus. 6 Vidisti Leonem caudam suam ore
suô prehendentem, tantôqve furore rugientem, ut terra sub te con-
tremisceret: *Id velociter veniet.* 7 Colorem enim habet, ut vidisti,
triplicem: *Caput ejus album est*, prima rugitus ejus causa. 8 Albedo
etiam indicat robur ejus, qvô prosiliens rugitum edet: nutritur enim
sicut recens natus infans albi Leonis lacte, cum qvo imbibet robur,
fortitudinem, & Venti celeritatem. 9 *Cauda Leonis rubra est*: alte-
ram rugitûs ejusdem exhibens causam, effusionem videlicet sangui-
nis Sanctorum interfectorum: Qvi tamen vivunt, & post dies tres
cum dimidio reviviscent, nunc propter metum Arboris magnæ, &
violentiam gladii, sub Altari interfecti jacentes, clamant die ac no-
cte: *Ulciscere ô Domine Sanguinem nostrum!* 10 Ad exseqvendam ultio-
nem hanc suget Leo iste lac Leonis rubri: & ex eo robur, poten-
tiam, & celeritatem Venti acqviret. 11 *Corpus ejus cæruleum est*: cu-
jus

jus causa itidem est cærulea, nempe quia innocens est, qvanvis noxa illi imputetur, ille verò id patienter tolerat. 12 Et hæc tertia est rugitûs Leonis causa: suget enim etiam de Lacte Leonis cærulei, qvi est in Septentrione: & ex hoc lacte accipiet magnum robur & fortitudinem, & Venti celeritatem. 13 Hi tres venti collident se & conjungent: unde magnus ille prodibit Leonis rugitus. 14 *Miraculum hoc attende! Ventus ab Oriente veniet colore albô, exsiccans fluvium ab Oriente Solis, & viam parans rubro prævalido Vento, ut veniat ad Mensem, & diem, & horam, conspiraturus ad exseqvutionem decreti Dei.* 15 Eôdem accurret Leo cæruleus, magnanimitate summâ, qvem detinere laborabunt Venti falsi, exeuntes ex ore magni Draconis, magnos adhuc montes subvertere parati. 16 At verò tres illi Venti magno Leoni qvem vidisti inspirabunt spiritum vitæ: *virtute Altissimi fiet hoc.* 17 *Et ille rugiet in procella ista, & in consternatione ista cadent fortes & sublimes.* 18 *Et confringentur eis lumbi, & femur dextrum luxabitur, fugientqve præ horrore, sed inter fugiendum manum sinistram amittent: durabitqve rugitus iste 375 dies, & aures eorum implebuntur horrore, os autem ejulatibus, & vox lætitiæ eorum convertetur in vocem planctûs.* 19 *Ah luctuosa tempora, quibus falsæ Spiritualis Jerusalem ruina procedet!* qvùm tres Viri cum tubis venient! 20 Advenerunt qvidem jam, nec tamen advenêrunt adhuc: & clanxerunt jam igne sanctô, penetrante nubes. 21 *Intellige hoc de precibus trinis*: prima precatio, primúsqve Tubæ clangor, est: *Dominus sit Judex orbis Terrarum.* 22 Secunda oratio, & secundus clangor Tubæ: *Domine fulgur tuum, & Evangelium tuum, dispandat se usque ad fines Terræ!* 23 Tertia oratio, tertiusque clangor est, *Domine da nobis videre diem Liberationis tuæ.* 24 Hæ sunt Heroum illorum voces, qvi stantes pugnant contra superbiam Babylonis: hic adversus illam fortissimus Exercitus. 25 Hos seqvuntur Viri Tubis versicoloribus, & vexillis tricoloribus qvorum est eadem cum Leonibus significatio. 26 *Quod autem nobiscum sub Leone confidenter ingrediebaris & egrediebaris, hoc significat, sub Leone hoc securam fore habitationem.* 27 *Sed diluvium magnum ruit ab Oriente & Septentrione.* 28 Attende & audi! *Venient, & adhuc venient à quatuor mundi plagis multa milliona millia, & præliabuntur cum invicem, & se mutuò conficient: ut per multos dies non appareat, penes quem sit futura victoria.*

29 Atqve tunc erit perditio Terrarum & Hominum: tunc agnoscent Regiones & Civitas una magna, non frustra nos Terras Germanicas

ita inclamaſſe. 30 Luculenter id characteres tergo Leonis impreſſæ oſtendunt. *A. H. diſcerpetur, una cum ſuis L. & M.* [id eſt Aqvila, cum ſuâ longitudine & potentia] idqve â Leone, ut alteræ qvinqve literæ oſtendunt. 31 Qvæ literæ duplici albâ cruce à ſe invicem diſterminatæ ſunt, non qvòd ſenſu diſtrahi debeant, ſed qvòd qvinqve menſes magnæ crucis ac tribulationis deſignant. 32 Nam *ſicut cruces illæ duplicatæ ſunt, ita & Menſes iſti duplicati ſunt.* 33 Primùm Menſes qvinqve traditi ſunt Leoni, ut nube obvelatus ſtet, nonniſi inde proſpectans. 34 Poſteriores autem qvinqve Menſes conjicientur in Beſtiam, & in adverſarium Amalecum, & Agagum. 35 Hoc eundem habet cum illis 666. ſenſum, ut tibi ſuprà ſignificavimus. 36 Atqve tunc incipient tres lætanter clangere, gratiarumqve actionis hymnum decantare: *Gaudete Terrarum Incolæ! Turris Babel cecidit ad millies millena ſtadia! exultate Gentes, & plaudite Jehovæ Domino noſtro.* 37 *Ulna jam confracta eſt, magnus ſævusqve Leo in hominem converſus, loqvitur ut Homo, nec magis qvidqvam eſt qvam homo.* 38 Ulnæ fragmina in ignem conjecta ſunt: Ignis jam ardet, Ulnámqve qvâ menſus eſt Leo, ter comburi oportet, juxta tempus, duo tempora, & dimidium temporis. 39 Atqve *ibi Vir ille electus collectum cinerem aureo infundet Vaſi, cui limpida Scripturarum ſacrarum aqva inest, qvæ Legis & Evangelii virgulis aureis miſcebitur.* 40 *Prodibitqve pulchrè ſplendens ſpeculum, in qvo non tantùm vitam & doctrinam Chriſti puriſſimè, ſed & varia magna contueri licebit myſteria: Etiam magna illa & abominanda Meretrix propriâ formâ conſpicietur.* 41 Nam ulna fracta & combuſta eſt, Leoqve præaltis ſuis pedibus inſiſtit, ſub qvo ſecura erit habitatio. 42 Vas aureum unà cum Speculo ſuo diviſum Curru aureô ad omnes qvatuor Mundi partes differetur. 43 *Hîc erit gaudium: cùm currus iſte dividi & in diverſas Mundi plagas abire ſpectabitur: hîc magna magni DEI myſteria implebuntur!* hîc nos etiam ſermonis noſtri faciemus finem.

44 Chriſtophorus ad hæc! *Iſta mihi omnia retinere memoriâ impoſſibile erit.* Reſponderunt: Carni & ſanguini Tuo impoſſibile eſt omninò. 45 Sed dicimus Tibi, vigilans eſto, & ora diligenter: docebitqve Te Spiritus Domini ut retinere poſſis, & conſcribere hæc feſtina. 46 Regeſſit: *Id qvidem lubenti ac ſincerò faciam animò, nec re ullâ me remorari patiar.* 47 *Sed etiamne Vos ad me porrò venturi eſtis?* Reſponderunt: Dictum Tibi jam eſt, ut mundum nihil reſpectes, ſed Deum Cæli & Terræ Dominum: nihil ergò admitte, qvod te impediat. 48. Promittere autem tibi reditum ad te noſtrum, non noſtræ poteſtatis eſt:

ſuo

fuid ipsius arbitrio reservavit Dominus, cujus mandata exseqventes ministri sumus. 49 Ille iterum: *Cui verè hæc talia amoredam? divulgabine promiscuè omnibus?* Responsum: A nullo hominum ista abscondito, qvia mala & bona insunt. 50 Mala sunt Pœnæ, qvas prædicimus, Deum scilicet propter peccata immissurum Bella, sanguinisque effusiones horrendas: Bona autem subsecutura ostendit tibi Visio aurei vasis, & aurei circuli. 51 *Sicut enim malum illud, quod à quatuor mundi cardinibus advocabit Dominus, ita & bonum illud quod mittet Mundo, ad quatuor Mundi cardines sese diffundet.* 52 Qvantum hoc solatium, qvod Tu si perpendas, & Scripturis attendas, percipies.

53 Perrexit quærere Christophorus, informari petens, *Quis esset infans ille annorum 28, qui Octobri nobis se nasci debuit?* 54 Responsum: *Infans ille natus jam est, & quid juvat quærere, quisnam sit?* Qui capit, facilè vel in digitis supputare poterit, qvomodo natus, qvomodo è domo nativitatis suæ prodibit, & cum Baptismate novum nomen accipiet. 55 Sed dies Baptismatis ejus in sanguine habebit initium, in lætitiâ & jubilis finem. 56 Die illâ reddibit Jacob, ejusqve benedictionem fallax Laban, & impius Esau, videbunt. 57 Eadem die extolletur Joseph, Jacobi filius, atqve ibi demum prodigia Ægyptiaca verè incipient. 58 *Pharao namque Rex potens in rubro jacet mari, jacebuntque mox etiam Equi, & Exercitus ipsius in cumulos acervati:* filii Jacob egressi jam sunt. 59 Menses 42 in deserto jam qvoqve transierunt, Moses mortuus est, Josua mox baptizabitur: Lapides duodecim in monumentum erigit; Sol sursum consistit, Orbem suum emensus: Josua hostes persequitur & percutit.

60 Christophorus interrogabat. *Iste Moses, Jacob, Josua, tanta patraturi miracula, quinam sunt? non enim capio.* 61 Responsum est: Attende & significabimus Tibi. Jacob est ille Vir cui excitandum esse à Domino Exercitum venturum ab Oriente in Septentrionem, & à Septentrione in Occidentem, audiveras. 62 Nam *sicut Jacob duos habuit greges, ità iste duos Exercitus: unum ab Oriente, alterum à Septentrione, qui Procellæ & velocissimi ac vastissimi Diluvii instar venient:* qvia sunt Exercitus Jehovæ. 63 *Moses mortuus est;* hoc ita intellige: Moses voluit educere filios Edom, sed illi tantò magis fuere afflicti. 64 *Reviviscet autem Moses citò;* qvia filios Edom potentissimæ dexterâ educi necesse est. 65 *Atque is non solùm Moses est, sed etiam Iesus, cui omnium Deorum Deus magnum illum ab Oriente Solem sistet, ne quomodo velit currat; sed quomodo cæli & terræ Dominus jusserit, ad exsequendum*

und

unà cum Josuâ unanimitatis opus. 66 Pro quo Josua memoriale signum Domino eriget: nempe viros duodecim cum Libro puræ Evangelii doctrinæ statuet, atque ita duodecim lapides in fundamentum Spiritualis Jerosolymæ ponet. 67 Quæ tàm pulchrè de novo ædificabitur, ut ne Salomonis quidem tempora illis comparari queant, quamprimùm magna hæc messis finierit. 68 Attende hæc & consigna diligentissimè! Ne tristere, illius magnæ Procellæ, illiusque horrendi Diluvii, quæ venient, causâ! 69 Dudum enim antè calamitosa hæc tempora tibi prædiximus: jam autem læta prædicimus. 70 Quæsivit iterum Christophorus: *Eritne aliquando in Religione consensus? & pro Fide bellum gerere licetne?* 71 Responderunt: Ad primum quæsitum tuum responsum habes in Scripturis; à Mundi exordio dissidia Religionum fuisse: nec illis Mundus carebit ad Christi usque adventum. 72 Sed & ad quæstionem alteram Responsionem ibidem sufficientem reperies: *Corda & conscientias hominum oppugnare, & gladio ad Religionem cogere, non esse fructus Arboris vitæ, & vitis Christi, qui caput est & fundamentum Fidei, & omnis Doctrinæ.* 73 *Is palmitibus suis, qui ex illo tanquam vite germinarunt, ejusmodi semen non implantavit, sed Pacis studium mandavit.* 74. *Expende quid mandati Christus dederit iis, quos cum Doctrina sua dimisit:* & quomodo Apostolis suis valedicens, *nihil nisi gladium Verbi & Baptismatis tradiderit. Recogita hæc, & quousque se Belli religiosi licentia extendat, cognosces.* 75 Si quis igitur Christi locum se tenere existimat, is gladium arripere, & conscientias debellare, non debet: si pergit, facinus edit non Christianum, sed Babylonicum. 76 Ecce habes responsum, cui animum adverte! & Scripturas consule. 77. Ille rursum: *Quando ad hæc tàm mirabilia electum me esse audio, concedatur quæso mihi porrò aliquid quærendi libertas.* 78. Conceditur, responderunt; *Cave tantùm, ut ne Quæstiones tuæ proveniant ex corde hypocritico: informaberisque à nobis de omnibus.* 79 Alioqui non benè tibi cesserit: cùm simulatio & maledicta hypocrisis malorum omnium sit radix. 80 Quæsivit ergò: *Quis quæso tandem Belli hujus futurus est exitus?* 81 Responderunt: *Prædictionem Christi summi Prophetæ impleri necesse est, impleturque jam in eo: quòd insurgunt adversum se invicem Gentes & Regna, temporáque calamitosa præ foribus sunt, & sine dubio mox finem accipient.* 82. Fietque quod scriptum est de illis duobus, qui in uno decumbunt lecto, ac unâ molunt molâ: *Intellige lectum vanitatis, & molam Mundi hujus.* 83 Ecce fiet juxta Christi prædictionem: *unus accipietur, & alter relinquetur. Et cùm relictus se prorsus putabit relictum, recipietur. Et cùm receptus se putabit receptum, relin-*

relinqvetur in totum & deſeretur. Tempus enim jam præteriit. 84 Ita finiti ſunt omnes iſti Sermones, qvæſita & reſponſa, ſeptimæ diei Novembris: ubi & interdictum accepit de non redeundo domum intra hebdomadas duas.

Cap. XIX.

[*Sermo Leonis Magni bis prolatus: primò in Leonina, poſtea in humanâ ſpecie, (eodem qvidem* 7. *Novemb. Anno* 1623: *ſed qvem obſignatum aſſervare in mandato habuit Chriſtophorus, donec A.* 1628 *ex carcere exiiſſet) qvô præſentis ſexti Iudicii curſus Typicè, Solis & Lunæ per Zodiacum curſu, Stellarumqve commotionibus, adumbratur.* 1. 2. *&c.* De Orientalibus *tandem locuſtis, victoriam adverſus Babylonem ſubitò promoturis.*]

MAgna Septentrionalis Olla dudum jam ferbuit in Septentrionali Olla; ſtare tamen ad certum tempus neceſſe habet ſine ebullitione, donec tranſierint ſeptem tempora, & primores duodecim operationes ſuas peregerint. 2. *Primùm*, per falſa prodigia in *Ariete*: *ſecundò* per falſam *Libram*, & injuſtitiam: *tertiò* per fucatam *Geminorum* dilectionem: *qvartò* per *Scorpionis* virulentiam & fraudulentiam: *qvintò* per *Tauri* robur & potentiam: *ſextò* per *Capricorni* ſuperbam inſolentiam. 3 *Septimò* per *Aquarii* velocem curſum: *octavò* per *Sagittarii* callidas collimationes; *nonò* per *Leoninum* urſino commutatum habitum: *decimò* per *Piſcium* in aqvis natatum: *undecimò* per falſam *Cancri* retrogreſſionem: *tandem* per blandos *Virginis* ſermones. 4 *Qvùm iſtæ duodecim operationes ad finem properabunt, ante horam ſeptimam, anteqvam alia duodecim* (ſigna operari) *incipiant*, *veniet magnus qvidam Aqvarius*, refrigeratâ charitate, & effundet frigidam ſuam in ferveſcentem Septentrionis ollam, ut ebullientes radios ſuffocet, nec efferveſcere permittat. 5. Sed *Aries* qvidam ſine prodigiis, & *Cancer* ſine retrogreſſione, & *Taurus* ſine robore, & *Libra* cum juſtitiâ, & *Leo* cum forti animo, & *Gemini* cum ſincerâ dilectione. 6. Et *Sagittarius* cum eximiis collimationibus, & *Capricornus* cum humilitate, & *Scorpio* ſine veneno, & *Aquarius* ſine aqvâ, & *Piſcis* qvidam prodigioſus: 7. Et deniqve *Virgo* qvædam hilaris demittet ſe in nubem, unáqve cum illis undecim extrahet Infantem, qvi ad horam uſqve ſeptimam in nube febri laborans decubuit, cujus robur Meridiano æſtu labefactatum exaruerat. 8. Sed horâ ſeptimâ relinqvet eum febris: æſtus autem ille fervidus aget ſe retrò in

rupem illam superbam, invadetqve illam æstus simul cum frigore per celerem bullitum Septentrionalis ollæ, unde malum istud velocissimè ac subitò erumpet, ibitqve magno cum horrore viam suam usqve ad gloriosam Bestiæ sedem, & splendida palatia ejus: ubi illa voluptates suas exercet, non aliter ac terrenum qvoddam Numen. 9 Sed *Solium tuum vacillabit, & habitacula tua contremiscent; Deliciæ tuæ convertentur in tormenta, & lætitia tua in ejulatus.* 10 *Recedet à te subitò & insperatò, viâ illâ qvam Dii credere nolunt: ad Montem illum, in quô residens meretrix fornicatur cum Diis* (mundi hujus) *eosque illectat ad expellendos agnos, qui vocem Agni in monte Sion audire amant, lavantes immunda opera sua in sanguine Agni, ut consistere queant ad Thronum ejus.* 11. *Quis credat, Agnum Montis Sion vincere posse, qui tamdiu tristes oberrare sinit agnellos suos? & eos à viridibus pascuis montis Sion vi depelli permittit?* 12 *Adducet vobis Agnus suavem rorem de monte Sion, quô recreati vires recipient tres illi viri, ut magnâ voce tubas insonent, & Corpus Leonis accipiat robur & fortitudinem, Cauda ventum & Spiritum, Caput ignem & lucem.* 13 *Vas perstabit firmiter, speculum non ampliùs obumbrabitur à duodecim illis, qui per P. cursum suum currunt.* 14 Qvia Nubes ex monte Sion obnubilabunt eos, commutabuntque duodecim illis diem lætum in luctuosam noctem. 15 Et vir quidam solitarius relinquetur, vincens tamen per tempus, duo tempora, & ultra dimidium temporis: donec alii isti duodecim in L. ascendant, & cursu suo assequantur P. illîc, ubi se ad aqvas expandit.

16 Ibi Septentrionalis Olla fervere incipiet, & illi P. amburentur alæ: *Vir autem in Oriente expergefactus à clangore trium Tibicinum propellet Locustas.* 17 *Quæ provolantes persequentur Caput morticinum, & assequentur illud ad flumen, ubi superba Babylonis aqua tranquillè consistere, & ranarum instar se multiplicare, proponit.* 18. *Sed Locustæ aquam istam exsiccabunt, & convertent in sanguinem; Ranæ autem emorientur.* 19. Unde prodibit fætor gravissimus, fugientque diebus illis homines retrorsum itinere tridui. 20 Et *tunc illis Virgo infantem è Nubibus producet.* 21 *Agnus verò de monte Sion advocabit eos, promulgabitque post tres dies victoriam adversus Bestiam & meretricem: & Armigeri ipsius concident.* 22 Atqve hîc duodecim illi exsultare incipient, canentes Domino, Hallelujah.

23 *Hactenus Verba magni Leonis.*

CAP. XX.

Angelorum ad Christophorum, habitus ibidem, itidemque vulgari ad tempus prohibitus: quo (Luminarium & Firmamenti) typis, continuatio pugnæ inter Babylonios, & illis ... is oppositos describi videtur, forte huc illuc inclinante, (pro consiliorum & molitionum ...te) ad victoriam usque eorum, qui à partibus Agni erunt.]

: *Luna*, & *Stellæ*, in magnam venient contentionem. 2 *Sol* ...oit se stare in *Cancro*, & obliviscetur superbi *Capricorni*: sed qvùm se caput extulisse altissimè & stare in Cancro, videbit se in Capri... 3 Qvum verò tantopere se humiliatum videbit superbus ille ...ec ampliùs consistere in Cancro, descendet in *Aqvarium*, & at... ...d se venenatam *Scorpionis* aquam: atqve tùm ingredietur *Libram*, ...m fundente Aqvario, & venenato Scorpione, sperans se ope *Capricornu* & *Arietis* perversurum *Libram*, effusurúmqve super ... & stellas. 4 Verùm Luna attollet se à Terra, dabúntqve ei fulgorem suum: Veniet enim pernix ab Oriente *Sagittarius*, eqvi... *Leone*, & accedet ad *Virginem* qvam amat, à Septentrione: ascen... ...e hi omnes simul in *Libram*, dabitqve illis DEUS vim & robur, ...scendere qveant *Libram*. 6 Effundéntqve venenum *Scorpionis*; fortis *Aquarii*, *Sagittarius*, *Virgo*, & *Leo*, in collum superbi ..., & *Capricorni*, & effundentis *Aqvarii*. 7 Qvô pactô *Luna* in ...m ascendet, neque superbus Capricornus prohibere id poterit: & ...mittet magnum fulgorem post se, milliesque splendidiorem ante se. ... tunc lætabuntur Stellæ, & operationes suas resignabunt Lunæ. *...usta Constellatio feriit nos, inqviet superbus Sol, qvia fausta inimicos aspexit.* 9 Qvid porrò inqviet? *Luna in Cancrum ascendit, qvi ... & alit. Recuperare mihi, quod perdidi, non datur: falsi mei Soles ...perunt, & has mihi tenebras & odium conciliarunt.* 10 *Ubi nunc ...lle, quô omnia duodecim Zodiaci signa pertransire, eáque mihi subigere, ...ram!* 11 *Qvàm exciderat memoriâ mihi, alium etiam esse motum, ...uem mihi externa Cœli facies monstrabat! Qvàm est jam Luna in ...levata meum! qvàm illi adhærent Stellæ! & sequuntur eam, exse... ...rque omnem voluntatem ejus, quæ per nubeculam temporis, temporum, ...dii temporis, mihi vix parùm emicabat!* 13 *Illa verò jam ecce cum ...m signis suis consistit! quæ illam Solem esse faciunt, & cursum pro permittunt.*

Ecce *Libra* in ejus partem propendet! libravit enim ipsam Domi-

nus, & probatam comperit. 15 *Leo* lætus eſt, & currit una cum Luna celeriter per viam Accaron, ad dilacerandum cruciferis Vulpibus oblongas earum caudas. 16 *Virgo* autem, Pſalterium Davidis exultans, dejiciet Baalitis Idolum ſuum in terram: aſcendétqve fumus ingens, qvi multorum morſicabit oculos. 17 Et *Aries* in Lunæ cælo promptus, agilis, fortis, cognationem inibit cum *Geminis*. 18 *Sagittarius* verò aſſumptô Arietis vellere *citò inſtruet pharetras ſuas, prodibitqve una* cum *Cancro*, qvi porrò & retrò incedens *perreptabit omnia Babylonicæ fornicationis qvadrivia, diffringétqve carceres Conſcientiarum, & Domos Impuritatum, Domóſqve rixarum disjiciet, eaſqve reſtaurabit in pace & charitate.* 19 Atqve tunc lætabitur *Capricornus*, & gaudio perfuſus curret celeriter ad *Aquarium*, adferens illi nuntium lætum: convocans è longinqvo *Piſces*, ut gaudeant, & Jehovæ Deo ſuo gratias agant, qvi retia dirupit & in nihilum redegit. 20 *Scorpius* autem virtute ſuâ, qvam à Domino accepit, juvabit mactare pinguem *Taurum*, qvi ſe mactandum lubens dabit. 21 Inſtrueturqve ſolenne Convivium pro ægris, ſitientibus, famelicis, & pro iis qvi ſeipſos abnegantes, & exinanientes, Chriſto tradunt: non apud ſe ipſos ſapientes, neqve opinione in mundo magni, ſed Deum ponentes brachium ſuum, non carnem, credunt Chriſto Juſtitiæ Soli, ejuſqve duodecim ſignis, qvæ ille Diſcipulos appellavit ſuos. 22 Inter qvos *Scorpio* venenô ipſemet ſuo periit: prodens enim Chriſtum Juſtitiæ Solem, prodidit ſe ipſum; vendidit preciô, qvô ſibi emit perditionem. 23 Æqve tales ſunt Babylonii. Produnt conſtanter, & odio proſeqvuntur, qvia *Scorpiones* ſunt, iracundi & feroces: & æmulantes ſuperbum Capricornum montes & rupes omnes ſuperſcandere cogitant. 24 Curruntqve ad *Arietem*, & Arietinâ villoſâ pelle ſe induunt: conficiuntqve ſibi ope *Aqvarii* ex arietinis villis inſignem, craſſum, tenebricoſumqve cilicinum ſaccum, *Piſces* eô captare intenti. 24 Inſidiasqve ſtruunt *Geminis*, ad eos poteſtati ſuæ ſubjugandum; & per id apprehendendum *Virginem*: & ad aſſeqvendum *Leonem*; & ad confringendum properantis *Sagittarii* ſagittas; & ad evellendum *Cancro* chelas, ut neqve porrò neqve retrò procedere qveat. 26 Et ad librandum Babilonicâ ſuâ *Bilance* omnia, & ad capiendum *Taurum*, apparandumqve ſibi ex eo Convivium, ut exerceant luxuriem & fornicationes ſuas pro lubitu, & faciant opera Dagon, perpetréntqve Idololatriam in Accaron.

27 *Contra* P *pugnant*: primùm pudica *Virgo*: deinde purus abſqve veneno

veneno *Scorpius*: tertiò humilis *Capricornus*: qvartò *Aries* cum fragranti vellere, per qvem P dejicietur in Terram. 28 Est enim (illud P.) primò impurum, sicut Sodomitica fæmina: secundò immundum, virulentum, malis operibus plenum, ut Dagon: tertiò superbum, sicut Babylon: qvartò Idololatriam fætens, ut Accaron.

29 *Contra* F *præliantur*: Primò *Sagittarius*, qvi sibi Arcem celerrimè paravit, ad incutiendum F. terrorem: qvia affligit viduas, & perdit multos, exstirpat qvod bonum est, & qvod malum relinqvit in Israele, propensus ad Idololatriam: Deinde *Libra* cui Dominus pondera imposuit, qvæ præponderabunt, & illum ejicient. 30 *Ne solliciti estote Idololatræ, velociter, subitò, perniciter, & planè inopinatò fiet: eô ipsô die, qvô securissimus sibi videbitur* (nempe F.) 31 Tertiò *Gemini* seriò pugnant adversus F: imponit enim illis grave conscientiæ jugum, & onus coacervatum ex fæno, stipulis, & abominiationibus humanus.

32 Qvartò, *Magnanimus Leo, Juvenis ab Aquilone, armatus à Jehova, sine ferreo & chalybeo gladio, qvi lætabitur die illa, qvam huc elegit Dominus.* 33 *Atque tùm pugnabut duo isti Exercitus, Orientalis & Aqvilonaris, nec cessabunt, donec expugnetur Babylon: ibi F. & B. lamentabiliter stabunt.* 34 *At binus tamen ille Exercitus non propriâ virtute id efficiet, neque ipse victoriam reportabit, sed Exercitus tertius, qvi pugnat precibus:* 35 *Attollunt enim sanctas manus & corda pura, armaturam habentes Spiritualem, triumphaturi de F, & P.* 36 *Nam F. lætatur, ubi tristari, pectùs plangere, ejulareqve debebat: quoniam celer Sagittarius tàm velociter adversus illum egreditur, & pondus à Domino Libræ suæ appensum est, quô subvertetur Thronus ejus.* 37 *Ejulate F. & B. Gemini veniunt cum severitate, adducentes secum Leonem, insperatò prorsus, in Sylvam dictam B.* 38 *Ob quod B. dolore & horrore correptum consilia quæsitum ibit, quomodo Geminos è Sylvâ sua ejicere Leonemque perdere qveat.*

39 Sed *Sagittarius* cum *Libra & Geminis* operi suo insistunt: *Sagitarius* impinget sagittam in sinum B: & *Libra* evibrabit *lapidem ferreum in Domum ejus, & Gemini adducent Leonem in sylvam B. eritque B. contristatum, vim patiens usque ad mortem.* 40 *Terram ejus occupabit ingenuus Leo, mirâ permutatione, qvalem constellationem neqve F. neque B. prævidere poterant.* 41 *Sub id tempus Cruciatores mæsti stabunt*, exibuntqve ad perdendum venenô Leonem & Socios: sed hôc ipsô demum toti Mundo, latrones & fures se esse, manifestabunt. 42 Latrones enim sunt occidentes Con-

scientias hominum: Fures sunt, furantes Deo gloriam suam. 43 *F. illos exhilarabat, & B. ædificabat: rursus eos F. constristabit, & B. disjicet.* 44 *Decretum Dei perdet eos, quia non resipiscunt.*

45 *Contra H.* repit, primùm occultus *Cancer*, secum ducens *Balænam* magnam, qvos seqvitur *Aquarius*: & *Taurus* ex deserto prodiens. 46. *Cancer* retrogredi necesse habebit aliqvoties, & cum illo *Balæna*: *Aqvarii* illius aqva itidem refluere, usqve dùm Taurus ex deserto appropinqvet. 47 *Ibi istos, nempe H, & F, & B, prudentia & sapiens consilium deficere incipiet: exorieturque ejulatio super Aquas, & super Montes tremor ingens, & in vallibus horror indesinens.* 48 *Ibi operationes duodecim signorum promicabunt, ad bonum & malum: Lunæ* qvidem ad illuminationem, *Soli* verò ad Eclipsin. 49 *Luna* permeat omnia duodecim Spiritualis cæli signa: *Sol* autem currens per signa terrestris cæli, trahit post se terrena opera, contrahitqve sibi terrena gaudia: nam gaudium ejus terrenum est, brutum, bestiale, & durabit horæ dimidium. 50 *Bona etenim signa Cæli Spiritualis, suffocant operationem terrestris Cæli: & adferent* Soli *luctuosum diem, tristémqve noctem.* 51 Nam prævelox stella, cum aliarum stellarum multis millibus, magnam inter stellas efficiet conturbationem. Illæ autem omnes obvertent radios suos adversus Soles istos, qvi verum Solem obumbraverant, fecerántqve ut fervorem suum adversus ipsas emitteret. 52 *Et stella una tentabit inter cæteras proditionem moliri* [N. B.] *sed eventu infelici.* 53 *Conciliabit quidem hôc pactô Soli gaudium, sed qvod brevi post luctus excipiet tantô major: & stella quædam velox infaustum adferet Soli, qvi illuminare stellas volebat, nuncium.* 54 *Fietque tanta inter stellas commotio, ut multi Cælum ruere, & Terram subverti, credituri sint.* 55 *Sed ne miremini! Hæc est commotio illa magna, à Prophetis, Christo, Apostolis, & in Libro* [nempe Apocalyptico Johannis] *prænuntiata.* 56 Vos Reges, Principes, & Magnates super Terram, habetisne alium Solem, cujus luce gaudere possitis præter Justitiæ Solem? Solis Justitiæ fulgor solus verè illuminat, caliginosæqve terræ lucem impertit. 57 Si ergò ab hoc Justitiæ Sole terras vestras illuminari vultis, removete Excelsa vestra, falsósqve vestros Soles! Ne sinite Vos ampliùs fænô & stipulis cibari, neqve fætidis falsorum Solium aqvis potionari. 58 Sed efficite, ut stellis vestris Sol justitiæ luceat! Vigilate, & precibus vacate in nomine Christi! estote pietatis speculum, & stellis vestris prælucete, charitatis, humilitatis, & bonæ conversationis exemplo. 59 Emundate Vos, & lavate pedes vestros! & sic purificabuntur etiam stellæ vestræ. 60 Ne ducite ampliùs stellas vestras ad Excelsa,

ſa, falſoſqve Soles, nec ad fœnum & ſtipulas duci permittite, aut ad fœtidas ciſternas, qvas Soles veſtri vobis effoderunt. 61 Ne flagellate ſtellas veſtras ſcorpionibus, ad fœnum & ſtipulas, & aqvas falsas, eas compellentes, & ad bibendum de rupe è propriis inventis erecta, qvam Vos creſcere, & robur accipere, & diteſcere, feciſtis. 62 Ne tradatis ei gladium ad perſeqvendum eos, qvi opinione viride gramen rupis illius fœnum & ſtipulam nominant, & aqvam ex eâ profluentem impuram vocant. 63 *Rupes iſta ignem adhuc ex ſe eructabit contra illos, qui ſe infidelitate percutiunt, credere nolentes fœnum & ſtipulam ſuam eſſe viride gramen, & aqvas ejus bibere renuentes.* 64 Adverſus hos Rupes iſta multas adhuc ejiciet flammas, qvæ circumvolabunt, eos qvaſi abſorpturæ in totum: ſed manus Domini extinguet eas, & Dominus ſcintillas iſtas in rupem retroaget. 65 Incipietqve ardere & fumare ipſa, & fumus ejus magnus opplebit Terram, qvi fumus nihil fidelibus noxæ adferet, qvamvis oculos eorum nonnihil morſicabit, ipſi tamen inde perſpicaciorem acqvirent viſûs aciem, videbuntqve magnâ cum admiratione per fumum & denſas tenebras promicantem ſibi Solem. 66 Rareſcent enim Nubes & incipient dividi, Sol autem fulgeſcere: unde illi auroram ſibi & diem lætiſſimum oriri ſpectabunt, cognoſcentqve fumum & vaporem nihil ſibi nocere potuiſſe. 67 Et qvàm parum fumus iſte nocere illis potuit, tàm parum nocere poterit magna Eluvies, qvam magna illa, opinione ſancta, Rupes eructabit ſuper eos, qvi aqvam ejus (qvæ neqve frigida neqve calida eſt) bibere noluerunt. 68 Et licet eluvio hæc ita eos circumundabit, ut multi pereundum jam ſibi in aqvis iſtis credituri ſint: Dominus tamen hæc omnia dividet. 69 *Primùm enim Flamma eorum devorabit Domos eorum, & Fumus eorum obruet faſtum eorum, Vaporqve eorum erodet ſuperbos oculos eorum, fugientqve ipſos velut ignem; & vitabunt ipſos ſicut fumum; & avertent ab ipſis oculos, ſicut ab eo cui lippiunt oculi.* 70 *Aquas etiam ipſorum dividet Dominus*, oſtendetqve miracula ſua, cùm pertranſire faciet filos ſuos Euphratem: dividet (inqvam) Dominus aqvas iſtas, & faciet, ut Rupem illam magnam abſorbeant, ne in memoriam veniat ampliùs, neqve nominis ejus attendatur. 71 *Dominus* enim *hoc faciet non homo: Dominus dividet has aquas, & inducet primùm ſuper Idola ipſorum, ut aurum & argentum eorum eluatur, & ab ipſis auferatur.* 72 *Secundò dividet eas Dominus, & jàm diviſit*, ut fucata eorum agnoſci poſſit hypocriſis; fraudeſqve ipſorum, & falsa dogmata, pueri per plateas decantabunt; ut ſint plebi ludibrium, qvomodo Baalitæ fuerunt Eliæ. 74 Vos ſtel-

læ, ma-

læ, magnæ & parvæ, laudate nomen Domini, & date illi gloriam! qvoniam ille Babylonis aqvas divisit & exsiccavit. 74 *Abluite, & purificate corda vestra!* desistite à malo, & facite bonum! *& dividite Idololatriam* in corde etiam vestro! *Qværite aurum & argentum apud divitem & sapientem Salomonem! is corda Vestra ædificabit in templa & habitacula Spiritûs sui, & cantate Hallelujah.* 75 *Dividite etiam aqvas opum in cordibus vestris, ne adferant vobis perniciem*: este divites in Deo, & in agnitione Christi ac Spiritûs ejus. 76 Potentiâ & honore abduci Vos ad adorandum Idolum Mundi hujus ne sinite: nam potentia mundi transibit, & gloria in confusionem desinet. Exite corde ab illo, & cantate Hallelujah. 77. *Dividite etiam in vobis hypocrisin!* nec vobis ipsis, nec mundo, nec iis qvæ in mundo sunt, assentando. *Hypocrisis* enim *mater est falsæ doctrinæ.* 78 *Hypocrita sciens volens abit per viam erroneam: hypocrita ut placeat hypocritæ, vivit vitam præceptis & exemplis Christi & Apostolorum contrariam: hypocrita ut placeat hypocritæ, credit fide fictâ contrarium veritati Christi, quæ est via, veritas & vita, cui cantate Hallelujah!* 79 *Currite sic ô vos stellæ cursum vestrum! & habebitis Deum Patrem super omnia, Vobis providentem.* 80. *Et Christum Regem, vos adversus omnes Inferorum Portas defendentem.* 81 *Et Spiritum S. Doctorem, vos in omnem veritatem deducentem, & obsignantem, & usque ad diem Jesu Christi inculpatos servantem & introducentem in vitam æternam, ubi æternùm cantabitis.* Hallelujah! Amen! Hallelujah!

Cap. XXI.

[*Visio Magnæ Stellæ in caudâ Draconis* 6, *cadentis in Terram, excitantisqve horrendam procellam* 9. *Leo Solem gestans*, 13. *Serpentemqve dissecans*, 17. *Explicatio horum*, 24: *Pax Germaniæ qvando speranda*, 44. *Gladii qvatuor*, 54. *Primus ab Oriente*, 60: *secundus à Septentrione* 66: *tertius à Meridie*, 60: *qvartus aureus permanens*, 74. *Morbus Bestiæ cæcitas*, 81. *Iudæ pænitentiam duo qvidam magni agent*, 82. *Impletio horum*, 85.]

NOvembris 14, qvum ob interdicti severitatem domum rediret, Hirsfeldâqve exiens, & ingruentem nimbum declinans, sub qvercu consedisset, accesserunt duo illi Juvenes, & post præmissam salutationem sub eadem qvercu considentes, latus utrumqve illi clauserunt. 2 Ipse verò: *Magna ingruit tempestas*, inqvit, *Via erit incommoda: si hoc præscissem, Hirsfeldii me manere præstitisset.* 3 Responderunt illi: *Pluit equidem nunc largiter, sed mox redibit cum Sole serenitas.*

4. Nos

4. Nos iterum te allocuturi acceſſimus, atttende! qværendi etiam tibi datur facultas, dummodò qværendi modum, qvem ante præſcripſimus, obſerves. 5 *Attende diligenter iis, quæ jam videbis & audies; & conſcribe omnia ſummâ diligentiâ, neque quidquam mali metuas.* 6 Monitus ergò ut rurſum aſpiceret, vidit Stellam valdè magnam in Cælo ſtantem in cauda Draconis. 7 Vidítqve ſimul Caudam illam Draconis fruſtatim deorſum cadere: cujus caput inclinabat ſe, caudam ſuam ad ſe retrahere laborans. 8. Stella verò ſplendidum ex ſe dabat fulgorem, donec & ipſa decideret tandem. 9 Ante tamen qvàm caderet, vidit Chriſtophorus aſcendentem ex ea triplicatum teterrimum fumum, in cujus caligine ſtella ſe demiſit, lapſúque ſuo terram contremiſcere fecit adeò, ut omnes illæ qvercus violenter agitatæ cacuminibus terram ferire viderentur: tantôqve cum fragore, ut Chriſtophorus nullam relictum ìri qvercum non ſubverſam putaret. 10 Sed qvercus illa, ſub qva recubabant cum ipſo Juvenes, ſtabat immota & tranqvilla, ſine ulla vel minimâ commotione. 11 Tempeſtas verò illa per ſemihorium ferè continuabat: & in iſta Arborum colliſione, fragore, terræ motu, compellantes eum Juvenes dixerunt: 12 *Cave metuas, nihil tibi adverſi accidet! Spectaculum iſtud oculis Tuis eſt horribile, tu tamen attende, quid jam futurum ſit, & conſcribe omnia, neque abſcondas hæc ab ullo homine. Aſpice!* 13 Et vidit Leonem venientem cum ſuſpenſo ſibi â collo *Sole fulgidiſſimo*, genuinum cæleſtis Solis fulgorem referente. 14. Acceſſit autem Leo iſte ad eos tam propè, ut eum Chriſtophorus manu potuiſſet prehendere, ſed metuebat. 15 Juvenes autem: *Ne metuas, nihil tibi mali evenient! Intuere diligenter Leonem iſtum, quid habeat, & quid acturus ſit.* 16 Tùm erigens ſe Leo, inſtitit poſterioribus pedibus ſuis, anteriori dextrâ Gladium, ſiniſtrâ verò Pomum aureum (Imperii inſigne) tenens: quod Pomum una cum Gladio per Solem illum transfixit: & ecce ſubitò Sol mutatus eſt in ſangvinem! 17 Conſpexit autem Chriſtophorus à latere Serpentem, per viam qvandam antiqvam decurrentem: qvem ubi vidiſſet Leo, aſſiliit, & diſſecuit eum qvadripartitò. 18 Et venerunt viri aliqvot Serpentem deplorantes, & ad Leonem dicentes: *Cur diſſecuiſti nobis Serpentem?* 19 Reſpondit Leo: *Ideò, qvòd perderc mihi Catulos meos voluit: Et mandatum hoc accepi à Leone de tribu Juda, Voſne deplorabitis ipſum? Et vos igitur diſſecandi mihi eſtis.* 20 Extendit igitur adverſus eos Gladium ſuum: illi verò procidentes dixerunt: *Ne committe iſtud in nos, & obediemus Tibi.* 21 Tum ipſe: *Fratres eſtis mei, condono vobis.* 22 Diſparuerunt ergò viri illi: Chriſtophorus verò vidit in Sole & Pomo aureo reſonantem ſuaviſſimum

concentum. . 23.. Leo autem interſtinctus fuit albis & cæruleis lin
dixeruntqve Juvenes Chriſtophoro: *Vidiſtine omnia qvæ acta ſunt cum S & Leone iſto!* Atqve inter hæc dicendum Viſio diſparuit.

24 Surrexerunt igitur Juvenes, & Chriſtophorum qvoqve ut ſurg monuerunt: & ecce qvàm densè priùs pluebat, tam ſerenò rurſum ſplendebat. 25 Et illi perrexerunt: *Audi & attende, qvæ Tibi de V nibus iſtis jam dicturi ſumus. Non enim fruſtra hæc fiunt, & nos ideò miſſ te ſumus, ut ea tibi revelaremus.* 27 Nam Dies illa jam advenit, termi deſignatus adeſt, vox Tubæ jam emiſſa eſt ad meſſem, & ad præliu Tempus deſolationis præſtò eſt: *Diem viſitationis tuæ non cognoviſti: pterea jam de te actum eſt!* 27 Tu verò, qvid de utraqve ulla Viſi dicimus attende! 28 Reſpondit: *Nihil intermittam, qvin qvantum firmitas mea ferre poterit, faciam: Dico tamen, captus meo iſta nimis ſublimia.* 29 Et dixerunt: *Draco, qvem in Cælo vidiſti, eſt Draco, tamen non eſt Draco, ſed mores habet Draconis: cujus caudæ inſiſtit St magna & fulgida.* 30 *Et Stella hæc eſt Stella, & tamen non eſt Ste qvieſcebátqve ſuper magna Draconis cauda.* 31 Et qvam magna, fulgi robuſtaque Stella hæc eſt, ſicut & cauda in qvâ conſiſtit, tam magn attraxit virus ex tertiâ parte Stellarum Terram contegentium. 32 ſunt Stellæ, qvæ ſe falsò nominant Stellas, fucatum de ſe ſparge ſplendorem, & hypocritica opera habentes à Stellâ illâ, qvæ inſ caudæ draconis, & vim ſuam accipit à cauda. 33 Sed *ſpe citiùs fiet cauda Draconis in fruſtra diſſiliat, cadatqve ſimul cum procellarum igne St illa magna, quando fumus ultionis irati Dei eam apprehenderit.* 34 *flammans ignis injicietur in magnam illam Urbem, quæ Babylon eſt! & co cietur fumus aſcendens ad meridiem.* 35 *Nec proderit quidquam, quod D caput & corpus ſuum contorquendo caudam ſuam Stellam in eâ retinere conab nihil enim agit,* qvia cauda in fruſta dirupta eſt. 36 *Colliſio & fr excelſarum & præduratum mundi Arborum jam incipiet,* ſicut in qver illo vidiſti. 37 *Leo capite ſuô penetrare incipit Meridianum Solem, q portabit robore ſuô, qvantumvis magnus ſit & gravis: & poſtqvam ſe ere Leo, nactus gladium diſſecabit hypocriticum venenatum Serpentem in p qvatuor.* 38 Serpens enim antiqvâ ſuâ viâ repens Leonem inſpe adoriri ſibi proponit: ſed ille Pomum in manu tenet aureum, qv Domino accepit. 39 Tanqvam ab Arbore illâ, qvæ verè dicitur Ar vacillare, & labaſcere neſcia: qvalis erat Arbor illa, ſub qvâ tu q ſcens á nimbi & procellæ impetu protectus fuiſti. 40 *Qvantò magis tegentur omnes illi, qvi ab ingruente iræ Dei nimbo & Diluvio, ſub huju*

celsæ Arboris, Cæli Terræque Domini, umbram se recondunt? 41 Audi & Attende! *Non erit hoc Diluvium aquarum, sed sanguinis: qualiter Solem in sangvinem conversum vidisti, à Leone transfixum Gladiô.* 42 Et hoc tibi denunciari à nobis debet, venisse jam tempus, jamqve facta esse initia illius, qvod tibi prædixeramus: *Sexies centena millia esse in aciem proditura.* 43 Atqve hinc luctuosa erunt tempora, qvibus multa millena stadia occisorum strage contecta cernentur, cum effusione sangvinis ingente. 44 Post effusum autem hunc sangvinem, & dissectum serpentem, venient homines subdoli, & lugebunt fata non serpentis, aut Stellæ Draconis caudâ sustentatæ, sed Bestiæ, & progeniei ejus. 45 Sed Dominus eos lugeri non vult: hi enim sunt, qvi ex poculo blasphemiæ biberunt, & fornicationem atqve Idololatriam cum Babylonca Satanæ sponsa exercuerunt, eâqve se oblectarunt. 46 *Propterea Tibi dicimus, ne ista premas, nec ab ullo homine abscondas, neqve metuas qvidquam! conticueruntqve!*

47 Christophorus autem quæsiit: *Citone verò nobis Pax speranda est? Satis jam diu Bella durârunt, sanguinis multum effusum est, & multi multa perpessi damna.* 48 Resp. Diximus tibi, & iteratò dicimus, *non redituram prius in provincias Imperii Pacem, quam eveniant, quæ tibi revelavimus. Bestiam & Draconem à Leone conculcari prius oportet: horum autem potentia & robur magnum est.* 49 *Sed ecce, terror egreditur à Domino, & pavor a Leone de tribu Juda, qvi Leoni robur confert & fortitudinem, ad prosternendum & conterendum magnam illam ex abyssô Bestiam.* 50 *Spes venturæ pacis certa esto!* sed non prius venturæ, quam impleantur quæ dicta sunt omnia. *Pax ista præsens non perstabit.* 51 *Bellum eqvidem sat diu duravit, sangvinis magna effusa est copia, damna terris & hominibus illata qvis enumeret? sed cæli & Terræ Dominus dives est:* habet unde refundat iis, qvi pro nomine illius aliqvam faciunt jacturam. 52 Attende & audi! *Multò adhuc plus effundetur sangvinis:* Ecce enim *prodit Leo, sedem qvietis non prius inventurus, qvàm sangvis potentum effusus, & robur ipsorum confractum, cassesque eorum disrupti fuerint.* 53. *Eô conspicuum faciet omnipotens potentiam suam, & Rex Regum jus suum quod ab intio habuit, extollendi & deprimendi qvem vult, deponendi & restituendi Reges: hoc illi jus eripiet nemo. Respice!* 54 Respexit igitur, & vidit *quatuor Gladios se ipsos invicem permeantes.* 55 *Primus* erat quasi *plumbeus*, veniens *ab Oriente*, qvi in Terram magno terræ excitatô motu lapsus disparuit. 56 *Secundus Chalybeus* cecidit pariter magnâ cum terræ commotione, & mox evanuit. 57 *Tertius Gladius testaceus* suomet lapsu itidem confractus, evanueruntque simul fragmina ejus. 58. *Quartus Gladius eximiæ pulcbritudinis*

ſplendore velut aurum coruſcans, in terram delapſus, manſit integer. 54 Tùr Juvenes: Vidiſtine qvatuor iſtos gladios? Ecce hæc tibi nunc ultim erit Viſio! de qvâ qvid tibi ſimus dicturi, attende!

60. Ecce *Gladius primus, qvem ab Oriente venientem vidiſti,* ingen pondere, graviter premet terram, qvemadmodum vidiſti & audiviſti qvàm horrendô cum terræ motu decidit. 61 Dominus enim illum feci gravem, neqve illum aëris ſpiſſitudo retinere poterit: Eſt enim Gladiu Jehovæ, qvi ſcindet & ſecabit, & perimet ſubitò: eſtqve Gladius contr Babylonis ſuperbiam à Domino emiſſus in apparenter viridem Meridio nalem ſylvam. 62 Gladius hic exibit ſub veſperam, & percutere no deſinet, uſqve ad meridiem: Sol & Luna convertentur tunc in ſangvi nem. 63. Atqve *tunc apparebit ſuperbæ Babylonis curationem irritam eſſ Vulnera enim ejus nimia ſunt: ſanari non poteſt, qvia ſanari noluit, ſed ſi ſedem parare & firmare perrexit, quam non retinebit.* 64 *Dominus co fringet Gladium ejus, & ſolium ejus induet luctu:* unà cum iis, qvi adul buntur ei ab Oriente uſque ad Meridiem, & à Meridie uſque ad Occaſum neque ſanari ſuſtinet. 65. Ad Scripturas te remittimus! Ibi de ho perimente Gladio informationem invenies.

66 *Secundus Gladius à Septentrione eſt,* ſoliditatem & duritiem ſua à Domino habens, qvi etiam *ſubitò* cadet in terram, *conſenſu factô cu Gladiô plumbeo ab Oriente.* 67 Gladius hic exibit & disjiciet inſincer *Labani* Idolum ſuum, & franget *Eſavo* arcum ſuum, qvô innocuum animalculum trajicere omni vi tentabat: Sed *Jacob ſuperabit Eſavum & Labanem.* 68 Hic erit Gladius inopinatâ velocitate, Gladius directu contra infidum Labanem: per hunc recuperabit Jacob Patriam ſuam qvod Eſau videbit, & impedire non poterit, qvia Dominus cum ipſo eſt 69. Cum hac explicatione remittimus te ad Scripturas.

70 Et ecce *Tertius Gladius à Meridie & Occaſu eſt! factus in arden fornace iræ Dei confractus, teſtæ ſimilis.* 71 Confringet enim Dominu Gladium illum, ſicut vidiſti decidentem, & in fruſta diſſilientem, pe Gladium illum gravem ab Oriente & à Septentrione. 72 *Qvantumvi potens, quantumvis ſolidus, quantumvis firmus Gladius ille eſt, confring tamen illum Dominus, quomodo ferreô ſceptro confringuntur teſtæ.* [N. B. 73 *Hoc erit prodigium, quod eſſe ſtupendum cæli & terræ Domini opus agn ſcent omnes: ad Scripturas te remittimus.*

74 *Qvartus Gladius aureus eſt:* non gladius perimens aut perdens ſed Gladius ſanans vulnera â ſerpente & Dracone inflicta: eſtqve *Gladiu Pacis, qvi permanebit, & non peribit, permanebit inqvam.* 74 Nam ærug

Terr

Terræ non arrodit Aurum, & Ignis mundi exurere illud neqvit. 76 *Gladius hic tùm veniet in lucem, cùm priores duo Gladii opus suum peregerint, Meridianumque Exercitum compescuerint, qui fideles absorbere voluit: Sed absorbebit ipsosmet Dominus.* 77 Tandem ad Scripturas Te cum qvatuor hisce gladiis remittimus, & omnes ista lecturos. 78 *Non celabis igitur hæc: quia tempus præstò est, quò evenire ista omnia necessum est.* 79 Ad hæc Christophorus: Audivi qvidem Vos de qvatuor istis Gladiis loqventes, sed metuo me non intelligere, qvid ista sibi velint. 80. Responderunt. Eâ de re ne sis sollicitus: Reperientur qvi intelligent. 81 Res luculenta est, & perspicua satis: Videbit eam facilè, qvi non laborat morbô Bestiæ, qvæ cæca est, & caret omnibus sensibus: â talibus abscondita sunt omnia hæc. 82 Sed caveant sibi, ne tertius etiam morbus ipsos, tanqvam subitanea febris, invadat, qvæ *Pænitentia Judæ* dicitur. 83 Qvemadmodum tibi antè significatum, *duas personas præcipuas subitaneâ morte perituràs, at non morte naturali: quippe alter catenâ aureâ se suspendet, alter propriô jugulabit gladiô.* 84 Atqve hæc de prodigioso exitu perfidæ istius progeniei, in cautelam & testimonium dicta sunto. Conscribe ista, *ne celes; tempus enim appropinquat.* 85 Perrexit Christophorus qværere: *Quamdiu verò proferetur omnium istorum impletio? Ego putabam citius ista in effectum ventura.* 86 Responderunt: Attende & audi! *Iam factum est, & tamen nondum factum est: Sed fiet unô die, ut veniant Gladius, Dolor, Plagæque horrendæ.* 87 Et ecce prodigium magnum & horrendum conspicietur brevi, in aëre & in terrâ. 88 *De tempore impletionis istorum ne sis sollicitus.* Qvod reliqvum est, ad Scripturas te remittimus.

Cap. XXII.

[*Prædictio magnæ pluviæ è nube peccatorum,* 5. *Pii tamen servandi* 11. *qvibus luce & igne opus est* 19. *Elias venturus* 21; *& David* 35.]

NOvembris 23 euntem Christophorum Langenoviam Juvenes iidem accesserunt, primúmqve usitatâ salutandi formulâ, & mox hisce Verbis compellârunt: 2 *Interrogamus Te, num omnibus attenderis, qvæ tibi locuti fuimus hactenus?* præmonentes, ut qvæ monstrabantur aspiceres, audiresqve attentè! Sed & monemus denuò, ista attende! Etiam qværere tibi liberum erit. 3 Cæperunt itaqve loqvi: *Ab quadam*

conqueſtus fuit Medicus humani generis, jam inde ab initio exſeqvutionis primi illius Judicii, & conqveritur etiamnum! 4 *Cujus Judicium ſextum porrò etiam procedit, & veniet cum potentiâ irreſiſtibili: Tempus enim præ manibus eſt.* 5 *Pluvia ruit violenter:* qvadraginta menſes jam continuata eſt, & continuabit præterea duos menſes, *venietqve inundatio & diluvium de quô tibi diximus antè.* 6 Et tunc *venient ab Oriente & Septentrione eqvitum & curruum millia multa, graſſantes validè, habentesqve ſecum virum illum cum reſonantibus femoribus, & tinnientibus humeris:* à qvo venit fremitus, & veniet fremitus, & demumqve debet venire fremitus & fragor, à qvo concidant robuſti, & potentes, & inſignes coram mundo. 7 Chriſtophoro qværenti: *adeóne ingens procella veniet?* Reſponderunt: Attende, & perpende dictum Chriſti: *Hypocritæ, cæli faciem noſtis dignoſcere, ſigna autem temporum diſcernere neſcitis?* 8 Ita Vos perfidi, mundani, hypocritæ, intuendo cæleſtes nubes, in iis vos pluviæ ſigna habere opinamini; qvin vos improbi, ſubleſti, adulteri, trangreſſores Moyſis & Prophetarum intuemini nubes mundi iſtius impii, qvomodo magnam in pluviam mox mox diſſolvendæ condenſentur? 9 *At hæ Nubes non ſunt è Mari attractæ, ſed ex mutis mundi peccatis coactæ: ex his horrenda iſta proruet procella, è nube ſuperbiæ & impuritatis, & nube illâ quæ primæ ſuper Adamum & Evam procellæ cauſa exſtitit, Dei & Verbi ſui contemptûs.* 10 *Tres iſtæ Nubes collidentur in unum, & adferent procellam illam,* de qvâ tibi diximus: imò attulerunt jam. Cum qvô reſponſo noſtro confer te ad Scripturas. 11 Chriſtophorus porrò: *In quem verò irruet procella iſta?* Reſponſum, Attende, & audi! *Non erit hæc procella, qvæ omnia obruat & deleat.* 12 *Neque tu, neque quiſquam hominum cogitet, Deum cæleſtem ſic irâ accendi poſſe, ut illorum qui refugium apud ſe quærunt miſereri nolit.* 13 *Eſt enim commiſerante corde, qvod ſe intra ſe commovet; ut in medio iræ & ultionis gratiæ tamen meminerit, roburqve ſuum exſerat.* 14 *Nam ille ne equidem in illis langueſcit, qvi jam ad mare rubrum ſtantes quô ſe vertant neſciunt, ſeqve ipſos pro derelictis reputant.* 15 Cùm tamen qvô pacto derelicti eſſe poſſint, ſuper qvos miſericordia DEI pluit ſicut pluvia fæcunda? & præpotens DEI manus velut ſuaviſſimus Solis fulgor. 16 Ex hôc intellige, qvos furens iſta procella obruitura ſit: proinde Tibi dicimus, Ne metuas! lucem tantùm ama, & fuge tenebras. 17 Ille rurſum: *Ego profectò qvomodo id intelligam neſcio: dimittiqve tandem ex iſtis, ſi qvidem Deo meo placeret, optarem, gratiaſqve illi agerem toto corde.*

18 Reſponderunt: Audi, non plus optare debes ſcire, qvàm Deus

in

in Scripturis & verbo suô revelatum voluit; *ibi sunt mysteria Dei.* 19 *Ap-*
prehende tantùm Clavem Orationis, & ne obliviscere fragrantis Dei timoris,
& dilige lucem, & Ignem hunc, qvem tenebræ obumbrare non possunt: &
conjunge hæc in unum, Lucem cum Igne. 20 Ignem hujusmodi habuit
Elias, & hujusmodi Lucem, qvæ aqvam altare ambientem exsiccavit.
21 Lux ista, & ignis iste, fuerunt preces Eliæ similes Igni, qui ardebat,
exurebátqve aridos maledictos Baalitas, flammæ instar validè ardentis
fornacis. 21 Zelosus iste Gladius igneis Eliæ precibus exacutus, perdi-
dit Baalitas. 22 Attende, & audi! sicut Elias precibus suis igneis ignem
de cælo devocavit, qvi hostiam & aqvas circum altare absorpsit, certô
cognoscendis Baalitarum fraudibus documentô; qvibus ignea Eliæ oratio
non tantùm ulcus hypocriseos eorum transfixit, sed ipsos etiam discerpsit
& in frusta dissecuit. 23 Proinde *Tibi dicimus, Venturum brevi Eliam*
ad mactandum hypocritas, dolosos, defectores, qvi à DEO ejusqve verbo
per vias pravas declinarunt. 24 *Qvos omnes Dominus in locum unum con-*
gregabit, qvia omnes bibunt ex uno fonte; ex qvô ascendit caliginosus fumus,
lux verò nulla. 25 *Fons iste fons est, & tamen non est fons, sed fonti similis:*
bibuntque ex eo multi, tanquam ex fonte, cùm non sit fons. 26 *Attende,*
Fons iste retectus est, & scaturigo illius prorumpit ex perverso sensu. Qui lucem
respuit, huic de fonte isto bibere contingit. 27 E Fonte hoc non prodit
tanta svaveolentia, qvantam ex vase illo aureo, Tibi monstrato, prodire
sensisti: sed cum omnibus his *remittimus Te ad Scripturas.* 28 *Hic est*
fons habens aquam vitæ, de quâ Tu bibe, & te recrea (peregrinationis
enim Tuæ nondum est finis:) & nutrias te pane subministrato tibi in
Scripturis. 29 *Fontem autem illum falsâ ptisanâ contextum relinque, etiamsi*
dixerint Davidem in illo esse, velut Christi figuram. [2. Sam. 17. 19.]
30 Scrutare Scripturas, & utrumqve istud exemplum expende probè,
cavens tibi ab impatientiâ; *Tempus tuum notum Domino, veniet omninò nec*
emanebit. 31 Pax autem super Te, & omnes corde patienti auxilium
DEI expectantes: Tu autem glorifica nomen Dei. 32 Perrexit quæ-
rere Christophorus; *An verò talis aliquis Elias, qualem mihi describitis,*
veniet? 33. Responderunt: *Omnino veniet Elias, qui sacrificabit &*
percutiet, ignémque suscitabit inextinguibilem, qui ardebit & ustulabit, juxta
verbum Domini: sed percussio hæc mirabilis erit. 34 Elias iste jam per-
cussit, sed mox fugere necesse habuit: veniet autem iterum & percutiet
per biduum, & qvadriduum, & per diei fermè dimidium. 35 Atqve
hic Elias etiam est David, qui exsultabit quando Arca Jehovæ post decur-
sum septem Mensium rursus deportabitur in locum suum. 36 Ecce plagæ

oc-

occultæ grassantur etiam magno impetu, affliguntqve subdolos mundi homines calamitosè. 37 Istud habe de Elia veniente, & qvi jam venit, qvasi diluvium aqvarum. 38 Iterum Christophorus: *Etiamne hoc mihi consignandum est? Omninò*, responderunt: *Scribe, neque occulta!* 39 Novimus, hæc Tibi mira videri, mysteria enim sunt: complementum tamen suum acceptura sunt *celeriter ac subitò* [N. B.] *monemus proinde, ne ista occultes.* 40 Hôc finitô sermone, iterabant Sermones Leonis illius, & Viri, qvi ex Leone exstiterat. 41 Dixitqve Christophorus: *Non prius ergò vulgare ista debebo, quàm impleantur?* 42 Responderunt cum severitate qvadam singulari: *Cave Tibi, ne Te Leo ex tribu Juda conterat!* Sed conterit Ille, rursumqve sanat, eos qvi sanari se permittunt. 43 Nos autem Tibi dicimus, *Ne metuas; ignavus & oscitans ne sis, opus Jehovæ fraudulenter ne agas.* 44 Ita finis factus est Visionis hujus.

Cap. XXIII.

[*Corpora Angelorum qvalia*, 5. *Apparitiones Angelicæ an dentur* 18. *Mundus hypocritis plenus* 13 *Calamitatum præsentium periodi* 20. *Filii falsæ Jerusalem qvi*, 42 *Revelatores sii boni Angeli*, 47. *Condemnatio Meretricis magnæ*, 58. *Signa Bestiæ septem*, 89 *Subversio Throni ejus*, 98. *Caput Bestiæ emortuum brevi dejiciendum*, 101. *Poculum Meretricis* 112. *Venatores Bestiæ à Domino emittendi*, 114.]

QVùm Anno 1624. Januarii 16. Kohlfurto Langenoviam iter faceret, duo illi Juvenes apparere sibi antehac soliti, obviam illi facti, salutarunt, dicendo: *Det tibi Dominus gratiam & benedictionem suam.* 2 Vide ne pavescas: nos tibi de rebus antè significatis multa adhuc loqvi habemus: Attende igitur, neqve Te fraudibus mundi fascinari patere! *ne te jugulet Leo.* 3 His conticuerunt, cumqve illo ituri verterunt se, & per semitam euntem comitati sunt, latus illi claudentes utrinqve. 4 Ille verò animadvertit eos per nivem euntes nulla post se vestigia relinqvere: Dixit igitur, *Miror qvomodo fiat, ut Vos humanâ specie videam, vestigia verò humana non videam.* 5 Responderunt: *Tu corporeis nos intueris oculis, quasi homines simus: & tuis sanè in oculis humana corpora habere videmur, qvùm revera non corpora ex carne, ossibus sanguineque composita habeamus, sed corpora Spiritualia, viventes semper, morientes nunquam, stamusque coram throno Dei, & mittimur ad exsequendum mandata Domini cæli & terræ.* 6 *Ne mirere, nos more hominum vestigia non imprimere: inde potiùs collige, tu & qui hæc audient, homines nos non esse.* 7 *Sed emissos*

missos humanâ specie à Dominatore rerum, qvi sibi Cælum solium, Terram scabellum pedum suorum, nos autem Angelos ministros & vigiles posuit, qvos mittit manè & vesperi. 8 Qvùm his dictis conticescerent, interfatus est Christophorus: *Mundus ait cælum esse clausum, nec ullas ampliùs hominibus contingere Angelicas visiones:* ideò major pars ista non credit, Mosen & Prophetas se habere dictitantes. 9 Ad hæc voce severâ Spiritus: *O Germania, si tu Mosen & Prophetas haberes, & eos in Spiritu rectè intelligeres, neqvaqvam in sensum perversum incidisses! jam verò sapientes tui stulti facti sunt.* 10 *Væ tibi Germania, Plateæ tuæ plenæ sunt sanguinis, & Domus tuæ plenæ abominationis! Experieris, ô experieris, nos non esse homines, neqve cælum esse clausum.* 11 Tibi autem dictum est, nos Angelos (secundùm Scripturas) ascendere & descendere, exseqvendo munia nostra: 12 Ne patiaris tibi â Diabolo vel mundo cilicium, de qvo Tibi ante hâc diximus, obduci, ne te Leo de Tribu Juda conterat. 13 Ne insistas vestigiis hypocritarum Jerosolymitanorum, qvi ad mensam Herodis homicidæ pasci amant, qvi delectantur sanguinolentis ejus consiliis. 14 Qvæ tamen ad dimidium non perducent; Vermes venient â Domino, invadentqve corpus homicidæ istius, & Angelus Jehovæ disperdet illos, & brachium Jehovæ ad nihilum rediget illos. 15 Excitabit enim Dominus ventum, qvô afflati emorientur: *Sepulchrum eorum est furens zelus Altissimi, & à vermibus consumentur.* 16 O calamitosum tempus, qvòd homines ista credere nolunt! Sed novi nihil est. Lege Scripturas, ad qvas te manuducimus, ibi informationem certam atqve infallibilem invenies. 17 *Qvid mundus credat vel non credat, ad id tu nihil respice! etiam nos tibi de Mose & Prophetis loqvimur, ut eos audias.* 18 Qvod enim prius diximus, etiamnum dicimus; *Scripturam esse Lucem, & secundùm eam judicanda esse omnia.* 19 *Si contra Scripturas loqveremur vel contra Prophetas, & Te abduceremus à Christi merito, anathemate nos ferire, & non credere, deberes.* 20 Christophus porrò. Hæc verò calamitosa tempora qvamdiu durabunt? nihil se adhuc disponit in melius, me jam qvoqve tædia occupant. 21 Responderunt, Attende, *Tempora calamitosa cum Ortu Solis incipiunt, & cum conversione Magni Monarchæ Gentium ab Oriente finientur.* 22 Calamitosa hæc tempora pœna sunt peccatorum, prædicta â Prophetis, & ipso Christo, qvi os Veritatis est. 23 Tu angore Te ne conficias calamitatum istarum causâ: illæ enim non sunt majores Manu Domini, qvæ mutabit omnia, & hæc tempora tribulationis in tempora lætitiæ convertet. 24 Atqve tùm intonabit canticum: *Laudate Dominum omnes Gentes, & exaltate nomen ejus, qvoniam bene fecit nobis*: *glorificate nomen*

 ejus.

ejus. 25 Ideò te monemus iterum, ne te affligas, neque tædium ad cor admittas. Ecce enim brevi finientur dies mali, tu tantummodò assiduis precibus Deum de Charitate, Fide, Spe, sollicita. 26 *Aqua Tribulationum desidet, & Achabi robur sagitta à Domino emissâ elidetur: Sagitta quippe illa educet auram lenem, quæ aquas tribulationum exsiccabit.* 27 *Achab interficietur, scortatores & Idololatræ lavabunt currum ipsius, & canes mundi hujus sanguinem ejus intuentes ejulabunt: prælium amissum est, & Arcus robustorum confractus.* 28 Iterum Christophorus: Tempora ista calamitosa citóne finientur, aut diune duratura sunt? Ingentes enim per Orbem sunt querimoniæ, & annonæ caritas invalescit. 29 Illi rursus: Invalescunt utique adhuc tempora Calamitatum: sed nos tibi exiguum momentum afflictionum, famis, belli, pestis, prædiximus antea: hoc igitur impleri necessum est. 30 Sed etiam diximus, dictum iri pòst: *Beatus, qvi numerum 25 superabit, qvum magnæ Tribulationis aqvæ desidere incipient, & Arca Noë in montibus Ararat reqviescet.* 31 *Tunc sub Leone magno securum erit ingredi & egredi*, Exercitusqve Sanctorum exultabit, collaudans nomen Domini. 32 *Induratus Pharao dimisit filios Edom: sed persecutus eos denuò, prostratus est à Domino, marisqve hiatu absorptus.* 33 *Filii Moab liberati sunt, & filii Ammon transierunt rubrum flumen, qvod ex ore projecit Draco rufus: Ipsos autem obtexit ala Dei, & manus ejus conservavit eos, ut eos magnus ille & validus torrens absorbere non posset.* 34 Etiam magnæ illæ hominum qverelæ finem invenient. 35 Ne mirere: *si Germania super peccatis suis qviritata fuisset, super Ultionum gravitate qviritari & gemere non haberet necesse.* 36 *Atqvi Pater filium castigat*, qvoties in mandatis ejus ambulare intermittit: & annon tibi de magno illo Judicio, qvod haberi jam debet, dictum est? 37. *Annonæ caritatem cur miraris?* majorem etiam qvàm adhuc calamitatem venturam prænunciatum Tibi est. 38 *Clanximus enim Tubis in qvatuor mundi plagas, annuntiantes irruituras veluti armatum Exercitum calamitates.* 39 Perpende ista, præsentémqve Mundi faciem intelligere disces. 40. O si tempestivè Mundus ob peccata sua lamentari voluisset, & non lucem caliginoso intruderet cilicio, sed cilicium pænitentiæ induisset, Evangelioque crederet, lamentis hisce opus non esset. 41 *Sed majora etiam lamenta inter falsæ Spiritualis Hierosolymæ filios exorientur.*

42 Christophorus ad hæc: *Qvinam sunt isti falsæ Spiritualis Jerosolymæ filii?* non satis id capio. 43 Resp. Attende! Jerosolymæ olim erant homines, extrinsecus fucatum vitæ sanctæ splendorem edentes, intus veri hypocritæ: super qvos toties Christus *Væ, Væ*, proclamare necesse habuit.

44 Ex

44 Ex eadem progenie ſunt in moderna Spirituali Jeruſalem permulti, priſcis illis hypocriſi & fuco ſimillimi. 45 Propterea dicimus: *Qvemadmodum iſti olim Jeroſolymitani hypocritæ puniti ſunt, ita modernos terribilibus pœnis viſitatum iri.* 46 Totum antiqvæ Jeroſolymæ ſemen in falſa hac Jeruſalem diſſeminatum eſt: nec diſſeminatum duntaxat, ſed & tantâ ubertate ſuccrevit, ut fructus modernæ Jeruſalem, antiqvæ illius, jam ſolo æqvatæ, fructum longè ſuperaverint. 47. Maturuerunt fructus projecti ſeminis, dicimúſqve Tibi, *Te ex montibus perfidæ hujus novæ Jeruſalem horrendos ejulatus & clamores auditurum.* 48 Atqve cum his profundis ſermonibus tranſmittimus te ad Prophetas, Chriſtíqve & Apoſtolorum verba.

49 Me porrò, dixit Chriſtophorus, qværendi qvidpiam deſiderium tenet. Reſp. Licet, dummodò Deum timere proponas, & non homines. 50. Ille rurſum: *Homines mihi anſam præbent, ſuſurrando, Vos non eſſe bonos Angelos.* 51 Reſponderunt, ſeveritatem præ ſe ferentes: *Talibus ita loqvere: Omnia probate, qvod bonum eſt tenete.* Item: *Omnis Spiritus, qvi confitetur, qvòd Jeſus ſit Chriſtus Filius Dei, ex Deo eſt.* 52 Annon Tibi mox ab initio ad Deum ejuſque Verbum, duces fuimus? ſicut & ad pretioſum Chriſti meritum? 53 *Poteſt qvidem Satanas qvoqve, permittente Deo, in Angelum Lucis ſe transformare, & cùm ſit Apoſtata à Deo, utitur Scripturis, ſed ad fraudes, utpote Spiritus mendacii: adulterans Scripturas, prava agere docens, ut primus ejus color oſtendit, qvali machinâ primum expugnavit (Evæ) propugnaculum.* 54 Ne te igitur à Diabolo vel mundo faſcinari patere: & cuivis tali Satanæ mancipio reſponde; Diſcede à me Satan, qvoniam ſcandalo mihi es. 55 *Precibus incumbe, Scripturas lectita, illæ ſint lumen tuum: ex his intelliges tu, & quivis alius, quales nos & cujus nuntii ſimus: Angeli enim ſumus glorificantes nomen Domini.* 56 Et perrexerunt: Veniet his diebus ventus ingens, damna inflicturus paſſim. 57. Item: Stellæ duæ in Oriente ſangvineos emittent radios, altera in fontem, altera in flumen, convertentúrqve in ſangvinem. Sol & Luna convertentur qvoqve in ſangvinem, ſicut antea tibi ſignificatum.

58 *Attende, & poſtea ſcribe, qvæ ſit condemnatio Meretricis magnæ: & qvæ ſigna Beſtiæ, ex quibus indolem ipſius cognoſcas.* 59 *Rex ſine Regina, Meretrix magna, adverſus qvam Dominus voce Tubæ, voce Angeli, inſonuit, progreditúrque ſonus ille ab Oriente uſque in Occaſum.* 60 Ne hora qvidem tranſiit una, ab initio uſque adhuc, quâ non ſonuiſſet vox adverſus Meretricem magnam: etiam vox Tonitruum adverſus eam intonuit, ſicut tonitus Tubæ validæ, & ſicut fremitus Aquarum multarum, & ſicut ſtrepitus

Venti rapidissimi. 61 Tuba, tanquam à Domino inflata, frementes aquæ tanquam à Domino effusæ, velut imber lætificans, aut ros, & ventus tanquam à Domino emissus, denunciavit judicium Meretricis magnæ. 62 Audi prodigia, quæ sub Mundi Vesperam evenient, de Rege illo, qui per multa jam tempora sese extulit, faciens quidvis pro voluntate sua, & exaltans honoribus eos, à quibus tanquam Rex honoratus fuit. 63 *Facit enim quicquid vult, & honoribus mactat eos, qui se honorant tanquam Deum: dans cælum cui vult, & ad infernum detrudens obedire sibi recusantes.* 64 *Hic est ille sine Regina Rex: probibet enim quæ præcepit Deus, amorem conjugalem ferre nolens* (cum Deus virum & mulierem pariter ad imaginem suam formârit) *sed amoribus Meretricum, velut Rex sine Regina, se oblectans.* 65 *Corona ejus ex triplici materia, argento, auro, & gemmis, contexta, tripartita est: súntque tres illius partes tria tempora; Tempus, duo tempora, & dimidium temporis.* 66 *Principium ejus* 6. *medium* 6. *finis etiam* 6.

67 *Primum* 6. designat matutinum Bestiæ tempus, quô oriebatur Sol ejus, tantum ex se fulgorem emittens, ut ab illo tantùm non omnes sub cœlo stellæ repletæ fuerint: fuitque fulgor iste tam fervidus, ut arbores etiam profundo langvore prostratæ jacerent ad meridiem usque. 68 Ubi alterum 6. stat indiruptum, nec dirumpendum vel à Bestiâ vel à Meretrice. 69 Bestia hæc consilia acceptat à Dracone: sed hæc consilia ab Angelo consilii magni, veluti nebula à Sole, dispellentur. 70 Sunt enim consilia bestialia & belluina: sensum accipientia à Dracone, patrante miracula ex permissu Dei, qui solus est profunditas & longitudo, & cui soli perspectus est finis rerum omnium. 71 *Tertium* 6, est Vespera Bestiæ, ubi bestialis ejus indoles demum plenè detecta est, Meretríxque non parum confusa, & Draco suâ spe multum excidit: Flumen enim ejus Terra absorpsit. 72. *Damnationem Meretricis magnæ magnus proclamavit Angelus*, quem seqvuti alii duo Angeli, unus habens sigillum Dei vivi, quod fronti Meretricis appressit, & cordi impressit. 73. Unde venit Draconis & Meretricis furor, & data illis est potestas super Angelum hunc, usque ad tempus, tempora, & dimidium temporis, ut resisterent ei. 74. Sed venit tempus, quô ultimum illud 6. invertetur (9) ubi Meretrici triplex coronæ suæ materia dissolvetur, & tumida Meretricis Babyloniticæ superbia concidet: qvùm implebuntur dies magni numeri, nempe 2300 dies, à mane ad vesperam numerando. 75. Initium verò horum dierum illud est, quô Angelus cum Sigillo è quiete suâ evocatus, in distentum Draconis rictum manum immisit, corque ejus tetigit. 76 Tunc impura illa mulier, tanquam Meretrix,

ad

id suos fornicatores in terrâ prodiit, & fraudulentiâ fornicationis suæ, qvasi caudâ qvâdam, partem unam & partes duas stellarum post se traxit, inque Terram dejecit. 77 Angelo autem habenti sigillum magni DEI, dedit Dominus duas alas, avolavitque in sylvam præparatam sibi à Domino, velut saltum refrigerii: in quô jacet tanquam castigatus Leo, cum qvô cæteri etiam Leones lugent, ad tempus, tempora, & dimidium temporis, hoc est 1260. dies; numerando ab ipso fugæ suæ, ex sylvâ aridâ in saltum viridem, initio. 78. Sed finito 21. hebdomadarum termino, (qvæ 147 Septimanis vulgaribus æqvipollent, & in futuro Martio exibunt: finis autem dierum 1260. in Aprili decurret:) initium erit è saltu viridi in sylvam aridam venatum prodeundi. 79 Jehova enim injiciet ignem in Meridionalem opinione viridem sylvam: qvæ qvidem in humanis oculis amæniter viret, sed in oculis Domini sine radice, sine succo, sine foliis, sine tempore jam est. 80. Jam enim septima (id est ultima) contra Meretricem clanxit Tuba: & 6. ejus habet æqvales partes tres, hoc est, tria æqvalia tempora: bis 2. sunt 4. adde 2. erunt 6. 81 Clangit Tubæ sonitus: Exite, ne participetis de damnatione Meretricis: Plagæ enim illius magnæ sunt: Plagæ illius venturæ anno uno, Mense uno, die uno, & qvod magis, hora unâ id exsequetur manus Jehovæ. 82. Et mox seqvitur Angelus clamans in medio tertii 6: *Cecidit, cecidit!* ubi jam est superbia ejus? 83. *Ecce pars Coronæ illius decidet ab illa! pars altera defringetur: pars tertia eam deseret; hæc est magnæ Meretricis damnatio.* 84. *Postquam desciverit pars prima, horror invadet potentem quendam Regem, qvi nihilominus exibit, sed Eqvitatus ejus à magnâ impetetur grandine, & peditatus ejus perniciem sentiet: atqve hæc prima erit potentis illius Coronæ ruina.* 85. *Mox succedet partis secundæ confractio, & post hanc desertio Meretricis.*

86. Et exibit Juvenis, habens gladium à Jehova, qvi vocatur *Gladius sanans, qvem antecedet præacutus gladius perimens, in manum Occisoris datus:* Et iste Occisor unus est, & tamen septem sunt, unum opus exseqventes unanimiter. 87. Septem isti clangunt per dimidiam horam Pacem, & clangunt etiam ad quatuor mundi Plagas Bellum, ut detur Meretrici Magnæ Judicium ejus, qvod adversus ipsam tulit Dominus, qvia tempus jam exspiravit. 88. Septem fuerunt, qvi Aquas suas effuderunt, à quibus fæcundus factus est thronus Bestiæ: Septem etiam sunt, qui super thronum Bestiæ effundent phialas horribilium plagarum DEI, plagarum omnium, quæ scriptæ sunt in Libro.

 89 Si-

89 *Signa Beſtiæ Septem:* Primum, qvod ſit ſuperba, extollens ſe ſuper omne qvod in cælo & in terra eſt. 90 *Secundò* eſt voluntariè cæca: Lucem enim ſacco cilicino violenter intrudit, Scriptura eſt ipſius Judex. 91 *Tertiò*, non ipſa tantùm ab oculis ſuis removet lucem, ſed & ab illorum Oculis extrudit, qvi Lucis amorem ſentiunt. 92 *Qvartò*, imponit velut ingens Bellua minoribus animalibus graviſſima, inutilia, cælo nihil profutura onera. 93 *Qvintò*, Mandat invocare eos, qvi juvare non poſſunt: & adorare illos, qvi â morte liberare neqveunt; & qværere ubi nihil eſt. 94 *Sextò* adulterat Scripturas, & mandata ſua extollit ſuper Divina: ſpirat altum, & intumeſcit contra Scripturas, tanqvam ipſiſſima indurati ſeminis progenies. 95 *Septimò*, condemnat in infernum, & ex illo rursùm evocat! edicit edictum pro pecunia, canitqve canticum pro pecunia. 96 Niſi Chriſtum & Apoſtolos audiverint, *Scrutamini Scripturas*, & crediderint hac in vita in Filium Dei, manebunt utiqve inferno in æternum. 97 Probè id perpende, & lege Scripturas, diſcesqve Beſtiam probè noſſe: in Libro Scriptum exſtat de ea, de initio throni ejus, & de ruina throni ejus. 98 Ecce enim Thronus ejus igne & gladiô, plagiſqve omnigenis, ſubvertetur â Domino! Tempus calcationis 42. Menſium, ſicut & 1260. dierum, citò jam terminabitur. 99 Pariter & qvinqve Menſes Tribulationis magnæ, qvibus Leo magnâ cum patientiâ perduravit: intellige univerſum fidele & patiens Jacobæum ſemen, qvod ſub induratæ illius progeniei poteſtate, per tempus, tempora, & dimidium temporis, in tentationum igne detentum fuit. 100 At illi biberunt ex Rupe aqvarum copiam profundente, & ſanante tentationum plagas: Hæc enim eſt Rupes proferens ſolatium, opem, & liberationem. 101 *Ecce Caput morticinum conflaveſcentibus & contortis crinibus, provolat à Meridiali verſus Occaſum inclinante plagâ!* intendens poteſtati ſuæ ſubigere omnia: ſed nihil ejus præter terrorem ſupereſt, jam enim fecit qvod debuit: 102 Corpus enim ejus contremiſcet, & caput ſuum de ſe dejiciet, ipſum verò proſtratum jacebit, ſanguine ſe volutans per horas tres cum dimidia: & lugebit Beſtia, & ejulabunt, qvi ſe illi Capiti paſcendos commiſerant. 103 Caput autem turbinis inſtar ſe jactabit, & horrorem multis incutiet: ſed paratum illi eſt ſepulchrum inter duas rupes. 104 *In die funerationis ejus ruet Vir quidam in gladium proprium, propterea quòd eum adverſus quandam innocentem animam evaginavit, & paſtus fuit cibô Beſtiæ, quem ipſa evomuerat, pro ſingularibus habens delicias: cùm tamen hoc ipſo indigeſto cibo Beſtiæ corpus agitatum fuerit,*

fuerit, ut caput suum retinere non posset. 105 Caput proinde istud mortuum jam est, super qvod Meretrix horrore coram Domino perculsa & obstupefacta stabit. 106 Nam Leo prævalidè adversus caput hoc rugit, qvod pastum Bestiæ suppeditabat, per tempus, tempora, & dimidium temporis; habetqve porrò ad clausulam 2300. dies, postea finis erit, qvi in medium illorum ter 2. (trium æqvalium temporum) veniet. 107 Qvibus adde 2300 (erit 2900) auferqve iterum nullas (o--o) remanebit 29, verum ostendens exitum omnium horum, qvæ tibi loqvimur! 108 Ecce loqvimur de magna illa Bellua, recumbente in monte qvodam ad mare sito! 109 Hæc Bellua est, qvia belluinum habet cor, & belluinas fert leges, & vivit ut bellua. 110 Hæc venam è proprio corpore extractam dimisit inter Principes & Magnates, qvasi rem sacratissimam: Sed in venâ illâ nati sunt vermes, & nascentur porrò, eamqve perforabunt penitùs: 111 Et derelinqvent hanc Bestiam vires, robur, gloria, pompa, & insignes divitiæ suæ. 112 Bestia hæc, insidensqve illi Meretrix, Poculum habet, ex qvo potum præbet triplici modô: *primò* blandis & mellitis sermonibus; *Secundò*, muneribus & honorariis. 113 Qvi verò duplici hôc mediô ut bibat allici non patitur, is demum qvid illa sciat & possit experiri necesse habet: nempe coactiones, torturas, neces, & alia malignæ bestialitatis facinora. 114 O Tu superba, & supra omnem modum fastu inflata Bellua, Venatores tui â Domino emissi ecce jam adventant! conculcaturi, sicuti tu conculcabas; & territaturi, sicuti tu territabas; & persecuturi, sicuti tu perseqvebaris: & prædaturi Te, sicuti tu prædabaris; & gavisuri super te, sicuti Tu gaudere solita fuisti de aliis. 115 Ecce mysteria, resqve absconditas tibi loqvimur! Consigna eas diligenter, & nos te iterum visitabimus. 116 Sed cave nos qvæstiunculis lacessas, ne te prosternat Leo de Tribu Juda. 117 Utqve certior existas, non malos esse nos sed bonos Angelos, relinqvimus Tibi hoc dictum: *Sic Deus dilexit Mundum* &c. 118 Tùm additô: *Discede in pace DEI*, disparuerunt.

CAP. XXIV.

Cap. XXIV.

[De Diluvio iræ triduanum colloqvium 2. Plenior Bestiæ & Meretricis descriptio, 10. Septem Tubæ clangunt, 24. Septemqve Tonitrua loqvuntur, 54. Interspergutur tria VÆ super Bestiam 38, 44, & 79. Visio magnæ Navis, qvasi mergentis, & mox liberatæ, 114. Leonisqve quadricipitis, 122.]

EJusdem Anni, Aprilis 11. Sprotaviâ Saganum tendentem accesserunt iidem, salutem impertiti his verbis: Qvi surrexit â mortuis Christus Jesus, det tibi pacem, gratiam, benedictionem! Tu autem resuscitatum Dominum adora, & diligenter attende! 2 Ventus â qvatuor mundi plagis in unum coëgit validas Nubes, ex qvibus magna fulgura, terribilia fulmina, horrendiqve Terræ motus provenient. 3 *O qvanti imbres, & grandines, lapidesqve tanquam centumpondia, ruent, & irruerunt jam, ruentqve subitò, Gladius, Ignis, Sanguis.* 4 Gladius expolitus & in manum percussoribus datus, percutere debet, multumqve sanguinis effundere. 5 Gladius hic properat in sylvam aridam, cædit ac secat indiscriminatim: Ignis verò vim habet urendi, & circa se omnia vastandi, ut diluvium solet. 6 Gladius hic ille est, de qvô jam ante diximus Tibi: & Diluvium hoc illud de qvo diximus. 7 Ab Oriente & Septentrione veniet utrumqve id: nos igitur te ad ea, qvæ supra de his dicta sunt, remittimus. 8 Nunc per tres continuos dies tibi loqvi habemus, cras facturi initium.

9 Ergò Aprilis 12. & 13. reversi (juxta condictum) in campum ita compellârunt: 10 Attende summâ diligentiâ, qvid tibi de Bestia illa porrò loqvuturi sumus. 11 Bestia ex Abysso progressa monstrosa est Bellua: licet bellua videri non vult, est tamen: habens capita septem & cornua decem: qvi septem & decem cornua sustentant. 12 Et Mulier magnæ fornicationis insidens Bestiæ tendit ad abyssum, Poculum abominationis habens in manu sua, in qvod Bestia illa impuram suam aqvam, (sicut impurum pecus) immisit. 13 Ex hoc blasphemiæ poculo, cui Bestia impuram suam immisit aqvam, biberunt Reges Terræ, & inebriati sunt, abieruntqve ut Bellum gererent cum Agno, & debellarent eum. 14 Sunt enim mancipia Bestiæ, qvibus illa innixa confidit robori suo: hæc sunt septem illa ejus capita & decem cornua. 15 Septem qvoque Capita sunt septem montes, super qvos Bestia pascitur, ex qvibus accipit robur, qvibus impinguata, eluxuriata, & inflata, facta est. 16 Propterea Dominus qvendam emittit, atqve is jam in via est, qvi

qvi Beſtiam mactabit, & pinguedinem ejus inter pauperes dividet: Ita enim mandavit Dominus. 17. Bibit autem hæc ipſa Beſtia de aquis illis multis, ſuper quas ſedet Mulier: ſed Jehova excitabit ab Oriente & Septentrione ventos, qui aquas illas ſpatio temporis, temporum, & dimidii temporis, exſiccabunt. 18 Continebit enim Jehova omnem pluviam & rorem per 42 Menſes, hoc eſt tres annos cum dimidio: eritque ſiccitas magna, per quam etiam impuræ illius Mulieris ubera exareſcent, ut Reges Terræ amplius lactare, & lacte fornicationis ſuæ exhilarare, nequeat. 19 *Lac Tuum, ô Beſtia, in ſangvinem converſum eſt! Paſcua Tua, ô pecus, adimentur tibi jam citò!* 20 *Qvinqve Montes tui ſubverſi, & in vallem Jehovæ præcipitati ſunt; in quibus Tu per tempus, tempora, & dimidium temporis, paſcua Tua habuiſti, & paviſti te uſqve ad ſatietatem & pinguedinem.* 21 *Sed Venæ corporis Tui diruptæ ſunt: nemo eſt, qvi ſanare Te poſſit, qvia vulneravit Te Dominus.* 22 *Unus ex poſtremis duobus Montibus ad exiguum tempus Te pavit, ſed & ipſe jam qvoqve in vallem Jehovæ dejectus eſt: pavit Te, cogitavitqve tibi benè in futurum proſpicere, tibiqve offerre Montem alium, qvò paſcereris.* 23 *Sed Mons iſte ita te amat, ut te ad ſepulchrum etiam tuum delaturus ſit: paſcit enim te pro tuo velle, & omnem potentiam ſuam tradit Tibi, parantque cum illo reliqva etiam decem cornua prodire ad perſeqvendum eos qui Agnum ſeqvi volunt, non exiguo ob id terrore perculſos.*

24 Sed habet etiam Agnus ſeptem cornua, & loqvitur ad ſeptem, ut ſe præparent celeriter, Tubiſque clangant. 25 *Prima Tuba: Ah væ, lamenta, & luctuoſa tempora!* 26. Primus clanxit, & tamen nondum clanxit, clanget demum ſuper Terram grandinem, ignem & ſangvinem: Ab iſto clangore tertia pars magnæ Arboris & apparenter viridis graminis, qvaſi ambuſta reddetur. 27 *Secunda Tuba: Ah væ, lamenta, & luctuoſa tempora!* 28 Secundus etiam clanxit, & clangere demùm debet, à qvô clangore mons qvidam in vallem Domini præcipitabitur & ardebit ſicut ignis, mutabitqve aqvas, de qvibus Beſtia bibit, in ſangvinem. 29. Et morietur juxta Beſtiam tertia pars Piſcium in mari, qvi reti Evangelii capi noluerunt: ſimiliterqve tertia Navium pars mergetur, qvæ in gratiam Beſtiæ navigationes ſuſcipiebant. 30 *Tertia Tuba, Ah væ, lamenta, & luctuoſa tempora.* 31 Tertius etiam clanxit demumqve clangere debet, & cadet de cœlo Stella magna, lucem de ſe ſparſura eximiæ facis inſtar, fulgoreqve ſuo penetratura fluviorum alveos, & fontium profunditates, convertetqve tertiam partem aquarum Beſtiæ in abſynthium! 32 Eſt enim & vocatur *Stella Abſynthii*, & vocatur etiam *Væ*: qvia Væ inducet in thronum Beſtiæ, & eos qvi puteum fodiebant Beſtiæ, & non

Agno. 33 Multi autem sub tempus clangoris istius in grave deliqvium incident: multi etiam ab aquarum amaritudine morientur.

34 *Quarta Tuba: Ah Væ, lamenta, & luctuosa tempora!* 35 Qvartus etiam clanxit, demumqve clanget: qvô clangore percutietur tertia portio Solis Bestiæ, & Luna ac Stellæ splendentes tertiæ partis Bestiæ tenebrescent. 36 Et qvod majus est, neqve nox neqve dies lucebit Bestiæ, tertia pars ita obtenebrabitur. *Ah væ, lamenta, & luctuosa tempora!* 37 *Ah* attende, & audi diligenter! Angelus volavit per medium cæli, clamans voce Tonitrui: Fulminavit jam dudum, extollens vocem suam ad omnes terræ habitatores, Væ, Væ, Væ! 38 *Væ primum*, qvando primum illud 6. (intellige ex illis 666.) divisum fuerit, sed divisum jam est, & dividetur citò, in 1. & in 2. & in 3. 39 Divisum jam semel est tunc, qvùm ingressus est Leo in Domum illam, cujus parietes tremunt. 40. Non præviderat enim morsum Serpentis, & quod à tetrâ illâ Bestiâ persequendus adeò esset: ex quo prodiit Væ super illos qui Agnum secuti sunt. 41 Sed ille morsum hunc patienter fert, neque nimios sentit dolores, acceptis refrigerantibus, ab Oriente & Septentrione, emplastris. 42 Hoc est primum illud Væ, quod se per quatuor mundi plagas diffundit, etiam super maria & aquas, & tangit ipsum Solem, Lunam & Stellas, divitesque hujus mundi. 43. Qvàm mirabiliter implentur mysteria operum Dei! 44 *Væ secundum est*, quod per Orbis medium transit, tanquam grave ferreum jugum: & hoc Væ tantum est, quantum non fuit, ex quô Terram inhabitare cæperunt homines. 45. Alterum enim 6. locô suô dejici oportet. 46 Istud Væ jam venit, & tamen nondum venit, sed veniet celeriter ac subitò. 47 Nam illud 6. jam per 9. usque ad 8. & quod magis à 7. usque ad 6., dejectum est. 48 Idque per lapides ingentes veluti centenarios; & velut lapides molares, conterentes omnia quæ conteri mandavit Dominus. 49 Et veluti per Angelos fortes à Domino potentiam robur & fortitudinem habentes ad infligendum Bestiæ plagas magnas, quæ tamen rursus consanatæ fuerunt. 50 Attende!

1329.
1428. } circa hæc tempora evenire necesse est, septem
1527. } annis ante, & tribus annis post.
1626.

51 Numeri continent singuli 42, hôc modô dispositi:

13	14	15	16
29	28	27	26
42	42	42	42

52 Nunc

52 Nunc autem Bestiæ plaga infligetur talis, qvæ sanari non poterit:
Juravit enim Angelus non futurum jam amplius tempus, præter tempus
unum, duo tempora, & dimidium temporis. 53 Jam audientur Voces,
Tonitrua, Terræque motus: & Væ secundum ruit valido cum impetu,
nempe evomitionis tempus. (Apoc. 3. 16.) Exite qvi non vultus evomi.
54 Aspice & attende! *Diebus istis loquuntur septem Tonitrua, qvorum voces*
obsignatæ fuerunt usqve ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.
55 Tonitru primum: *Non timeo*, inqvit Meretrix: *Sedeo Regina, &*
Viduitatem non videbo. 56. Resp. Nos autem Tibi dicimus, Te esse ma-
ledicti Regis filiam, sororem Jesabel, qvæ servos meos doces fornicari,
& sacrificare Idolis: ipsa vero in sepulcro adulterii profundè sepulta hæres.
57 Propterea veniet super Te ille, qvi fidem servavit mihi, qvousqve
non venero. 58 Huic ego virgam ferream dabo in manus, & conteram
tibi omnia cornua tua. 59 Cecidisti enim, & cadere habes subitò.
60 Tonitru secundum: *Ego qvicqvid volo possideo*, inqvit Meretrix:
Sedeo enim super aqvas, & lavo splendidè. 61 Resp. Ah! novi ego ubi tu
habites! In Satanæ throno est habitaculum tuum. Habes doctrinam Ba-
laami, compellis edere immolata idolis, & scortaris perpetuò, fucatam
agens pœnitentiam. 62. Sed Dominus qvi pugnavit contra Te gladiò
Oris sui, ille idem Dominus gladiò Te prosternet: ille faciet hoc!
63 Qui vicerit, ei Dominus dabit edendum de mannâ forti, ex qvâ acci-
piet robur & fortitudinem, & prosternet te humi: qvemadmodum facie-
bas Tu aliis, ita faciet Dominus Tibi. 64 Tu interfecisti duos fideles
Testes, sed ipsi adipiscentur nomen novum, qvod Tu non nosti: Tu
enim indurata es, qvemadmodum frater tuus, qvi in rubrò suò lavacrò
Tibi à Domino paratò, submersus est. 65. Lava proinde Tu tantum
splendidè! invenientur qvi te siccabunt, jamque veniunt, ab Oriente &
Aqvilone.
66 Tonitru tertium: *Ego vivo, inqvit Meretrix, & non sum mortua,*
percutio anathemate qvem volo, qvis mihi similis est? 67 Resp. Tu vivere
te dicis, cùm sis mortua, & ad mortem ducas illos, qvos vitæ desiderium
tenet? hos tu detines in carcere, neqve adhuc pænitentiam agis. 68 Sed
ecce ego veniam super Te sicut fur, horâ qvam tu non nosti: etiamsi tu
anathemate percutias qvemcunqve vis, neminemque tibi esse similem
arbitreris. 69 Qvi vicerit, ei dabo stolam candidam, & mittam eum
super te, ut cognoscas me esse illum qui te prosterno.
70 Tonitru quartum: *Ego sum dives, & potens, & nihil est qvod desi-*
derem, abundo enim omnibus. 71 Resp. Ah divitiæ tuæ sunt sicut gramen

campi, & potentia tua ſicut nihil. 72 Qvicqvid enim habes, non tuum eſt: Cornua tua id Tibi ſubminiſtrârunt, eadem â te repetent, & te deſertam, opibuſqve ſpoliatam, pauperem, nudam, miſeram, relinqvent. 73 Tam pauper es Tu, ut dici non poſſit: & tamen ais, Omnium abunde habeo, cùm habeas nihil. 74 Non enim emiſti tibi aurum juxta conſilium meum, ſed juxta arbitratum tuum: dicis te abundè habere, cùm tibi non emeris aurum perpurgatum ex theſauro meo, ſiſqve mendax. 75 Propterea detegam pudenda tua, ut ea videant omnes ſuper Terram Nationes, juvenes & virgines: & qvi te ſanabant, iidem Tibi rurſum vulnera infligent. 76 *Decem cornua Tua excitabo contra te, qvi carnem tuam vorabunt tanqvam rabioſi famelici canes*: qvia noluiſti venire ad Cænam meam, ſed pulſas fores illas, ubi nulla eſt apertio. 77 Ideò te comburam igne, & dabo tibi mercedem, quam prænuntiari Tibi juſſi per Verbum meum. 78 Sed tamen inunge co tuum, & protere oculos tuos Scripturis Propheticis, Chriſti, & Apoſtolicis: hoc tibi â me ſit conſilium.

79 Audi jam *Væ tertium*, quod venit & tamen nondum venit, ſed veniet ſubitò: qvia inverſio tertii 6. appropinquat validè. 80. Væ habitantibus in Meridie! Væ montibus illis, ſuper quos paſta fuit Beſtia, quibus immiſit impuram ſuam aqvam! Væ montibus illis, Væ & ipſi Beſtiæ! 81 Excitabit enim Dominus montem unum adverſus alterum: ſeptem cornua Agni perforabunt montes iſtos magnos, perdenturqve & peribunt Beſtiæ paſcua ſua. 82 Magnuſqve Agni mons exſiccabit magnas iſtas Aqvas, ſuper qvas Meretrix ſedet: nempe magnos Populos, & Gentium multitudinem, qvas conturbabit Dominus, ut cæpta exſeqvi non poſſint. 83 Nam præ manibus eſt tempus, ut invertatur tertium 6: & tunc fient Fulgura, Grandines, & ingentes Terræ motus. 84 Aquæ enim, ſuper quas ſedet Meretrix, circumfuderunt eam, & ipſa implevit eas ſcortatione ſuâ, & eò deduxit, ut ſuſciperent prælia contra Agnum, animo debellandi Eum & ſemen ejus. 85 Mulier hæc inequitat Beſtiæ decem cornuum, qvorum robori innititur: ſed Cornua illam deſerent, vaſtabunt, perdent. 86 *Ibit tamen adhuc Mulier, reliqvias ſeminis Agni oppugnatum, ut eas perdat: Venietque adhuc terricula qvædam ſuper eos, qui Agnum ſeqvuntur.* 87 *Sed Agnus habet invicta ſeptem cornua, & ſeptem Oculos:* (1) Dominus & Rex Regum omnium (2) Dominus cujus manui incluſa ſunt omnia. (3) Dominus juſtitiæ. (4) Dominus roboris. (5) Dominus qvi verax eſt, implens ea qvæ revelat ſervis ſuis. (6) Dominus Admirabilis, plenus ſapientiæ. (7) Dominus omnipotens, horren-

horrendus robore, potens facere, quæ vult, omnia. 88 Habet etiam
Agnus *Septem Oculos*, quibus aſpicit humiles, & erigit pauperes, & in-
tuetur omne quod elatum eſt coram mundo, ut confundat illud. 89 A-
perit & *Septem Sigilla*, recluditqve myſteria magna. 90 *Prodigium in
Terris magnum! Agnus cum Septem Cornibus vincit Beſtiam cum decem Cor-
nibus.* 91 Majus adhuc prodigium! Draco emiſit ignem velut torren-
tem ad abſorbendum mulierem habentem puerulum innocentem, cum quo
profugit, geſtata ſub alis Jehovæ, in locum, ubi Dominus viduæ cuidam
alere ipſam mandavit, ad tempus, tempora, & dimidium temporis. 92. Re-
dibitqve, geſtata alis Jehovæ, in Domum illam cujus parietes tremunt.
Ideò calamitates valido impetu ruunt adhuc.

[N. B. Hæc loqvuti fuere Juvenes, totidem verbis, 12. & 13. Apri-
lis: quæ autem ſeqvuntur, tantum decimâ tertiâ].

93 Attende porrò, & audi tres illos, qvi adhuc Tubis clangere debent.

94 *Qvinta Tuba!* Primus eorum clamxit: & ecce miræ magnitudi-
nis ſtella decidit in Terram, attulitqve multitudinem vermium, ad
pungendum & affligendum homines Menſibus qvadraginta duobus.
95 Multiformis hæc afflictio, qvam attulit ſtella, deſcribi non poteſt:
plagæ enim, de qvibus Tibi antea dictum, jam venient cum impetu.

96 *Sexta Tuba!* Secundus clanxit: & â clangore illius ſolventur qua-
tuor illi Angeli ad magnum flumen Euphraten ligati. 97 Nam cin-
gulum & vinculum illud, qvô ligati fuerant, computruit: En jam li-
beri ſunt, jam prodeunt in ſuperficiem terræ, parati ad horam, &
diem, & menſem, & annum, ad opus unanime cum Septentrionalibus
exſeqvendum: qvia Poculum iræ ſuper thronum Beſtiæ effuſum eſt.
98 Attende & audi! Primus clangor (qvintæ ſcilicet Tubæ) adferet la-
mentabiles plagas: ſecundus (ſextæ Tubæ) nihil boni, qvùm adventa-
bunt illa millena millia, de qvibus prædictum Tibi eſt.

99 *Septima Tuba!* Sed nolite triſtari Vos, qvi ſeqvuti eſtis Agnum!
Clanxit enim tertius, venitqve tempus ut clangat, & audiantur voces,
& accipiat Agnus, qui vicit, potentiam, divitias, ſapientiam, robur,
honorem, & gloriam in Terris. 100 Proinde ne metuatis! Vicit Leo,
qvi aperire poteſt 7. ſigilla, & effundere jubet 7. phialas iræ ſuæ.

101 Tonitru qvintum: *Ego ſum ſtella inſignis, qvis deturbabit me?*
102. Reſp. Jehova id faciet robore ſuo, ab Oriente & Septentrione.
Hi enim ſunt ſervi mei, exſeqventes mandatum meum. 103 Qvamvis
Tu Tibi ſedem altè poſuiſti, deturbari tamen debes: qvamvis Tu ſuper-
ba ſis, docebunt Te tamen humilitatem ſervi mei. 104 Gladius enim

expolitus eſt & exacutus, & cædit in ſylvâ ut ſecuris ligna: ab Ortu Occaſu, Meridie, & Septentrione, reſonat Gladius, inſtar Tubæ to nantis. 105 Trajicientqve ſe invicem illi qvatuor Gladii ita, quomo do ventus turbinis pulverem trajectat, Orientalis tamen & Septentrio nalis gladius reportabunt Victoriam, juxta verbum Domini:

106 Tonitru ſextum: *Paveſco ſtellam iſtam magnam*: (vox eſt Ec cleſiæ.) 107 Reſp. Ne paveas! Ego ſtellam hanc, qvamtumvis magn & potens ſit, impetuoſo turbine deturbabo. 108 Pugnabo enim ad verſus illam, & mittam ſuper eam ignem furoris mei, & conteram ſicut conterere ſolet prædam ſuam Leo: Et perſeqvar eam, ſicut Vena tor perſeqvitur feram, conſternationem & metum immittam ei: 10 *Qvi eam fulciunt, hos ego dementabo, & confundam, & permutabo ipſis cl ves, & percutiam ipſos cæcitate, ut non videant Venatorem, qvem ſuper e mitto.* 110 Maledictus ſit qvi ſervit Idolis, & non agit pænitentiam.

111 Tonitru ſeptimum: *Exultate jam cæli: Stella amiſit fulgorem ſuum* 112 O Tu ſplendida ſtella, qvomodo ſic cecidiſti? qvomodo amiſiſ ſplendorem Tuum? Qvomodo ſtella veſpertina facta es, qvæ pri fulgida, meridialiſqve ſtella eras? Ecce Dominus deturbavit Te! 11 Atqve cum iſtis Sermonibus eôdem Te remittimus, qvô ante. Cras au tem plura Tibi ſignificabimus.

114 Poſtridie igitur (Aprilis 14) reverſi ad ipſum dixerunt. *N metuas, nihil Tibi mali eveniet.* 115 Et mox eô momentô delatus e Chriſtophorus (cum utroqve illo comite ſuo) in Navim qvandam inge tem, ſenſitqve ſe velocitatè ſummâ ferri, nihil præter aqvam circa videns. 116 Cum autem Navis illius magnitudinem admiraretur, in ſperatò ſe in aqvâ cingulotenus ſtantem conſpexit, adeò multum aqv Navis hauſerat: Ille autem de ſiccandis rurſum veſtimentis ſollicitu eſſe cæpit. 117 Sed ecce conſpexit ſe cum Navi ſuâ ad ipſiſſimu littus, ſupra littus autem Rupem horrendam, & circa illam hominu multitudinem, ſupra & infra illam cædentium, magnaqve ſaxa devol ventium. 118 Donec & ipſa tandem Rupes ſuffoſſa undiqve in Aqua caderet, tantô impetu, ut ſe prorsùs unâ cum Navi ſubverti Chriſtoph rus putaret: Sed ecce mox ſe littori expoſitum vidit.

119 Ab hâc ecſtaſi ſibi redditus vidit ſe ad Saganum conſtitutum (t bus â priori loco milliaribus) idqve manè Aprilis 15. circa hora qvartam. 120 Et dixerunt ad ipſum Juvenes: *Qualis in Navi condi Tua fuit, talis erit, cum ingens illa & dura Rupes in profundum cade quæ inter cadendum tantum excitabit terrorem, ut multi examinentur, ja demù*

demùm perire ſe putantes. 121 *Sed eò ipſò Navicula hæc, qvam obruendo mergere tentabat Rupes, liberabitur. Perpende hæc qvæ vidiſti!*

122 Et mox rurſum conſpexit *Leonem* qvadricipitem, in cujus capite primo ſtabant *tres arbuſculæ*, ſpecioſos ferentes pomorum fructus. 123 In ſecundo ſtabant *tres Herbæ*, aſpectu amæniſſimæ. 124 In tertio rurſum *tres Arbuſculæ*, cum pulcherrimis roſis. 125 In qvarto capite viſi ſunt *tres tori graminis*, tantâ amænitate, ut Chriſtophorus aſpectu eorum ſatiari non potuerit. 126 Hac enim cum Viſione dies & nox inobſervatè tranſmiſſa ſunt, ut nullum noctis tranſeuntis indicium animadverteret.

Cap. XXV.

[*Viſio trium Columnarum*, 2. *& Domûs magnæ, extra qvidem ſpecioſæ, intùs verò Serpentibus ſcatentis*, 14: *Sed à Leone repurgatæ*, 20. *Et ab Adoleſcente qvodam illuminatæ*, 25.]

MAji 12 redierunt ambo, illi dicentes: Attende Chriſtophore, & nihil metue. 2 Et ſubitò vidit tres columnas: unam ante ſe lapideam, duas ad latera illi habentes Roſas aſpectu valdè pulchras. 3 Et dixerunt illi: *Tange Roſam illam in columnâ ſiniſtra.* 4 Qvod cùm feciſſet, mox Roſa illa cæpit circa Columnam currere, magni Solis inſtar, idqve velociſſimè: ſed Roſa alterius columnæ ſtetit immotè. 5 Media verò Columna ſtabat ante illum cum appenſa ſibi Tabula, depicta per margines characteribus Latinis undiqve. 6 Supremè ſtabant hæc verba: *Magnus eſt Dominus, qvi eam judicat*; Infimè: *Ego tibi trado poculum iræ*; ab uno latere, *Sanguinem, Ignem, Gladium*; ab altero: *Sulphur, Mortem, & Interitum.* 7 Mediæ ſuperficiei Tabulæ inſculpti viſebantur homines adorantes Idola, ſimulacra, Beſtiaſqve tetras, ceu cacodæmones. 8 Illo verò iſta intuente, & perpendente, venit inſperatò procella venti, qvò Tabula iſta in alteram partem converſa eandem planè repræſentabat ſui faciem. 9 Durante hoc ſpectaculo dicebant illi Juvenes vel ſepties: *Aſpice, & diligenter attende!* 10 Cumqve ſeptimâ vice id repeterent, venit procelloſi venti impetus, Columnamqve evertit funditùs. 11 Qvæ cùm caderet mihi non aliter erat, qvàm illam me obtrituram eſſe: Vertit ſe tamen, & recidit in Mediem. 12 Et mox ab illâ exiit nebula & fumus ingens, ad cælos uſqve aſcendens: reliqvæ autem duæ columnæ ſtabant immotæ. 13 Juvenes autem ad me! *Seqvere nos, nihil Tibi mali accidet.*

14 De-

14 Deduxerunt itaqve me in Domum qvandam magnam & amplam, tamqve extrinsecùs speciosam, ut verbis explicare neqveam. 15 Sed intus tantâ scatebat Serpentum, ranarum, aliorumque reptilium, etiam mihi ignotorum, multitudine, virulentoqve ab illis prodeunte halitu, ut langvorem animi, deliqviumqve pati viderer. 16 Sed illi ambo dextras suas fronti meæ imposuerunt, & recepi vires. 17 Conspexiqve Serpentes illos mutatos in Homines, habitu diversô, Ecclesiastico & Politico. 18 Habueruntque inter se Libros qvasi inversos, & in medio Librum peculiarem, albô & cæruleô involutum linteô. 19 Super qvô altercabantur tam diu, donec ad verbera veniendo se invicem morderent, ac laniarent ut canes: duravitque conflictus ille in Domo illâ extrinsecùs speciosa, horas circiter tres. 20 Et venit Leo, virgam habens ferream, percussitqve eos in universum omnes, ut prostrati jacerent semimortui. 21 Nonnulli tamen recollegerunt se: & qvia ibi Serpens erat humano capite, geminâque caudâ, accesserunt eum, accusantes Leonem. 22 Serpens ergò erectô Capite emisit velociter flumen. 23 Sed Leo saltu transtulit post Arborem qvandam triangulam, cujus anguli gladiorum instar acuti flumen intercidebant, ut Leonem attingere & lædere non posset. 24 Arbor verò illa excrevit subitò in proceritatem magnam. Leo itidem factus major discussit Serpentis caput, geminamque illius caudam discerpsit. 25 Et Adolescens qvidam formosus per medium Domûs volans illuminavit eam intus totam. 26 Mirabar autem incredibilem ejus (Adolescentis) formositatem: nec minor erat Domûs ipsius majestas, quæ jam intrinsecâ facie exteriorem illam speciem longè superabat. 27 Tum ad me Juvenes: *Attende, qvæ de Visionibus hisce Tibi dicturi jam sumus!* 28 Tempus enim præteriit, & ad exitum properant omnia: & utriusque hujus Visionis sensus idem est: Factum est, nec tamen adhuc factum est, sed fiet brevi. 29 Cras ad te ex Altissimi consilio redibimus, loqvuturi Tibi de Mysteriis in hisce Visionibus absconditis. 30. Tu verò ne differas omnia hæc consignare, ut ne virulentus halitus Te qvoque corripiat: & ora in Christi nomine, per quem exauditurum se promisit Pater, ut gaudium tuum compleri possit: & glorifica Nomen Dei. His dictis à me discesserunt.

CAP. XXVI.

[...tio *Visionis trium columnarum, de diversitate Religionum inter Christianos, 2: qvomodo tolerent, licet Deus toleret omnes, 3. Pii omnes ubiqve (per columnam primam, con-...s, repræsentati) placent Deo, 18. Vertumni displicent, purgandi tamen ab Apostasia ...tate sua, 20. Columna media Babylonicas abominationes detegit, horrendumqve in eos ...m Dei, 28. Eqvus ferox Babyloni succurrere cupiens transfoditur. 65. Ursus & Echinus, Juncius cum sigillo magno, 73. Infans ad Baptismum invitatus, 78.*]

...ie igitur seqventi (13. Maji) reversi hortabantur seriò: *Audi qvæ ...mus dicturi!* nihil audies enim contra Scripturas, sed ex ipsis Scri-...
2 Lege Scripturas, & implora Spiritum Sapientiæ, & cogno-...
...vid sint tres istæ columnæ, sicut & Domus illa hypocritarum, ...
...mô ferè omnia sunt obvelata, qvæ Spiritualis Sodomæ nomine ve-...
3 Dominus totius Terræ Judex facit Solem suum lucere super ...
...: injustos, & pluviam suam pluere super bonos & malos. 4 Tres ...
...stas columnas stare permittit, & confert unicuiqve proprium ro-...
...nsistendi fundamento suo: utqve stent penes se invicem, & altera ...
...i fere necesse habeat, volens nolens. 5 Dicimus proinde, mise-...
...per omnes miserias hanc esse sub Sole, quòd Cain Abelem tolerare ...
...t, sed prehendens clavam procurrit in campum, patratqve parri-...
... 6 Sed heus tu! Te & fratrem tuum creavit Dominus! Te & ...
...i tuum redemit Dominus! Te & fratrem tuum sanctificavit Do-...
... & in Templum ac habitaculum Deo Spiritui Sancto ædificavit: ...
...u id destruere noli. 7 Nam ecce sanguis Abel clamat ad me! & ego ...
...m, Tibi verò Judicium dabo pronuntiatum verbo meo. 8 *Scribe!* ...
...omnibus Scriptura sententiam edicit, ut bibant ex calice ire & furo-...
...ini Exercituum. 9 *Scribe etiam!* Qvisqvis ad Dominum Exerci-...
...: converterit, non ejicietur. 10 *Scribe!* Qvisqvis ad Dominum ...
...venerit, huic ille dabit potestatem, magnam secum cænam celebran-...
...i apponetur incorruptibilis Manna, qvam nec tineæ, nec vermes, ...
...e & corrumpere possunt: Et ubi apponetur purissimè limpida

Cænam Apoſtoli poſt effuſum Spiritum Sanctum. 14 Atque hæc Cæna diebus & horis ſingulis celebratur adhùc ab iis, qvi firmum ſermonem Propheticum tenent, & qvi ſurgentes egrediuntur, ne fiant participes Plagarum, quas mittendas eſſe ſuper Meretricem Babylonicam in libro ſcriptum exſtat. 15 Scribe! Lætam habebunt Cænam omnes, qui perſeverabunt: Cæna enim magna eſt, claudi & manci ſanati ſunt. 16 Scribe! Sani in oculis mundi claudi ſunt, & hypocriticam agunt pænitentiam. 17 Scribe! Sani ſunt ægroti, nolunt venire ad Cænam: Nam abierunt intra ſepes hujus Mundi, & occultarunt ſe intra vepreta, & jacent in plateis Civitatis magnæ, qvæ dicitur ſpiritualis Sodoma. 18 Scribe! Cæci viſum receperunt, Chriſtus enim eſt lumen illorum, & ſtella Jacob orta illis eſt, & jubar auroræ excitavit eos, & Sol juſtitiæ colluſtravit eos: ideò proſpexerunt, & contemnunt tenebras hujus mundi. 19 Scribe! Ad hanc Cænam non veniet Iſmael, utpote irriſor, qvia ſpinæ hujus mundi, & divitiæ ejus magnæ, retrahunt eum, & Civitas magna eum tenet dementatum. 20 Qvæ tamen cum fumo tranſibit, & ſicut fænum ac ſtramen igne abſumetur, unâ cum omnibus iis, qvi repræſentati ſunt per ſiniſtram Columnam: 21 In qvâ Roſam æqvè ut in alterâ vidiſti, ſed qvam ſimul atque tetigiſti, mox ſe agitabat, tandem tamen conſtitit. 22 Significat hoc, remanſuros eſſe homines, qvi à fornicationibus ſuis & veneficiis reſipiſcent: & hi ſunt illi, qvi in aqvâ hypocriſeos lavarunt. 23 Sed Dominus inqvit: Novi Te optimè, & ſcio hypocriſin tuam optimè: & qvid redoleas, ſentio optimè. 24 Delatus enim eſt ad me infamis de te rumor, & ego revelabo turpitudinem tuam, & abluam calcem fuci & hypocriſeos tuæ, qvâ incruſtatus es, veluti incruſtatus dealbatuſqve paries; Abluam dico pluviâ & rore. 25. Et mittam Ego JEHOVA lotores meos ſuper te, & tradam illis ſmegma verbi mei in manus, & lavari te mandabo: cognoſceſqve me eſſe JEHOVAM, qvi qvidqvid dico fit, & qvicqvid jubeo comparet. 26 Et Ego JEHOVA excitavi ventum meum adversùs Columnam mediam, & Tabula ejus invertit ſe: utrobiqve tamen, ut vidiſti, ſui ſimilis. 27 Nempe, *Magnus eſt Judex qvi judicabit Eam, mercedemqve illi dabit ſecundum merita ſua:* digna enim eſt, qvoniam non vult reſipiſcere, ſed antiqvum obtinet, nec recedit ab Idololatriâ ſuâ. 28 Audi & attende! qvid tibi de mediâ iſtâ Columnâ narraturi ſumus: qvia magnum myſterium illud eſt magnæ Urbis Babylon, & magnæ Meretricis, ejuſqve Judicii. 29. Columnam hanc æqvaliter cum cæteris ſtantem vidiſti, ſed in eâ figuram Tabulæ qvadratæ, cum inſcriptione magni Judicis: *Magnus eſt Dominus, qvi judicabit eam.* 30 Magnus

gnus est Dominus hic ab initio, & extra illum nihil est magnum: Magnus ipse est, & habet vias mirabiles, qvas observat. 31. Permittit admodum crescere (usqve ad tempus, tempora, & dimidium temporis) Columnam illam mediam, qvæ se expandit longè lateque, nec videtur ruere posse. 32 Sed ruet, dicit Dominus, magnus ille Judex, qui manu suâ Columnam illam tenet mediam, & judicabit eam manu suâ, & prosternet ad Terram per Angelum fortem, qvem emissurus est. 33. Ille Te, ait Jehova, velut turbine venti præcipitem dabit in mare: & Mare, ait Jehova, claudet super te os suum: Conturbabo enim illud contra te, nec illud qvisqvam poterit tranqvillare, nisi Ego, dicit Jehova. 34. Nam tum demum, qvum exseqvuta fuerit manus mea qvod decrevi, tranquillabo illud: qvia Mare meum est, & Balænæ sunt in manu mea! 35. Secundò, Magnus est Judex iste ideò, qvia magna esse facit in hominum oculis ea, qvæ ruitura sunt: postea verò pronuntiat sententiam contra id qvod magnum est, & hoc magnum coram magno Judice confundi, & in ludibrium Mundo universo sisti, necesse est. 36 Magnus est Judex ille, quia quod parvum est in oculis hominum magnum facit. 37 Et iste Judex pronuntiat ex alto sententiam super Meretricem, ut detur ipsi mensura Calicis, qvem infudit ipsa sibi, quemadmodum vidisti lateri Tabulæ inscriptum: *Ego Tibi trado Calicem Iræ.* 38 Calicem hunc ipsa sibi plenum infudit per homicidia, adulteria, idololatrias, & afflictiones aliorum: ex hôc potionabit eam Dominus, ex calice Iræ. 39 Duos enim calices habet in manu suâ Judex ille magnus, calicem Gratiæ, & calicem Iræ ac Furoris. 40 Ex illo hauriendam dat gratiam & misericordiam omnibus sui timentibus, sibique confidentibus. 41 Ex altero verò potionat homines Ille primus & ultimus eô potu qvem ipsi sibi infundunt: quod quis serit, hoc ipsum metet: quia secundum meritum cujusque sententiam feret cuique magnus ille Judex. 42 Sicut ab altero latere Tabulæ vidisti: *Sangvinem, Ignem, Gladium*: ita ecce subitò effundet Dominus iræ calicem! & edicet sententiam contra Babylonem, & homicidas in falsa spirituali Jerusalem. 43 Gladiô fundi oportebit sanguinem eorum: & sanguis eorum per plateas sangvinolentæ Pharisaicæ Jerusalem undæ instar fluet, & Eqvi maculabuntur sangvine, in sangvine morientur Eqvus & Eqves. 44 Et disjicientur in escam avibus, & Eqvos ab avibus ut sylvestres feras devorari necesse est, sicut scriptum in Libro. (Apoc. 19. 18.) 45 Et ecce Babylon stabit in sangvine: fietque citò ac velociter, ut Babylon ita circumfluitet sangvine, ut à nemine possit adiri. 46 Propter ingentem fornicationem mittam super eos Gladium, & propter ingentem Idololatriam

effundetur sangvis eorum. 47. Et qvemadmodùm ipsi lambebant san gvinem in terra, nec permiserunt fructificare Arbores, sed suffodieban eas, & vineam Domini aprorum instar vastârunt, tyrannicè multos ad mortem condemnantes. 48 Ita jam audi, tu falsa Jerusalem, & superb Babylon! *Sangvinem tuum vicissim terra sorbebit.* 49 Audi tu Babylon & tu falsa Jerusalem! *Ego Jehova pronuntio adversus te, ut subvertam mœnia tua!* 50 *Et conspicient fumum tuum ascendentem ex te, sicut fum aridæ & succensæ Terræ, qvem restingvere nemo potest, nisi Ego Dominus rore ac pluviâ* 51 Hæc est prima adversùs te lata sententia, *Sangvis Ignis, Gladius.*

52 Secunda est secundo Tabulæ lateri inscripta, *Sulphur, Mors, & Interitus*: & hæc est terribilissima sententia, æternùm interminabili pœnæ. 53 Qvæ veniet primùm super omnes induratos Pharaonis fratres Mosen & Prophetas audire renuentes: qvibus qvicqvid audiunt & vident pro nihilo reputatur, ne qvidem firmissimo Prophetico sermoni & Evan gelio credentibus. 54. Deinde ferit sententia hæc omnes eos, qvi i Idololatriâ ingurgitant velut aquâ: quos tibi repræsentabant sculptæ i medio Tabulæ imagines & idola, variarum teterrimarum Animantium 55 *Ah! adorare idola & spiritus demortuos horrenda gentilisqve abominatio est* Ecce tamen Babylon, & falsa Jerusalem, cum Ethnicorum abominationibu consensum fecerunt! 56 Propterea dicimus: Cùm Babylon ruet! conver tendos esse populos Gentiles, qvia & ipsi Babylon sunt! 57 Et dicimus Qvisqvis non vult audire sibi sententiam, *Sulphur, Mors, & Interitus*, is Ba bilone exeat, resipiscat, Evangelio credat: ut ne participet de plagis ejus sicut scriptùm est in Libro. 58. Tertia sententia est *Conversio Tabulæ i columna*, sicut videras: *Conversa qvidem est, sed reperta ex altera parte æqv sui similis.* 59 Atque hæc est sententia super columnam hanc à Cœli Ter ræque Judice lata: Qvia inversa est, & in Idololatriâ suâ mansit, sicut ante ideò non diu manebit, tempus enim ejus transiit. 60. Propterea *Ventu ecce venit, & ruet cum impetu in columnam istam: qvæ cùm casum minabitur multi se ab eâ conterendos putabunt, qvemadmodum tu putasti, cùm eam cader videres.* 61 *Dominus tamen avertet eam aliò & procella à Domino ingens pro sternet eam, ut licet in Septentrionem cadere, & conterere omnia cogitet, in Meri diem tamen cadere habeat necesse.* 62 Et conspicietur fumus illius ascenden in terris Meridialibus, neque impedire id poterunt robusta meridiani brachia: qvia Omnipotens Dei manus exseqvetur hoc, per procellam al Oriente, & à Septentrione. 63 Hic conticuerunt paululum: & mo rursùm. Ecce jaces ô tu Columna magna! qvantumvis magna & robust

fuisti

fuisti, magnitudo tamen tua cum fumo ad cælos ascendit, nebulæ instar: qvia omnipotentia Dei confudit te. 64. In diebus illis implebitur proverbium: *Amisit mulier amasium suum.*

65 Per eosdem dies *Eqvus qvidam abjiciet soleas suas.* 66 *Velociter enim cursitans fumum & ustriginem magnæ urbis Babylon colligere, & Babylonem reædificare quæret.* 67 *Sed in præveloci illo cursu & saltu insiliet cuspidato cuidam præacuto stipiti: cui infixus seipsum transfodiet, ut viscera effluant.* 68 *Nec tamen morietur, sed consanescet, & Babylonem non curabit ampliùs,* 69 *Venient enim ad eum Juvenes duo, lagenas ferentes duas, unam vinô, alteram oleô plenam, qvibus illum sanabunt.* 70 *Et revalescet, glorificans nomen Dei.*

71 Iisdem diebus, cùm ruere incipiet Babylon, prodibit *inflatus Ursus, & aculeatus Echinus*, dicentes: *Nos Babylonem reædificabimus, & gloriosam efficiemus.* 72 Sed Urso præcidentur ungues sui, & Echino confringentur aculei sui, Babylonque solo æqvata manebit, nec reædificabitur unqvam. 73 *Et advolabit per eosdem dies celer nuncius cum Sigillo magno, Babylonem jam se tueri non posse: eò qvod Dominus ipse pugnet contra eam.* 74 *Qvo audito qvidam consternatus, cadet de Solio, cervicéqve fracta jacebit exanimis.* 75 Veniet & in castra illorum, qvi Babylonem oppugnant, nuncius, dicens: *Is qvi Babyloni succurrere proposuerat, mortuus jam est, corpusqve humi jacet, neqve sepeliri honorificè præ terrore poterit.* 76 Prælium enim invalescet, & horror ingens obruet omnes Babylonis propugnatores. 77 Et Terra, & Ignis, & Aër, & Aqva, pugnabunt adversus Babylonem: Dominus enim concitabit ea: & qvoqvò se vertent omnia videbunt præliari contra se. 78 Et *celer mittetur in diebus illis nuncius ad Infantem, literas ipsi hunc in sensum ferens: Veni, & Baptismum suscipe.* 79 *Ipse vero cunctabitur, nec statim veniet: tempus enim ipsi præfinitum veniet paulò post.*

80 Tu verò abi viam tuam, & ista conscribere memento.

CAP. XXVII.

[*Visionis Magnæ Domûs explicatio, 2; Reptiliumqve in ea conspectorum, & altercantium de Libris, 24. & Leonis istos castigantis. &c. 32. Tres pueri accendunt tres faces, 43. Domus Babylon repurgabitur, 66. Babyloni 42 menses adhuc dantur, 78.*]

DIebus 14. & 15. Maji explicabatur mihi Visio excelsæ illius domûs hunc in modum. 2 Dies illa magna est, & gloriosa valdè: Dies qvidem luctûs & afflictionis magnæ, Dies tamen magnæ lætitiæ futura.

3 Nam Phoſphorus ortus eſt, ſtatque jam in medio cæli â latere dextro,
Sol autem & Luna â ſiniſtro. 4 Attende & audi! Dies omnes coram
Domino Deo noſtro magnifici ſunt, & dies diei enarrat majeſtatem ejus,
& Nomen Dei per totum terrarum orbem decantabitur. 5 Fietqve, ut
qvi invocaverit Nomen Domini, ſalvus fiat, & ſplendidus in illo orie-
tur Lucifer, & lucida ſtella Jacob præcedet eum inſtar lampadis, ful-
gebitque ipſi Sol die & nocte, ſaccus autem cilicinus igne devorabi-
tur: igne nimirum Spiritûs & S. Euangelii. 6 Hi conteguntur Sole
juſtitiæ ſicut ſtolâ magnificâ, & progredientur magno animo calceati
præparatione Euangelii, & conculcant Scorpiones & Aſpides. 7 Togam
enim habent â morſu immunem: Dominus qvippe ſervat ipſos ſicut pupil-
lam oculi ſui, & ſupra vires tentari nonpermittit, ſed contegit, ne nocere
illis qveant Scorpionum dentes. 8 Multô minus Serpentum virus, qvô
inficere ſemen Mulieris, & imitatores Agni conantur. 9 Hi Serpentes
& Dracones unanimes ſunt, & conjurantes ſummô furore effundunt vi-
rus contra Lunam, cui pedibus ſuis inſiſtit Mulier. 10 In eadem Lu-
nâ ſteterunt primi duo homines, & per breve tempus in plenâ ejus luce
ambulârunt. 11 Mane in plenâ ſtabant Lunâ, circa Meridiem autem
venit Satan, qvi dicitur ſerpens antiqvus, & circumvenit eos menda-
ciis tenebrarum: hinc Luna ſub pedibus eorum tota ferè obtenebrata
eſt, & ingens Solis æſtus urebat ipſos. 12 Videruntqve corpus ſuum
ſerpentinô venenô eſſe infectum, & timor inuaſit eos, & horror per-
culit, pavitaruntqve ſe morituros: & ſubrepentes ſalebras abſcondere
ſe ab irâ Dei voluerunt. 13 Cor enim proprium jam ipſos condem-
naverat: ſed gratiam Dei nondum cognoverunt, & vox Evangelii abſ-
condita ab illis fuit adhuc, ſicut umbra magna. 14 Attende & audi!
Tibi enim loqvimur ſimpliciſſimè: illud autem qvod loqvimur, eſt
magnum myſterium cæleſtis & terreſtris Adami. 15 Adam terreſtris â
Creatore vocatus, dixit: *Metuebam, qvia ſum nudus*.. 16 Jeſus cæ-
leſtis Adam, dixit: *Conſummatum eſt*: atqve cum hocce Myſterio re-
mittimus Te ad Scripturas.

17 Ecce de hoc Myſterio plura tibi adhuc dicere habemus! qvia qvæ
fuit in primâ & mediâ mundi ætate rerum facies, eadem circa mundi
veſperam futura eſt. 18 Veſpera enim mundi præ foribus eſt: omnis
creatura clamat, inprimis malitia eorum, qvi hypocriticam ſanctita-
tem vitæ præ ſe ferentes obtegunt iniqvitates ſuas, cum Adamo latibu-
la qværentes: & vocati etiam â Domino, ut Adam, non audiunt ta-
men. 19 Serpens enim ſub veſperam mundi nihil induſtriæ intermit-
tens,

venit, effuditqve virus suum inter filios falsæ Jerusalem: id
ibi in similitudine peramplæ illius Domûs significatum fuit, extrin-
valdè speciosæ. 20 De hoc tibi dicimus, non tantum Jerusa-
sed & Babylonem, speciosam esse in hominum oculis, qvi eam
nte suâ sibi tam speciosam pingunt, ac si cadere deberet nunqvam.
ed Jehova dicit: *Cadet.* 22 Clamavi enim dudum adversus te:
sa noluit mundari intrinsecus. 23 Et qvamvis Ego Dominus Je-
nuncians illi mandaverim, ut mundaret se, illa tamen rejecit
m meum, & adversus servos meos virulento odio & Babylonicâ
iitate spiravit, Legatis meis Ethnicô retribuens more. 24 Vi-
orrò Serpentum, Ranarum, Bestiarumqve multiformes species,
tes & spirantes undiqve contra te tantâ virulentiâ, ut te deliqvium
occuparet: De his ita accipe. 25 Tres impuri diabolici spiritus
:, & ab ipso jam initio exivêre, pleni venenô, qvod inter Re
Principes atqve Magnates dispergunt. 26 Sicubi Spirituum isto-
ius exierit, septem alii succedunt in locum ejus. 27 Atqve inde
t magna calamitatum turba, ærumnæqve multæ, in specioso hy-
ico Jerosolymæ foro per omnes plateas magnæ Babylonis, qvæ
Babylon haberi non vult, sed Sponsam Christi se nominat. 28
tamen vestem illius nunqvam induerit, sed pallium sponsi sui à
ciat, & adulteria patrans concinnet sese, & contegat gentilis ido-
æ palliô, lucemqve tenebris intrudat violenter. 29 Vidisti te-
as illas animantes in homines conversas, superqve Libris suis in-
& super involuto illo Libro, in magnum devenisse certamen.
vidisti fuisse Spirituales secularibus mixtos, postqve longas al-
ones ad verbera devenisse, ac momordisse se invicem in morem
n bestiarum. 31 De hôc tibi dicimus: Factum id esse jam, nec
factum adhuc plenè, sed futurum, & fervere actu ipso. 32 Nam
inæ & Diabolici immundi Spiritus, luto superbiæ se referserunt,
oriârunt, discumbuntqve per ripas apricando, commoditatibusqve
udent pro lubitù: donec subitò superveniat ille, qvem vidisti,
rrea virgo, Leo. 33 Vidisti corruentium stragem, qvi Virgâ
coerciti mortuis similes jacebant: Surrexisse tamen, & ad Dra-
refugisse, qvem vidisti figurâ semihumani corporis cum bifur-
udâ. 34 Tùm & conspexisti, qvomodo ad serpentem accusâ-
eonem, & qvomodo ille se erigens ingente furore flumen ex ore
iserit in Leonem: Sed Leo recessit post arborem triangulam,
is ut vidisti. 35 Vidisti & arborem illam excrevisse in proceri-

tatem

tatem magnam , ficut & Leonem ipfum : & hunc qvidem prodiſ
rurſùm, decuſſóqve Serpentis capite diſcerpſiſſe corpus ejus. 36 Ta
dem vidiſti volantem per medium Domûs formoſum juvenem, â q
Domus ipſa illuminata eſt; & Beſtias illas multiformes non vidiſti an
pliùs. 37 Ecce Viſio iſta Viſio eſt falſæ Jeruſalem, & Viſio Babyloni
cui *confuſa* nomen eſt. 38 Hæ ambæ uniformi ſemine conſitæ ſun
uniformes proferunt fructus , & maturuerunt jam ambæ, adeſtq
tempus meſſis, juxta verbum Domini. 39 Ah nullam planè Domini
complacentiam habet in litigiis Jeroſolymitanorum! nam propriam
ctantur gloriam , & ſepulchris Prophetarum inducunt ignominian
& cruce perſecutionum crucifigunt. 40 Ne dicas Tu temerari
ſuperba , falſa Jeruſalem: *Non eſt ſalus extra me! qvia nos habem
Chriſtum.* 41 Chriſtus enim mandavit prædicare Evangelium, eiq
credere, & pænitentiam agendo ambulare in novo charitatis manda
ſine quô fides eſt mortua. 42 O ſuperba Babylon, deſine quæſo ſuſc
ptis inniti moliminibus tuis; Paululum enim ædificaberis adhuc, qvù
ſubitò diſperget ædificatores Tuos Dominus, eoſqve reddet ſtultos.

43 *Veniet tempus, & jam adeſt, qvô tres Pueruli accensâ face ſing
Babylonem tranſibunt, perſcrutantes eam.* 44 Et poſtquam perſcruta
fuerint ſecundum Verbum Domini, tùm collocabit unuſqviſque face
in locum ſuum : ardebuntque faces illæ. 45 *Unus* facem ſuam collocab
in meridiali ſylva, qvæ in oculis hominum viridis eſt. 46 Sed Dom
nus injiciet ignem in ſylvam hanc, & flammabit ex vallibus in monte
& ex montibus rurſum in valles: comburetque ignis iſte Arbores, u
ſtramen. 47 *Secundus* facem ſuam ponet eô locô, quem deſtinavit Do
minus, ut ardeat: ardebuntqve faces iſtæ duæ ſimul. 48 Hæc eni
Fax vehementer ardet, nacta ventum â Domino, curritqve ab Occi
ad Meridiem cum furore ingenti : Dominus enim injecit ignem , u
deſtruatur Babylon. 49 Et *tertius* facem ſuam ponet in mari, qvo
vitrô ſuperinductum ſcatet beſtiis & canibus hujus Mundi , velut i
gentibus & terribilibus balænis. 50 Qvi ab hâc luce perculſi fugiu
retrò ferarum inſtar, ſed in ipsô mari, quod vitrô inductum eſt, conc
dent, & ſpoliabuntur ære ſuo, reſorbebuntqve priores vomitus ſuo
51 Sed Dominus mandavit puero illi , ut accensâ face colliquefaci
vitrum in mari: piſceſqve magni â magno iſto igne aſſabuntur, & av
devorabunt carnem illorum, & beſtiæ tunc lugebunt, canes autem ho
ribiliter ejulabunt, dicentes: *Actum eſt de Babylon! falſa Jeruſalem n
perſiſtet ampliùs.* 52 Nam dies Judicii venit, Dominus injecit ignem

viam

viamqve in Domum paravit Leoni, & ille percutit atqve conterit virgâ suâ sine numero. 53 Jam erant ut mortui, sed receperunt se tamen, stantqve coram Dracone die ac nocte, accusantes Leonem, ut nece conficiatur. 54 Et Draco attractam ex utraqve cauda sua aqvam in Leonem ejaculatus est, necem intentans ei. 55 Sed trina acies magnæ Arboris, Domini cæli & terræ, sub qvam se Leo recondidit, undarum furorem prohibet, quô nocere ipsi neqveat. 56 Arbor enim hæc magna est, & anguli ejus præacuti cingunt Leonem tanqvam robusta mænia, qvæ perfringi non possunt. 57 Nam si Draconis aqva potens est Leonem obruere, Dei omnipotentiâ millies major est, potentiam Dracocomis præcîdere, sicut præcîdi solet filum. 58 Si Serpentis Sapientia magna est ad circumveniendum Leonem, Dei Sapientia multis millenis vicibus major est ad convertendum Sapientiam eorum in stultitiam; Sapientia illorum erit sicut pulvis in turbine: Sapientia Dei æstuans instar Solis illucet glaciei Serpentis, qvam sibi ipse calliditate suâ paravit. 59 Omnia eorum consilia redigentur in nihilum, & pudore suffundentur præ sapientiâ Dei, dicentis: Non delector consiliis sangvinolentis, & cor meum non est cum ipsis. 60 Draconis misericordia magna est erga confugientes ad se, cùm tamen ille opum causâ duntaxat amet, & commisereatur auri amore motus: Misericordem se dicit, & proclamat gratiæ plenitudinem, interea tamen virus & robur ex se projicit adversus Leonem, charitatis ac misericordiæ oblitus. 61 Sed misericordia Arboris magnæ magna est, intercîdens immisericordem ac frigidam Serpentis aqvam, ut refrigerata sua charitas Leoni nocere neqveat. 62. Et non nocebit utiqve immisericordia ejus; sed favente sibi magnæ Arboris misericordiâ prodibit rursus, contere tqve virtute Omnipotentiæ Dei, & virtute imperscrutabilis Sapientiæ Dei, Misericordiæqve Domini cæli & terræ, caput pariter & caudam Serpentis. 63 Atque ibi Arbor illa excrescet ante oculos hominum: Arbor, qvæ magna est, manetque à seculo in seculum: sed magna fiet die illo, qvô litigiosi illi pudore suffundentur, qvi super suis perversis Libris altercantes, pulchrum illum involutum Librum intactum relinqvebant: 64 Ejusque loco deglutiebant Librum Angeli fortis, ex qvô in stomachis eorum tormina excitata sunt, qvæ ad cor usque illorum ascendebant, ut rabie agitarentur sicut rabiosi canes, contra illos qvi implicatum librum illum replicare, Legem & Evangelium venerari, doctrinam & vitam Christi speculi loco habere, Mosenque & Prophetas audire voluerunt: 65 Ipsorum vero Leges observare, Angelo illi forti adulari, cum Meretrice in septicipite Bestia eqvi-

tare, & lapides ad ſtructuram Babylonis congeſtare, noluerunt: quin imò lapidibus Babylonem impetunt, & adverſus Babylonem gladiô ſpiritûs ſeſe inſtruunt: illi perſtabunt, & non peribunt.

66 Et *domus Babylon expurgabitur ab Adoleſcente qvodam, cui Dominus viam parabit, ut Domûs ejuſdem medium pervolet, Babylonemqve immundam mundet, & illuminet, ad ſtuporem omnium in Terrâ habitantium: in illo die lucebit Sol, & Luna non obtenebrabitur ampliùs.* 67. Adoleſcens iſte jam venit, & nondum venit, & adventat jam: & conſilia Jeruſalemitarum & Babylonitarum non nocebunt ei: jam enim ſerò eſt: & cum ipſo eſt manus Dei: cumqve illis, qvi eum ſeqvuntur. 68 Attende! Duplici Gladiô judicat Babylonem Dominus: Gladiô Spiritûs, qvi ſemper adverſus Babylonem fremuit, rapidi inſtar torrentis. 69. Et gladiô interfectionis, qvi jam Meretricem Babylonicam ex lecto adulterii ſui depellet, & pavore percellet omnes, qvi ad ipſam tanqvam Virginem incorruptam ſeſe receptabant. 70 Sic dicit Jehova: O Tu magnæ fornicationis mater! qvæ mihi veneficiis Tuis terram meam impleviſti, ecce ego contra Te Gladium latum profero! excitaboqve adverſum Te eqvitem celerem, qvi Te proſternet. 71 Et dabo Corpus tuum devorandum avibus, & Domos tuas comburam igne: Argentum & aurum tuum diripient piratæ, & cimelia tua diſtrahent, atqve te nudam & pauperem relinqvent. 72 Qvid autem lamentamini Babylonis cauſâ, Meretricis perfidæ? 73 O Babylon, ne innitaris qvæſo robori Tuo! & lubricæ felicitati tuæ, qvæ te oppreſſit ut ebrium ſomnus. 74 O Babylon, ne te id ſecuram reddat, qvòd Gladius tuus vicerit! neqve gloriare, qvòd metam tetigerit ſagitta tua 75 Etiam Jeroſolymitanis proſperè cadebant conſilia: dùm Chriſtum infenſiſſimum hoſtem ſuum, qvi veritatem eis loqvebatur, ſub poteſtatem nacti interfecerunt & ſepulchro incluſerunt: Diſcipulos autem ejus detruſerunt in angulum, nonnulloſqve trucidârunt, fortunâ eouſqve uſi. 76 Sed poſt elapſos 40. annos qvid illis factum? Succeſſus eorum, & felicitas, in maledictionem converſa eſt. 77 Babylonitæ ædificaverant etiam, & comparârunt ſibi nomen: Sed cùm deſcendiſſet Dominus & confudiſſet lingvas eorum, ludibriô exſtiterunt mundo univerſo.

78 O *Babylon, memento, qvid intra 42. menſes de te futurum ſit.* 79 Al qvàm multi ſpecioſam illam Domum ingrediuntur, cantantes Meretrici hymnum, & in ejus gratiam dicentes: *Actum eſt de illis* (ſcilicet fidelibus.) 80 Sed audi Babylon, Non actum de illis eſt: de te actum erit mox. 81 Excitabo enim Gladios tuos adversùs ſe invicem, & erunt contra ſe invicem, & mittam ſuper eos pavorem, fugientqve etiam ut nem

nemo perſeqvetur. 82 Propterea Tu Meretricem Babylonicam averſare. 83 Tribulatio adhuc in terrâ invaleſcit, quia homines à Spiritu Sancti argui non ſuſtinent: Tu tamen ne metue, terricula hæc tantùm eſt, explorandi cauſâ immiſſa: & gratioſæ viſitationis dies.

84. His abierunt à me.

Cap. XXVIII.

[*Babylon duplex, 2: & Babylonis pœna. 19. Germania ſpoliationibus ad tempus exponenda, 25. Super illius ruina lamentatio, 30. Pſittacus peperit ova ſeptem, 41. Qvorum excluſit ſex, ſeptimum non poterit. 52.*]

REverſi ad me 10. Julii ſalutârunt, dicentes: Attende, qvæ de Babylone utraqve tibi ediſſeremus. 2. Audi: Babylon utraqve ita exſtructa eſt, ut utriqve innitantur omnes: Sed ecce Jehova confundet eos, & pudore afficiet. 3 *Babylon in genere omne illud eſt, cui homo innititur, congerens eò ſibi lapides.* 4 Dicunt enim homines in corde ſuo: *Qvis nos ſubvertet?* ſed fruſtra exſultant! ſpe enim innituntur, qvæ ipſos confundet, qvippe fundata in rebus tranſitoriis, qvæ vaneſcunt ut fumus, & exareſcunt ut aqva in terra ſitibunda. 5 Hæc ecce eſt in genere Babylon, fundare ſe in illis ſuper qvæ Deus diſpenſatorem conſtituit hominem, ut ſibi ſerviant. 6 *Scribe!* Maledictus, qvi ſpem ſuam ſuperſtruit vanitati, & innititur rei evanidæ! Pecunia & Opes, Robur & Potentia, Favor & Mundi iſtius Amicitia, eſt Babylon. 7 Enimverò iſta ſunt velut umbra, qvæ tranſit, & velut ſtramen, qvod comburit ignis: qvia Potentia Dei ignem injicit in Babylonem illam, cui qvis confidit. 8. Tibi igitur dicimus, Exi è Babylone iſtâ corde totô: & audi qvoqve jam de Babylone ſigillatim. 9 *Duplex eſt magna Babylon: Altera, qvam qvis ſibi ipſe exſtruxit*, per commenta cordis ſui, per ſuperbiam, per inordinatam concupiſcentiam. 10 Ita Rex magnus, erigi ſibi curavit magnam auream ſtatuam, adorari mandans ſub capitis pœnâ: hæc fuit Babylon propriô excogitata cerebrô: & cum eô te remittimus ad Scripturas Propheticas. 11 *Altera eſt Babylon exſtructa ab aliis*, per exhibitum vanæ rei honorem Divinum: ut qvùm maledictus ille vanus homo, qvi aureâ ſplendeſcens veſte honorem Divinum ab aliis ſibi oblatum acceptavit, & caliginoſam faciem ſuam fulgidæ Dei faciei comparari, atqve ſic Babylonem ex ſe fieri permiſit. Cum iis Te ad Scripturas remittimus. 12. Attende diligenter! Ecce Imaginem ſuam erexit Rex ille ſine Reginâ, & venerari mandavit imaginem ſuam, unà cum falſo Deo Maozim, faciem ſuam caligino-

ginoſam pro facie Dei proclamari permittens. 13 Dicenſqve in corde
ſuo: Ego Ille ſum, habitu indutus aureô, ſedens in throno, & projiciens
in fornacem ſuccenſam eos, qvi characterem meum recipere, & imagi-
nem meam adorare, gratia meâ gaudere, hymnos meos cantillare, &
mandata mea exſeqvi, meqve colere recuſant; eos ego excommunicationis
fulmine percutio. 14 Nam ſeipſum magnificat & magnificari vult ab
aliis: & iſtud eſt Babylonem ædificare, & ædificandam curare, per fal-
ſam doctrinam & idololatriam! 15 Falſa Doctrina Babylonis funda-
mentum eſt, Idololatria verò Babylon fundamento huic ſuperſtructa: &
utrumque iſtud velut inutile lolium creſcit ad meſſem uſqve illam ma-
gnam, ubi falſi doctores pudefient, & Idolorum ſervi ejulabunt. 16
Nam Idola ipſorum combuſta ſunt, & veritas accuſat eos, & falſum
dogma eorum condemnat eos, ſecundum Scripturas. 17 Falſa doctri-
na eſt Babylon, & agnoſcitur per preces tanquam Scripturarum clavem:
Scripturæ enim Propheticæ & Apoſtolicæ Judicem agunt falſorum do-
gmatum, Chriſtus autem Judex eſt omnium, qvi & Babylonem jam
condemnavit, confractô ſuper illam baculô, & pronunciatâ ſententiâ.
18 Repandite aures, & audite clamorem contra Babylon! qvia exercitus
annunciantium Evangelium clamant contra Babylonem.

19 *Et ecce, attendite! Duos cataphractos Eqvites expedivit Dominus ad-
verſus Babylonis ſuperbiam.* 20 *Unus venit ab Oriente*, inſtructus arcu
& ſagittis, qvibus feriet juncturas loricæ: & diſſiliet fundamentum Ba-
bylonis, Babylonqve ipſa concidet. 21 *Alter à Septentrione veniet* ſu-
bitò, ſcutum in manu gerens trifidum: proditqve fulminis inſtar, cum ful-
gure & terræ motu, & terrore ingenti. 22 Scutô unô percutit, alterô perſe-
qvitur Venatoris inſtar, tertiô ad ſe rurſum allicit: *qvia eſt affabilis pro-
geniei, & optimi Viri Filius.* 23 Ah terrorem! ah metum! qvi ſuper Ba-
bylon venit! 24 *Super Babylonis ruinâ univerſa Mundi Regna in ma-
gnam inqvietudinem devenient per totum terrarum Orbem.* 25 *Et quod
magis, Germania tradetur in prædam, uſqve ad tempus illud, quô Electus
Jehovæ tria ſcuta ſua in excelsâ qvâdam Arbore ſuſpendet, ejuſque latè ex-
panſas frondes deſtruet.* 26 O Babylon, qvin aſpicis & auſcultas! Aſpi-
ce, qvàm latus Gladius, qvàm præceps Gladius! 27 Aſpice, ô Ba-
bylon, Dolium, qvod blaſphemiâ & idololatriâ tuâ ad ſummum imple-
viſti! Ecce jam emitto Virum illum, qvi epiſtomium illius extrahet!
etiamſi tu illud lapide magnô, velut centumpondio obſignaveris: Oper-
culum etiam orificii in dolium cadet, & robuſti circuli tui rumpentur,
neque contineri poterunt, & aſcendet fumus tanquam incendii magni.

28 Oper-

28 Operculum excidit, circuli carie comſumpti ſunt: *venit id horâ unâ*
ut torrens aquarum: *& diffundit ſe die unâ*, *& defluit inſtar ingentis dilu-*
vii menſe uno. 29 Et Babylon corruet, & vaſtabitur: aurea ſtatua pate-
ſcet, in clibano perſecutionum propudium facta, & de ſpatioſo ſuo campo
pulſa: & Vir ille in Solio ſedens aureo vermes in ventrem nanciſcetur,
aureaque veſtis ſua vertetur in lugubrem, fœtorqve ab illo prodibit in-
ſtar cadaveris: qvalem edidit Cain cum ſectatoribus ſuis, & hypocritica
Phariſaica Progenies Hieroſolymis. 30 Babylonem, ſtatuam auream,
& Virum inſidentem Solio glorioſo, deplorabunt Viri tres, & multi
Terræ Reges, qvi Babyloni ſunt loco muri; eritqve hæc ipſorum la-
mentatio: *Væ, Væ, Babylon cecidit unâ horâ!* 31 Nam fornicati ſunt
cum ipſa, ideo ejulant miſerabiliter ſuper ipſam, qvi de poculo blaſphe-
miæ biberunt.

32 *Similiter deplorabunt eam Nautæ, cantantes Næniam: Væ, iterumqve*
Væ! unâ horâ cecidit Babylon! Nam de longinqvo eam adnavigabant, faſtum
& luxum ejus viſuri, tranſigentes apud ipſam tempus in voluptate, Dei & cha-
ritatis obliti. 33. *Mercatores etiam lamentabiliter ejulabunt, clamantes:*
Væ, terqve qvaterqve Væ! Cecidit Babylon, qvæ nos ditabat mercimoniis ſuis,
34 *Ecce jacet! ecce vaſtata eſt: qvia Dominus judicavit eam, exſecutus ſuper*
eâ ſententiam ſcriptam in Libro. 35 Attende & auſculta! ſtatua, Baby-
lon, & vir ſedens in ſolio, trias iſta coruet. 36 Statua aurea eſt; habet
enim multum auri & gemmarum, ditata à Regnis hujus Mundi. 37 Sta-
tua hæc eſt Mulier: Babylon eſt Beſtia, cui inſidet mulier. Vir autem
ille Rex eſt: Rex tamen non unus, ſed multi, qui biberunt ex calice
fornicationis. 38 Ecce Mulier hæc jam demum eqvitandi pruritu agi-
tatur, demum ſibi Beſtiam pro arbitrio inſternere proponit. 39 Sed
Dominus confundet Babylonem, & qvaſſabitur ingenti procellâ: Mulier
autem decidet, neqve illi Vir opitulari poterit, Reges nempe Terræ,
qvos infeſtabunt â Septentrione & Oriente vermes. 40 Veniunt enim
agminibus magnis, ut locuſtæ: qvia exſeqvi debebunt Verbum, qvod
locutus eſt Dominus per Prophetas, & id qvidem ſubitò.

41 Ecce Pſittacus avis ſeptem ova poſuit! ex qvorum ſex jam pullos
excluſit. 42 Primus prodiit *Accipiter*: Excellere enim ſibi videtur, &
excellit apud infidelitatis filios, & apud eos qvi Libros inverſos habent
Sed tu Accipitrem iſtum ne magnifacias: id enim blaſphemum eſt. 43
Secundò excluſit *Serpentem*, & is habet caput callidum & caudam viru-
lentam: calliditate capitis ſui effingit millenas ad propagationem dogma-
tis falſi & idololatriæ ſuæ, aſtutias. 44 Et qvos Idololatriæ voluptas

trahit, eos ipſe venenatis ſuis caudis ad ſe pertrahit: & vis illarum i
gens eſt, & multi formidantes eas bibunt ex fontibus venenatis, v
bumqve Domini deſerunt. Et Scriptura S. abſcondita eſt ab ipſis, qvi S
pentem magnifaciunt. *Tu ſerpentem fuge, adhærens Propheticis & Apoſt*
cis Scripturis. 45 Tertiò *Corvum* etiam Avis iſta excluſit: qvæ eſt mag
illa caligo. Niger enim perdurat ſemper, neqve mutari poteſt; inte
capit & rapit qvidqvid poteſt violenter: neqve ulla in eo eſt amabilit
46 Atqve hæc eſt avis turpiſſima omnium, qvam excluſit Pſittacus.
illâ igitur cave tibi nocte dieqve; nulla enim illi eſt qvies. 47 Qvartò e
cluſit *Cuculum*, qvi ſe ipſe, nomenqve ſuum, inceſſanter clamando prod
& magnum qvidpiam præ reliqvis avibus videri vult. 48 Sed pullis ſ
gloriari non poteſt, non enim illos excludit: & habet avis hæc definit
tempus proclamandi nomen ſuum, poſtea conticeſcet. 49 Sed ſcrip
eſt dudum jam Liber: propterea coccyzationem ejus ne audias. 50 P
rò excluſit qvintô locô *Noctuam*, monſtroſam avem, ad qvam aves c
teræ gregatim convolant. Ita ad hominem hunc hominum turbæ co
fluunt, & monſtroſitatem ejus ſpectant, donec ſui obliviſcantur, ipſi
circumſtando. 51 Tandem poſtremò *Philomelam* excluſit, tàm dul
canentem, ut multi ad mentis uſqve deliqvium deliniti, noctuæ abon
nandam monſtroſitatem non animadvertant, aut dicant: Fæda qvid
eſt noctua, ſed cantus Philomelæ jucundus. At Tu ſubſiſtere, & fr
dulento Philomelæ hujus cantui attendere, deſiſte! 52 *Septimum ov*
Pſittacus non excludet: Dominus enim Ignem in nidum ipſius conjiciet,
nidus igneſcet, & amburentur ei pennæ, manebitqve nudus, & ov
diſſiliet, fætoremque contrahet: diſſiliit jam, & nondum diſſiliit, ſed br
diſſiliet: 53 Et qvicunqve illud continere tentaverit, diſſiliet i
qvoqve, quantumvis magnus fuerit: Magnus enim eſt Dominus, Te
univerſæ Judex. 54 Propterea dicimus, Avem hanc ne aſpicias, neq
progeniem ejus! ſed adhæreſce alis Gallinæ tuæ, Jeſu Chriſti, is te tu
poterit: Satan enim in filiis contumaciæ (*tantum*) potens eſt. 55 Et ni
metuas: Aqvæ enim tribulationum volvuntur violenter ſuper Terram

Seqvu

Seqvuntur Visiones in Mense Septembri, per dies 10 continuatæ; ubi ei domum redire ultra tres hebdomadas interdictum fuit.

D I E S I.

C A P. XXIX.

Visio ingentis ignei Circuli, & atræ fulminantisque Nubis.

DIe 13. Septembris ambo illi Juvenes ad me redierunt, dicentes: Ne
metue, sed rei qvæ Tibi exhibebitur, attende! 2 Et conspexi
ante me subitò Circulum quendam, magni Solis instar, rubrum, ac ve-
lut sanguineum: in qvô lineæ fuerunt, seu maculæ, albæ & atræ,
tantâ mixturâ se invicem variantes, ut jam nigrarum, jam albarum ma-
jor cerneretur numerus: duravitque spectaculum istud per justum spatium.
3 Et cùm ad me dixissent: *Aspice! Attende! nihil metue! nihil tibi acci-
det mali!* 4 Ecce fulmen tribus vicibus exiguo temporis intervallo sibi
succedentibus intonuit, tàm horrendè & terribiliter, ut totus obrigesce-
rem. 5 Circulus autem ille stabat porrò coram me, maculæqve albæ
â nigris disjungebant sese: & circulus accessit tam propè mihi, ut manu
tangere potuissem. 6 Fuit autem tàm speciosus, ut toto vitæ tempore
amænioris rei speciem nullam viderim: & maculæ albæ adeò can-
didæ ac jucundæ, ut admirationis modum non invenerim. 7 Sed atræ
illæ maculæ â nube qvadam horribiliter caliginosa ablatæ sunt: in qvâ
nube tristem audivi ejulatum, etsi viderem neminem. 8 Verba tamen
ejulatus & lamentorum fuerant, benè perceptibilia, hæc: Væ nobis,
qvi nos caliginosæ nubi permisimus abstrahi à rotundo Divinæ gratiæ
sanguine rubente circulo, qvô nos Dei gratia in Christo dilectissimo fi-
lio suo comprehensos concluserat. 9 Miserere nostri! ignosce nobis!
& largire nobis lumen Verbi tui! & imple nos Spiritu Sancto Tuo!
eripe nos rursum ex hâc caliginis nube in circulum æterni fœderis tui, fœ-
deris Gratiæ, & impertire nobis verba vitæ æternæ! 10 Et audivi
vocem in Circulo illo rotundo (tam sonoram, ut similem nunqvam in
vitâ audiverim) clamantem: 11 Venite & bibite de aqva vitæ! *Miseri-
cordia enim Dei permagna est, qui omnium misereri decrevit!* 12 Mox autem
alia Vox, grandiore etiam sonô insonuit: Si qvis esurit, veniat citò:
& saturabo eum Pane vitæ, & sortietur partem hæreditatis in Regno Dei,

nubesqve caliginosæ non nocebunt ei: Lux enim mea lucerna est, &
Verbum meum veridicum. 13 Et ecce vocem utrâqve illâ priore cla-
rius intonantem audivi: Venite, & qværite, & invenietis, gratiam
atqve misericordiam! Venite & pulsate, & aperietur vobis vitæ æternæ
Porta! Venite, & attollite manus puras & corda sancta, & orate in fi-
de & accipietis! 14 Ego autem Circulum illum speciosum coram me
spectavi adhuc. 15 Insuperqve multa millia formosissimorum hominum,
sed staturæ exiguæ, qvi valdè jucundis vocibus concinebant Psalmos, &
frondes gestabant manibus suis amænissimè virentes, atqve ita progredie-
bantur: turba eorum tanta, ut numerari non possent. 16 Juvenes au-
tem ad me: Aspice, & attende! Et vidi multitudinem hominum ma-
gnam, ex atrâ illâ nube egredientium, qvi ecce in rubrum illum circu-
lum redibant, eoque admissi, una cum existentibus ibi cantabant: 17
Gloria, laus, honor, & benedictio sit illi, qvi est â seculis in secula,
Hallelujah, Amen, Hallelujah, Amen, Hallelujah, Amen. 18 Can-
tabantque Psalmos etiam, tantâ vocum suavitate, ut qvô id describam aut
exprimam modô, non reperiam. 19 Et qvùm ista aliqvandiu intuerer,
& magno cum stupore & solatio attenderem, disparuit Visio. 20 Me
autem inde paulò recedentem comitati sunt Juvenes, dicentes: *Multa
Tibi à Nobis dicenda* restant, qvæ Tu peculiari libro conscribes omnia. Si-
mulqve disparuerunt.

DIES II.

CAP. XXX.

Explicatio præcedentis Visionis, Fulminisqve primi, 29: & secundi. 37. & tertii, 42.]

MEnsis ejusdem die 16. redierunt ad me, monentes, ut qvæ dicturi
essent, auscultarem attentè: Conscribe, (inquiebant,) diligenter
hæc omnia, & ora fervidè, ut ne te quoque obumbret caliginosa nubes.
2 Ecce attende! Visio illa, qvam in figura Circuli vidisti, significatio-
nem habet Gratiæ Dei, qva universum humanum genus ambiendo am-
plectitur. 3 Qvicunqve igitur per Charitatem & Patientiam huic mi-
sericordiæ Dei circulo, qvam Ille humano generi Propheticô annunciari,
verbô mandavit, & in Filio suo reapse exhibuit, sese incluserit: 4. Et
qvicunque per Charitatem sanguineo circulo Passionis Mortisqve Christi
sese incluserit, qvâ Ille universum genus humanum redemit, sanctifi-
cavit, justificavit, & hâc viâ credentes omnes introduxit in Circulum
Amoris

ris, Gratiæ & Misericordiæ Dei, quam super hominum Genus velut
n & pluviam fætificantem Deus Pater effudit, eosqve ad fructifican-
habiles fecit, ut essent liberi Dei verè liberi, in rubro illo san-
eoque circulo Amoris sui permanentes. 5 Illi inquam omnes in-
ientur in Regnum Cælorum, nec ulla vis, aut ulla tenebricosa Nubes
aritate Divinâ illos abripiet. 6 Quemadmodum vidisti nigras &
maculas sibi invicem permixtas, albas tamen in Circulo perman-
terribili illo fulmine necquicquam absterritas, neque abripi se pas-
Nube illorum, qui in Babylone caligantes aliunde etiam atras ma-
ad se pertrahere laborant. 7 Vide, audi, perpende! 8 Albi
a Circulo sunt illi, qvi multas perferendo Tribulationes in humili-
t charitate constantes perdurant, & in fide per Christum antesigna-
suum ad mortem usque decertant. 9 His sese commiscentes, & cum
llidentes nigræ maculæ, nocere nil possunt: illi enim stant inclusi
otenti Divinæ manui, ex quâ eos eripiet nemo. 10 Non illi per-
scunt Mundi hujus fulmina, qvamcunque validè intonent: non
mescunt inquam, sed tutelæ Dei se committunt, & vincunt. 11
ent enim in manibus suis Lignum Vitæ, & in Circulo Amoris Dei
continentes fulmina Babylonis susqve deqve faciunt, & Nube Ba-
nis se abripi neqvaqvam permittunt. 12 Sed permanentes in Ver-
ei cantant Domino in cordibus suis, neqve blandiuntur fulminibus
lonis, gestantes Lumen in cordibus, Lumen illuminans mundum &
llens nubes caliginosas: ut penetrare qveant illi, qvi clamantes ad
inum nocte dieque veniunt ab Oriente, & â Meridie, & ab Occa-
& ab Aqvilone. 13 Egrediuntur itaqve cum potentia, & Domi-
ucit eos in robore suo, per ipsas caligantes Nubes ex densis fætidis-
abylonitarum sentinis ascendentes. 14 Ecce, educi se multi si-
! qvi Verbo Dei attendunt: attentéque vocem Dei vivi, viventis â
is in secula audiunt. 15 Ille enim ait: Venite sitientes, & potabo
bibendamque dabo Vobis aqvam vivam, & cibabimini cælesti
iâ, pane Vitæ. 16 Qui esurit, veniat, & de pane vitæ comedat!
turabittur, perdurabitque dies 40 tentationis hujus, profectæ ab
à Jesabel & Achabo, instar densæ & caliginosæ Nubis. 17 Sed
i in hâc Nube manent, nec egrediuntur. 18 Nam non qværunt
Charitate & patientiâ, ideò non veniunt; non pulsant, ideò non
tur eis; non orant in fide, ideò neqve Verbum Gratiæ accipiunt,
n nube Perversitatis & Idololatriæ permanent, & humanis commen-
orii titubant. 19 Propterea nec in laudem Domini cantant Halle-

lujah, neqve dicunt *Amen* in Domino: sed fulmina timent & moriuntu in tenebris suis. 20 Sed qvicunqve ex Nube illâ caliginosâ (qvô se per trahi patiebantur) rursum fuerint egressi, hi cum gaudio in magni De laudem cantabunt svavissimum *Hallelujah*, verumqve *Amen*. 21 Ver bum namqve Domini verax & certum est. 22. Deus enim attraxit, & Christus sanavit eos, qvoniam sanari voluerunt: nec amplius expectan aqvæ commotionem, qvæ fit per Angelum fortem. 23 O Beatos, qv sanari se à Christo passi, non regrediuntur in Nubem caliginum Baby lonis, sed perdurant in Circulo amoris & misericordiæ Dei, qvô univer sum genus humanum aggregatum complexus est. 24 Feriat fulmen au fulgur! ascendant coactæ ex Babylone nubes! nihil tamen hoc eis nocebit 25 Qvia unicus cæli terræqve Dominus manu suâ comprehendit omnia, ille ipsis exstruet & conservabit habitationem securam, per Verbum suum qvod sufficiens est adversus trinum Fulmen. 26 Et qvamvis album cu atro mirè se miscendo micandoqve hominum oculos præstringat, ut etiam album ab atro superari, veritasqve verbi Dei tenebris cessura videatur 27 Hîc tamen demum inchoabitur verè Psalmodia, Verbiqve Divin divulgatio, prout vidisti & audivisti.

28 Audi jam qvoqve de tribus illis Fulminibus, qvæ audivisti: qvæ ta men vana sunt. 29 *Primum fulmen est magnum eorum Robur & Potentia ca innituntur.* 30 Sed potentia eorum similis est ictui fulminis, qvi subitu est, & terrorem incutit ingentem: eodem modô illorum potentia, qv impetere volunt Verbum Dei, nihil nisi terror est. 31. Fulmen sim atque emicuit, evanescit subitò, à se ipso depastum: sic & tu hostis Verb Domini Cæli & Terræ, teipsum consumes, ut ab igne stramen consumitu 32 Exultate, qvi Vos in Circulum sangvineum recepistis! Fulminis huju percussio vos non feriet, irrita res est Potentia illorum. 33 Jehova rum pet funes, qvibus Vos colligare proposuit: *Jehova ducit Leonem ex sylv Septentrionali, qvi casses à potenti illo fulmine vobis tensos dirumpet.* 34 E *ipso, qvô vos capere constituit, capietur ipse, atqve irretietur sic, ut auxiliu illi nemo possit.* 35 Propterea tu vane vanum ne timeas, & caliginosâ Ba bylonis Nube abstrahi te non permittas. 36 Neqve cuncteris exire e hâc Nube in exiguum coram humanis oculis circulum: qvi tamen infi nitis modis major est, qvàm magni illius Fulminis potentia.

37 *Secundum Fulmen magna illorum & prodigiosa Fortuna est*, qvæ pe multos prosternit, ut è sangvineo circulo excidant, & fulminis vanæ fo tunæ ductum seqvantur. 38 Cùm tamen nihil sit nisi tonitus qvidam & qvasi scintillæ igneæ ex officinâ ferrariâ: qvæ coruscantes altum aër

petunt

fortunæ illius magnæ cupidine in tenebras Babylonis traxerunt,
rnas sibi in Babylone sedes polliciti, dicentes, Nunqvam Babylon
ıscet, perstat firmiter, ut murus. 41. Tu itaqve Fulmen istud ne
ɔicias, vanum enim est. Nam qvi domum suam fortunæ fundamento
dificat, & non Domino, seipsum decipit: qvod facit Babylon.
42. *Tertium Fulmen sunt Divitiæ, Honores, Gratia, & Favor.* 43 Væ
, qvi hôc Fulmine absterreri se patiuntur, circuloqve egressi à caligine
ylonis absorberi se sinunt: volutantqve se in deliciis Babylonis, &
edictis opibus ejus se pascunt, inqve plateарum ejus angulis procum-
ıtes honorari amant. 44 Et favorem atqve amicitiam Babylonis pro
gno thesauro habentes in corde suo dicunt; Divitias, Honores, &
ores, largiri nobis potest Babylon: 45 O Væ tibi, qui talibus divi-
pasceris, & oblivisceris verbi Domini! 46. Quia omnes divitiæ
ndi hujus peribunt: Honor autem & favor Babylonis vanus est: sed
rbum Dei nostri manet in æternum. 47 Propterea Tu cave, ne vana
: fulminatio te ad ruinosam Babylonem convertat. 48 *Fundamenta
ejus labefactata jam sunt, & procella veniens prosternet eam, & divitiæ
fient spolia, & gloria ejus in fætorem convertetur.*
Hic sermonum finis fuit eâ die.

Dies III.

Cap. XXXI.

modum jactabunda, & ambitiosa, & superba: non respiciens, se statuam
duntaxat esse, caecam & surdam. 5 Neque aspiciens fundamentum cui
innititur, sed tantummodò altitudinem suam, cui confidit; audenter cla-
mitans: Altitudo mea est decies sex, hoc est, magna sum & excelsa. 6 Da-
nielem cum sociis suis in Tribulationis fornacem conjeci, fornacemque
munivi fortibus excubiis: debet mihi comburi, cum sociis suis universis;
qvia me adorare noluerunt. 7 Sed ô Tu caecum idolum, videsne Excubi-
tores tuos partim combustos, partim fugatos? 8 Danielem vero & socios
suos vivere, prodireque ex fornace indemnes & intactos! eritque cùm Te ir-
ridebunt, Deum autem suum laudabunt, & in palatiis Tuis spatiantes in
Domino exultabunt. 9 Rex enim magnus amicus ipsis existet, & huma-
nitate illos excipiet. 10 Tempus tuum decurtatum est, ô caecum idolum!
dies tui defluxerunt aqvae instar. 11. Hoc non vidisti Tu, quia altitudo
Tua excaecavit Te, neque latitudinem tuam spectasti, quae est tantùm 6,
breve tuum tempus. 12 O abominabile Idolum, dies tuos abbreviavit
tibi Dominus, & dies tuos Tibi admensus est ille, qui altior caelis omnibus
sedet: & confringet Te quasi in tempore, temporibus, dimidioque tem-
poris. 13 Baculus enim amaenitatis sat diu fractus fuit super te: sed tu
robustis cornibus tuis repulsasti eum, & admittere noluisti, sed rejecisti
à te Verbum meum, & mandata mea deseruisti. 14 Confecistique tibi
baculum ex ligno putrido alium, cui innixum incedis tanquam caecum, &
viam tibi muniisti, qvae te decucat in Akkaron ad Beelzebul, & in Azot ad
Dagon, in Idololatriam. 15 Et non pateris te informari à verbo meo,
dicit Dominus, & mandata mea conculcas pedibus, & extollis te in altum,
distribuis mandata, & doces somnia falsasque Visiones. 16 Et descendens
in convalles Israëlis, conquiris oves, ut eas mactes, lanamque deglubas,
qvâ te contegas. 17 Et incedis insolenter, ut mulier superba de domo
Jesabel, & incitas Achabum, ut Nabothum ad cedendum vineâ & vitâ
ipsâ compellat. 18 Tu superba es statua, ab Auro & Honore traxisti
colorem: altum occupas, sed alta non es. 19 Statua enim es & discu-
tieris penitùs: Tempus adest, jam cito clamabunt, qui adorarunt statuam,
& coluerunt eam: Venite, fugiamus! ne assequatur nos Daniel cum
sociis. 20 Dominus enim! (inquient) confregit super nos baculum de-
vincientium, & brachium Jehovae intolerabile nobis esse incipit. 21
Beati, qui motum sentiunt intra se, non gravidati à statuâ istâ Baby-
lonicâ. 22 Beati, qvi atram istam uberibus suis non lactarunt, nec
uberibus ejus lactati sunt. 23 Vae autem illis, qvi ex hâc statuâ im-
praegnati abortiri nolunt, sed manent impraegnati, tametsi nihil sen-
tiant.

24 Ejulabunt hi tempore partûs lamentabiliter : dolor enim
eos, & pavor â Domino provolvet se super eos velocissimè: qvia
us abbreviatum est, prolongari â nemine hominum poterit. 25
e nisi abbreviati essent dies statuæ illius, introire non posset multitudo
m, & plenitudo filiorum Jacob. 26 Væ illis, qvi lactârunt Statuam,
fuerunt Nutrices ejus, præbentes illi ubera sua, & necdum ea re-
tes: sed pergunt lactare uberibus suis statuam, ejusqve opes, po-
n & superbiam, promovere. 27 Hi nisi fugâ se eripuerint, affli-
n non evadent, qvæ ventura est super Statuam, Afflictio tanta,
ribi neqveat. 28 Eadem verò sors erit amasiorum ejus: qvi nec-
ersari statuam volunt, sed descendunt de tectis, & ad ubera illius
unt. 29 Qvin imò è campo redeuntes expandunt statuæ ubera sua:
recogitant, qvid de illa jam factum, & futurum sit brevi. 30 *Tem-*
s abscissum est: quis erit super terram, qvi eam sustentare valeat? Nec
abit nec robur: nec eripiet eqvus, nec armiger; non album nec atrum.
gò qvisqvis fugere potes, fuge totô pectore, adulari cave! Non te
etur vel nix vel pluvia. 32 Nihilqve ad id respecta, qvod apud
igus sit, qvi Idolo blandiri nolunt, neqve ad id, qvòd dies solem-
n in dies tristitiæ illis conversi sunt. 33 Audite Vos, qvi ube-
estris statuam Babylonicam nutritis: Ecce istis brevi effulgescet
t cessabit imber, & illucescet lætitiæ dies! qvia non assentaban-
uæ: propterea illis neqve imber nocere qvidqvam potest, neque
34 *Fietqve non multò post, ut rursum celebrent solemnitates suas, con-*
congregationibus magnis, & exultantes Jehovæ Deo suo, & psal-
s cordibus suis, & concinentes canticum Moysis Servi Dei. 35 Et
vi, ut statuam hanc nemo curet ampliùs: Danielem enim cum so-
s extollet Deus, qvi statuæ huic aurum adimet, *eritque in prodigium*
ndo, maximè verò Germanico Imperio.
Nos autem hîc desinimus: Tibi si qværere qvidqvam ex nobis li-
ebit, cùm reversi fuerimus. 37 Ita disparuerunt: ego autem per-
r meum.

DIES IV.

CAP. XXXII.

[*De Pseudoprophetis.*]

ersi 23. Sept. ad me dixerunt: Cave aliqvid fucatô qværas corde;
c enim abominatio est apud Deum. 2 Attende & audi! Ecce Pseudopro-

phetæ exierunt multi & seduxerunt multos! 3 *Contegebant enim toties mensas suas, Cænam apparare magnam tentantes.* 4 *Qvorum unus offerebat Vinum ex botris, qvos collegerat ipsemet, ad potionandum homines.* 5 *Alter ex pluribus vinis potum commiscens, singulari sapore commendare, & homines inebriare tentabat.* 6 Atqve hi ambo sunt Pseudoprophetæ, alter fraudulentiam suam ex seipso habens, alter ab aliis: Exeuntqve ambo, & exierunt jam. 7 *Prior* traditus est â Deo in sensum reprobum: qvoniam in infidelitate ac perversitate incedens, tanqvam cæcus, sanari â Christo renuit: Sed cæcus ex utero matris existens suamet cæcitate semet oblectat, Lucemqve, qvæ Christus ipse lux Mundi est, à se amovet. 8 *Alter* haurit ex puteo vacuo aquam, convivium instruens è vino alieno, quod differt nationibus super Terram: quibus apparandi cænam magnam potestatem sibi arrogans, proclamat, *Hic est Christus*! & seducit plurimos. 9 Clamitat enim: *Christus est in penetralibus*! *Christus in deserto!* 10 Ecce quantum est Pseudoprophetarum! contemnitque & condemnat alius alium: seipsos enim duntaxat respiciunt, non Christum: 11 *Prophetæ iræ sunt omnes: propterea nihil aliud quàm criminari & condemnare norunt.* 12 *Non introspiciunt in se ipsos, sed circumspectant tantùm alios, fratrem in Christo animi malignitate, vindictæque cupidine, vituperantes, reprehendentes, condemnantes.* 13 *Hi sunt verè Pseudoprophetæ, genuina viperarum progenies, plena virulentæ malitiei, qvam adversus omnes ipsos audire, & Christum in latibulis aut deserto quærere nolentes, effundunt, velut ignem; Jesabel verò mortem illis minitatur: Sed Jehova in omnibus illis auxiliatur.* 14 Conticescentibus paulisper illis interfabar ego: *Vellem & ipse mihi â talibus cavere.* 15 Ad hæc illi: *Ante omnia*, inquiunt, pete â Deo Spiritus S. præsentiam, qvam promisit Christus omnibus Patrem implorantibus. 16 *Deinde*, ora corroborari fidem tuam: idqve non aliô qvàm Christi nomine, ejusqve promissione fretus. 17 *Tertiò*, Pseudoprophetas istos semper contemne, qvi non contenti unicâ viâ Christô, vias varii generis extra Christum qværunt. 18 Qvùm Pseudoprophetarum multivia vides, mitte eos, & Christo adhære: Ipse enim via est, nec via solùm, sed & veritas. 19 Si Mundus de veritate contendit & litigat, Tu Christum tene, ipse Veritas est: intricari te autem tricis Pseudoprophetarum ne patere; qvi litigant, & nesciunt qvare. 20 Rejiciunt enim salvificum Gratiæ Verbum: & quod majus, adhærent tantùm mortuæ humanarum doctrinarum literæ: Christum autem vitam ipsam foris relinquunt. 21 Perpende ista diligenter, & facilè tibi erit falsos discernere Spiritus, nec tibi nocere poterunt qvidqvam.

22 Cur

ervat enim sibi Dominus semper sua septem millia, qvi neqve
qve genua sua Pseudoprophetis incurvant. 26 Credunt enim in
i: ideoqve salvabuntur, & ipsi, & domus ipsorum universa.
renti mihi: *Nunqvamne verò veniet tempus, qvô desinant Pseu-*
e? Responderunt: *Attende: Pseudoprophetæ nunqvam desinent*
di finem: sed Deus Spiritum suum impertitur propter Christum, om-
llius nomen credentibus. 29 *Et fiet, jamqve factum est, ut verè*
unicus omnibus Pseudoprophetis resistere sufficiat, etiam ab omnibus
Mundi plagis consurgentibus. 30 *Qvemadmodum unicus Dei Pro-*
lias) quadringentis Pseudoprophetis resistebat per verbum Domini.
qvi autem charactere cognoscere illos debeo? 32 Resp. *Si nosse illos*
pis, lege humiliter Christi, Prophetarum, & Apostolorum Sermones,
agnoscere disces. 33 Nam si corde suo iram fovent, non dile-
, *verè Pseudoprophetæ sunt.* 34 Si ore suo verba sua, & non ver-
mini circumferunt, *Pseudoprophetæ sunt.* 35. Si externâ pie-
te coram hominibus nitent, coram Deo in conscientiis suis disso-
udoprophetæ sunt. 36. Si propriam qværunt laudem, & non
loriam, *ipsissimi Pseudoprophetæ sunt*, in seipsis, non in Christo, se
t. 37 Si Mundum amant, & amant magni audire Domini, nec
isti patientiam demittunt, paupertatemqve ipsius & humilita-
nis tantum, non cordium internis oculis, aspiciunt, *Pseudopro-*
t. 38 Si vim & oppressionem exercent, edictis & condemna-
, carceribus & afflictionibus, necibus & proscriptionibus: *non*
Christi Spiritus, qvi aliud longè filios docuit suos. 39 Talibus

qvi tu ipse contunderis, & conqvassaberis, ut extolli neqveas amp
23 Ecce Vocem magnam intonare faciam contra te! qvæ & ante s
per insonabat tibi. 24 Sed Tu per potentiam Regnorum Terræ ol
rabas aures, audire nolens: inclamanti autem Te incîdi curabas ven
bibens sangvinem ejus. 25. Qvô inebriatus necdum oculos adape
potes: multô minùs audire vocem prodeuntem ex civitate Dei mag
habente duodecim fundamenta, & portas 12, nempe vocem Evange
potentiam Dei ad salutem credentibus. 26 Per hanc vocem supe
tuæ voces, contra Deos hujus mundi emissæ, manifestabuntur. 27
tametsi Tu distendas fauces Tuas, & os tuum maledictum aperias
lingva tua præcox sit ad blasphemandum: Dominus tamen distenso gut
tuo funiculum præducet, eique appendet libramina gravis ponderis
strangulabit blasphemam tuam lingvam in faucibus tuis: 28 Et ce
cesces, & obmutesces, & non effuties amplius blasphemationes, su
baqve verba contra Deos mundi hujus: sed illi loqventur adversus
& consiliis decernent de Te, & venient super Te instar Diluvii,
suffocaberis, nec jam aufugies. 29 Non aufugies autem ideò, quia
curasti Deum Patrum tuorum, & Altissimum non dilexisti, neque col
corde tuô, sed ore duntaxat. 30 Amorem quoque mulierum neglex
sed abominanda patrasti: & efferens te super omnia, & subjecta tibi
volens omnia, dicebas: *Rex sum, facio qvod volo.* 31 Et fabricast
Deum *Maosim*, quem aurô, argentô, & gemmis coluisti: ditan
honoribus cumulans eos, qvi honorare tibi Deum tuum auxiliati su
distribuisti inter eos terram. 32 Et excreverunt tecum, & reg
tecum, adhærentes tuo illi *Deastro*, cujus tempus exspiravit, & mer
ejus impleta est. 33 Tu qvidem te Deum tuum prævalidè inclusisse m
tioni existimas, & prospexisse illi optimè, ut inexpugnabilis sit. 34
Jehova convocat Reges ab Aqvilone contra munitissimam urbem Tuam; &
jam veniunt, Gladium ferentes latum & acutum contra te, qvi dis
mænia tua. 35 *Adigent enim te ad incudem tuam, & attollent Malle*
qvo contunderis. 36 Et experieris, me Jehovam esse discutienten
Deum tuum Maosim: & cognosces, nihil tibi profuturos ejulatus t
adjutor enim nullus erit. 37 Et adducam super Te *Monarcham mag*
multorum Regnorum, qvi veniet super Te cum furore magno. 38
Væ! tempus jam adest, jam venit! 39 *Regna Mundi clangore sub*
concitata sunt, & primores Terræ dati in sensum reprobum, nesciunt,
credunt, Babylonis adesse ruinam, neqve jam adesse finem falsi Dei Ma
40 *Sed cantillant cantilenas Pacis, & enarrant sibi invicem novellas de*

prof

rosperis. 41 *Exsurgite Reges!* accingite vos contra fictum Deum Mao-
sim ad prælium! tempus illius exspiravit, jam *Fuit!* 42. Ah! Ecce
geminum incipit prælium! interficiunt se invicem, sangvis funditur mul-
tus! 43 *Meridiales & Occidentales* instruunt aciem ad exeundum in
furore, & complendum voluntatem suam, & exseqvendum qvod decreve-
runt, & ut prævaleant inimicis suis omnibus die unô. 44 Sed hæc Tur-
ba festinat ad diem infortunii sui, *sternentur enim ab Orientali & Septen-
trionali Exercitu.* 45 *Qvod nemo credet, nisi tùm cùm videbunt qvasi Lo-
custas ab Oriente & Septentrione advolantes.* 46 *Atqve tunc multi in despe-
rationem incident: qvia magnâ velocitate res fiet: nec eam robusta Meridiei
brachia impedire valebunt.* 47. *Verbum enim Jehovæ in exsecutionem ire
necessum est.*

48 Ecce *Aries & Caper* procurrunt unà! 49 *Aries* allídet capite, &
Vir qvidam pavore perculsus curret, perterrefactus valdè: sed non diu:
recipiet enim solatium. 50 *Caper* arrodit Arborem qvandam fructife-
ram, qvæ ad tempus sine foliis stabit: sed rursùm revirescet, fructumque
proferet, & valdè excrescet, eritqve in admirationem magnam incredulis.
51 Et *Aries*, & *Caper*, habent ante se longinqvam viam: sed hæc ipsis
obruetur nive. 52. Et mactabuntur: Vir autem ille redibit lætabun-
dus; & Arbor illa protrudet folia & fructus: & hæc adferent læta tem-
pora. 53 *Rumor invalescet, adversus Septentrionales & Orientales locustas
confœderationem fecisse multos Reges, Principes, & Potentes, Imperiumque
futurum in pace, & jactabunt ingentem potentiam suam.* 54 Sed hi postea
semetipsos invicem prodent, & instar luti ferro admisti dissilient: 55 Id
autem propterea, qvòd consilia duntaxat inibant ad debellandum eos gla-
diô externô, pænitentiam verò non egerunt: ideò inimicis suis tradentur
in manus.

56 *Locustæ ab Oriente etiam in discrimen venient. Involabit enim eas
Avis magna, & damnis ingentibus afficiet:* 57 *Ipsæ tamen cum robore magno
venient, & facient qvod sibi habent injunctum, mandatumqve Altissimi exse-
qventur, sicut scriptum est in Libro.* 58 Atqve hic Sermonum finis fuit
eâ die.

DIES VI.

CAP. XXXIV.

[Mundus prodigia contemnit ut Pharao. 2. Comparatio moderni Ecclesiæ afflictoris cum 4 & Saule Rege. 25.]

SEptembr. 28. redierunt ad me ambo, & salute præmissâ dixe
Attende nobis diligenter, & animum adverte! 2 Infidelis 1
progenies signa expetit & Miracula, cùm tamen miracula pro mi
agnoscere nolint, sed Terram tantùm respectent, & non opera De
Sicut Bos nil nisi gramen circumspectat, ita Mundus nil nisi ea, c
oculos pascat & ventrem: opera Dei circa se nullius pensi habens.
cut Pharao non considerabat miracula Dei, sed brutis tantùm oculis
ciens dixit: *Qvis ille Deus est, qvi per Vos mihi populum dimittere m*
Ego hæc prodigia parvipendo: Sanguis est sanguis; Reptilia sint qvicqvid su
stem pecorum & tenebras non curo; Grando & Ranæ nihil sunt novi; Ul
Locustas in prodigiis non numero. 5 Sic ecce prodigia susqve deqve l
Pharao, & suæ confidens potentiæ dimittere Populum noluit, done
dem Deus omnes ejus primogenitos percussisset, tunc demùm dimis
Cæcitas tamen & induratio non recessit ab illo: quapropter surgens
cutus est Populum cum universo robore suo, asseqvi eos, & prorsus
necioni dare intendens. 7 Atqve sic priorum oblitus miraculoru
cogitavit, qvemadmodum aqvæ in sanguinem conversæ erant, it
gvinem suum cum aqvâ maris commixtum iri, sibique cum universo
citu suo in aqvis pereundum esse. 8 Propterea ille anteacta conte
in sensus sui perversitate progressus est, usque in sepulchrum suum.
qve ibi perierunt Eqvi, & sessores, totusqve Exercitus ejus in aqvis
pulus autem Jehovæ pede sicco pertransiit, sed exercitus obdurati P
nis submersus est. 10 Prodigium hoc magnum fuit: cui prorsus
prodigium eveniet nunc. 11 Superbus enim, obduratus, cæcus I
non aspicit ulla prodigia, interitum suum sibi præsagientia: sed omn
ninò contemnens pro nugis habet, donec in perversitate sensûs sui
cum sibi destinatum venerit. 12 Dicit enim in corde suo: Qvid
gia hæc aliud sibi volunt, qvàm qvòd victoriam mihi de inimicis m
portandam prænunciant? 13 Consurgam igitur, & eos perseqvar
cti enim sunt potentiâ meâ velut montibus arduis, qvos superare n
terunt: & robur meum coram illis est ut mare profundum, qvô absorb

4. Non evadent manum meam : delebo eos omnes : id enim jam
ıpud me decrevi, & robusta est manus mea. 15 Atqve id propte-
ım, qvia rejiciunt mandata mea, & parere nolunt verbis meis, ne-
ım meum Maosim colere, sed dicunt, *Deo nostro*, *Deo vivo*, ser-
16 *Sed audi, & attende; ô Tu superbe & indurate, sine Reginâ*
tumide, oculis capte, ad mortem destinate, qvi levamen apud te
ntibus afflictionem addis, & jugum ipsis aggravas, & propellis eos
um, ad colligendum stipulas, & tolerandum calamitosum exilium.
hoc illis eô proderit, ut tantô ardentius die noctéqve clament ad
m, qvi eis Liberatorem mittit, qvi eripiet eos ex tyrannide tua:
prodigia, qvæ nunc in Mundo facta sunt, & fiunt adhuc, præsa-
18 *O Vos fideles Christo confisi Israelitæ*, attollite cum gaudio capita
& cernite appropinqvantem Redemptionem vestram. 19 Nolite
ea pertimescere prodigia: hæc enim vobis diem prænunciant, qvô
ini è servitute vestrâ. 20 Montes magni nihil obstabunt, & abys-
ris dividet Dominus, superqve inimicis vestris concludet. 21 Hoc
aculosum factum, per universam terram deprædicandum. 22
tribus prodigiis tibi dicere habemus! 23 *Primò, Pharao hujus tem-*
entiam colligit ingentem, qvâ instructus exibit cum agminibus multis
ratò præcipitabitur id mare, ejiciendus in littus, unâ cum copiis
24 Nemo erit, qvi ei opem ferat: qvia contempsit prodigia interi-
suum prænuntiantia. 25 *Secundò, Saul hujus temporis vibravit*
uam in adolescentem, qvi est in Septentrione: sed fefellit eum ictus, &
ıufugit enim sicut David, & Magnus Dux Michael in auxilium illi
& vincet. 26 Auferetur qve corona, & pileus, & sceptrum,
e Saulis, & imponetur capiti adolescentis, & sceptrum dabitur in
i: & subjiciet sibi montes & valles. 27 Atqve hoc erit prodigium,
ıpescet mundus: recogita id probè. 28 *Tertium prodigium: Saul*
mporis nuncios expediet, & jam expedivit: sed isti omnes prophetabunt
eritum. 29 Qvin & ipsemet proprii interitus Propheta sibi existet:
et visiones fallas, & consilia apud mortuos implorabit. 30 Sed
) complebit tantùm mensuram peccatorum suorum, & conscendet
em desperationis: imò jam est in monte desperationis. 31 Nam
i ejus adversâ utuntur fortunâ: Dominus mittet super eos tremo-
error à Jehova invadet eos sicut terror cervi juvenis â venatoribus,
horror infantis à feriente fulmine: hoc erit prodigium! 32 Fa-
t, & tamen nondum factum est, sed fiet brevi, die unô. 33 His
ıt sermonem.

DIES VII.

CAP. XXXV.

[*De exsuperantibus in mundo iniqvitatibus*; *Corporali*, 14; *& Spirituali*, 44.]

SEpt. 30. reversi ad me denuò dixerunt: *Diligenter attende, & quæ dicturi sumus scriptô excipere nihil formida.* 2 Ah cæcitatem deplor
dam, & caliginem profundam, cui involuta major mundi pars jacet,
consurgere non vult, neqve removere à se iniqvitates horrendas. 3
peccatis oppleti cubitum eunt, & cubitu surgunt, delectationem hal
tes in facinoribus malis: ut premat alter alterum, fratrem frater, à
ne ad vesperam. 4 Attende & audi! Qvi veritatem Dei non cogno
delectatur iniqvitate, & pervertit Justitiam in amarum absynthium,
judicium à se rejicit. 5 Et lingva ejus præceps est ad efferendum
qvum judicium; & manus præcoces ad inferendum vim orphanis & a
lescentibus qværentibus justitiam Dei, contegentibus se byssô candidâ
cingentibus se cingulô justitiæ, utpote firmo amoris & justitiæ Dei vin
lô. 6 Nam veritas lumen est, & justitia lampas in tenebris & um
mortis lucens, & educens ex injustitiâ in Justitiam, qvæ habitat in Isr
7 Joseph autem plantat illam veluti arborem fæcundam: per dilection
& mansvetudinem erga fratres suos. 8 Qvamvis illi non curant, s
ignorantia suppressisse Justitiam: Justitiæ Dei ne semel qvidem record
donec compulsi fame qværerent Justitiam, illucentem terram tenebr
sam, & illuminantem eos qvi habitant in tenebris: 9 Et Joseph fra
tribus suis cognoscendum se præbet, & de illis sollicitus dividit inter
Terram: videntqve illi gloriam ejus, qvâ pollet. 10 Hæc probè c
sidera, & conscribe diligenter. 11 Ecce enim tempora illa præstò s
de qvibus prædixerat magnus Propheta, multiplicatum îri iniqvitat
12 Et hæc iniqvitatis tempora fuerunt, & sunt in Terra diluvii ins
*multiqve Regum, Principum & Magnatum, mergentur magnis iniqu
tum aqvis*: qvoniam morantur in aqvis injustitiæ, & ad justitiæ port
appellere nolunt.

13 *Attende & audi!* Una iniqvitas est corporalis, Spiritualis a
ra: ac utriusqve vinculis constrictus jacet totus ferè Mundus: qvia
qve alii aliis iniqvitatem intentant. 14 *Corporalis iniqvitas* tantoperè
valuit, ut nec inter Gentiles fuerit tanta. 15 *Væ potentibus in Terr*
qui oppressis vim inferunt, & pio Nabotho vineam adimunt, audie

esse mortuum, & non habere auxiliatorem. 16 Et qvi non inqvirendo in fraudulentiam scelestæ Jesabel justitiam in ignorantia detinent, & hæreditatem Naboth ad se derivantes lætantur, sicut Achab, & Domos domibus, Agrosqve agris iniqvè accumulant. 17 *Væ exercentibus violentiam & oppressionem.* 18 *Ah Væ illis, qvi iniquitatem deasciant sicut Cæmentarius lapidem, ad conciliandum illi speciem.* 19 *Ah Væ illis quoque, qui Justitiæ duntaxat libros inspiciunt, non etiam Charitatis libros, in seipsis.* 20 Talibus vinea Nabothi parùm adferet fructus, sed judicium Achabi manebit illos: Arcus enim à Jehova intensus est adversus eos, Sagitta Altissimi impetet eos. 21 Confusionem magnam incurrent coram Judice Justitiæ, in cujus ore nihil est doli, & cujus oculi fulgidiores sunt Sole, ad perspiciendum qvasvis totius Mundi impietates, & producendum in lucem omnes iniqvitates ejus. 22 Proinde iniqvus esse in alterum nemo debet: imò qvi Christianæ conversationis habere vult testimonium, is ne inimico qvidem injuriam inferre, qvinimò nec in Ethnicum qvidquam mali cogitare, multò minus reipsâ illi ægrè facere, debebit. 23 Id enim abominatio est coram Deo. 24 Lege Propheticas & Apostolicas Scripturas. 25 Attende & audi! *Justitiam scienter supprimere, peccatum est in Spiritum S*: & nisi resipiscant tales, â facie Divinâ (ex decreto immutabilis Justitiæ Dei) rejicientur. 26 Atqve tunc eorum potentia nihil eos juvabit, quam in violentiis inferendis usurparunt. 27 Secundò *Justitiam scienter supprimere, abominanda est Idololatria*, ipsissimiqve Diaboli adoratio: cui sic inservitur in opprimendâ Justitia, præbeturqve sic illi in corde domicilium, ad promovendum semper iniqvitatis opus. 28 Tales nisi desistunt, & ad pænitentiam se convertunt, accipient mercedem iniqvitatis, exitium æternum. 29 Tertiò, *Justitiam scienter supprimere, facinus est homicidii.* 30 Nam qvi proximo infert injuriam, vitam ipsi adimit, & mortem ei accelerat, accersitô mærore morbo à qvo moritur, ut ante diem in sepulchrum descendere cogatur. 31 *Audi Tu*, qvi supprimendo Justitiam occidis fratrem! Mors æterna merces tua est. 32 *Audi Tu*, qvi supprimendo Justitiam fratri morbum concilias, conscientiam malam, qvæ pejus omni morbô dolore te cruciabit. 33 *Audi Tu*, qvi fratrem Tuum ante tempus in sepulchrum contrudis! dimidium dierum tuorum non attinges, sepulchrumqve tuum erit infernus, & cruciatus Infernales deliciæ suæ, & Justitia Dei æternùm manebit super Te, nisi resipiscis, & velut ex mortuis resurgis ex iniqvitatibus tuis. 34 *Attende sedulò! Qvisqvis iniqvitatis amans eâ se oblectat, & lætatur in injustitiâ, mortuus est; qvia* Charitatem intra se non habet. 35 Charitas

qvippe

qvippe gaudet veritate: ubi est Justitia, ibi Charitas est; & ubi Charitas, ibi & Justitia. 36 Refrigerata Charitas est injustitiæ soboles; & injustitia refrigeratæ Charitatis: alterum ex altero promanat, & sibi invicem ita adhærent, ut in arbore rami, tàm apud fidelis qvàm infideles. 37 Perfer igitur patienter injurias, inferre autem tu ipse cave: 38 Injuria patienter tolerata corpori & animæ prodest. 39 Nam qvi illatam sibi humillimè perpessus est injuriam, is super injuriosum videbit igne devoranti similem iram Dei. 40 Ferre injuriam, solatium est Christiano: scit enim sibi largissimè remuneratum iri. 41 Facere injuriam ex Diabolo est, Principe hujus mundi; qvi eam faciunt, mercedem suam accipient, si morientur in peccatis. 42 Viventes in injustitia dicunt: Exerceamus dolos! qvis dicere audebit nos injustè agere? 43 Sed dies Domini patefaciet ista, & producet in lucem: & tunc finem accipiet potentia vestra, qvâ ad opprimendum alios abusi estis, ejulabuntque omnes generationes vestræ. 44. *Altera magna iniquitas Spiritualis est*, qvam pro iniqvitate agnoscere nolunt: qvando Juvenes & Virgines detentione violentâ ab accessu Justitiæ Dei arcentur. 45 Qvinimò suffocant eos, gravibusqve verbis & verberibus conficiunt, qvoties ad justitiam *Dei* accedere, & à Christi Spiritu informari, & in templa ac habitacula Spiritûs Sancti ædificari cupiunt. 46 Væ vobis, qvi sic invehimini, & iram effunditis in juvenes & virgines, vias suas ad mandatum Dei, & invariabilem Evangelii normam, formare volentes. 47 Et fremitis contra eos velut Eqvi feri, & non sinitis eos ire ad Christum, qvi corda eorum tetigit, & in creaturas novas transformavit eos & regenuit. 48 Sed illi magnam vestram injustitiam vident, qvi eos cassibus detinetis, sed evadent ex cassibus vestris potentes, qvos nexuistis ex propriis commentis vestris. 49 Confecistis vobis Rete proprium, ex humanis traditionibus: Rete autem Evangelii rejectum deseruistis. 50. Væ Vobis, qvi Justitiam Evangelii supprimitis, & impetitis eos qvi se reti Evangelii captari libenter vellent. 51. Qvin igitur etiam Christi vocem supprimitis: *Sinite pueros ut ad me veniant, & nolite eos prohibere, talium enim est Regnum Dei* 52 Illis ecce ab æterna Dei justitia adscribitur *Regnum:* Vos qvid tumultuamini murmurantes? 53 Et juvenes virginesqve venire, & emere gratis vinum & lac cur non sinitis? & implere corda sua oleo Evangelii, qvô fides succenditur, & quod nunquam extingvitur, sed permanet in æternum cur prohibetis? 54 Nam ignem hunc nullus falsus exstingvere potest ventus: imò ne Satan qvidem ipse, aut Vicarius ejus. 55 Qvi reprobô sensu ductus instillat cordibus humanis humanas doctrinas, idqve

per

per vim & oppressionem, vendens humanas suas doctrinas pecuniâ, & compellens vi ad emendum, atqve insuper laudibus tollendum merces suas. 56 Tu cave, & fervidè ora, ne & tuum cor maledictis illis humanis figmentis inficiatur: ut aut emptum venias, aut emi permittas, vani honoris causa. 57 Nam ecce diebus his multi ab Evangelio descifcent, & justitiam scientes volentes supprimendo ad maledicta hominum instituta accedent. 58 Tu autem adhære Deo, & crede Evangelio qvod est potentia ad salutem credentibus. 59 Audi Dei verbum, ejusqve prædicationem magni æstima: humana verò figmenta ne respice: sunt enim abominatio. 60 Nam ecce Evangelium in iniqvitate supprimitur, primò, si qvis ei fidem non adhibet, & pro firmo prophetico sermone non agnoscit, Christum ita mendacii insimulans. 61 Hinc enim est qvod homines ad fontes humanæ doctrinæ confugiunt, & iis ad insaniam usqve se inebriant. 62 Ita Israelitæ non crediderunt Verbo Dei, sed confectum sibi vitulum adorârunt loco Dei. 63 Nos ergò tibi dicimus: Crede firmiter verbis Domini, & Evangelio, atqve sic te humanarum traditionum virus non inficiet. 64 Supprimitur etiam iniqvitate Evangelium, si qvis viam charitatis deserit. 65 Si dicis, credere te Evangelio, & odiô prosеqveris fratrem tuum, mendax es, & nondum â Christo didicisti humilitatem, mansuetudinemqve apud eum non qvæsivisti. 66 Nam *Evangelium est mandatum dilectionis: Dilige inimicum tuum, & benefac illis qvi oderunt te.* 67 Mandatum est, relinqvere omnia, & Christum seqvi: Mandatum est, honorem mundi contemnere, superna tantùm spectare: Novum hoc mandatum Evangelicum est. 68 Attende diligenter! Qvi se Christianum esse jactitat, & humilitatem â Christo non didicit, ut in ea decenter ambulet, is seipsum decipit, & pacem nullam habet in corde suo, sed anima ejus plena est inqvietationibus. 69 Supprimit enim Justitiam Christi per hypocriticam Pharisaicam justitiam: & humilitas, modestia, mandatumqve novæ Legis, nihil nisi mera apud ipsum sunt hypocrisis. 70 Gloria mundana nimis ipsi adhuc placet, & vanitas mundi adhæret cordi ejus. 71 Ecce tales Væ superobruet, idqve subitò: non enim pertinent ad Christum: qvoniam in charitate Christi non ambulant, sed in amore vanitatum mundi. 72 Qvâ de re plura tibi loqvi habemus: simulqve hôc dictô disparuérunt.

Dies VIII.

Cap. XXXVI.

[*Comparatio Germaniæ, mundiqve moderni, cum priori Mundo & Sodoma.*]

TErtiâ Octobris ad me reversi, denuóque attendere præcipientes, hunc Sermonem ad me habuerunt. 2 Ecce peccata prioris Mundi magna fuerunt! magna & Sodomitarum, ad Deum in cælos clamantia! 3 Primi mundi peccata mercedis loco acceperunt Aquarum mensuram plenam: deletique diluviô sunt omnes, exceptis qui cum Noa in arca servati fuerunt. 4 Sodomitæ vero Ignem retulerunt pro mercede, perditi fumô & flammâ, & ipsi & civitates ipsorum. 5 Magna enim erant ipsorum scelera, neque attendebant tempus gratiæ, sed auxerunt impietates suas, etiam in diebus pænitentiæ; oblatâque sibi gratiâ ad majorem vitæ dissolutionem abusi, noluerunt à Spiritu Sancti coerceri. 6. *Audi quàm similiter jam se res habent! Peccata mundi primi, & Peccata Sodomæ, nunc in Germaniæ provinciis disseminata sunt, succrescendoque luxuriant, & jam in cælos clamant: nec tamen pænitentiam agunt, similes illis pertinaciâ.* 7. *Prioris Mundi habitatores, ut & Sodomitæ*, homines erant insignes ac celebres, pro magnis se invicem habentes: & per hanc superbiam atque tumorem suum oblivioni dederunt Deum & mandata ejus. 8 Alter alterius celebritate pascebat oculos, ad Deum verò nemo respectabat, nec ejus verbum pro verace habebant: atque ita securi, & charitatis obliti, excogitabant sibi vias inserviendi Deo.

9 *Atque per hoc se præsens Mundus cum Mundo primo cognatione junxit, peccatorum nempe similitudine: sed & hic ipse præsens Mundus frater est Sodomæ: opera enim Sodomitarum patrat.* 10 Magni æstimant alii alios, suspiciendo sese invicem præ tumore & fastu. 11 Dei autem mandata despiciunt, ejusque verbum pro vero non agnoscunt: vivunt in carnali securitate, operum charitatis obliti. 12 *Atque hoc est horrendum maximè, sine charitate vivere.* 13 Ipsi sibi comminiscuntur vias ad complacendum Deo, & intuentur celebres in mundo, non Deum. 14 Atqui Deo nulla talis complacet via, quæ non per Christum verbô suô monstrata, sed per viros celebres mandata est. 15 *Vanæ sunt viæ istæ; Væ seqventibus eas, & viam Dei deserentibus.* 16 *Deinde*, patrarunt illi fædas libidinum & impuritatum abominationes, volutati in adulteriis & idololatria, voracitate & intemperantia. 17 *O Germania, qvantoperè adversus Te peccatum impu-*

uritatis, & scortationis, & adulterii, in cælos clamat! 18. *Vos in ris celebres*, patratis scortationes sine pudore, & adulterium pro pecco non habetis. 19 *Vos in Terris celebres* exercetis Idololatriam sine nero: perseqventes & interficientes eos, qui idolis vestris contaminari unt. 20 *Vos in Terris celebres*, cur verò tantoperè in comessationibus vita belluina deliciamini? & ad ebrietatem ac intemperantiam tàm ecipites proruitis? non recogitantes, hæc primi Mundi & Sodomæ cata fuisse. *Væ illis, qvi talia committunt.* 21 *Tertiò*, illi colebant ras, alius ab alio cum fraude coemptas: atque ita divitias coluerunt Deo: 22. Excolebant terras, corda sua in timore Dei excolere liti: Emebant & vendebant, nec ipsis in mentem venit, ut à Deo oque emerent pro pænitentia & conversione gratiam. 23 Divitias bebant pro Deo suo, de ratione in Deo ditescendi nihil solliciti. 24 *Ecce Germania, mundusqve hujus temporis, etiam excolunt terras, & vischuntur excolere timore Dei corda sua!* Emunt & vendunt, fallentes se vicem; à Deo verò per pænitentiam emere negligunt. 25 Divitias ioque pro Deo colunt, in Deo autem divites fieri non curant. 26 *Væ is, qvi talia faciunt! Et divites in Deo fieri securè negligunt! Habent merdem suam!* 27. *Qvartò*, Illi à Spiritu Sancti corripi noluerunt, sed ntemnebant minas, & regimen ejus nullum apud ipsos inveniebat locum. 28 Abeuntes non respectabant tempus, quod concesserat illis ad enitentiam Deus, sed in securitate sua permanentes, de die in diem ebant pejores, usque ad diem, quô Noah cum suis arcam ingressus est. 29. *Ah Væ mundo huic, & Germaniæ! coerceri à Spiritu Sancto non sustintibus, minas Dei Spiritûs Sancti pro nihilo, & regimen Dei Spiritûs Sancti o stultitiâ habentibus! dicentibusque:* 30 *Num iste monstrabit nobis viam ei? Atqui vinô inebriatus est* [ipse Noah scilicet & Loth] inquit progenies infidelis. 31 *Non faciemus qvod iste nobis narrat, sed qvod Spiritus rnis nostræ nobis dictat, & Spiritus rationis nostræ approbat.* 32 *Loqvatur nobis Noah vel Loth, de aquis vel igne, quicquid volunt: sive id dixerit eus, sive non.* 33 Ita ecce loqvuntur! & omnis de pænitentia sermo diculus illis videtur: neque exeunt ipsimet, neque se patiuntur educi, d in impia Sodoma, & præfracta duritie prioris Mundi permanent. 34. *Et non considerantes pænitentiæ tempus sibi concessum, transmittunt totos 20 annos: neqve respiciunt, qvàm solicitè Noah arcam sibi exstruat, ut aquas luvii magni super Germaniam venturi evadere, & corpus animamque servare sit.* 35 Tu ergò si ab imminente Diluvio servari vis, vitam vites ndalosam (qvæ in terra instar impetuosi diluvii est) doctrinamque

falsam, & constitutiones hominum, (quæ in terram instar impetuosi diluvii eunt) perque fidem *ingredere Arcam Noë*, & tempus pænitentiæ cave amittas. 36 Atque si Bella, Fames, Pestis, & calamitosa tempora venient, nihil tibi nocebunt. 37. Deus enim *Iridem* gratiæ & amoris sui expandet supra te, quâ te & fideles omnes jam circummuniit. 38 Ideò dicimus: *Si ingruerint mala tempora, tum aspice Iridem gratiæ Christum, qui per nubes penetrans semper ad auxiliandum præstò est suis fidelibus.* 39 Ne metuas, nihil quidquam tibi nocebit, *prodibis rursus ex arcâ* cum gaudio, & Spiritus adferet tibi (in mediò aquarum tribulationis) *viridantem Evangelii frondem*, quam asservabis. 40. *Corvos autem dimitte à te*, hoc est falsa dogmata & hypocrises, diesque diluvii patienter edura, & glorifica nomen Dei. 41. *Ne morare etiam in Sodomâ, sed servos Dei sequere*, evocantes te verbi Divini voce, non autem voce humanarum traditionum, quæ nunquam te Sodomâ educerent, altiùs potiùs immergerent, & intricarent, ficut fera cassibus irretiri solet. 42 Sed Tu ductum doctrinæ Legis & Evangelii sequere. 43 *Et cave, ne ad divitias deliciasque Sodomiticas respicias, vanitas enim sunt.* 44 Potiùs te corde toto ad Dominum converte, cum *Abrahamo*, & pro illis, qui adhuc detinentur in Sodoma, ut & ipsi exire, iramque Altissimi effugere possint, intercede. 45 *Propterea Tu, o Germania, & Tu, præsens Munde, binum istud exemplum probè perpenditote.* 46 Isti olim, qvùm ad effundendum aquas & ignem, & ad delendum & perdendum eos cogerentur nubes, & interitus jamjam esset proximus, maximè securi erant, dicentes: *Nihil est, periculi.* 47 Similiter Tu, ô secura Germania, dicis: *Nihil periculi est nec ab Oriente, nec à Septentrione.* 48 Propterea Loth quoque noctem tenebricosam Sodomæ transegerat: mane demùm exortô ad exeundum compulsus est, moxque vindicta supervenit subitò. 48. *Ecce à Nocte Meridie, circa diluculum, ignis, de cælo descendit in Sodomam! ita in te descendet, ô Germania, velocissimus à Septentrione ignis, & ignis lamentabilis inde, ubi promicare incipit aurora.* 50 *Securè enim agis, æquè ut soror tua Sodoma.* 51 *Tu autem maligne Munde, jam maturuisti: Jehova te judicabit, nec remittet, nisi resipueris.* 52 Hic finis fuit eâ die.

Sermo Diei IX.

Cap. XXXVII.

[*Ex Typo Esavi & Iacobi explicatur pugna perpetua inter Pseudochristianos, 4, & verè Christianos. 12. &c.*]

QVartâ Octobris reversi dixerunt: Attende! 2 Qvemadmodum olim duo illi in utero matris premebant se invicem, & colluctabantur, anteqvam essent editi in lucem; Ita nunc fit: premunt se, & mutuis præliis collidunt in ipso corpore & Regno Christi constituti populi. 3 *Exercitus binus ad dimicandium acie instructus est: alter hirsutus, alter glaber.* 4 *Hirsutus est Exercitus Bestiæ & Pseudoprophetæ*, tantâ vi & robore pollentes, ut glabri pavore perculsi retrocedant: sed illorum retrocessus lætum iisdem adferet regressum. 5 *Hirsuti* autem sunt ideò qvia se doctrinis Pseudoprophetæ obduxerunt, & saginârunt trium *Ranarum* pinguedine, & roborarunt Spiritibus Dæmoniorum, qvorum sunt venatores, venanturqve feram innocentem. 6 Perseqvuntur etiam & affligunt, & dilaniant oves Domini, confisi villis suis, qvibus Ranarum beneficiô exasperata nacti sunt corpora. 7 Nam tres illæ Ranæ, & falsi Spiritus Dæmoniorum, exierunt inter Reges & Principes orbis, etiam in ipsam Germaniam, collegeruntqve tantam copiam illorum, ut multi isto eorum robore perterriti, & villis istis sese implicantes, eant ad prodendum vendendumqve fratres suos, sicut feram innocentem. 8 Qvin & ipsi sunt hispidi, obducti doctrinis hominum: Hirsutiæ enim vanæ doctrinæ tàm firmiter ipsis adhærent, atqve hirco pili sui, aut arieti villi sui. 9 Qvibus si humanarum doctrinarum pilos forfice Legis & Evangelii detondere velis, arietant illicò procacibus cornibus suis, & luctari seriò incipiunt. 10 Adversantur enim glabris, & eos inseqvuntur, ac perseqvuntur, sicut feram: & qvi dixerit, pilos ipsorum esse pilos humanarum opinionum, ille compellitur ad comedendum istos pilos, insuperqve occiditur. 11 Hic est unus ille Exercitus, libero in campo castra metatus, à qvo tibi cave, prosternetur enim.

12 *Exercitus glaber ii sunt*, qvi purgati ab omni humanâ doctrinâ rejecerunt fædos figmentorum humanorum villos, & abluerunt se in sangvine agni, & candefecerunt stolas suas, per Evangelii lucem. 13 Qvomodo se lavit ac purgavit Elias, & lux Euangelii lucebat sibi, ut Pseudoprophetas

dignoſcere poſſet: de qvô tibi jam ante diximus. 14 Tali lumine candebant & gaudebant ſeptem illa millia, eorum qvi coram Baale neque genua neqve cor ſuum flexerant, qvos tamen neſcivit Elias fuiſſe lotos & mundatos, multô minùs lumine Evangelii illuminatos. 15 *Et ſicut Elias numerum illorum ignorabat, ita ſibi Deus uſqve ad Adventum Chriſti ad judicium ſua ſeptem millia reſervabit.* 16 *Numerus enim iſte eſt numerus Septimanæ: Diebus ſingulis ſingula millia ſibi ſervavit Deus, qvi glabrè ac nudè ſinè humanis figmentis coram facie illius comparent, ſeptemque panibus cibantur: venientes à quatuor mundi plagis: ab Oriente mille, à Meridie totidem, mille ab Occaſu, & à Septentrione itidem mille.* 18 Non tamen hoc ita intelliges, ac ſi mille duntaxat & non plures diebus ſingulis Deo ſerviant: ſed numerum finitum poni pro infinito. 19 *Quòd à quatuor mundi plagis veniant*, ſenſus eſt, qvòd neque Reges â Meridie & Occaſu excuſare ſe poterunt. 20 Omnes enim ad convivium Regale invitati ſunt: Dominus Dominantium inſtruxit & apparavit omnia. 21 *Quòd ſingulis diebus veniant mille*, ſenſus eſt, neminem habere quod prætendat, ad excuſandum ſe, ſive ſit juvenis, ſive ſenex, ſive pauper. 22 Nihil hìc Moyſis aut Jeremiæ excuſatio, nihil Patris matriſque ſepultura, multò minus iiſdem valedicendi, aut veniam impetrandi prætextus juvat. 23 Spontaneum Dominus vult habere Zacheum; qvi de ſicomoro illicò deſiliens, in Arbore vitæ ſeſe fundare incipiat. 24 Tu itaqve cave, ne ſicomorus ſis, ut ne maledicat tibi Chriſtus, ſed benedicat potiùs, & in gratiæ fædus recipiat; Voluntariè Dominum ſeqvi, omnia relinqvendo, convenit.

25 *Atque hi ſunt duo illi Exercitus, pugnantes adverſus invicem nocte dieque.* 26. Ab his nunc etiam proveniunt tot illæ ſtrages, cum furore adverſus ſe invicem dimicantium. 27 Et ab utroqve multum ſangvinis effuſum eſt, & effundetur. 28 *Beſtia namqve ſanguinem vomuit, & ſanguinem bibere debebit.* 29 Qvia Jehova dabit ipſi bibendum ſangvinem, & omnibus qui in effundendo ſanguine operas ſuas junxerunt. 30 Effundebant quippe ſanguinem velut aquam: & effundebant abſqve cauſâ dicentes: *Sanguinem hæreticorum effudimus*: & exultant in ſangvine fratrum ſuorum. 31 Non recogitantes judicium falſæ hypocriticæ fraternitatis Jeroſolymitanæ: qvi ſitiebant ſanguinem, & innocui ſanguinis Abel participes ſe fecerunt, imò omnis ſanguinis effuſi ab Abele juſto, uſqve ad ſanguinem Zachariæ, inter Templum & Altare occiſi. 32 *Ita & nunc multum ſanguinis effunditur inter Altare & Templum*: hoc eſt propter ſanctiſſimum ſacrificium Agni Jeſu Chriſti. 33 *Qvin etiam multùm ſangui-*

nis profusum est Templi causâ: qvia pugnant super sacrificio, qvod est Christus, cujus sanguis effusus est in remissionem peccatorum. 34 Qvi credit Christum esse hoc sacrificium, & ambulat in charitate, is habet vitam æternam: & non opus est eâ causâ induere arma, & dimicare acie, sanguinemque aqvæ instar profundere: Væ id facientibus, & sanguinem effundentibus! 35 Deinde, pugnant etiam, & sanguinem aqvæ instar fundunt Templi causâ: qvô nomine multus jam fusus est, fundeturqve porrò, sanguis. 36 Ecce istud est patrare neces inter Templum & Altare, & fieri participem Abelitici sanguinis. 37 At hoc non est Christi, sed Babylonis character. 38 O sanguinolente homicida, qvisqvis talia patras, inspice in Novum Testamentum, ibi te non ad effundendum sanguinem, sed ad ambulandum in charitate instrui reperies. 39 Atqve hîc cessatum fuit hâc die.

ACTA DIEI X.

Magna & multa sunt (ideoqve nobis in Capita tria divisa) qvæ hâc die Cottero vidisse, & audisse, datum fuit, verè gloriosa omnium ei Revelatorum corona]

CAP. XXXVIII.

Visio monstrosæ Bestiæ, concisæ, & ab avibus direptæ, 2. Trium Boum in prato pascentium, 19, inqve homines conversorum, 30. Et confluentium undiqve Exercituum. 38. inter qvos Orientalis victor, 43, voce Evangelii sanatur, 45, reditqve domum cum gaudio, 122. sicut & Septentrionalis, 127.]

S*Extâ Octobris* redierunt ad me Adolescentes mei, & me contra metum animantes, diligenter attendere, conscriberéqve omnia, jusserunt. 2 Subitò autem conspexi coram me terribilem *Bestiam qvatuor insistentem pedibus*, non nimis altam, pedes autem unguibus benè munitam, cujus pili erant colore castaneo ad nigrum vergente. 3 Stabat capite Orienti, caudâ Occidenti obversâ; corpore autem ad Meridiem deflexô, & caudâ extremâ sui parte contortâ, collô oblongô, & capite bovillo simili, excorni tamen. 4 Corpus totum formam referebat semicirculi, & qvasi semiformis Lunæ. 5 *Et ecce collo ejus inflictum erat valdè profundum vulnus!* & vidi *Viros tres vulneri huic, quô consanesceret, emplastra applicantes.* 6 Sed & vidi *vulnus illud semper profundiùs fieri, sanguinaréque incipere; tres autem illi cum emplastris disparuerunt.* 7 *Quorum unus totus erat ater,* thecam habens atram cum unguine atro. 8 Alter erat

ater

ater & albus, ungven etiam habens ſimile, in theca ſimili. 9 *Tertius al bus & ruber*, ejuſdem gemini coloris thecam cum cataplaſmate geſtans 10. *Tunc venit vir quidam ſtaturâ exiguâ, cingulo præamplô cinctus, ſuſpenſumque à collo habens linteum, more ſeminantis in agro, in linteamine verò illi geſtans acuta ferramenta varia, quæ ſparſim ejecit ſub corpus Beſtiæ.* 11 Beſtia ergò reclinare ſe in terram volens ferris illapſa eſt, & ab iis horrendè compuncta atqve conciſa, jactare ſeſe tantoperè huc illuc cæpit, ut videretur terra diruptura: cruor autem ex vulneribus manabat undique. 12. Et vidi caudam ſuâ ſponte in multas partes diſſiliiſſe, ex qvâ etiam copioſus profluebat ſangvis. 13 Corpus verò & caput tremebant veluti à febri, & caput qvaſi furibundum ſub corpus ſe projecit; Corpus autem tàm horrendè huc illuc ſe jactabat, ut ſtarem attonitus. 14 Videbatur namque me jam jam obruiturum. 15. *Sed Juvenes ad me*: Bono eſto animo, ne metue, nihil tibi eveniet mali! & attende, qvid porrò futurum ſit! 16 Et vidi Beſtiam in multas partes diſſiliiſſe, qvas partes ad ſe attrahebat aër. 17 Subitò autem advolarunt multa millia avium varii generis, majorum & minorum, qvæ carnem Beſtiæ iſtius diripientes tam citò conſumpſerunt, ut qvò devenerit non poſſet animadverti. 18 *Ita & Beſtia & aves diſparuerunt.*

19. *Et dixerunt ad me Juvenes: Iterum aſpice!* Et ecce vidi magnum præamplumqve *Pratum* tàm altô & luxuriànti gramine virens, ut demirarer. 20 Et vidi venientes ad Pratum iſtud *Boves duos*, alterum poſt alterum, qvibus magnitudine & pingvedine ſimiles nunqvam vidi 21 Qvi paululum ab invicem digreſſi paſcebant ſe gramine, ſuô qviſque locô. 22. Et accurrerunt *Catelli qvidam* allatrantes Boves iſtos: qvi nihil id curantes paſcebant nihilominus, & ne reſpiciebant qvidem 23 At catelli latratu ſuô ſe fatigabant ad mortem uſque: Boves autem pergebant paſci. 24 *Tùm ad me Juvenes: Vide ut hæc omnia conſcribas diligenter: Hæc enim Viſio eorum eſt, qvæ fieri debent paucis abhinc annis* 25 Et cùm rurſus dixiſſent; *Aſpice!* Ecce *Bos qvidam ſpecioſus aureô cornu inſignitus* adventabat in idem pratum, tranſiitque inter duos illos medius in medium uſqve prati. 26 Ad hunc me deduxerunt Juvenes: Illi autem duo Boves circumſecùs paſcentes, etam ad hunc auricòrnem acceſſerunt qvi ad pratum properando ſpinam aculeatam pedibus ſuis infixerat: quam illi Boves iſti duo lingvis ſuis extraxerunt. 27 Ipſe autem valdè excrevit ſimulque cornu ipſius aureum in tantam ſe extendit longitudinem, ut pratum totum contegeret. 28. Et ecce *Canes venatici* magnâ copiâ venerunt, Bovemque illum circumſilientes allatrârunt, & conculcârunt

mul

multum graminis. 29 *Sed Bos ille magnus magnô suô Cornu illos feriit*, ut in Pratô disjecti jacerent mortui hinc inde magno numero. 30 *Tres autem isti Boves conversi sunt in homines: sed oculi mei non agnoscebant eos.* 31 Et ecce posita est ac instructa *Mensa quædam* splendida & magnifica, à *Viris septem* mihi qvoqve ignotis: & Mensæ illius majestatem ne verbis quidem describere possum. 32 Stabant autem ibi etiam *Viri qvatuor* decenti staturâ, loricis aureis muniti, habensque super loricam qvisqve *Lunam dimidiam*, stantes paulò à mensa remotiores, tacitè. 33 Tùm accubuit Mensæ *Vir ille ex Bove magno factus*, *indutus habitu albo & cæruleô*, albis & cæruleis lineis sibi invicem intermixtis, mirâ ad aspectum amænitate. 34 Sed & reliqvi duo eidem postea Mensæ assederunt, qvos nihil aliud loqventes audivi, præter laudes Dei. 35. Illi autem qvatuor (loricati) propiùs mensam accedentes ministrârunt, cantantes Psalmos tàm svavi melodiâ, ut longè diutiùs audire optassem, si licuisset: qvamvis tres horas duraverit solum hoc spectaculum, præter illud prius de Bestia illa. 36 Stante verò sic locô suô mensâ, cum assidentibus, dixerunt ad me Juvenes: *Seqvere nos.* 37 Deduxeruntqve me in montem qvendam, & dixerunt: *Circumspice ad omnes Mundi plagas.* 38 *Et* conspexi multa millia hominum ab omnibus mundi partibus: *ab Oriente* veniebat Exercitus ingens, & castra metati sunt adversus invicem. 39. *Illos autem ab Oriente vidi omnes esse obtortô collô, facie in tergum obversâ: ibantqve ita contortis capitibus contra Meridialem exercitum.* 40 Tùm vidi *Meridionale agmen ab Orientali absorptum*, ut qvò devenerit non animadverterem. 41 *Orientales* autem perrexerunt, & expugnarunt civitates multas: discubueruntqve postea in campo. 42 Tunc advenerunt qvidam Eqvites & colloqvebantur cum illis. 43 *Exercitus autem Orientalis dixit: Adsumus in nomine Jehovæ Dei vestri omnes nos: qvia Jehova intorsit nobis facies nostras, & nescimus qvid nobis faciendum sit.* 44 Et mox vidi, *& ecce Vir totus albè indutus veniebat, patinam manu gestans, sangvinis instar rubentem, cui similiter rubebat illud qvod in patina fuit: transiensqve per medium exercitûs inungebat rubrô illô singulos: & facies eorum conversæ sunt directè ad Orientem.* 45 Et Vir ille dixit ad eos: Ego dicam qvid vobis faciendum sit: *Agite pænitentiam, & credite Evangelio Christi, & salvabimini.* 46 Et audivi Concionatorem insistentem Columnæ aureæ, cujus

Concionis hoc fuit exordium:

47. Si quis sitit veniat, & ostendam illi fontem vitæ! si qvis esurit, veniat, & ostendam illi panem vitæ! 48 Si quis amat colligere vindemias,

mias, veniat, & oſtendam illi vitem Chriſtum: ſi quis ſanari cupit, veniat, & oſtendam ei Medicum verum. 49 Si quis proſpicere deſiderat, veniat, & oſtendam ei lucem: Si quis habere Spiritum Sanctum optat, veniat, & oſtendam ei Virum, qui Spiritum Sanctum promiſit, nec promiſit duntaxat, ſed & dat omnibus dari ſibi petentibus. 50 Si quis ſalvari cupit, veniat, & oſtendam illi Viam, & non tantùm Viam, ſed & Veritatem: quæ Veritas Vitam etiam ipſam donat, quæ eſt Chriſtus. 51 Si quis orare vult, veniat, & oſtendam illi quem adorare, & cujus in nomine manus ſanctas & corda pura attollere, quidque ſolatii pro firmanda exauditionis fiducia habere debeat.

52 Hæc ubi dixiſſet, orare cæpit: *Pater noſter qvi es* &c. & totus ille Populus procidit in genua, levatiſque ſurſum manibus orârunt.

53 Oratione finitâ, recitabat Vir ille dictum iſtud: *Sic Deus dilexit Mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret ut omnis qvi credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

54 Super quod dictum Sermonem habebat talem: 55 *Præparate corda Veſtra, ut ingrediatur Rex gloriæ.* 56. Inſtruite animas veſtras, Spiritum, & corpus, per charitatem, & per fidem in Chriſtum, & per ſpem, qvâ non confundemini, qvò ad Vos ingrediatur Rex Gloriæ; & effundatur ſuper Vos Spiritus Sanctificationis & Veritatis, inſtar fœtificantis pluviæ ac roris, ad humectandum terram aridam, ut fœcunda fiat ad protrudendum fruges, & edendum fructus, & comedendum panem: 57 Propterea præparate corda veſtra, ut Rex gloriæ vos qvoque glorificet! Honorate eum ex toto corde: qvi ipſe honoravit vos in Filio ſuo, & per eum velut Dominum gloriæ gloriâ ſuâ frui Vobis dedit. 58 Nam ſi credideritis in Nomen ejus, gloriam ipſius ſpectabitis: nec ſpectabitis ſolùm, ſed & eâ perfruemini, animâ & corpore. 59 Ille enim Rex Gloriæ, & Dominus Majeſtatis, deſponſavit Vos ſibi in juſtitia, & Dominus gloriæ tradidit ſeipſum Vobis in æternum. 60 Propterea tradite Voſmetipſos per pænitentiam eidem Regi gloriæ, ad beneplacitum ſuum; & conformate vias veſtras omnes ad gloriam & honorem Regis gloriæ, & ſiſtite omnia membra Veſtra ad ſerviendum Regi gloriæ, Deo vivo, obedite illi qvi eſt, & qvi fuit, & qvi erit in æternum. 61 Jungite Vos per fidem Gloriæ Domino, qvi Vos ſibi junxit in æternum: & cujus fides & miſericordia ſine fine eſt, expandens ſe à mari uſque ad mare, & extollens ſuper omnes ſui timentes. 62. Qvi Dominum timent, non ſentiunt defectum ullius boni: Rex gloriæ Rex illorum eſt clementiſſimus, & Dominus gloriæ Dominus illorum eſt & Magiſter miſericors, ad

ſuc-

:ctio enim Dei tanta est, ut nullius hominis lingvâ describi, &
iominis penicillô depingi possit. 65 Lingva Moysis tarda nimis
qvendum de Amore Dei! & tametsi esset calamus scribæ velociter
is, perverstigare tamen Dei Amorem, eumqve, qvantum dignum
orædicare nunqvam posset. 66. Tametsi scriberent præceleres
manus, rudes tamen essent nimis ad scribendum de Amore Dei.
tametsi Salomon universam Sapientiæ suæ excellentiam, qvanta
est, in evestigandum Amorem Dei impenderet, omne illud nimis
esset. 68 Ideò suos Jehova ducit per diem in columna Nubis, &
tem in columnâ Ignis. 69 Hoc est in luce Dei ambulantes inum-
ius nube caliginis, qvia in imperfectione ambulant omnes, & illu-
eorum omnis inchoata hîc tantùm atqve imperfecta est: ne ful-
superbiæ incurrentes propriô fulgore condemnentur: propterea
rdiu in Nubis columnâ dicit. 70 At ingruente aliquâ caliginis
reddit eis Deus Nubis locô igneam columnam lucentem. 71 Pro-
itur igitur nocte, æqvè ac interdiu lucidè: perqve umbram mortis
is deserta comitatur eos Jehova Deus eorum, & vestis eorum non
r, qvia Jehova contexit eos, & stolâ justitiæ induit eos. 72 Cal-
ta qvoqve illis non deteruntur: qvia Jehova Angelis suis manda-
in manibus suis eos portent, ne fortè ad lapidem offendant pedem
73 Et Jehova cibat eos Mannâ de cælo, & non morientur, sed
: vescuntur enim Mannâ cælesti, & saturabuntur ad vitam æter-
74 Et Dominus deducet eos ex hôc desertô in veram promissionis

mini Jerusalem per fidem in Christum, nihil dubitantes. 78 Christus enim ipse omnibus duodecim portis manus exporrigens, fides omnes ad se in Jerusalem cælestem trahit, & oculi ejus duodecim fundamentis obversi sunt. 79 Illis qvi insistit, eum videt Dominus gloriæ, & Rex majestatis audit eum. 80 Et illi progrediuntur super his 12. fundamentis Apostolorum & Prophetarum per verbum Christi, qvi est Porta ducens rectà per seipsam in cælestem Jerusalem, ubi neqve dolor est, neqve clamor, neqve ejulatus, neque mors, sed priora transierunt. 81 Hæc est gratia super omnem gratiam, qvòd Deus ex hacce hyprocriticâ, falsâ, transitoriâ Jerusalem, in Jerusalem cælestem, non transeuntem, inconcussam, æternùmqve permanentem, deducat. 82 *Sic* enim Deus dilexit mundum, ut ipsi Filium suum unigenitum daret. 83 Tanta est hæc dilectio Dei, ut quicqvid in mundo nominari potest, exsuperet: nec possit qvidqvam hoc in mundô comparari gratiæ Dei. 84 Nihil enim eorum qvæ mundus habet, separare nos â gratiâ Dei potest, nullus Gladius, nulla persecutio, nulla nuditas, nulla paupertas, nullus Angelus, nullus principatus, nulla fames, nulla sitis, nulla potentia, nullæ divitiæ. 85 Qvippe nec frigus, nec æstus, nec tenebræ, nec *lux*, potest & debet nos sejungere ab immensa, infinita, immutabili dilectione Dei, mundo per Filium suum manifestata. 86 Qvem misit in salutem, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur, & in lapidem scandali: 87 Gratia enim Dei salus est illis, qvi in dilectione, fide, & patientia illi adhærent, ei confidunt, eam pro salute suâ in vitâ & morte habent; salutemqve illam Israelis, dùm adhuc propè est, qværunt, ne sit illis in signum, cui contradicitur: talibus erit Dominus lux & salus. 88 Nihil proinde metuite Diabolum, multóqve minùs mundum! nocere enim vobis neqveunt, qvia Gratia Dei talem vobis Salvatorem dedit, qvi Salvator est, vincens & superans, & ad pedes suos prosternens inimicos suos omnes. 89 Nam quemadmodum Ille vicit, utpote Salvator, ita vincetis Vos qvoqve: omnes inimici vestri confundentur super Vos. 90 Dicit enim gratia Dei, Salvator vester: Ero Mors tua ô Mors: ero exitium tuum ô Inferne. 91 Qvippe Ego, qui sum Gratia Dei, repellam â Vobis, qvidqvid Vobis adversatur: Ego Vos sanabo, quia ego sum Medicus & auxiliator, imò Auxiliator auxiliatorum qvi ex morte eripio. 92 Ego, Divina Gratia, non tantùm salus, sed & resurrectio sum in Israel. 93 Qui offendit ad lapidem offendiculi, is veniat per fidem ad me gratiam Dei, ego enim sum fortitudo, ne metuite, et iamsi lapis offendiculi per totum ferè mundum sese dilatavit. 93 Qui

offendi

t ad lapidem offendiculi, is â Rege gloriæ trahi se permittat, &
us gloriæ non ejiciet eum. 95 Dominus enim Gloriæ rogavit
Majestatis, & Pater Domini nostri Jesu Christi exaudivit ipsum:
it etiam pro illis, qui ex ignorantia ad lapidem illum offenderunt.
ii per fidem resurgunt, & ad Gratiam Dei se recipiunt, illi vitam
m habent. 97 Qui ex infirmitate & ignorantiâ lapsus, & gratiâ Dei
lem scandali abusus est, is hodie se convertat, & pænitentiam agat,
at Evangelio. 98 Hodie si vocem Domini audieritis, nolite in-
corda vestra! nam hodie Dominus gloriæ Vos omnes ita compel-
c *Deus dilexit mundum.* 99 *Deus* Vos dilexit, & non homo: *Deus*
exit, non Rex: Deus *Vos & totum Mundum* dilexit! Dilexit *omnes*,
ısare se posset nemo. Qvia sic Deus dilexit Mundum, ut ipsi
suum unigenitum donaret. 100 Qvid magis solabile dici aut co-
otest, quàm qvòd Deus Vos dilexit, & totum Mundum? atque ita
rga Vos & mundum universum declaravit & demonstravit gratiam,
ıe Filii sui dilectissimi: qvem dedit nobis, ut esset Redemptio nostra,
itia nostra, & Sanctificatio nostra. 101 *Sic* Deus dilexit Mundum,
genitum Filium suum daret *in Redemptionem*: illius enim vulneri-
ıavit nos, & redemit, & ab omnibus peccatis, Satanæqve vinculis,
asseruit. 102 Sic dilexit Mundum, ut unigenitum Filium suum
et *in Justitiam.* 303 In Justitiam Deus Filium suum dedit: qvia
tio nostra ipsi imposita est, ut nos haberemus pacem. 104 Sic Deus
Mundum, ut donaret ei suum unigenitum Filium! Servus tuus Ju-
hova, justitiâ suâ justificabit multos. 105 Hic ille est Justus, qvi vo-
uit Justitiam; ita justus, ut â nemine ullius criminis argui possit:
lus tribuit justitiam, quæ valorem habet coram Deo: Illius Justi-
ustitias nostras tollit omnes. 106 Sic Deus dilexit Mundum, ut
ei Filium suum unicum *in Sanctificationem*: ad Sanctificationem
m misit Eum Pater sanctissimus. 107 In Mundum venit propter
ficationem sanctitate destituti populi sui, & propter reductionem
in Sanctum Sanctorum, in qvod Sanctissimus ingressus est, &
ssimus orat pro non sanctis: Sancte Pater, sanctifica eos in veri-
uâ, & conserva eos in veritate Tuâ usqve ad finem. 108 Istud
t diligi à Deo, & ab ejus amore comprehendi! 109 In Amore
& Gratiâ Dei perseverare, & Gratiæ Dei fieri participem, effi-
omnis in ejus nomen credens non pereat, sed vitam habeat æternam.
Gratia Dei patefacta est in missione Filii sui: per fidem id asseqvi-
qvô fine Deus dilexerit Mundum. 111 Nempe misisse Mundo

Filium ideò, ut omnes credant in nomen ipsius: & hi omnes, in nomen
ejus credentes, ut ne pereant, sed habeant vitam æternam. 112 Fides
est Victoria illa, qvâ vincitur Mundus: Fides est lux illa propter quam
perire non potest homo. 113 Fides est medium illud, per qvod si qvi
ex infirmitate erravit, & Pastorem atque Episcopum Animæ suæ perdidit
servari iterum potest, ut si solummodò credat, non pereat, sed vitam
accipiat æternam.
114 Annuncio itaqve Vobis: si salvari, & vitam æternam habere
vultis, Credite in Dominum Jesum, & salvabimini Vos, & universa pro-
genies vestra, & non peribitis, sed habebitis vitam æternam. 115 Ap-
properate igitur, & reverti ad Patrem vestrum ne cunctemini: qvia Je-
sus est frater vester in gloriâ magnâ. Ascendit enim ad Deum suum,
& Deum vestrum: Patrem suum & Patrem vestrum. 116 Venite pro-
inde omnes, & credite in nomen ejus! & non peribitis, sed Vitam æter-
nam obtinebitis. 117 Nam sicut Moses in deserto exaltavit serpentem,
ita dilectissimus vester Jesus exaltatus est in ligno crucis, ut omnes qvi
credunt in nomen ejus, æternam habeant vitam. 118 Properate, &
ne retrocedite. Frater enim vester habet verba æternæ vitæ. 119 Huic
adhærete, nec ad dextram nec ad sinistram declinantes: & ambulate de-
center in curriculo Evangelii, usque ad diem Jesu Christi fratris vestri,
qvi Vos amplexus ad se deducet, & ceu Frater vester æternum vobiscum
manebit, & lacrymas vestras omnes ab oculis deterget vestris; tùm de-
mùm vos gratiâ Dei perfusi plenè gaudebitis. 120 Dominus autem &
Dèus vester custodiat Corpus, Animam, & Spiritum vestrum: & conser-
vet vos ad vitam æternam! Amen.
121 Post hæc iterum recitabat Orationem Dominicam: 122 Tùm
Populus ille universus perrexit viam suam Orientem versus, unà cum vi-
ris illi ambobus, qvi ungebat eos, & qvi perorabat eis. 123 Similiter illi
qvi eqvitantes advenerant, receperunt se Septentrionem versùs 124 Et
Juvenes iterum ad me: Aspice! Et vidi Exercitum ingentem, in plagâ
Occidentali Meridiem versùs, dispersis tamen copiis, propter metum
Septentrionalium. 125 Anteqvam tamen dispersus fuisset, profusum
fuit multum sanguinis: vidique sanguinem illum in terræ superficie fluen-
tem. 126 Sed uterque iste Exercitus attentè se invicem primò intue-
bantur: & Juvenes ad me conversi: Audi nunc vocem, quæ loquetur
127 Et audivi vocem, Septentrionalem Exercitum insonantem: Rever-
timini jam, & servite Bovi illi cum Aureo cornu in prato, qvi conver-
sus est in hominem, unâ cum sociis, & sedet ad mensam in gloria magna

12

128 Vidique eos redeuntes, donec mihi ex oculis disparuissent. 129
Ita finita fuit Visio, propè Saganum mihi exhibita.

Cap. XXXIX.

Trinæ illius Visionis Explicatio.

ET cæperunt mihi Juvenes Visiones istas hoc ordine exponere. I. Visionem de quaterno Exercitu, à qvatuor mundi plagis coacto: II. Tùm de Prato illo, & Bobus tribus. III. Tandem de Bestra, & qvæ cum illa acta sunt.

I. De qvatuor Exercitibus diverunt :

2 Vide,ut magnâ diligentiâ attendas. 3 Quòd à qvatuor Mundi plagis multa hominum millia concurrere vidisti, significationem habet, Quòd tempore horribilis ruinæ Babylonis Regna omnia in se invicem irruent, mordebuntque & vorabunt se invicem velut rabiosi canes. 4 Et Gladii eorum penetrabunt seipsos invicem, quemadmodum sanguineas illas maculas sibi invicem permisceri vidisti: ita se Regna Terræ cædibus mutuis conficient, ut totis fluminibus sanguis passim perfluat. 5 Vidisti porrò ab Oriente numerosissimum Exercitum, retortis faciebus, interrogatos â Septentrionalibus, qvid ist hîc agerent? respondisse. In nomine Dei vestri adsumus: Jehova enim intorsit nobis facies nostras, neque scimus quid faciendum nobis sit. 6 Tùm vidisti ingentem quoqve Exercitum ascendere à Meridie, & adversus Orientalem illum aciem moliri, sed ab illo esse absorptum: significatio hæc est. 7 *Orientalis exercitus exibit æger, sed domum redibit sanus.* 8 Sentient enim Jehovam sibi facies intorsisse, dicentque ex animo: Dominus offert nobis gratiam suam! & permittent se ungi, agentque pænitentiam, & credent Evangolio. 9 Exercitus Meridionalis exibit cum opinabili falsâ sanitate suâ, sed Orientalis devorabit eum: hoc est ægrescent ab amaris illis, quas potarunt, aquis, æstuante meridiano Sole amaritudine infestis. 10 Propterea eos Dominus devorandos tradet Exercitui Orientali, ut quò tanti Exercitûs potentia devenerit, ne animadverti quidem possit. 11 Orientalibus autem dabit Dominus robur ad expugnandum urbes magnas: pergentque in perversitate sensûs sui ad locum usque, quô devenire eos vult Dominus,ut ibi eos convertat. 12 Tunc enim mittet illis Virum amictum candidissimò sericô, qui Exercitui huic Orientali offeret sanguineum

Christi meritum, & illi resipiscent, credéntque Euangelio, & facies eorum reflectent se ad Orientem, sicut vidisti. 13 Hoc est, Sol Justitiæ orietur in caliginosis illorum cordibus, à cujus fulgore falsus Meridialis Sol deturbabitur cælô Ecclesiæ. 14 Et annunciari illis faciet Dominus magnalia sua, & nomen Domini gloriæ gloriosum existet in illis, & Dominus prædicari illis faciet ex aureo fundamento Israelis: & illi attendent verbo Evangelii de Christo, & res gloriosæ prædicabuntur eis, ut pænitentiam agant, & Evangelio Christi credant: 15. Facientqve fructus dignos pænitentiæ, & audient custodientqve verba gratiæ, & fructus adferent in pænitentia, & audient atttentè verba illa, qvæ illis annunciari jubebit Dominus ex fundamento aureo. 16. Qvod porrò Virum Columnæ aureæ insistentem vidisti, & prædicantem Verbum de ingenti Gratiâ & Misericordiâ Dei audivisti: 17 *Erubescite Vos vanitatis Prædicatores*, qvi tantùm opinamenta vestra loqvimini, qvi aureum fundamentum deseruistis, & rejecistis, & fundatis vos in fæno & stipulis maledictæ doctrinæ humanæ. 18 Et per hoc induxistis Mundo *diem cæcitatis*, & Soli justitiæ caliginem, unde *dies discordiarum* & ingentium bellorum prodiit: ut cæcus cum cæco colluctaretur, & in cæcitate suâ protervè perdurarent omnes, & Scripturas inspicerent oculis cæcis, externisqve duntaxat rationis oculis. 19 Unde prodiit dies tertius, *dies magnarum Iniqvitatum*, dies Impietatis & horrendi Epicureismi, dies blasphemiæ & seductionis. 20 O Tu excæcate & tenebricose Munde! ô Tu pugnax, litigiose Munde! ô tu impie, iniqvitatibus scatens Munde, plenus oribus blasphemiæ! 21 *Prospicite vel jam tandem & videte, qvàm magna Regi ab Oriente Exercituiqve illius prædicantur!* 22 *Prædicatum est eis, necdum tamen prædicatum, sed prædicabitur brevi.* 23. *Tempus enim adventat, & advenit jam, qvô Cælum & Terram commovebit Cæli & Terræ Dominus, & prodibit Vox tanqvam vox multarum millium Tubarum.* 24. *Jubilæus etenim gloriosus Domini gloriæ rursus incipit: lapis abjectus, qvem abjecerant cæci ædificatores, repertus est iterum.* 25 Magnus Regnorum ab Oriente Dominator est Vir, & justitia ejus præcellit justitiam sangvinolentæ illius, falsæ, & hypocritiæ progeniei: 26 Eorum, qvi in falsâ Spirituali Jerusalem sedentes in solio Moysis, effodiunt mandata, & aggerant cumulos onerum humanæ doctrinæ compellendo homines ad credendum, ubi nihil fide dignum est; & ad sperandum, ubi nihil sperandum inest, & ad qværendum precibus, ubi nihil invenietur in æternum. 27 Audisti Virum illum dixisse: *Dicam Ego, qvid Vobis factô sit opus, Agite pænitentiam, & Credite Evangelio de Christo, ac salvabimini.* 28 Agere pæni-

pænitentiam, mandatum eſt: Credere Evangelio de Chriſto, eſt ingre-
di vitam novam, ſanctam, Deo placentem, ad ambulandum in Chari-
tate. 29 Attende: ſine charitate pænitentia eſt irrita pænitentia: ſine
Fide & Charitate impoſſibile eſt placere Deo: ſine Fide, Charitate, Pæni-
tentiâ & converſione ad Deum, nemo poteſt illud, qvod ex fundamento
aureo profertur, audire, multò minus capere. 30 *Vir autem ille, quem
audiveras perorantem*, non eſt Vir unus, qvi docere debebit Orientalem
exercitum de rebus magnis, ſed *erit Populus Evangeliſtarum, qvi ipſis
convertent facies ſuas.* 31 *Quos illi diligent, & in Terram ſuam ſecum ab-
ducent, & prædicabunt veritatem Dei, agentque ſancti omnes Domino Domi-
nantium gratias.* 32 *Et omnes infideles conſternabuntur: & fidelium multi
conſurgent & prodibunt adverſus Septentrionalem Lxercitum, & cum Exer-
citu Occidentali ibunt ad prælium, profundeturqve ab utroque Exercitu magna
ſanguinis copia, prout vidiſti.* 33 *Sed Septentrionalis reportabit victoriam,
& perſtabit conjunctus, donec vocem ſibi inſonantem audiverit*: Reverti-
mini, & ſervite Bovi in Prato inſignito aureô cornu, jamqve in homi-
nem tranſmutatô, & cum ſociis ſuis convivanti magna in gloria.

II. De tribus Bobus

34 Vidiſti Pratum ampliſſimum, amæno veſtitum gramine. 35 Pra-
tum iſtud eſt *Regio quædam, in qva ſibi multi ſpem inanem inſignis alicujus
& magnæ Pacis faciunt:* exiſtimantes hoſtes ſuos omnes jam ad Terram
eſſe proſtratos, & non cogitant, qvòd Rex Regum omnium pugnet con-
tra ipſos. 36 At iſte Regum Rex mittit ſubitò, velociter atqve inſpera-
tò, Boves duos in pratum illud, qvemadmodum vidiſti. 37 Et æqvè
ſubitò, velociter atqve inſperatò venient Tui, ô Babylon, hoſtes, &
impetent te in viridi tuo Prato. 38 Potentia verò Tua, qvam magnam
æſtimas, erit ſicut gannitus catulorum: Dominus enim proſternet eos ad
terram, & venient in oblivionem, ſicut canis mortuus. 39 Et Boves
paſcunt nihilominus, Boviqve illi viam præparant ſecuram, qvem vidi-
ſti aureo cornu inſignitum, in pratum properanter accuriſſe, & in medio
conſtitiſſe. 40 *Tres illi Boves ſunt tres annuli catenæ, de qvâ Tibi ſupra di-
ctum fuit.* 41 Bos ille magnus cum cornu aureo, eſt *Vir quidam foras eje-
ctus, qvi cùm ejiceretur, confregit cornu ſuum aureum, & in magnum contemptum
devenit in oculis oſorum ſuorum.* 42 *Sed Jehova magnum illum faciet, &
cornu ipſius aureum excreſcet velut novellus Palmæ ſurculus, ſuccreſcetqve,
& robur accipiet, & extendet ſe, expandetque robore manus Jehovæ, donec
& contegat totam Prati illius* ſuperficiem. 43 Vidiſti etiam duos illos

Boves ad magnum illum venisse, & exemisse è pedibus ejus spinas: *hi sunt*
fideles ejus fratres, qvos excitavit illi Dominus. 44 Vidisti porrò stan-
tem cum sociis suis duobus Bovem illum, & mox acurrentem canum
vim, gramenqve in uno Prati illius loco conterentem: qvos tamen Bos
magnus extenso cornu suo confecit & disjecit. 45 *Canes isti magni, sunt*
magna hostium vis, qui in illum proruent, ex prato rursus depellere volentes: at
ille prosternet ipsos robore Dei. 46 *Dominus enim per illum & socios ejus, tan-*
quam per organa sua, operabitur, & illi obtentâ pace stabunt penes invicem
conversi in formam humanam: quemadmodum vidisti stantes juxta se invicem.
duos illos colore atrô, magnum autem illum albô & cæruleô. 47 Attende
tamen & audi! Multa prælia, & effusiones sanguinis, & terrarum ur-
biumqve desolationes præcedent, atque tùm demùm comparebunt *septem*
illi, adornaturi mensam. 48 *Quorum pars ex infensissimis ejus hostibus erunt,*
mutatâ inimicitiâ in amicitiam. 49 Et accuumbet hic *Vir prodigiorum, &*
gloria ejus erit magna, & hostes ejus mordebunt lingvas suas, qvando
qvatuor isti aureis in loricis ministrabunt ei. 50 Ille verò cum sociis
suis incipiet cum gaudio cantare, & magnificare nomen Dei: & conse-
crabitur festum Domino Dominorum omnium, & Exercitus â Septen-
trione sistet se ad serviendum illi. 51 Nam *Bos magnus homo factus est,*
hoc est, nihil horum ad scribit sibi ipsi, sed Gratiæ Divinæ omnia, ex-
tendenti se ad extremitates cælorum. 52 Atqve ibi erit exultatio, Psal-
morum decantatio, lætæqve gratiarum actiones.

III. De Bestia.

53 Bestia, qvam vidisti, & *Spiritualis* & *Secularis* est. 54 Est Bestia
magna, & aspectu horribilis, caput habens Orienti obversum. 55 In
ejus cervice vulnus vidisti profundum: sed unde id acceperit non vidisti.
56 *Accepit autem unum vulnus à Gladio Spiritus, qui est Verbum Domini:*
Secundum vulnus accepit à Gladio terreno. 57 Vulnera hæc consanare
tentant Viri tres, propriis suis unguentis. 58 *Sed quid te occupas empla-*
stris Tuis Tu ater? atqui nihil proderit ista curatio. Dominus enim sanatam
non vult Bestiam. 59 Ater iste Vir cum pyxide sua *est commune vulgus:*
qui indesinenter emplastra conficiunt & Bestiæ applicant, ut consanescat, fru-
stra tamen: Dominus enim eam non vult sanatam. 60 Niger iste & Albus
sunt Magnates, qui summâ cum diligentiâ ungunt, & emplastra vul-
neribus applicant, sed frustra: Dominus enim ea non vult sanata. 61 Al-
bus iste & ruber *evacuabit totam ferè magnam & amplam pyxidem suam un-*
ctioni Bestiæ, ut parum ipsi remaneat; Bestia tamen non sanabitur. 62 *Quin*
imò

imò vulnus illius magis magisque invalescet, demumque multum sanguinabit.
63 Ecce omnes isti tres summò cum studiò vulneri mederi volent, sed nihil ef-
ficient: Tempus enim exspiravit. 64 Corpore suô meridiem versus se reclinat,
qvod magnum est, ideoqve huic confidit: *& constituit componere se ad quietem,*
ejectô virô illô, qui in nidum ipsius ignem conjecerat. 65 *Sed iste denuò redit: Do-*
minus enim succinxit illum cingulo virtutis suæ, & suspendit ipsi linteum album,
& cæruleum, plenum spiculis; quæ substerni mandavit corpori Bestiæ. 66 *At-*
que tùm demùm Bestiæ subsultationes & furiæ orientur. 67 *Magna quippe*
ejus est adversus virum illum ferramenta sibi substernentem rabies: incumbere
tamen ferramentis illis, & ad interitum usque conscindi, necesse habebit. 68
Ac saltum quidem faciet ingentem, sed frustra: Cauda enim ejus dissiliet, &
sangvis multum deperdet. 69 *Quia sanguinem lambendo bibebat sicut aquam:*
propterea sanguis ipsius rursum effundetur sicut aqua. 70 *In isthoc autem*
furore Bestia caput suum sub corpus projiciet, & unam adhuc, eamqve ingen-
tem, commotionem excitabit: sed irritô prorsùs conamine. 71 *Qvippe hâc*
ultimâ commotione jam dividetur, quemadmodum venator feram dividit, &
in partes dissecat. 72 *Horror eqvidem & tremor ingens præcedet: magna*
nihilominus tamen vis, gloria atque robur Bestiæ, in ventos ibunt, & Aves
mundi hujus diripient ista. 73 *Hi erunt ista millena millia exterminatorum,*
quos Dominus diversâ atque ignotâ specie emittit. 74 *Atque tùm demùm tres*
illi intelligent, qvàm nihil profuerit ipsorum sanatio, quantumvis in Em-
plastris sanandis multum consumpserint studii. 75 *Quorum quidam in Bestiam*
odium concipient, eamque persequentibus operam jungent: alii dolebunt &
plorabunt ex animo, sicut tibi antea dictum. 76 Attende porrò, & audi!
Bestia hæc non qvidem est Bestia, sed Bestiæ similitudinem speciemqve
gerit. 77 Spirituales induunt personam Bestiæ, dum Bestiali atqve
crudeli potentiâ suâ evellere zizania volentes è mediô tritici, triticum
evellunt, evertuntqve multos spirituali potestate suâ, quam sibi sine
Scripturis arrogant. 78 Et Angeli videri volentes, præ mero spirituali
fastu, zizania eradicandi, colligandi, è terrâ ejiciendi, munus sibi tri-
buunt. 79 Reges terræ etiam se in Bestiam transformant, dùm arro-
gatâ sibi eâdem Angelorum potentiâ, vi & gladio zizania evellere,
perseqvutionumque vinculis ligata exterminare volunt, qvemadmodum
fecit Saul. 80 Sed ô Reges Terræ, qui persecutionibus cum Saulo in-
hiastis, audite jam quoque cum eodem vocem Christi & Dei, & Scripturas
Veteris & Novi Testamenti observate. 81 Qvæ Vos aliud docebunt,
ostendentqve Vobis patientiæ viam, & mansuetudinis semitam, qvæ
est Christus.

82 Tandem dixerunt ad me: consigna Visiones has diligenter, e quô vidisti ordine: explicationem verò earum aliqvantisper tibi reserv 83 *Mandabit autem tibi Hominum qvidam, ut eas exponas* [Fuit Elect Brandeburgicus. Anno 1626] qvem tu nemetue, homo enim est: & ca ve exponas aliter, qvàm â nobis exposita accepisti. 84 Et quicqui per decem hosce dies vidisti, & audivisti, vide ut omnia consigne diligenter.

C A P. XL.

[*Concio Angelica de excellenti trino titulo Christi*]

ATtende porrò animum atqve aures! Qvæ jam Tibi loquemur, scit non esse Sermones vulgares, sed quos Tu perpendere debebis cum dili gentiâ, neqve committere vento, sed excitatâ ponderare mente.

2 *Ecce sto ad ostium*, inquit VIR SAPIENTIÆ. *Ecce sto ad ostium* inqvit LEO DE TRIBU JUDA. *Ecce sto ad ostium*, inqvit ille QUI STAT MEDIUS INTER SEPTEM ECCLESIAS QUI TENET SEPTEM STELLAS MANU SUA. 3 Ill unus est, trinô tamen nomine insignitus, & nominatur *Primus & Ulti mus, habens claves inferni & Mortis, vivens in secula seculorum, vincens & superans Mortem & infernum.*

4 Attende diligenter ad PRIMUM NOMEN! 5 VIR SA PIENTIÆ stans ad ostium pulsat: Huic qui aperuerit, Sapientiai ab ipso consequetur, Sapientiam qvæ venit desuper: qvæ Sapientia Sa pientiam Mundi confundit. 6 Nam Sapientia Mundi transit, & e stultitia: Sapientia autem, qvæ donum est Viri istius, Sapientia in terminabilis & immortalis est, qvæ reperitur nullibi, præter quàm apu hunc Sapientiæ infinitæ Magistrum, qvi agit sapientissimè, & emin altissimè. 7 Hic ipse pulsat affabili ore suo, & gratiæ plenô cord suo: & interna ipsius misericordia finem habet nullum apud eos & super eo qvi sibi aperiunt. 8 Ipse pulsat amabiliter, & invitat humaniter, loquitur voce suavisonâ, *Venite huc ad me charissimi mei palmites, qvi mi per fidem estis insiti, qui ferre debetis fructus in honorem mibi.* 9 Ego V honorabo in Patre meo, & Pater meus dilexit Vos per me, qvi sum dilectiss mus Patris mei, diligentis Vos, qvi recordatur eorum, quæde vobis locut est; & viscera ejus commoventur super Vos, mei charissimi Palmites, in m

ce

ceu Vite verâ, permanentes. 10 Qui manet in me, is fructus mul-
tos adferet, & suscipiet Regnum Sanctorum, lignum vitæ manibus
suis gestantium, quod crescit in Paradisi Arbore, quæ est Profundi-
tas, & Altitudo, & Latitudo, & Longitudo. 11 Propterea nocere
illis nequit ulla Profunditas: quia Arbor vitæ tam profundè fundata
est, ut omnem profunditatem, & altitudinem omnem, erubescere præ illâ
oporteat. 12 Altissimè supra omnes cælos posuit sedem suam, &
dies profunditatis ejus enumerabit nemo, & menses altitudinis ejus nemo
Sapientum Mundi percensebit, neque annos ejus investigabit. 13 Quia
ab æterno in æternum solus Ille est & profunditas, & altitudo, & latitudo
& longitudo. 14 Ille expandit manus suas in longum & in latum, &
distendit tentoria sua in medio profunditatis & altitudinis, & stationes
suas à mari usque ad mare. 15 Et Omnipotentia sua promicat sicut
impetus procellæ, & Exercitus ejus sicut flamma ignis; & furor ejus sicut
fulminis fulgor penetrat in medium hostium suorum: sive illi sint in
profunditate, sive in altitudine; sive se in longum sive in latum expan-
derint. 16 In profunditate super eos adducit tremorem, & in altitu-
dine eos persequitur terrore, in latitudine quietem inveniunt nullam, &
in longitudine evanescunt coram illo. 17 Proinde Vos palmites vitis
Christi ne metuite! Ne respicite profunditatem, neqve altitudinem:
ne pavescite latitudinem, neque longitudinem viperinæ progeniei: ni-
hil enim Vobis nocere poterit. 18 Ita enim Vir Sapientiæ: Nemo,
inquit, eos eripiet è manu mea. 19 Profunditas ne capillum qvidem
capiti vestro adimèt: & qvod altum & magnum est in hominum ocu-
lis, vobis non nocebit! nec erit quidquam, quod Vos ab amore vitis
vestræ separare possit. 20 Castra metentur contra Vos in longum
atque in latum, Principatus & Angeli, nihil tamen vobis nocebunt, nec
à Capite vestro separabunt, qvantumvis ingentem capitibus suis furo-
rem, quantumvis terribile caudis suis venenum foveant. 21 Eru-
ctent ignem ex rabidis faucibus suis, & venum ex caudis suis: nihil ta-
men istud est nisi ira Principis, & Virus Angeli magni! 22 Caput ejus
Sol esse debebat Mundo illuminando; crura ejus in occulto sunt (fulcimi-
na) falsi Solis: Distendit fauces suas, nec aliud vult tempus, quàm
quod ingenti potentiâ suâ proclamavit. 23 Proposuit Abrahamo
piam suam Saram subtrahere, & sibi vendicare: venustate enim captus
est; opimus Abrahami fundus oculos ipsius fodicat: cogiturqve Sara re
linqvere Abrahamum, & scelesto huic adduci. 24 Sed non nocebit
ei: Dominus enim plagis occultis percutit ipsos, qvæ est conscientia i-

psorum mala: videntqve ipsimet Abrahamum Saræ proprium esse fide-
lemqve maritum, & annonæ gravitatem Abrahamo nonnisi benè ce-
dere: Saram verò dimitti, & Abrahamo restitui oportere. 25 Ipse e-
nim cum ea jocatur & ludit, & per fenestræ cancellos perspiciens videt
cor idololatrici sine Reginâ Regis: nam ille fraudes eorum videt, & hy-
pocrisis eorum cognita est illi: Ille enim est *Vir Sapientiæ*. 26 O Vos
Viri, qvi vos â Christo habere sapientiam gloriamini, ejus tamen Disci-
puli fieri recusatis! 27 Qvi Christi Discipulus est, & non Pharisæus hypo-
crita ex hypocriticâ Jerusalem, is necesse est obedientem se exhibeat, & fru-
ctus adferat in patientia: Inimicos suos diligat, & non prosequatur
odiô, pro inimicis oret, & iis ex corde remittat culpas suas: non per-
sequatur, non trucidet, non affligat, neque habitu inimicorum se in-
duat, & super innocentis Josephi togâ exsultet, neve ipsum Diabolico
unguento, linguâ mendaci, incessat, & in carcerem detrudi juvet. 28
Non Christi Discipulus talis est, sed Satanæ assectator: Christi Disci-
pulus debet Spiritum suum toto ex corde commendare in manus Patris,
non in manus eorum, qui de nobis nesciunt. 29 Christus obediens
fuit Patri suo, & in afflictionibus fuit patiens, in cruce oravit pro
inimicis suis, & Spiritum suum commendavit in manus Patris sui.

30 *Ecce sto ad ostium & pulso!* Pulsat ostium cordium nostrorum Obedien-
tiâ suâ, & Patientiâ suâ. Aperite illi vestrâ rursum Obedientiâ & Pa-
tientiâ! 31 Aperire per Obedientiam, est resipiscere: per Patientiam,
credere Promissionibus Evangelii, certamqve habere fiduciam, quòd
Christus iverit ad Patrem nostri causâ, nobisque hâc viâ salutem, lucem,
& filialitatem æternam comparaverit. 32 Ille vobis aperuit januam,
qvùm occludere posset! Aperite Vos qvoqve corda vestra, & nolite oc-
cludere ab ipso per inobedientiam, neqve occluditote animas vestras per
impatientiam: sed pænitentiam agite cum obedientiâ, & credite in
Christum cum patientiâ. 33 Aperuit ille qvoqve januam per charita-
tem: Dilexit enim vos, cùm inimici adhuc sui essetis: Inimicos ille suos
dilexit, & pro iis oravit: Aperite vos qvoqve illi per charitatem erga
Deum & fratres vestros; & ambulate in charitate. 34 Aperuit Januam,
quùm commendaret spiritum suum in manus Patris: Aperite vos qvo-
qve similiter Spiritum vestrum, commendantes Patri, qvi fuit, & qvi
est, & qvi manet in æternum. 35 Non eas commendate manibus de-
mortuorum, neqve qvi resurgere ex mortuis & æqvè ut vos venire in ju-
dicium, atqve â Judice vivorum & mortuorum sententiam audire debent.
36 Pulsat vir iste porrò Humilitate suâ: Proinde humiliamini Vos quo-
que

que ſub potenti manu Dei. 37 Ipſe enim ſapientiâ ſuâ confundet
ſuperbam Babylonem, ut perficere neqveant opus qvod propoſuerunt,
ad erigendum ſibi nomen, & comparandam celebrem in orbe famam.
38 Magna illorum eſt ſapientia, quâ Babylonem ædificant: Sapientia
tamen Dei disjiciet univerſum opus illorum: qvia ſapientiâ ſuâ Baby-
lonem conſervare laborant. 39 Gloriantur equidem habere ſe Sapien-
tiam Jeſu, cùm non à Chriſto diſcant, ſed Chriſti palmites conculcent:
Gloriantur ſe eſſe operarios in Dei vinea, cum tamen ſibi ipſis, non Pa-
trisfamiliâs fructum colligunt. 40 Sapientia ſua excogitat ipſis teſſe-
ras, & ratio ipſorum erigit monumenta: cùm tamen Sapientia Dei ſuis
teſſeram dederit charitatem, & monumentum erexerit ſanguinem ſuum.
41 Mementote igitur Chriſti Jeſu crucifixi & reſuſcitati; & hunc eſſe
viam veſtram, veritatem & vitam, agnoſcite! 42 Hæc enim eſt vi-
ta æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & qvem miſiſti Je-
ſum Chriſtum. 43 A Chriſto diſcere, & Scripturarum manuductioni
ſeſe ſubmittere, Chriſtumque audire ſolum convenit: Ita enim manda-
vit Pater, *Hunc audite!* 44 Quippe ille eſt Doctor eruditæ linguæ!
& *Vir ille*, cujus nomen eſt Admirabilis, & Angelus magni conſilii, &
Victor cum Gladio ſtricto dimicans pro Eccleſiâ ſua Heros, Arbor virens
florenſque, obediens & morigerus: qui in ſcala apparuit, & adhucdum
intuetur timentes ſe, & ſervantes fædus ſuum. 45 Hic eſt ille Vir Sa-
pientiæ, pulſans & ſtans ad oſtium: qvi aperuerit, cum eo ille jenta-
bit, & prandebit, & cænabit conſolabiliter: manè orietur illi ſtella Ja-
cob, & meridie conſiſtet ei Sol, & veſpere cænabit cum eo, atque ibi
finietur nox, & illuceſcet dies ſalutis & gaudii, cui non erit finis.

NOMEN SECUNDUM

46 Ecce ſto ad oſtium, utpote verus Leo De Tribu Juda!
& pulſo corda lugentia atqve lacrymantia, & annuncio illis verbô meô,
ut ne plorent neqve derelictos ſe exiſtiment. 47 Ego, ego vici, velut
Leo De tribu Juda, & ego aperui Librum. 48 Propterea gaudete Vos
flentes, ego vos inſcripſi Libro vitæ, Ego vos inſculpſi cordi meo, &
nomina veſtra ſunt coram me velut memorialis character, & in manu
Patris mei conſignavi vos, & ille non obliviſcetur veſtri, nec quiſquam
vos ex manu ipſius eripiet. 49 Nam Pater major me eſt, & ego faciam
qvod vult Pater: & ipſe, Pater, facit quod Ego volo, & cor noſtrum
plenum eſt miſericordiæ, & voluntas noſtra eſt eſſe nos propitios. 50
Ego ſano qvod ſauciatum eſt, ego præligo qvod fractum eſt; ego reduco
quod erroneum: & quod infirmum eſt, ego corroboro; ſitientes ego

poto

poto & refrigero; mortuosque reddo vitæ, ego solus. 51 Propterea
enim rugiebam in horto Oliveti, ad sanguinis usque sudorem, ut mor-
tuos revivificarem: maximè autem in cruce rugitum edidi, ut excita-
rem mortuos ad vitam, Deus, mi Deus mi, qvare me dereliqvisti? 52
Derelictus fui sicut leæna parturiens, ut derelicti reciperentur per
me. 53 Et ego rugio contra Mortem, Diabolum, & Inferos: & ru-
giebam super eos: *Consummatum est*. Rugiebam & commendavi Spi-
ritum meum, & Spiritum omnium in me credentium, in manus Patris.
54 Ejulate Vos impii & idololatræ! ejulate Vos hypocritæ & larvati
coram mundo! ejulate Vos superbi Spiritus, & vos defectores à Deo
ejusque Verbo! 55 Leo de Tribu Juda vicit, aperuitque Librum
Impietates vestræ expansæ sunt ante Vos, sicut Liber apertus, & Idolo-
lolatria vestra in Librum inscripta est, & stat ante Vos sicut Sol splen-
dens ipsô meridie. 56 Lustrate & perqvirite diligenter! & ejicite fœ-
dum ex corde vestrô simulacrum! & ne estote hypocritæ & sanctuli in
oculis hominum: sed oculos cordium internos attollite, & inspicite Li-
brum, quem aperuit Leo de tribu Juda, ut ingredi ad Vos possit sicut
Leo magnanimus, & corda vestra solatio Israelis exhilaret. 57 *Atque*
hîc foras exeat Spiritus superbiæ: & ne respicite defectores â Deo ejus-
que verbo, sed attendite sedulò voci Leonis rugientis de tribu Juda,
qui sic rugiebat, ut Rupes dissilirent, & Terra contremisceret, velamen
Templi rumperetur, & Sol obtenebraretur, & mortui resuscitati in ur-
bem irent. 58 Leo fortis de tribu Juda rugit hodieque, & ecce rupes
magnæ & robustæ dissiliunt, & ille coram eis aperit Librum omnipo-
tentiæ suæ, & rugit adversum illos, & illi disperguntur ut pulvis â ven-
to, & fideles resurgunt, prætereuntesque securè Tyrannorum rupes in-
grediuntur civitatem Dei, ubi limpidissimi fluunt Scripturarum sacra-
rum rivuli. 59 Leo de tribu Juda rugit adhuc, ut Terra tremat, aperi-
ensqve Librum omnipotentiæ suæ coram illis, efficit, ut pavescant &
contremiscant in robore suo: sunt enim terra & pulvis. 60 Surgite vos
sancti, & introite in civitatem Sanctam! Nam Leo de tribu Juda rugiit, &
velum Templi disruptum est, & Leo de tribu Juda librum aperuit, ex quo
magna Solis Eclipsis cognosci potest. 61 Infantes diligenter scrutentur
Librum istum, qvem Leo de tribu Juda aperuit; 62 Attollite corda
& voces vestras, & gratias agite Patri, qui Leonem de tribu Juda misit,
& librum obsignatum aperiri permisit. 63 Proinde vos infantes ne fle-
te, sed gaudete & exultate Jehovæ Deo vestro! Nam Leo de tribu Juda
vicit, & aperuit librum. 64 Leo de tribu Juda pulsat, aperite ei, &
jen-

it apud Vos cum Viro Sapientiæ, & sistet vobis in meridie So-
& ad cænam afferri curabit vinum deliciarum, & mensæ magni
amiliâs oppletæ sunt. 65 Contra Urbes autem Homicidarum
Leo de tribu Juda, & aperiet coram ipsis Librum (roboris sui)
erdet eos, & Urbes eorum comburet, & necibus conficiet homi-
stos. 66 Lætamini, & ne pavescite gladium, qvi sic circumcirca
ı cædit & secat passim: Lætamini Vos, qui Mensæ magni Regis
bitis, tametsi ignis in sylvâ erumpat violenter. 67 Nam ardebit
orrens impetuosus, quem sufflaminare nemo potest: qvia Leo de
Juda irrugiit eos, & Libros Meretricis Babylonicæ aperuit, &
i Decretum: Gladius, & Mors! 68 Adhærete igitur Leoni de
Juda: Ipse enim vicit, & vos vincetis. 69 Ille enim magnus
bustus, fortis, magnanimus; Magna sunt coram ipso sicut nihil;
ista sicut vapor. 70 Inclementiâ rugit contra infideles, gratiâ ve-
a fideles suos. 71 Solatio fidelium aperuit Librum, ut eos inde
ur, tædiaque ipsorum levaret: Fidelibus enim Liber solatiorum
nfidelibus Liber formidinum. 72 Fideles ex rugitu Leonis de
uda refrigeria accipiunt, infideles horrorem & metum.

NOMEN TERTIUM.

esso ad ostium & pulso, Ego STANS IN MEDIO SEPTEM
ESIARUM, *qvi recipio ex septem Ecclesiis id qvod infirmum est,
ve seipsum pro forti non æstimat:* Ego debiles fulcio potentiâ & ro-
eo. 74 Gladius ex ore meo exiens, est Gladius perimens, &
s sanans, Gladius formidinum, & Gladius Consolationum; Gla-
lortis, & Gladius Vitæ; Gladius tenebrarum, & Gladius lucis.
ic Vir expandit manus suas super septem Ecclesias, & continet
suâ septem stellas, in terrorem & ultionem omnibus iis, qvi in se-
Ecclesias neqve frigidi sunt neqve calidi, qvippe qvi ne auram
ı tepentem intra se possident, sed in totum refrigerati atqve in-
sunt, & contemnunt castigationem illius, qui stat in medio se-
Ecclesiarum. 76 Et patrant abominationes Sodomiticas, & fa-
xercent propalàm omnibus, & effusi sanguinis eos nihil pudet,
idcrimini sibi ducunt. 77 Et non respiciunt, qvis ille sit, qvi
ı medio septem Ecclesiarum, manus suas super custodientes verba
iæ & timoris sui expandit: expanditqve eas in amore & gratia,
septem stellas dextrâ manu suâ in tutelam & solatium eorum,

qvoniam Ipſum ex animo qværunt, orant pulſantqve ex animo. 78
Ita enim inqvit, qvi ſtat medius inter ſeptem Eccleſias: *Qværite & in-*
venietis. 79 Qvi gratiam quærit, gratiam inveniet: qvi qværit odium,
inveniet odium: Qvod enim qvis ſeminat, idipſum & metet, benedi-
ctionem aut maledictionem, mortem aut vitam. 80 Qvi pulſat, illi
aperietur, & dabitur abundantia panis, panis vitæ, & veriſſimi ani-
marum cibi. 81 Et fons vitæ obturari illi non poterit: & rivuli ovi-
bus quoque profluent nemine impediente: & erunt vivaces, producent-
qve fœtus ſuos, quia bibunt ex fontibus Iſraelis aqvam limpidam, ſca-
turientem ex rupe. 82 Et ſitientes rogant, & accipiunt: & recipiunt
ſalutarem Gratiæ theſaurum, qui concreditur ipſis, ut eos cuſtodiat uſ-
qve ad diem Dei magni, qvô impii omnes videbunt qvem pupugerint.
83 Væ illis, qvi ceſſant amoliri ſaxum, & ſitientes Rachelis oviculas
potare non juvant! qvin potius ſaxo Idololatriæ obſtruunt fontem Iſrae-
lis, & contendunt ſuper fonte, relinqventes interea ſitibundas & ari-
das oviculas inopiâ confici. 84 Obſtruuntqve violenter rivulos etiam,
ex qvibus bibere poſſent oviculæ: abducentes ſic eis pretioſam aqvam,
ex pretioſo profluentem lapide, qvem in Iſraele poſuit Dominus, qvi-
qve Gentibus etiam ipſis innotuit, biberuntqve aquam iſtam pretioſam
ex pretioſo Iſraelis lapide. 85 O Vos fraudulenti ædificatores, qvi la-
pidem hunc pretioſiſſimum rejicitis! & ſtatuitis lapidem alium à vobis
inventum locô illô, qvô ſtare non debuit! 86 Væ illis in Terra, qvi
ad hunc lapidem oves compellunt, & ex eo potionant! Hic Lapis
enatus eſt ex Beſtia, & aqua ejus ex poculo eſt Meretricis Babylonicæ.
87 Ecce Viri ſunt ad Ortum Solis, Orientalibus in regionibus, qui la-
pidem iſtum explorabunt, imò jam explorârunt, & aquam ex hoc lapi-
de effuderunt in fontem Iſraelis, & aperuerunt rivulos, & fluent ipſis
aqvæ limpidæ, puræ, ſalubres. 88 Nam ſeqvuntur ſtellam Jacob,
& percutiunt rupem fide, & erumpet eis aqua vitæ, aqva ſapientiæ,
aqva intelligentiæ, & aqva ſimilis cryſtallo, lucidior ipſo Lucifero: hoc
eſt, poſſident veram Dei notitiam in ſimplicitate & charitate. 89
Qvin imò præcellunt cognitione Dei omnes in ſolio Moyſis ſedentes &
proclamantes cum vociferatione & violentiâ, *ſe eſſe, qvi ſoli habent cla-*
vem Scripturarum, & Notitiam Dei. 90 Sed os iſta loqvitur, opera in-
ficiantur: cognitionem Dei violenter volunt per idola & ſimulacra ho-
minibus intrudere: ſed abeunt inde, ſicut vir faciem ſuam in ſpeculo ſpe-
ctans, & ſpeciem ſuam mox rurſùm obliviſcens. 91 Cognitio nam-
qve Dei non patitur hominibus extrinſecùs intrudi, ſed legi & exponi
Prophe-

ietas, potentemque Spiritus S. accedere operationem, necesse est.
'rædicari oportet septem Ecclesiis ex Scripturarum SS. fundamento:
inus autem corda aperit, & non aliqua humana vis. 93 Beatos,
i septem Ecclesiis pauperes sunt spiritu! nam Vir ille cum septem
s attribuit talibus Regnum cælorum, virtute Gladii, qvem ore suo
44 Beatos qvi corde sunt puro! Deum enim videbunt. 95 Vir
im septem stellis & Gladio, stans in medio septem Ecclesiarum,
ulsans ostium fidelium & infidelium, dextrâ & sinistrâ manu suâ:
erea stabat sublatus inter duos latrones medius. 96 Resipiscenti
dit dextram suam, qvæ nunqvam abbreviata est ad ferendum
, & porrexit illi manum suam, cum digitis qvinque: nempe digi-
ioris, digito Misericordiæ suæ, digito Tolerantiæ, digito Precum,
gito magnæ Gloriæ suæ. 97 Digito Amoris eum ad se trahebat,
o Misericordiæ recipiebat; Digito Patientiæ erigebat; Digito Pre-
offerebat eum Patri, & Digito magnæ Gloriæ suæ attribuebat ei æ-
m Gloriam suam. 98 Qvæsivit eum, ideò invenit: pulsavit,
n gratiam receptus est. 99 Commendavit enim se, & tradidit
n, Amori Christi, & Misericordiæ suæ, & Tolerantiæ suæ, & In-
sioni suæ: propterea gloriæ suæ factus est particeps. 100 Atqve
se Christus exhibet hodie & heri erga illos omnes, qvi in pœni-
i ad Eum se convertunt, ut in gloriam suam illos recipiat. 101
vi convertere se ad illum negligunt, eos â se rejicit, & Gratia sua
ertitur illis in Iram, & Misericordia in Formidinem, & Tolerantia
rorem, & Oratio in Vindictam, & Gloria in Contumeliam sempiter-
102 Nam & erga illos extendit manum, sed sinistram; & qvin-
ligitos suos ostendit ad rejiciendum eos â se: qvoniam sangvinem
onculcant, & Voluntatem ejus contemnunt, & mandata ejus re-
t, & facinora impia perpetrant septem Ecclesiarum, & non respe-
illum, qvi stans in medio septem Ecclesiarum novit bonum à ma-
anctum â non sanctô, purum ab impurô discernere; & qvi emittit
um suum ancipitem, Legem & Evangelium. 103 Ipse enim
gelium Regni Dei annunciavit, Legem verò implevit & dilucida-
Mandatum de Charitate suo exemplo fundavit, & pro mandato
promulgavit, qvoniam & seipsum ex amore tradidit, & in me-
septem Ecclesiarum se collocavit inter bonos & malos, & distri-
bona sua. 104 Vicit enim mortem & infernum, & annunciavit
oriam, lætumqve Jubilæum proclamari jubet. 105 Propterea ste-
medio, qvia mediator est, & stat hodieqve in medio septem Ec-

clesiarum, pulsans. 106 Si qvis illi aperuerit per pœnitentiam, cœnat cum ipso; & qvi resipiscit, cœnat cum Domino suo per fidem in obedientia. 107 Talem cœnam habuit David, cùm agnitô peccato suô pœnitentiam sibi persvaderi passus est: Talem & Manasses, qvi multum Sanctorum sangvinem effuderat. 108 De taliter pulsando, & per pœnitentiam aperiendo ac cœnando ubiqve loqvitur Novi Testamenti liber, ad qvem Te constanter remittimus. 109 Proinde pulsa Tu quoqve, & januam aperi pœnitentiâ & fide in Christum! sic non ibit contra Te Gladius, non judicabit Te, sed ibit Tecum, & velut armatura tua Te comitabitur in vitam æternam, & admitteris ad cœnam magnam celebrandam cum Christo & universis piis sanctisqve, electis ei septem Ecclesiis, in secula seculorum.

110 *Ad extremum significamus Tibi, nos non amplius humanâ specie Tibi apparituros.* 111 *Tuum erit assiduis incumbere precibus, & non contristare Spiritum S. qvi Te porrò illuminabit & magna docebit mysteria* 112 *Et ne superbus fias in corde Tuo, hæc enim est Idololatria, deducens in sensum reprobum, & in exitium* 113 *Laus verò Dei nunquam recedat ab ore Tuo.* 114 Hæc ubi dixissent recesserunt à me in luce præfulgida, cui similem nunqvam vidi. 115 Ego autem domum me recepi.

F I N I S.

APPENDIX I.

Revelationum Christophoro Cottero per Visiones nocturnas factarum.

I.

ANNO 1625. in Augusto Visio mihi obvenit per somnum, sexie ordine, talis. 2 Vidi Palatinum ambulantem Hagæ Comitum per aqvas, gestantem manu Librum, non adeò magnæ molis qvi Liber excidit illi in aqvas. 3 Qvem deglutivit Piscis qvidam ingens, perniciqve natatu penetravit Constantinopolim, eundem

qv

qve Librum in Imperatoris Turcici, elevato solio sedentis, gremium
exspuit. 4 Qvem ille cum admiratione intuitus, jussit à spurcitie re-
purgari. 5 Qvumqve hunc aperuisset, dixit: *Ego huic Libro nomen da-
re nescio: Ferte illum, & jubete baptizari.* 6 *Est enim Liber, qvi erran-
tibus ostendit Viam, & cæcis Lucem, ægrisqve Medicum, qvi se sanet:*
7 Cæpitqve orare: *Domine aperi oculos meos, ut videam magnalia Tua!
Domine solve mihi linguam, ut rectè loqvar, & annunciem laudem Tuam!
Magnus enim est Dominus in cælis, & Viæ illius admirandæ.* 8 Addidit:
*Sanctificate Vos omnes inhabitantes Terras meas! qvia magnificavit Nos,
& glorificavit, sub vesperam Mundi hujus Dominus, ostendendo nobis Li-
brum Fæderis.* 9 Et audivi totum Populum, qui circumstabat, dicentem:
*Hallelujah, Hallelujah, Hallelujah! Benè omnia fecit! Laus, honor, gloria
& benedictio, Hallelujah, Hallelujah, Hallelujah.*

I I.

ANno 1629, Februarii 28, & 29, utrâqve nocte propè diluculum, vidi
& audivi sequentia: Primum tres *Voces*; deinde tria *Nomina*; tertiò
tria *Judicia*; qvartò tres *Plagas*; qvintò tres *Ejulatus*; tandem, tres
Luctuosos dies. [N. sexies 3, facit 6. 6. 6.] 2 Prima Vox veniens ab O-
riente, ex Aqvâ magna: *Audite Aqvæ! Colligite vos, & subruite terno
illi Nomini fundamentum suum!* 3 Et ad Aqvam dixit altera vox: *Surge,
Lacera Bestiæ viam!* Et aliam audivi vocem ex magno igne ad Septentrio-
nem: *Surgite, exurite Meretricis solium!* 4 Et audivi vocem tertiam
ex validissimi venti sonitu: *Surgite, surgite, & iterum dico surgite! Nam
Babel maturuit! Confringite illi falsum fundamentum, qvod Bestia posuit
per magnam potentiam suam!* 5 *Surgite! Confringite tria Judicia Meretri-
cis in solio sedentis.* 6 Et vidi Folium, cui inscripta erant Judicia, qvæ
legebat vox quædam septies intonando: *Væ, Væ, Væ, Væ, Væ, Væ,
Væ, tribus Nominibus!* 7 Et audivi alterum judicium, qvod itidem vox
qvædam legit, clarè: *Tu Vir ab Oriente, extende manum Tuam, & pera-
ge mandatum Domini! Tange dextrum Uber Meretricis, qvo habet Lac
honorum, ad honorandum & extollendum eos, qvi adorationem Bestiæ promo-
vent.* 8 *Acriter eam pertrecta! ut ne qvis ampliùs ab ea honorari aut ex-
tolli qveat.* 9 *Sinistrum uber igni à Septentrione exure! qvod brevi accen-
detur, ad faciendum Tecum opus unum, & auferendum ab Uberibus ejus
divitias: ut ne qvem amplius ditare qveat, sicut in nuperis iræ meæ diebus.*
10 Audiviqve iterum vocem magnam: *Festinate, Festinate confringere ju-
dicium tertium, Meretrici* (afferens) *exitium!* 11 Et hæc vox legit

ista verba: Audite omnes Nationes! Accipite ignem, & exurite Me
tricem! Nolite honorare ampliùs Meretricem Bestiæ inequitantem! Ju
cium meum explete, citò, velociter, festinè! 12 Nam Arcum meum p
ravi, sagittamqve illi meam imposui, Manum à Septentrione: cui dixi
Cor Meretricis tremere faciat, & Bestiæ foveam paret. 13 Non ampli
eqvitabitur à Meretrice Bestia: qvia finem illi faciam ego Jehova, super
ductis illi tribus Plagis, tribus Ejulatibus, & tribus perluctuosis diebus. 14
audivi promulgari tres illas plagas, sic: Plaga permagni Terroris! Plaga p
velocis Gladii! Plaga celerrimæ Devastationis. 15 Et mox: Ejulatus
per magnum ejus Honorem, quem amittet! Ejulatus super magnas ejus Di
tias, qvæ in prædam ibunt! Ejulatus super magnam ejus Potentiam, q
evanescet! 16 Hæc omnia proferebantur voce unâ: sed insonuit a
vox: 17 Ah luctuosa dies, quâ Musici Tui cessare debebunt! cantû
locô conclamitare plagas tuas, qvæ te obruerunt. 18 Ah luctuosa dies, q
tibi oppessulabuntur Molæ tuæ, ad non ampliùs molendum, tuisqve maledi
Negotiatoribus Tabernæ suæ, ad suas & tuas falsas merces, imposturam
& mendaciorum, non ampliùs vendendum. 19 Transfluxit tempus tuum,
aqva: pro gloria habes ignominiam, pro opulentia nuditatem, pro poten
conculcationem. Altitudini Tuæ hæc judicia dixit Dominus. 20 O per
ctuosam diem, qvæ super Te venit! Reges & Principes desinent amplexari T
conspuent te, nec magis attendent mendaciis tuis: nam Agnus mactatus im
te insurrexit in Te. 21 Morde linguam! & iterum dico præmorde medi
præ dolore & luctu, maledictam illam & mendacem linguam Tuam!
Et conspexi virum magnum tenentem dexterâ Crucem, & prodeunt
inde geminum Gladium: alterius cuspis erat alba, alterius cærul
cum inscripto magnis literis,

AD EXURENDUM IGNEM, ET A
SUBMERGENDUM AQUAS!

23 Factum tanquam in lucido igneo radio.

III.

EOdem annô, 3. & 4. Aprilis, vidi ante me stantem admodum fort
sam, & luxuriosè aurô & purpurâ ornatam fœminam, gestientem,
titiâqve manus expandentem. 2 Fronte ejus exstabat pictum 6; u
re sinistrô itidem 6: sicut & dextrô, 6: interqve hoc geminum 6. & 6.
pectus deorsum, Va Va Va Meretrici! Va Va Va Babyloni! Va Va
Best

Bestiæ! 3 Mox audivi vocem, *Hodie, hodie fit initium! Mensis adest,*
tempus jam est! Veni Lupus properè! Venite Leones ab Oriente & Septen-
trione! festinate exseqvi mandatum meum. 4 Et audivi magis adhuc so-
noram vocem, dicentem: *Sic ait Jehova, Finem faciam pompæ & eqvi-*
tationis superbæ Babylonis! Babylonem confringam, Bestiam contremefaciam;
ornatum Meretricis in direptionem dabo. 5 *Anni tui exierunt:* & hîc tin-
nuit vox qvædam, *VÆ!* 6 *Menses tui effluxerunt!* & hîc rursum vox
sonuit, *VÆ!* 7 *Dies tui non sunt ampliùs!* iterum vox clamavit, *VÆ.*
8 Et audivi sonitum vehementis venti, & fremitum rapidè volventis
aqvæ: & venit Vir cum magno bipartito gladio, manu tenens crucem.
9 Et facta est ad illum Vox: *Surge, perage mandatum qvod tibi do! Per-*
cute bipartitô tuô gladiô aërem. 10 Qvod cùm fecisset, diviserunt se duo
isti Gladii in septem, & mox in millenos: & venerunt multa qvoqve
virorum millia, qvi Gladios istos inter se diviserunt. 11 Vir autem ille
Gladium habuit in manu totum aureum, sed sine cuspide: vestem autem
cæruleo-albam, & pileum cæruleum cum redimiculo albo! & à collo
suspensam torqvem, tanqvam è septem literis, oblongam, sic,

S S W E W D T

12 *Ille* verò detractum capiti Pileum imposuit gladio; cujus locô Po-
pulus iste cum gladiis Coronam ei imposuerunt. 13 Mulier autem ad-
huc stans in ornatu suo, ut Virum illum coronari vidit, exclamavit;
Fugiamus, summum tempus est. 14 Sed ecce multitudo ingens populi
cinxit eam! & illa pacem promittens, dejerabat per Deum & omnes
Sanctos, dicens: *Juro per Deum & Sanctos, non ampliùs me fornicaturam*
vobiscum. 15 Et audivi aliqvot centenos Tubicines canere, tàm clarè
ac distinctè, acsi ore loqverentur: *Agite, agite! prehendite adulterinam,*
idololatricam, maledictam Meretricem, Bestiæ insidentem! nec illi ampliùs
fidite. 16 *Implevit enim Mundum mendaciis suis. Disturbate Babylonem!*
Bestiæ succidite nervos, citò. 17 Irruerunt ergò in mulierem immani-
ter, diripueruntqve ornatum ejus, Corpus verò ejus discerpserunt mi-
serabiliter, & ipsam concremârunt igne in pulverem & cineres. 18 Un-
de natum est ingens gaudium, plausus & jubila: totusqve ille Populus
dixerunt, *Venite exultemus Domino cum jubilatione! adoremus & laudemus*
Dominum Deum nostrum, qvi eam per manus nostras perdidit! Atqve hîc
fuit finis, nihilqve audivi præterea.

APPEN-

APPENDIX II.

Supplementa qvædam Viſionum Cotterianarum continens.

I.

Plenior exegeſis Verborum, qvæ de Adamo utroqve facta ſunt.
c. XXVII. v. 10. ad 16.

AUdi & attende! Qvantò Luna propius accedit Soli, tantò lucet minus. 2 Adam & Eva cogitarunt per Lunæ lucem pervenire ad ſplendorem Solis juſtitiæ, qvi eſt æterna Dei Sapientia, ſed hæc inveſtigabilis eſt, manetqve in æternum, nec principium habens nec finem, & dominatur omnibus. 3 Adam & Eva pulchrè ſtabant, quamdiu ſuper plenam Lunam ſtabant manè, cùm eis colloqvens æterna Dei Sapientia oſtendebat omnia quæ fecerat fuiſſe valdè bona. 4 Adam imponebat Animalibus nomina, vocans unumqvodqve ſecundùm genus ſuum: Cæleſtis Adam vocat omnes, non animantes, ſed homines, rationalem creaturam, dicens, *Venite ad me omnes qvi ſalvari cupitis! Ego vobis ſatis dabo Panis, & Aqvæ immenſum, ſcaturientis ex fonte vitæ, & humectantis ad obedientiam & obſervationem mandatorum Altiſſimi per charitatem.* 5 Adamo ſubjecta erant omnia animalia, ut eis dominaretur (Deus enim illa ſubjecerat ei:) Cæleſti Adamo Deus ſubjecit omnes Homines, deditque in hæreditatem Gentes, ut omnibus in ſe credentibus daret vitam æternam. 6 Adam dominatus eſt animantibus, quæ illum metuebant: Chriſtus dominatur vitæ & morti. 7 Mortuis dominatur inclementer Judex eorum factus, ad judicandum & condemnandum omnes qui non credunt in nomen ejus: Credentes verò beandum gratiâ ad ſalutem, quæ parata eſt à conſtitutione Mundi. 8 Adam fuit Dominus etiam piſcium maris, & volucrium cæli, omniumqve terrâ repentium: Cæleſtis Adam Dominum habet Maris & Aquarum, nec ſe ab illo abſcondere poteſt ulla Balæna, ad quam cæleſtis Adami vox non penetret: nec eſt ullum in Terra animal, quod non obtemperare debeat illi: nec in Aëre ulla volucris, qvæ alarum pernicitate effugiat (manum) ejus. 9 Cæleſtis Adam dominatur illis tanquam Deus, & Dominus cælis altior,

altior, potestate sibi datâ super omnia in cælis & in terra: qvia exinanivit seipsum forma servi assumptâ, servitutemque suam in cruce consummavit. 10 Ut servus luctatus est, prævaluit, vicit: dissipataqve peccati, mortis, & inferorum potestate, potestatem dedit fieri Dei filios, per charitatem, illis, qvi credunt in nomen ejus. 11 Terrenus Adam delicias habere debebat, & habebat, in animantibus terræ, qvòd suæ obseqverentur voluntati: Cælestis Adami deliciæ sunt cum filiis hominum, ad habitandum cum illis, & in illis, qvi diligunt eum, & mandata ejus servant, & ambulant in charitate, & penetrant per patientiam vi victoriæ fidei in Christum, quâ superatur Mundus, & mortificatur vetus Adam, per Christum fidei consummatorem. 12 Adamum Deus posuit in horto, ut eum coleret atqve custodiret. Cælestem verò Adamum posuit in Custodem omnium, ad servandum & colendum eos qvi se non tradiderunt vanitati, sed euntes coli se patiuntur per renovationem in Christo. 13 Qvicunque membra sua tradunt ad alacriter obsequendum per patientiam, eos ille colit, & custodit ne cadant, & mundus illis ne noceat: nam posuit Dominus firmum lapidem, super quem eos fundat & exædificat, ut nulla irruens pluvia aut ventus subruere eos qveat. 14 Adamo Deus dedit adjutorium, ut esset cum eo, quâ ille acceptâ agnovit esse carnem de carne sua, & os de ossibus suis: atque hoc est profundissimum illud mysterium, quod in Veteri & Novo Testamento reperitur. 15 Nam cælesti Adamo etiam adjutorium dedit Dominus, totum Humanum genus: ut celebrent nomen Jehovæ, & ex ore infantium & lactentium ut perficiatur laus. 16 Mihi debetur honor, inqvit Dominus: usqve ad fines Terræ omnia, quæ spiritum vitæ habent, laudabunt me: Mecum erunt, & ego cum illis, usque ad finem seculi. 17 Eva debuit esse cum Adamo, & Adam cum Eva: similiter tu cum Domino & Salvatore tuo, Jesu, esse ac manere debes, per fidem illi & dilectionem, & patientiam, adhærens, ut Adam & Eva sibi adhæserunt ad mortem usque. 18 Adam dilexit Evam, ut carnem & sanguinem suum: ita Christus te diligit, & dilexit usque ad mortem crucis. 19 Adam cognovit Evam, ejusque infirmitates toleravit: sicuti cælestis Adam te qvoqve cum infirmitatibus tuis tolerat. 20 Eva attulit Adamo solicitudinem & ærumnas: tu cælestem Adamum peccatis tuis occupasti, & laborare fecisti animam ejus usque ad mortem. 21 Eva (namque) Mandatum Domini transgressa, & serpenti obsequuta, extendit manum ad Arborem scientiæ boni & mali: Adam verò dilectione erga illam (ductus) etiam de fructu illo edit, transgressusqve & ipse manducavit mortem. 22 Sed cælestis Adam obedientiâ suâ (o-

bediens factus usque ad mortem) reduxit amorem Dei: ut gratia Dei in Christo Jesu jam regnet super omnes in Christum credentes. 23 Adam manducavit mortem: tu crede in Adam cælestem. & ambula in charitate, & habebis vitam æternam. 24 Adam & Eva extenderunt manus ad fructum vetitum: cælestis Adam extendens manus in cruce dixit, *Consummatum est*. 25 Qvô in cruce verbô timorem Adami & omnium hominum delevit: iisque liberatis, obscuratæ (priùs) Lunæ splendorem suum restituit. 26 Et sic justitiæ Sol iterum lucet clarè, & Lunæ splendor iterum est tam clarus, ut nulla Eva excusare se amplius qveat, nec ullus Homo, ratione suâ. 26 Quantumcunque alta vel profunda est humana Oratio, sine Sole tamen justitiæ tenebrosa est, nec aliud quàm periculosa pomi morsicatio. 27 Mysterium hoc magnum est: ideòqve adhære Christo, & ejus Ecclesiæ! & scrutare Scripturas, qvæ de hoc mysterio testantur.

II.

Paraphrasis Orationis Dominicæ.

BEnedic Domino, quia Sanctum est Nomen ejus: Benedic Domino, quia gloriosum Nomen ejus (*Sanctificetur Nomen Tuum*). 2 Dic: O Sancte Pater, Sanctifica me totum: da mihi Spiritum tuum Sanctum, ad efficaciter orandum & sanctissimum nomen Tuum in omni angustia invocandum. 3. Sanctifica me sancte Pater, & sancta fac omnia interiora mea, ut prorgerminent velut sancta & fœcunda radix conscientiæ puræ, operibus sanctis, bonis, Deoque placentibus, ad serviendum Tibi Deo viventi. 4 sancte Pater, Sanctificetur nomen Tuum in omnibus nationibus terræ. 5 Sanctum est & potens, validum & forte sanctum nomen Tuum: qui illud ex corde adorat sine hypocrisi, sanctificatur ipse, ad oppugnandum profanum Satanæ regnum. 6 Potens fiet, validus & fortis, qui invocat sanctum nomen Domini, ut stare possit adversus omnia machinamenta Satanæ. 7 Nec stare solùm, sed per gratiam sanctissimi nominis prævalere & vincere hostes Divini nominis universos, blasphemantes sanctum nomen Dei, idololatriâ, prava doctrinâ, hypocrisi, & inani rixandi libidine, quibus profanatur sanctum Dei nomen, nec Regnum Dei ad eos venit. 8 O væ illis qui altercantur de cælo & de inferno, dicentes Sanctificetur nomen Tuum; Adveniat regnum tuum. 9 O Idololatrii o fall

o falsa doctrina! o hypocrisis, super omnes hypocrises Satanæ: San-
ctum vocant Domini nomen, & vivunt ut profani idololatræ, doctrina
pravâ superinducti, & amicti hypocrisi. 10 Apud Eos non sanctifica-
tur nomen Dei, qvia vitam ducunt sanctitate vacuam: neqve ad eos
Regnum Dei venit, quia non vivunt sanctè ut Dei filii. 11 Non fa-
ciunt mandata qvæ data sunt regnum cæleste ingressuris. 12 Et tamet-
si *nomen Dei Sanctum* clamitent, ipsi tamen ut profani vivunt, Clamant
quidem, *Adveniat Regnum tuum*; sed in viis illis, per quas nomen Dei
sanctificari, & Regnum Dei ad ipsos venire posset, ambulare non cu-
piunt. 13 Cave autem opera Babylonis! ne sis confusus precando, uti
sunt idolorum filii in Babylone, qvi ita confusi suis in precibus, currunt
huc, currunt illuc, exspectant hic expectant illic, Dei suique ipsorummet
obliti. 14 Dei obliviscuntur, quoniam ei non confidunt, Deum menda-
cii arguentes, qvi se solum invocari mandavit. 15 Veritatem Christi
obscurant, eumqve honore suo spoliant: Intercessorium munus ipsi adi-
mentes, Spirituique mortuo tribuentes: hôc ipsô profanatur, non san-
ctificatur nomen Domini, nec propagatur gloria Christi. 16 Hæc est
voluntas Sancti in Israel: invoca me: hæc est voluntas ejus, sancta illa,
qvæ prodiit è Sancto Sanctorum. 17 Hæc est voluntas ejus, ut preces
tuas Sancto Patri offerat, & sic te orare jussit, *Fiat voluntas Tua in terra
sicut in cælo*. 18 Ne sinas in te regnare voluntatem Tuam, nec ab ea
te ad malum impelli, sed tu pelle voluntatem tuam divinæ voluntatis vi
retrorsum; qui novit bonum & non facit, voluntatem Dei non facit. 19
Voluntas Dei est, à rebus terrenis sublime ferri, vanitatem deserere, è
mundo exire, & intaminatum se à mundo servare. 20 Voluntas Dei est,
non profanare sanctum nomen Domini, operibus tenebrarum. 21 Vo-
luntas Dei est, deponere malum, & opera tenebarum, & ambulare in luce.
21 Voluntas Dei est, deserere doctrinas hominum, & non communicare
commentitiis cultibus eorum. 23 Voluntas Dei est, orare pro inimicis,
& benefacere iis qui oderunt nos, benefacere iis qui persequuntur nos. 24
Voluntas Dei est, ut submittamus nos regimini Spiritûs Christi, non
autem Spiritûs hujus mundi, & patiamur duci Spiritu charitatis ad sincе-
rum Dei & proximi amorem. 25 Non condemnantes alii alios, sed obvian-
do sibi invicem dilectione, patientiâ & devota incercessione ad Deum Pa-
trem Domini nostri Jesu Christi, qui voluntatem Patris sui fecit, totiqve
mundo exemplum reliqvit, ad seqvendum vestigia ipsius, & ambulandum
in charitate. 26 Qvi est in charitate, & in charitate perfici de die in diem
magis magisque laborat; is perfruetur generosis fructibus dilectionis

in Christo, eorumqve fiet particeps in semetipso. 27 Qvi enim p sidet charitatem ex toto corde, omnia possidet, nec deest ipsi qvidqua qvia Deus est charitas, & filii ejus habitant in charitate. 28 Miran homines calamitosa, proditoria & bellica tempora: causa est, qvod c ritas à terris exulet: amant se invicem, sicut Cain Abelem, clavâ sum trucidans. 29 Ah qvàm temerè Mundus iram Dei sibi ipsi advoc cùm orent pleriqve, Fiat Voluntas Tua, de voluntate Dei tam par soliciti. 30 Non recogitant, qvid orent, & qvanto cum Domino gotium sibi sit: Orant, ut fiat voluntas Domini, & ut fiat etiam ap ipsos in Terra, nec tamen à voluntate Dei duci volunt. 31 Magni qvid est orare, *Sanctificetur nomen Tuum*; magnum, *Adveniat Regnum Tu* Omnium maximum, *Fiat voluntas Tua in terra ut in cælis*. 32 Hac pre tione homo seipsum totus tradit Deo ad serviendum ei soli, & viv dum secundum voluntatem ejus, nec diligendum aliud qvidqvam. Nec obseqvendum alienæ voluntati præterquam huic, nec implendum v luntatem carnis & mundi, sed in vita & morte huic voluntati, qv adorat, omnia sua, corpusqve, animam & spiritum suum resignandu & patiendum perferendumqve omnia secundum voluntatem hanc. Sive mors, sive qvidvis aliud secundum voluntatem Altissimi de decretum sit, id omne fit secundum voluntatem Dei. 35 Et per sanctificatur sanctum nomen ejus: Regnumqve ejus (qvod nunqv transiturum est) ad talem hilari corde Deum diligentem venit, ut p gustum habens æternæ vitæ, in voluntate Dei vivat in sempiternù 36 Æterna enim vita nullius creatæ rei imagine adumbrari pot meliùs qvàm dilectione: nec æterna damnatio meliùs, qvàm refriger charitate in profundè radicatis mundi filiis & hominibus tenebran 37 Qvi in tenebris jacent irretiti laqveis Satanæ, & vinculis eorum qu tenebris ambulant, nec amant lucem, sed tenebras. 38. Affligun invicem refrigeratâ charitate, struuntqve sibi per refrigeratam charita gradus ad gehennam, devorantes se invicem, & consumentes lu qvam ipsis voluntas divina per Spiritum pacis accendit. 39 Væ talis cientibus, & lucem in seipsis avidè exstinguentibus, tales exspect voluntatem Dei, qvam orant, sibi in supplicium & pœnas, secund Dei voluntatem & severam justitiam, & in mercedem tenebrarum & dan tionis: in qvibus fuit Voluntas ad malum, in voluntate mala mortuis. Nam talibus etiam sanctificatur nomen Dei in ira, & Regnum Dei ad i non venit: 41 Qvi autem voluntati divinæ unicè se devoverunt, iis fie cundum Dei voluntatem in amore, ad ingrediendum in terram viventi

42 l

42 Ubi lux erit perpetua, & amor sine fine in Christo Jesu, eruntqve in ipso, velut palmites veri in vite sua, & manebunt æternùm. 43 Ibi erit satietas gaudii, ibi satietas amoris, ibi lux æterna sine tenebris, fientque omnia secundum voluntatem Dei, ad sanctificationem sui nominis in Regno cælorum, laudabuntque omnes nomen Domini. 44 Probè hæc perpende, & oraturus probè te instrue. 45 Ah qvàm insigne donum est panis terrestris, qvô naturalis vita conservatur, quo deficiente misera vita est, idcirco te Christus orare jubet, *Panem nostrum qvotidianum da nobis hodie.* 46 Qvam precationem cave de naturali duntaxat pane intelligas: sed multò magis de cibo animæ, ideóqve primùm qvære Regnum Dei & Justitiam ejus. 47 Qvære primùm summô studio Christi amore exardescere, téque regno ejus tradere ad vivendum illi, & ambulandum in fructibus Spiritûs, nec patere Justitiam egredi è corde tuo. 48 Regnum enim Christi non habet Justitiam qualem habet mundus: Regnum Christi plenum est thesauris gratiæ, qvos distribuit ut Pater filiis panem suum. 49 In Regno Christi justitia talis est, qualem ipse verbo suo mundo patefecit. 50 Justitia hæc est Panis vitæ, cibus verus in Regno Christi: Si membrum vivum vis esse in Regno Christi, Justitiæ da operam, qvam in Regno suo reqvirit Christus. 51 Hanc qvære, hanc per charitatem seqvere; Preces tuas funde in fiducia promissionum Christi, tunc incrementa in te sumet Justitia. 52 *Hodie* para cor tuum, & ne differ in crastinum: Christus enim *hodie* precari tibi mandavit, *hodie* igitur cor tuum præpara, ne te illud *hodie* tuarum precum accuset. 53 *Hodie* expete panem vitæ: & impetrabis *hodie* justitiam, & omnia adjicientur tibi: *Hodie*, *hodie* accipies. 54 *Hodie* etiam ora: *Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* 55 Hodie tibi Deus peccata remittit, rèmitte & tu proximo tuo, *hodie* id fiat, non cras. 56 *Hodie* ora pro inimico tuo, qvia mandavit Christus, & ipse pro inimicis oravit, exemplum tibi relinqvens. 57 Si ergò gratiosæ peccatorum remissionis particeps fieri, nec tot millium precatorum preces in maledictionem tibi cedere vis, iram corde fovere noli, nec solem occumbere super ira tua sine. 58 Hæc enim tentatio est, ideò precari te Christus jubet: *Ne inducas nos in tentationem.* 59 Et hoc etiam est malum illud qvod deprecari debes 60 O tentationem super omnes tentationes: O malum super omne malum, quod malum dici potest. 61 Qvi non remittit delicta proximo suo, invocat contra seipsum judicium & Justitiam Dei, qvæ eum manebit. 62 Si qvis non remittit proximo suo offensam, & in hac carnis suæ tentatio-

ne perseverat, pergitqve viam perversam contumaciæ, viam iræ & vindictæ, iram corde foret contra proximum, is gratiæ fœdere exclusus est, qvia propriis precibus suis Justitiam Dei in vindictam sibi exorat. 63 Ideò tu ex corde ora, *liberari à Malo*. 64 Hoc enim malum illud est, qvod sibi qvis ipse exorat, & pæna qvam postulat! & judicium qvod sibi accersit, & contra se pronunciat. 65 Hæc tentatio est, qua semetipsum quis decipit; & in extremum salutis periculum præcipitat. 66 Talis orare: neqvit *Pater noster*; qvia non manet in filiali obedientia: neqve precari potest, *Sanctificetur nomen Tuum*; qvia vivit in profanitate iræ. 67 Neqve potest orare, *Adveniat regnum tuum*; qvia vivit in Regno Satanæ, *& voluntas Dei* bona fit ipsi in malum, & panis vitæ convertitur ipsi in fel amarum, & *Hodie* illud quod orat, in maledictionem, & *Remissio* in retentionem debitorum, & *Liberatio à malo* in tentationem. 68 Hæc probè expende, quoties orare vis, ne preces Tuæ in maledictionem vertant; & lauda nomen Domini.

APPENDIX III.

Narratiunculam continens Carcerum, Exilii, mortisqve Christophori Cotteri: & qvibus miraculis Deus veritatem operis sui in servo suo demonstrare dignatus fuerit.

Et de

Authentico Exemplari:

TAmetsi Senatus Sprottanus, Ecclesiæque Pastores cum aliis conscii valdè circumspectè rem Cotteri (tam inusitatam) tractarunt, hostium metu; fieri tamen non potuit, quin fama emanaret, ad amicos & hostes. Fuit ergò ab illis qvidem subinde aut domi salutatus aut ad colloquia evocatus; ab his autem insidiis petitus.

2 Inter amicos erant Barones & Nobiles, Silesii, Lusati, Bohemi: tandem & Serenissimus Brandeb. Elector Georgius Wilhelmus, qvi eum à Francofurtanis Theologis acriter prius examinatum, ad se Berolinum bis evocaverat, anno 1625 & 1626. Emiserat & Argentinensis in Alsatia Consul Civem quendam suum, in Silesiam usque: At qvod

rod scriptô circumferebatur reverà sic haberet, & alicui hominum talia di-imitùs accidissent, inqvisitum, Venit ergò Legatus, munusculis & Qvæ-tionibus 62. instructus, ad qvas cùm Christophorus responderet, ille alamô excepta in scriptum redegit. Cumque illi ut secum in Alsatiam nigraret, tutior ibi futurus, persuadere non posset, effigiari vultum jus curavit, secumque asportavit.

3 Inter hostes accerrimus fuit *David Wachsman*, Cæsareus per inferiorem Silesiam & Lusatiam *Fisci præfectus*: qvi juraverat non qvietu-um se, nisi postqvam Cotterum & Mencelium eidem patibulo affixos, & videm Sprotaviæ, videret. De quo per amicos hi præmoniti, tantô erventiùs Deo se commendabant. Christophorus tum impulsu qvôdam psemet Glogoviam abire constituit, & licet dehortatus, adiit, 2. Januar. 1627. Ubi agnitus, captus, Comiti de Oppersdorf (Ducatûs Glogani Capitaneo summo) & Fiscali adductus, examinatus, tandemque custo-liæ civili traditus, fuit. Missus postridie Commissarius Sprottaviam um mandatis ad Senatum, ut huic omnia Cotteri scrinia perqvirere, illis ræsentibus, liceret, Pastorqve Mencelius simul quicquid Scriptorum ejus enes se haberet, extraderet. Factum, allata sunt, privatimque lecta t examinata (N.B. Non omnia tamen reperta fuerant, prima tantùm liquot capita) Demùm 25. Januarii Cotterum ad examen productum, ariis pertentabant quæstionibus: hoc inprimis cognoscere avidi: *A vonam ista, qvæ Visionum nomine falsò venditaret, conficta hauriret?* Constanter autem illo asseverante, *à nemine mortalium (sed à Spiritibus lis, qvi sibi apparere rursumqve disparere soleant, qvi utrum boni an mali ngeli sint, se simplicem idiotam dijudicare non posse, doctis & sapientibus gnoscendum relinquere.)* inclinabat D. Comes ad eum certis conditioni-us dimittendum.

4 Reclamante autem Fiscali, crimenqve læsæ Majestatis exaggeran-, & acriorem inquisitionem urgente, jussus est M. Mencelius etiam si-i. Misitque eum Senatus, additis è medio sui duobus Viris consularibus: quorum præsentia Mencelius capitis fuit postulatus, qvòd mendacis-mô calamo suô hominis fanatici abusus simplicitate, Cæsaream atrocis-mè læsisset Majestatem, &c. Excusabat ille factum eô, qvod sibi, & Collegæ suo, à Senatu id fuisset mandatum, qvod hi asseverarunt. Sed iscali ad Appellationum Tribunal Pragam provocante, manere Mence-ius sub arresto, & sententiam exspectare, jussus est. Protestati Consu-es, ministeriis Ecclesiasticis Pastoris sui carere civitatem non posse: ob-estariqve, ut dimittatur ad functionem suam: interponere etiam fidem

suam,

suam, caparitururum denuò qvandocunque reqvisitus fuerit, &c. Tan dem ergò ea cautione impetrarunt ut dimitteretur, sub pignore tame bis mille aureorum.

5 Fiscalis autem bilem in Cotterum effundens, illum civili honest custodiâ exemtum profundiori carceri, maleficis ad torturam destinato impingi curavit. Unde rumor emanaverat, illum torturæ subjectum omnia sua recantasse: sed nihil fuit, præterqvam qvod fame & squalore maceraretur ultra trimestre, donec Deus in foveam deduxisset illum qvi foveam parabat aliis. Sed præcesserat aliud miræ Dei providentiæ exemplum. Cognoverant hostes, (per subornatos exploratores) apud Fabrum qvendam Sprottaviæ integrum Visionum volumen, ex autogra pho descriptum, haberi: Hoc ergò tradi mandatum, & Capitaneo op persdorfio missum: qvô ille lectô usque adeò cæpit mitescere, ut negotio huic immisceri amplius nollet, Fiscalemque ad civile judicium urbis Glo ganæ amandans, ordinariò juris processu agi suaderet. Permissô etiam ut Cottero Advocatus daretur, ad sese defendendum si posset. Institut igitur Forensis actio: Actaqve missa Pragam, & inde (ut jactabat Fi scalis) ad tres Academias Pontificias, *Viennensem*, *Ingolstadianam &* *Coloniensem*.

6 Venit tandem ab Appellationum tribunali sententia definitiva, Do minicâ Jubilate (25. Aprilis:) quæ qvalis fuerit non innotuit, divini interveniente judicio. Fiscalis enim (celebratis exacta hebdomade cum Virgine nobili nuptiis) officii qvâdam necessitate exigente postridie pro fectus fuit Saganum, & in reditu pernoctaturus Sprottaviæ, in ipso sub urbii ingressu tormina ventris vehementer qveri cæpit, advocatoqve Medico (D. Rumpfio) consilium qvæsivit. Qvi nescio qvid veritus, ni hil propinare voluit, in crastinum differri suadens, donec quid morb esset pateret. Acquievit ille consilio, sed noctu subitaneâ exstinctus fui morte: eô ipso locô ubi suspensos parabat spectare servos Dei, justi divin judicii factus ipse (alter Aman) spectaculum. Terror enim fuit toti Civitati, cùm hic mortis casus seqventi mox manè de Cathedra Ecclesia stica (à concionem tum habente M. Cnolliò, Mencelii symmysta) de nuntiaretur.

7 Casu hoc exterriti hostes, sententiam publicare ausi non sunt, ca ptivum ex illo sqvalido loco in Civilem custodiam reduci curarunt: ul & liberaliore victu sustentatus fuit, & aditus ad eum uxori amicisqve pa tuit. A qvibus, aut dimissionem aut exeqvutionem flagitantibus, du *qvietem* non haberent adversarii, post aliquot adhuc mensium delibera tion

tiones ignominiæ pœnâ affecerunt tali: Eductum carcere collocarunt ad cippum fori, adstrictum collari ferreo, affixâqve supra caput schedâ, cui inscriptum fuit: *Hic est Pseudopropheta ille, qui prædixit qvæ non evenerunt.* Horæ spatio sic spectaculo relictus, *per Lictorem urbe fuit eductus, exiréqve patriâ, nec in Cæsaris ditiones redire sub capitis pæna, jussus.* Abiit ergò in Lusatiam, tum jam sub Electoris Saxoniæ jurisdictione constitutam: ubi reliquum vitæ inter amicos (habuit enim nonnullos è Nobilitate pios fautores) tranqvillè exegit, usqve ad 1647. annum, qvô illum ad Dominum migrasse accepi.

8 Etiam verò ibi eum Dominus Revelationibus suis dignatus est, annô 1629; certò futuram, terribilemqve judicii sui exseqvutionem, illi ostendens, luculentô illô somniô binô (sed utrôque bis immisso) qvæ hîc præcesserunt *Appendice I.*

9 Mox ab ejus Silesiâ egressu Perseqvutiones Antichristianæ Silesiam qvoqve vastare cæperunt, *Hannibale Burgravio de Dohna cum fortissima peditum Legione per Ducatus hæreditarios graßante, omnesqve Civitates & Oppida ad Apostasiam compellente.* Ubi quum Glogoviensem Ducatum mense Septembri & Octobri (anno 1628) tribularet, qvid miraculi Sprottana in urbe Deo visum fuerit edere, consignari dignissimum existimo.

10 Fuit inter pientissimos Oppidi cives *Adam Pohl*, arte Frenarius: qvi cognitâ Christophori Cotteri egestate, ad qvam redactus domunculam suam, & omnia, divendere habuit necesse, eóqve non suâ culpâ, sed Deo ipsum sic exercente, prolapsum; obtulit illi Domûs suæ beneficium, ad habitandum secum gratis. Qvod insperatum beneficium lubens amplexus Cotterus, cohabitavit ei, usqve ad carceres suos, per sesqviennium. Sed visum fuit Deo Adami qvoqve constantiam probare: immisit itaque illi annô seqvente morbum, qvô ille sic tabescere cæpit, ut tandem contractis artuum nervis, ne consistere qvidem pedibus posset, lectoqve affixus pertotum sesquiennium jaceret, ad illum usqve diem, qvô Deus potentiæ simul & bonitatis suæ in illo restituendo admirabile exemplum edere voluit.

11 Eô enim ipsô die, quô cum armatis suis Apostolis Urbem inopinatò invadere debuit Dohnanus: egressâ mane cubiculô uxore, adstitit lectulo ejus juvenis albè vestitus: saluteque præmissâ dixit: *Adame, hæc dies est, qvâ Deus habitatorum urbis hujus ingratitudinem ulcisci proposuit. Tu igitur in nomine Dei surge, indue te, assumtâqve uxore & filiolâ* (octennem habuit) *mox hinc egredere! festina!* Ille attonitus Deum orare, moxqve & pedes movere, incipit. Tentat & surgere, pedibusqve se

consistere videns, Deum adesse sentit, induere tamen se non potest: e qvòd vestes ad sesquiennium jam cistis inclusæ erant. Accedit ergò cubi culi januam, aperit, uxorem vocat, accedentem & obstupescentem quid fi edocet, vestem poscit, induit: procumbunt in genua, Deumque lau dant. Hinc ille excitatâ filiolâ, & assumtò viaticò, ad portam festinat uxorem verò ad M. Mencelium, ut ad se extra portam veniat, mittit. Ve nit ille, stupescens, interqve lacrymas & suspiria ineunt consilium, non aliò qvàm Gorlicium (ad Cotterum, & qvos ibi excitavit Deus amici cos) festinandi. Festinavit igitur Adamus, sic à Dominò roboratus, ut iter illud (octo milliarium) biduò conficeret. Fama rei hujus totam per manabat Silesiam & Lusatiam: fuitque miraculum hoc (verè miraculum) impressis etiam chartis celebratum.

12 Dohnanus interim urbem ingressus (quam ideò voluit ex inopinato invadere, ut ne dilabi possent cives) Apostolatum suum auspicatus est, pri mariorum civium domos militibus implens primò. Quorum pars postridie Parochiam quoque ingressa protervè Pastorem (Mencelium) ludibriis agi gitare, mox evaginatis gladiis adoriri: quorum ille furore perterritus do mo profugit, illi persequuntur, elabi tamen portis sinunt: qui Adamum sequutus (amissò etiam pileò) Gorlitium contendit, familiam quoque ali qvô post tempore ad se nactus. Ubi eum anno 1629, mense Aprili (occa sionem insperatam subministrante Deo) invisens, unaque cum illo, c Cottero, & *Adamo Pohl*, à Nobilissimis quibusdam Viris in proximum vicum Hennerstorf invitatus, & per biduum sanctâ conversatione usus hæc ipsa qvæ bonâ fide in conspectu Dei refero; (sicut & somnia illa du quæ tunc præcesserant, & modò recitata sunt) accepi. Qvis non cum Am brosio exclamet, *Bonum habemus Dominum*. Mencelius paulò post ad Sittav Ecclesiæ ministerium vocatus, ibidem Christo per dies vitæ serviit.

13 *Quantum ad Exemplar Cotterianarum Visionum, Autographum apu hæredes Menceliorum* (Abrahami aut Joachimi) *asservari confido.* Deber quidem in Archivo etiam Friderici Regis inveniri: in cujus manus An no 1626 chartâ Regali quadruplicatâ mundissimè descriptum eo fine tra ditum fuit, ut tanquam in archivo sacro asservaretur: ne post impleta omnia suspicioni esse posset locus, quasi hæc ex eventu demum ab aliqu sic collecta, sub Prophetiæ titulo venditarentur, ad minimum certè, ne quis aliquid in his postea mutare auderet. Memini quidem post Friderici obitum illud desideratum; exstare tamen ubiubi necesse est.

14. Prostant sanè typis Germanicis Cotteri, & Christinæ Poniatovi Visiones, simul (nescio ubi & à qvo) editæ sub titulo: Englische Erscheinunge

& Himlische Offenbarungen etc. Sed monere habeo: Virginis Revelationum versionem esse probam, Originali Bohemico accuratè respondentem: Cotterianum verò codicem mendis & lacunis scatere infinitis, quia quisquis id publicavit, Exemplar nec plenum nec correctum habuit. Quare Latina hæc nostra Cotteri versio, non ex illo impresso Germanico exemplari, sed ex Bohemico manuscripto, Cotteriano autographo ad verbum respondente, facta est. De quo præmonendi erant Lectores; ut nequis fraudem suspicetur, pleniùs & meliùs nonnulla exprimi videns hîc, quàm in illo typis Germanicis edito. Authentica ubi reperta, & cum hâc nostra versione collata fuerint, luculenter rei veritas, & candor apparebit noster. Quarè omnes illos, qui correcta Cotteri exemplaria in manu habent (multò verò magis eos, penes quos ipsum originale Protocollum reperitur) solemniter nomine Dei oro, ut ea custodiant fideliter, Ecclesiæque, ubi usus poscet, tradant: sicuti nos nostrorum duorum Autographa servare proponimus, & sanctè pollicemur.

15 Hoc etiam. *Aliter nos Cotteri Textum distribuisse, qvàm antea fuit, non in tres partes, sed librô unô continuô.* Erant Mencelio suæ causæ, cur tres Visionum libros fecerit. Primo in libro dabat capita solùm IX, ideò quia ibi Spiritus pausam posuerat, qvasi non rediturus ampliùs. (IX. 55.) Redeunte igitur illô inchoavit Librum novum, toto anno 1622 & 1623. continuatum: Visiones demum anni 1624. denuò separavit, quia Cotterum literas pingere jam gnarum, ut ipsemet sua manu scriberet, coegerat. Nobis autem unum constituere Librum Capitibus XL. divisum una hæc suasit ratio, ut allegationes in Indice essent faciliores.

F I N I S.

Ps. 72. v. 18, 19.

Benedictus Jehova Deus; Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ ejus in seculum: impleaturqve gloriâ ejus omnis terra, Amen, iterum Amen.

Dan. 2. v. 20, 21, 22.

Sit nomen Domini benedictum à seculo usqve in seculum: qvia sapientia & potentia ejus est: & ipse mutat tempora & ætates, transfert regna & constituit reges; dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus. Ipse revelat profunda & abscondita: novit quod in tenebris est, & lux cum eo habitat.

REVELATIONES

CHRISTINÆ PONIATOVIÆ
factæ

ANNIS 1627,
1628,
1629.

deliter ex proprio Virginis manuscripto Bohemico
in Latinum translata.

Revelationum occasio, & initium.

QVUM proſcripti è Regno Bohemiæ Ferdinandi Cæſaris mandato (An. 1624.) Evangelii Miniſtri paſſim adhuc apud piam Nobilitatem, vel inter plebem, latitarent: Anno verò 1627. in ipſam Nobilitatem idem proſcriptionis fulmen vibraretur, excedendiqve omninò ingrueret neceſſitas: factum eſt ut Illuſtriſſ. Moraviæ ProMarchio, D. Carolus de Zerotin, unum è Miniſtris Pragæ nuùs latitantibus, *Iulianum Poniatovium* (gente Polonum, proſapiâ Nom, religione Pontificium, profeſſione Monachum, illuminatum tamen ea divinitùs, ſuperſtitionéqve deſertâ fidelem V.D. Miniſtrum factum, ›ropter ſtructas ſibi in patria inſidias in Bohemiam tranſlatum) ad ſe evot, ut adjuncti ſibi Bibliothecarii nomine eruditiſſimi Viri converſatione :retur. Is igitur filiam natu majorem, Chriſtinam, virgunculam anno1 16, piè honeſtéqve educatam, ſvaſu matronarum qvarundam miniſteaddixit Baroniſſæ Zarubianæ, Dnæ *Engelburg de Zelking*, ortu Auſtriacæ, utum pietatisqve vivo exemplari. Qvæ menſe Octobri Anni 1627. in ar1 *Branna* per ipſummet parentem adducta, Baroniſſæqve tradita, menſe ſeqventi inuſitata qvædam, Morbos ſcilicet, Ecſtaſes, Viſionésqve & 'elationes extraordinarias pati cœpit: de inſtante horrendo Perſeqvutioi turbine, Perſeqvutorúmqve tandem tragico exitu, & mirabili Eccleſiæ ratione, atqve glorioſa reflorescentia. Qvorum omnium hiſtoria conſcriiſt plenè ab aliqvot V.D. Miniſtris, qvorum duos, tres, qvatuórve, ſemeſſe præſentes voluit Illuſtris Baroniſſa: tum propter preces ad DEUM artiſſimè ſemper fundendas (metu, ne qvid ludificationis diabolicæ eſſent ones iſtæ) tum propter teſtimonium, ex ore duorum triumve teſtium de m inuſitata, ubiubi eſſet opus, ſuffectùrum. Sed nos hiſtoriâ illâ in aliud pus rejectâ, ea ſolùm nunc qvæ illa (divinitùs juſſa) manu ſuâ conſignavit, rmonem Latinum, eâ fide qvâ debemus (non apice uno mutatô, demtô additô) transferemus. Hoc tamen forſan unum præmoneri bonum erit: em Virginis, *D. Iulianum Poniatovium*, ut fuit vir naturâ ſeverus, Theoiſque pius & gravis, odiô habuiſſe novas qvasdam, bienniô antè crebreceptas, Viſiones aut Revelationes: metu, ne illuſiones eſſent ſatanicæ, Homines à certo DEI Verbo ad incerta ejusmodi phantaſmata abducendum

dum. Qvùm enim *Chriſtophori Cotteri* Viſiones, Anno 1625. è Germanico in Bohemicum tranſlatas, cum voluptate à qvibuſdam legi animadverteret, ad refutandum illas, præfixámqve illis (de Revelationibus divinis, utrum adhuc agnoſcendæ ſint, an ceſſârint jam poſt Chriſtum penitùs) Præfationem, calamum ſtrinxerat, nihil non agens, ut poſt completum Novi Teſtamenti Canonem nihil divinarum reſtare Revelationum probaret. DEUS autem ecce unum è domeſticis ſuis elegit, per qvem Viro optimo ſvaderet aliud! De qvo poſtquam ille (Tabellariò in Moraviam à Baroniſſa miſsô) cognovit, mirum in modum ſe anxit: primúmqve per literas filiam, & præſentes Miniſtros, acriter à vulgatione phantaſmatum ejusmodi (qvæ à cerebri morbo venirent) dehortatus eſt: mox advolavit ipſe, nihil non tentans, qvô ceptum hoc dexteræ DEI opus (neſciebat enim DEI eſſe) diſturbaret. Succubuit tamen, poſtqvam dies XI præſens ecſtaſes vidiſſet ſex (qvarum una qvinqve horas durabat: qvô toto tempore illam ſine reſpiratione, ſine oculorum nictatione, ſine omni externo ſenſu, obambulantem tamen, & verba interdum proloqventem, cum ſtupore ſpectavit) dedítqve gloriam DEO. Conſcripſit enim tractatum ea de re manu ſuâ (qvi nobis in manu eſt) tali titulô: *Argumenta qvibus ad credendum convincor, Revelationes Chriſtinæ Poniatoviæ eſſe divinas: h. e. divinitùs patefactas.* Sunt autem octo numerô: *primùm* à Revelationis forma deductum; *ſecundum* à Materia; *tertium* à ſubjecti, ſeu Perſonæ, cui revelationes fiunt, qvalitatibus; *qvartum* à concomitantibus Miraculis, rebus ſcilicet concurrentibus, communem naturæ in agendo modum ſuperantibus; *qvintum*, à Methodo praxi divinæ convenientiſſima, qvam collatione omnium qvæ hîc acciderunt cum exemplis Prophetarum demonſtrat: *ſextum* à Veritate prædictionum multarum eventu ipſo jam comprobatarum: *ſeptimum* ab Adverſis, graviſſimis ſcilicet ſatanæ tentationibus, qvæ illi luctandi & feliciter eluctandi præbuerunt occaſionem: *ultimum* tandem ab Effectis, illuminatione ſcilicet Mentis, & robore Memoriæ, & inflammatione Cordis ad amorem Chriſti, inuſitatô prorſus modô, & qvæ niſi à raptu divino provenire non poſſent. Et qvod in medio etiam morbo, & horrendis prægreſſis cruciatibus, ſive proſtrata jacens, ſive jactata epilepſiâ, totâqve ut exſangve cadaver (morbi diuturnitate) lurida, in ecſtaſin tamen abrepta, tum in vigorem reſtitueretur mirabilem, tum faciei colorem indueret adeò ſvaviter rubentem, ut pingi fingíqve ſpecioſiùs (illius verba ſunt) poſſet nihil &c. &c.

Fuit autem Viſionum factum initium corporeis oculis 12. die Novembris (erat feria ſexta poſt XXIII Dominicam Trinitatis) qvum juſſu Baroniſſæ prodiiſſet qviddam allatum. Levatis enim oculis, vidit ſuper Arcis aream, in Cœlo colligatam Virgam, veluti ſcopas: cujus manubrium obverſum erat Se-

ptem-

ntrioni, cuſpis autem Meridiei. Expaveſacta hôc ſpectaculô, currere cœ- ad evocandum alios, ſed mox in oculis ejus evanuit. Qvô illa perterrita ſtis eſſe cœpit, octiduôqve pôſt (19 Nov.) morbô gravi correpta de vita ſperabat ſua, ſicut & alii. Baroniſſa tamen nihil non egit pro reſtituenda us valetudine, evocato (è Civitate proxima *Arnavia*) Medico, *Michaële bavio, Andreæ* F. qvi tentabat qvæ potuit, tertium usqve in diem. Sed ut ſtaſi correptam, in lectulo ſe erigentem, cœlos fixis oculis intuentem, qvæ- m auſcultantem, rurſúmqve tacitè reſpondentem, interdúmqve mirabi- er faciei colorem, in Angelicum qvaſi mutantem, vidit, ſupernaturale id ſuſpicari cœpit, & ad adſtantem Paſtorem converſus, *Hîc mea ars ceſſat*, xit.

Sed jam ipſam, qvomodo manu ſuâ Viſa ſua deſcripſit, audiamus: & qvo- odo Revelationes ipſæ, ab exiguis initiis, & perſonam ſolùm ejus (ut vi- ri poſſet) concernentibus, cœptæ, in majus ſemper progreſſæ ſint, at- ndamus.

REVELATIO. I.

[*De Corona Vitæ.*]

ANno 1627. Nov. 22. oppreſſit me, antè jam ægram, inuſitatus langvor, qvô ego ſenſibus fatiſcere mihi viſa, & extra me rapta, ingreſſa fui Æ- icium qvoddam ſpecioſiſſimum: ubi Menſa ſtabat conſtrata pulchrè, ſupér- e illam qviddam viridi contectum fronde. 2. Id cùm intuerer, apparuit per eadem Menſa infans formoſus, albô amictu, qvi frondes illas amovit: ecce ibi mirandæ pulchritudinis auream Coronam! 3. Qvam intuenti mi- puerulus dixit, *Corona hæc tibi cedet, ſi in fide qvam dediſti perſeveraveris.* 4. Si- ulqve cum dicto illo diſparuerunt omnia: ego verò ad me redii.

REVEL. II.

[*De Nuptiis Agni ſub Mundi finem.*]

POſtridie circa veſperam redierunt ingentes dolores, qvibus in ecſtaſin acta ſum, viſáqve mihi per profundas nives, aqvam, lutúmqve, ope- sè contendere ad qvandam pulchram Civitatem, è qva venientes obvios bui multos. 2. Portam ubi attingi clauſam vidi: ſolicita, num aliqvis ſi vero, aperturus eſſet mihi. 3. Sed mox apertam conſpexi, ingreſſáq, ante me plateam formoſiſſimam: per qvam ad oppoſitum usqve Urbis progreſſa, audivi ſvaviſſimam ubiqve Muſicam. 4. Et factus mihi eſt

obviam Senex qvidam, nive candidior, manu scipionem gestans: qvi me salutans dixit, *Novi te anteqvam nata esses.* 5, Admirata sermonem hunc ego, qvæsivi, Qvô id fieri posset modo? Ille autem, *Ne id qværas: Vide potiùs ut te dignis ornes modis! Nuptiæ enim hæc in Civitate parantur, qvalium similes Mundus ab exortu suo nunqvam vidit.* 6. Et dixi: *Cujus illæ nuptiæ?* Ille respondens, *Seqvere me*: introduxitq; me in Palatium in cujus medio stabat Mensa albè contecta, cui assidebat qvidam solus unus, formosissimus ad aspectum, & è cujus facie lucis promicabant radii. 7. Qvæsivi ergò: *Qvis hic est?* Respondit Senex, *Sponsus ille.* 8. Qvem ego intuita, dixi: *O qvàm formosus est!* Senex autem, *Cras formosior etiam erit.* 9. Sponsus verò ille adeò me fixis intuitus est oculis, ut ego fulgorem faciei ejus ferre non valens, dicerem; *Qvantus hîc fulgor vultûs ejus!* responditqve Senex, *Oculi ejus millies clariores sunt Sole.* 10. Ego rursum: *Annon hic est Filius DEI?* Ille, *Est*: ego itaqve adoravi illum. Et mox disparuerunt ab oculis meis omnia, ego autem ad me redii.

REVEL. III. 24. Nov.

[*Sponsi formositas*, 7. & 11 *Calix iræ effundendus*, 14. *Coronatio Sponsi*, *typicaque Sponsæ*, 17. *Liber vitæ*, 4, 9, 10.

TErtio hinc die abrepta, veni in adeò arctum angiportum, ut rectà incedere non possem, sed per latus me premendo, vixqve tandem angustias eluctando, amœnissimum in hortum veni. 2. Sed hunc postqvam lustrassem ad exeundum reperire nullo modo potui januam: murum tantùm inferiorem, qvem ubi transcendissem, devenisse me vidi in nubes qvasdam. 3. Ubi me hesternus ille Senex, obvius mihi factus, dexterâ datâ excepit; dicens, *Seqvere me.* 4. Et abductæ mihi per aliqvot passus ostendit Librum prægrandem, apertum, rubro textu conscriptum: extendénsqve digitum ostendit locum qvendam legere jubens: sed non poteram. 5. Reduxit ergò me inde, & mox reliqvit solam, ut essem anxia, qvid occeptura essem. 6. Sed ille brevi pòst regressus est, habitu non albô, sed cæruleô; & scipionis loco manu gestans virgam illam, qvam corporeis antè oculis super Areis aream conspexeram; dicens, Diligenter specta, & attende, qvid visura sis. 7. Et mox ad nos venit qvidam Eqvo vectus, veste terram versus demissâ, totus ardens flammâ, sicut & Eqvus ejus: transibátqve me penes tantô fulgore, ut splendorem ejus ferre neqvirem. 8. Qvæsivi autem ex Sene: *Qvisnam ille esset?* & respondit, *Non dicam nunc: redibit enim formosior etiam.* 9. Prehensâqve manu meâ, reducebat me ad magnum illum Librum, ipsi-

rum

nim ostendens (non jam digitò, sed Virgâ illâ) eundem locum: sed æqvè ut priùs nihil potui legere. 10. Deduxit ergò me in aliam Nubem, ubi me iterum relictâ ad horæ qvadrantem abiit, reversúsqve me ad preces & attentionem hortabatur. 11. Et ecce ille prior Eqves, Curru tamen præalto vectus, præjunctis Eqvis duobus igneis, sicut & Currus fuit, Ipse verò fulgens ut Sol! qvi postqvam me attigit, substitit, ad se conscendere jubens. 12 Sed qvia nimia Currûs altitudo fuit, non potui, manus tantùm extendebam: qvibus Ille me prehensam attrahere cœpit, sed rursum dimisit, & dextrâ solùm mihi porrectâ pertransiit. 13 Senex verò utrâqve meâ manu prehensâ duxit me inde ad passus sex, jubens me orare, & attendere. 14 Et mox venit Senex alius, togâ talari candidâ, manu Calicem tenens, de qvo (nobiscum consistens) edixit: *Calix iste continet iram, super eos qvi nunc electū vocant, effundendam*: qvod ego vehementer admirata, tacui tamen. 15 At ille Calice super Mensam reposito, rediit ad nos, méq; alterâ manu prehensâ, alterâ senex alter (qvi è cæruleo itidem mutatus fuit in album) duxerunt me ad pulchram illam mensam, ibíq; me sedere jussâ, abierunt. 16 Sed mox reversi adduxerunt Adolescentem illum formosissimum, candidissimâ veste indutum, cui ego assurgens exhibui honorem, oblatâ dextrâ. 17 Qvi postqvam mihi assedisset, exierunt senes, redibántq; mox afferentes super linteum Coronam: qvam imposuerunt Mensæ primùm, mox Adolescentis capiti, tandem & meo; sed rursum depositam tradiderunt manibus meis tenendam. 18 Et postqvam paululùm Mensæ adstiterant, vocârunt qvendam. Et ecce puer albè indutus venit! cui senes traditâ Coronâ, ad me dixerunt; Apud hunc tibi servabitur Corona tua, sed ostendetur tibi tamen priùs etiam. 19 Cùm autem omnia ista disparuissent, conspexi eminùs Sponsum, me ad se vocantem; ego surgere volens, diu non potui: surrexi tamen tandem, & veni ad illum, excepta ab illo dextræ porrectione. 20 Senex autem iste primus accedens, duxit utrumqve ad magnum illum Librum: ubi Adolescens eundem mihi commonstrans locum, qvem antè senex, qvid scriptum esset libro reqvirebat. 21 Ego, diutiùs frustra intuita, ignorantiámq; denuò fassa, indicari id mihi petii: & Ille, *Me & Te coronatos esse, Nomina nostra en hic exstant!* 22 Ubi ego procidens, adorabam eum; & ille dextrâ mihi oblatâ, *Abi nunc*, inqvit, *redibis postea*. 23 Senex igitur prehendit me, & abduxit, auscultare jubens Musicam, svaviter undiqve resonantem. Et rogavi ut me in hortum reduceret. 24 Introduxit ergò, & mihi Vale dicto abiit: & ego angiportum illum iterum transgressa incidi in profundum aqvæ & luti, eluctaríq; non valens clamavi clamore magno. 25 Et rediit antiqvus Ille, extraxítq; me, & in viretum deduxit, dicens: *Qvod vidisti, tibi habe*,

bi habe; tuo solatio. 26 Sed redibis, & plura tibi ostendam: nunc abi in pace.

Revel. IV. 25. Nov.

[*Schola Cœlestis*, 3. *Corona Vitæ iterum conspecta*, 7.]

POstridie circa idem vespertinum tempus (septimam enim horam adhuc sonantem audiebam, orans) veni in exstasin, ingressa mox Nubem qvandam, ubi neminem videre fuit. 2 Progressa igitur, veni in alteram Nubem: sed nec ibi qvisqvam fuit, méqve solicitudo habuit, qvomodo inde egressura essem. 3 Sed mox venit Senex ille, & me in tertiam introduxit Nubem, amplam valdè, & plenam lucis ac splendoris: ubi conspexi turbam magnam, innumeram prorsus, senum juvenum, infantúmq; albè indutorum; in medio autem sedebat eminenti candido solio qvidam, docens eos voce magnâ, cui attenti erant omnes: sicut & ipsa ego, sed qvæ nihil intellexi. 4 Cúmq; me senex interrogaret, *Audisne sermones istos?* Audio, respondi, *sed non intelligo.* Ille, *Tempus tuum nondum venit: qvum veneris, intelliges omnia.* 5 Et qvæsivi, Qvisnam esset ille, qvi concionem haberet? Respondit, *Cœlestis Doctor, Rex gloriæ, qvi te ab æterno adamavit.* 6 Hoc dictô, reduxit me in Nubem priorem, spectare jubens & attendere. 7 Et mox ingressus est ad nos *Puellus ille cum Corona*: Senex verò ad me, *Specta Coronam hanc & oblectare, sed nondum tibi dabitur, donec consummatum fuerit.* 8 *Ne tamen solicita sis, tibi servabitur. Nunc abi, hôc tempore non amplius huc reditura.* 9 *Sed jejuna, à cibis abstine, orationibus invigila*: exhibitâq; dextrâ valedixit mihi, & ego ad me redii.

Revel. V. 29. Nov.

[*Trinitatis Mysterium innuitur.*]

QUarto postqvam omni cibo & potu abstinere cœpi die, sensi esuriem; neq; tamen sumere aliqvid, propter interdictum, ausa, incidi (ipsâ meridiei horâ) in somnum, vidiq; ad me venientem senem illum prehendentem me manu, & dicentem: *Ne metuas! Ego is sum qvi fui, & qvi sum, & qvi ero, in secula.* 2 Et ego rogavi, ut mihi nomen suum indicare vellet; qvi respondit, *Nomen mibi est ÆTERNITAS.* 3 Ego verò perrexi rogare, ut id aliô mihi explicaret, qvô capere possem, modô, dixit: *Sufficiat tibi nunc scire te qvisnam sit Cœlestis ille Doctor, Rex gloriæ, & te Illum vidisse.* 4 *Crede enim, qvi Illum videt, videre etiam secundùm & tertium, atqve sic VNVM.*

UNUM. 5 *Bonô proin esto animo, & te cibô potúqve recrea; eorum qvæ vidi-*
sti & audivisti, non immemor.

R E V E L. VI. 3. Decemb.

[*Virgo ad majora esse parata jubetur.*]

FEriâ sextâ post I Dom. Adventûs, horâ qvartâ, venit iterum per so-
mnium senex, & dixit: *Compara te, & prompta esto. Nam vocabo te,*
& tibi multa ostendam, tibi & omnibus justis solatio futura. 2 Iterum dico,
Parata esto, & in orationibus persevera. 3 Simulqve cum hoc dicto à me
discessit.

R E V E L. VII. Decemb. 6.

[*Visio DEI Judicis pro tribunali sedentis, 3. A qvo petunt super impios ultionem, pri-*
mùm qvidam Iræ calicem effundere paratus, 4. alius Gladiô omnes perversos exstin-
dere avidus, 6. tertiúsqve sagittas in sceleratos emittere gestiens 8. Schola iterum Cæ-
lestis, 14. Electorúmqve signum, 17.]

FEriâ secundâ post secundam Adventûs, rediit ægritudo mea, cor-
dísq; inexplicabilis anxietas, ut qvô me verterem nescirem per ho-
ræ dimidium: mox autem rapta extra me, vidi & audivi seqventia.
2 Pertransibam primùm ponticulum perangustum, super flumen qvod-
dam amplum & profundum: qvô superatô, veni in campum virentem,
spatiabárq;: & ecce Senex, accedens, dextrámq; porrigens, salvere
me, séqve seqvi, jussit. 3 Seqvuta ergò illum veni in nubem, ubi
multitudo ingens populi stabat, Unus autem insidebat throno candido,
cujus vultus ut fulgor splendebat: dixítq; Senex ad me: *Attende diligen-*
ter, qvid hîc futurum sit. 4 Ecce autem prodiit unus è turba, vestitu albô,
manu suâ gerens Calicem, dicénsq; ad Illum qvi insidebat throno: *O Do-*
mine, effundámne ex hac Phiala Vinum horrendæ iræ Tuæ super omnes impios?
5 Ille autem respondit: *Exspecta, nondum enim completa est ira mea.* 6 Re-
cessit ergò ille, & prodiit alius, itidem albè indutus, manu gerens *Gla-*
dium permagnum, ut horrore corriperer: sed Senex ad me, *Nihil metuas;*
neqve tibi neqve cuiqvam Electorum nocebit qvidqvam. 7 Et clamabat iste in
manu sua gladium habens: *O Domine; descendámne ut exterminem Gladiô*
hôc omnes perversos? 8 Respondit insidens throno: *Exspecta, nondum e-*
nim tempus destinatum venit. 9 Recessit igitur ille qvoq;, & ego admira-
ta id sum vehementer: prodiitqve tertius, similis duobus illis, manu
gestans *Sagittam præcelerem*, à qva mihi itidem timui. 10 Sed Senex ite-

rum: Cave metuas, jam tibi dixi, neq; tibi neq; Electorum cuiqvam
nocitura hæc esse qvidqvam. 11 Clamavit autem ille tertius voce ma-
gnâ: *O Domine, emittámne Sagittas terribilis iræ tuæ in omnes sceleratos?* 12 Et
respondit sedens in throno: *Exspecta, nondum enim venit dies ultionis, sed
veniet brevi: Væ malignis eâ die! Ecce exsurgo, judiciúmqve meum mecum!*
13 Et exclamavit tota illa multitudo voce magnâ, AMEN! & dispa-
ruerunt omnia illa, remansiqve sola ego cùm sene, qvi ad me dixit; Ve-
ni, ostendam tibi porrò qviddam. 14 Introduxitqve me in aliam nu-
bem, ubi rursum innumera fuit turba, Senum, Juvenum, Infantum:
unus autem assidebat Mensæ candidæ. 15 Interrogabam igitur, qvid
istuc esset? respondit *Schola*. 16 Et qvis iste est Mensæ assidens? Ille
Doctor & Magister est omnium absolutissimus. 17 Ego iterum: Et qvinam
isti sunt, qvi stant ante illum? *Ille: Sunt signati hôc signô, qvòd servi sint su-
premi Regis.* 18 Ego: Utinam mihi qvoqve signum detur, me servam
illius esse Regis! 19 Respondit ille: *Qvid? signum petis?* Respondi;
Qvomodo Tu Domine vis? 20 Ille autem: *Ecce ligatam habebis Lin-
gvam, sed qvæ solvetur iterum! Bonô esto animo, nihil hoc tibi nocebit.* 21 *Qvos
hîc stare vides, signa super frontes suas habent: sed tibi tale signum nondum dabi-
tur, donec veneris finis, & tu in cœlestem translata fueris Scholam.* 22 *Abi
nunc: sed jejunii & orationum memor.* 23 Porrectâqve dexterâ dixit: *Pax
tibi sit! Ego enim tecum semper sum, usqve in æternum.* 24 Hôc dictô dis-
paruit, ego verò ad me reversa sum, inter qvartam & qvintam ves-
pertinam.

Revel. VIII. Dec. 7. (ter unâ die.)

[*Dilectio super omnia DEI ab Electis reqviritur*, 1. *Ad DEUM non venitur, nisi ope
DEI*, 4. *Tabula mortis pro malitiosè peccantibus*. 12. *Visa & audita hæc non celan-
da*, 20. *majora tamen his promittuntur.*]

POstero die iterum mihi Senex per somnum apparuit, dicens: *Diligis-
ne super omnia me, ex tota anima, totâqve mente, & omnibus viribus tuis!*
Respondi, *Domine Tu nosti.* 2 Ille: *Persevera in bono ad finem, & invita-
beris ad cœnam Agni.* 3 A qva ego voce tanta concepi gaudia, ut cor ex-
sultaret meum, & à somno expergefierem. 4 Paulò pòst abrepta in ec-
stasin, vidi Senem meum longinqvè stantem, & me ad se vocantem, di-
cendo *Veni ad me!* Ego autem respondi, *Non possum.* 5 Ille rursum: *Cur
non potes?* Ego, *Propter aqvam ingentem qvæ interjacet.* 6 Ille, *Perge tamen*:
Ingressa ergò sum aqvam, sed ita in illam demersa, ut exitum non repe-
riens

rieras, voce sublatâ clamarem, *O succurre, succurre!* 7 Adveniens ita-
qve ille dixit, *Cedo manum!* Extendi itaqve manum dextram, qvâ ille
me prehensam extraxit, dicens, *Audivi te clamantem!* 8 *Beati, qvi reper-
ti fuerint in bono! Decorabuntur enim in cœlis gloriâ ineffabili, qvæ ab illis non
auferetur in æternum.* 9 Atqve hic disparuit, & ego redii ad me, horâ an-
temeridianâ decimâ. 10 Sed post horæ mediæ interstitium relapsa in
Ecstasin, vidi me in pulcherrimo qvodam Palatio constitutam. 11 Ac-
cedénsq; Antiqvus ille, dixit: *Veni, veni mecum, & ostendam tibi qvid-
dam.* 12 Introduxitq; me in conclave in cujus medio stabat mensa per-
magna, rotunda, & super Mensam Liber prægrandis, ubi assidebat
qvidam manu suâ tenens calamum, & inscribens qviddam Libro isti.
13 Qvæsivi itaqve è Sene meo: *Qvid Libri esset istud?* respondit, Sunt
Tabulæ Mortis. 14 Qvod ego admirata iterum, *Qvis ille Scriba esset*, ro-
gavi? respondit, Est ille qvi hujus Libri habet potestatem. 15 Ego:
Qvid autem scribit? Ille, *Inscribit omnia Impiorum peccata.* 16 Admirata
ego hæc, O si scirent impii, dixi, conscribi peccata sua, fortassis non
peccarent, resipiscerent potiùs. 17 Respondit iste Libro assidens, &
inscribens: *Illorum qvi hîc annotantur nemo convertetur ad pœnitentiam, sed
peribit, qvia malitiosè resistit DEO & sanctis ejus.* 18 *Sed sunt alii, qvi huc
non consignantur, qvorum peccata non tàm æstimantur, qvia ex ignorantia DEO
& sanctis ejus adversantur: hi convertentur, contristati ad resipiscentiam, propi-
tiúmqve habebunt DEVM.* 19 Hæc ego cùm mirarer, disparuerunt o-
mnia: Senex duntaxat mecum remanens, interrogabat me, *Audivisti qvæ
hîc dicta sunt?* Audivi, dicebam. 20 Ille rursum: *Ne igitur qvidqvam eo-
rum, qvæ vides & audis abscondas à Iustis, ut illi qvoqve glorificent nomen Iehovæ,
qvod magnum est.* 21 Nunc abi, ab orationibus nihil remitte, qvadri-
duum jejuna & qviesce, die autem qvintâ cibo te & potu refice: iter e-
nim magnum habes ante te.

REVEL. IX. 11. Dec.

[*Videns conscendit Montem præaltum, 2. indéqve transfertur in Cœlum ad thronum DEI, 6. Videt clamari vindictam, 9. & qvendam accingere se ad vindictam, 16. Tum proclamari vindictam, 20. & determinari eam ab Aqvilone & Oriente venturam, 23. Exsultatio Ecclesiæ super hac DEI consolatione, 28. Tandem Iræ DEI apparatus Videnti ostenditur.*]

SAbbato ante tertiam Dominicam Adventûs (cùm me qvadriduò exa-
ctò recreassent cibò & potu) supervenerunt mihi dolores ingentes,

qvorum similes experta fui nunqvam, perdurantes à pomeridiana secun-
da ad sextam, cum cujus ultimæ sonô abrepta fui extra me. 2 Ibámqve
per viam angustam, asperam, & salebrosam valdè, Montem altissimum
adeóqve præruptum versus, ut recidere horrerem perpetuò. 3 In ca-
cumen ejus delata circumspectabam, an Senex meus sicut aliâs venturus
esset ad me. 4 Tollénsq; insperatò sursum oculos, vidi paulatim Cœ-
lum adaperiri, & Senem inde prospectantem me intueri, & dicere, *As-
cende huc ad me.* 5 Respondi, non possum Domine. Ille, *Porrige mihi
manus tuas*! Exporrexi igitur manum utramqve. 6 Et ille me attraxit è
Monte illo in Cœlum usqve, salutationéq; factâ dixit mihi, Ora sic: *Ap-
ta, ó Domine, Cor meum, omnésqve sensus meos, ad percipiendum mirabilia O-
pera tua*! 7 Hâc prece finitâ, vidi turbam ingentem, locúmq; ubi con-
sistebat amplum valdè, lucísq; tam plenum, ut præ fulgore intueri vix
possem. [NB. Reversa post ab ecstasi, corporeos sibi oculos à fulgore
isto ita sensit læsos, ut neqve Visionem hanc scribere, neqve lucem ul-
lam diei aut candelæ ferre posset ad qvadriduum.] 8 Qvæsivi itaqve à
Sene, Qvis iste tam spatiosus & clarus esset locus? Qvi respondit: *Est
solium, thronus, & majestas DEI vivi: attende igitur diligenter*! 9 Et mox
prodiit è Turba qvidam albô vestitu, alas habens à tergo: qvi corri-
puit se, petiit altum, subliméq; volitans clamabat voce magnâ: 10 *Ah
Domine juste, citóne consurges ad vindictam super eos, qvi ignominiâ afficiunt no-
men gloriæ Tuæ? Citóne effulgebis in magnitudine fortitudinis Tuæ, ad finem im-
ponendum sceleribus impiorum?* 11 *O Exsurge jam, & ostende Te illum esse, qvi
ab æterno fuisti, & permanes in æternum, & cujus anni non deficiunt.* 12 *O-
stende, Te esse sub cujus potestate sunt Cœlum & Terra, omnisqve Anima, & præ-
ter qvem nullus est alius æqvè fidelis ut Tu.* 13 *Et exsultabunt in Te Fideles Tui,
videntes fortitudinem Tuam, & ultionem sumptam de hostibus suis & Tuis, dicen-
tes: Magnificetur Iehova DEVS fortis à seculis in secula.* 14 Hæc verba
cùm extulisset, demisit se, constititqve pedibus suis, & siluit: ego iti-
dem steti attonita. 15 Senex verò ad me: *Iterum attende*! Composui me
igitur ad attentionem. Et ecce Ventus obortus est procellæ similis, Ful-
minúmqve continuatus fragor personabat, ut Cœlum tremeret, metu-
qve trepidarem ipsamet. 16 Tum venit qvidam totus armatus, cujus
Caput erat ut ignis, & ab ore ejus prodibat flamma: Venit inqvam &
constitit, & unus è Turba attulit Gladium magnum, tradiditqve Arma-
to illi in manum ejus dextram. 17 Et loqvutus est ille Gladium habens
in manu suâ dextra, dicens: *Hoc robur meum, & hac Dextera roboris mei, ist-
hôc Gladiò meò disperdet Omnes eos qvi adversantur mihi.* 18 *Ecce exsurgo jam,
veniám-*

veniámqve insperatò, die qvem non opinantur scelerati! die inqvam illò qvem ne-
sciunt refractarii. 19 *Tunc veniam, reddámqve unicuiqve prouti meruit: Finem*
faciam omni iniqvitati, & in ira mea conteram omnes infideles, nomen & memo-
riam illorum exscindam de Terra viventium. Hîc cessavit loqvi. 20 Qvi au-
tem priùs volitabat, sustulit se denuò, volitánsqve clamabat iterùm vo-
ce magnâ. 21 *Væ, Væ, & iterum Væ, & plusqvam Væ, illis, qvi potentissi-*
mo illi Regi adversantur! Væ illis qvi immortali huic Regi perfidè rebellarunt! Væ
& illis, qvi præpotentem hunc Regem deseruerunt! nam & ille eos deseruit ac de-
seret, cùm eos repellet à se, ne videant faciem ejus in æternum. 22 His dictis,
volare destitit, pedibus iterum consistens suis, tacuitqve, me attonitâ.
23 Sustulit autem ille Armatus iterum vocem: *Ecce jam accelerabo verba*
mea & judicium meum, ut illud exseqvar citò! 24 *Priùs tamen efficiam rem ad-*
mirabilem: Ab Aqvilone & ab Ortu provolvet se multùm mali super omnes habi-
tatores Terræ. Convocabo enim omnes Nationes Regnorum Aqvilonarium & O-
rientalium, ut venientes Gladiô oppugnent, & expugnent, omnes mihi superbè adver-
santes: Fortitudo autem mea, & robur brachii mei, cum illis erit, ut eos susten-
tet, neqve permittat labi. 26 *Lætabuntur tùm Cœli, & exsultabit Terra, to-*
nabitqve Mare, & hilarescet omnis Creatura, qvum videbunt admirandam po-
tentiam & auxilium Domini gloriæ. 27 His dictis, disparuit in oculis meis.
Qvi autem bis antè volaverat, subvolans iterum clamabat: 28 *Exsulta-*
te justi in robore præpotentis hujus Regis! *Iam enim brevi exsurget ad Vobis sub-*
veniendum: multiplicabit lætitiam cordis Vestri magnitudine potentiæ suæ! conso-
labitur Vos & exhilarabit eximiè: pusillùm tantummodò patientiâ utimini! IEHO-
VA DEVS exercituum faciet id. 29 Hæc proloqvutus, cessavit volare,
disparuítqve, sicut & omnis illa turba: ego autem demirabar hæc valdè.
30 Senex verò ad me: *Perge mecum, ostendam tibi porrò qviddam.* 31 Per-
rexi igitur ad qvatuor gressus: & conspexi ingentem numerum Machi-
narum fulminearum, seu Tormentorum bellicorum. 32 Cúmqve in-
terrogarem, Istud qvid esset? respondit Senex, *Est furor DEI irati, e-*
mittendus jamjam brevi super omnes qvi patrant abominationes: sed nondum com-
pleta est mensura ejus. 33 *Malitia qvoqve impiorum nondum implevit mensuram,*
sed festinant eam implere, festinant impii, ut tantò puniantur atrociùs. 34 Qvi
sermones miri qvoqve accidebant mihi: Senex autem dixit, *Vade nunc*
in pace, postea redibis. 35 Porrectâqve dextra valedixit mihi, & dispa-
ruit: ego autem ad sensus meos reversa sum.

Revel. X. 27. Decemb.

[*Altaris, Candelabri, Candelæ ardentis, hujúsqve exstinctæ, istius confracti, illius exusti, visio. Tum Gladiorum DEI trium, ab Aqvilone, ab Oriente, & de Cælo, 11. Debinc dejectio cujusdam Superbi de solio, 16. & restitutio cujusdam Humilis, prædicitur. 17. Triumphus in Cælo de judiciis DEI, 22.*]

TErtiâ Nativitatis Christi feriâ, supervenerunt mihi dolores & cordis anxietudo [NB. prima hæc fuit ecstasis præsente patre, qvi pridiè venerat] valdè acutè. 2 Rapta dehinc in ecstasin, veni in hortum peramœnum, accessitqve ad me Senex ille, uti semper, salutationéqve factâ dixit, *Veni mecum.* 3 Et introduxit me in Domum qvandam perelegantem, Conclavéqve pulchrum, ubi stabat Mensa, in Altaris formam speciosè contecta: super Mensam autem stabat Candelabrum magnum aureum, candelam habens itidem magnam ardentem. 4 Dixit verò Senex mihi, *Attende!* Et ecce venit qvidam albè vestitus, tanqvam ira valdè accensus, qvi dixit: *Sic ait Iehova magnæ virtutis, Ecce egò exstingvam candelam hanc! qvia lux ejus non est lux, sed tenebræ!* 5 Extinxitqve illam; & addidit: *Hoc etiam dicit Præpotens ille, Ecce ego movebo Candelabrum hoc magnum locò suò, & confringam id! qvia Candelabrum hoc fallax & præstigiosum est, extrinsecùs tantùm splendens, intus plenum impuritatis & perversitatis.* 6 Et mox prehensum manu deturbavit Mensâ, allisitqve tam violenter Terræ, ut hæc commoveretur, Candelabrum autem in frusta dissiliret. 7 Ille verò stans adhuc, flammam emisit ore suo, qvæ corripuit Mensam, & dehinc Domum, qvæ incendiò hoc deflagravit. 8 Cùm autem disparuisset Vir ille, à qvo prodierat incendium, qvòd ego spectabam attonita, dixit ad me Senex; Recollige animum, & ausculta! 9 Subausculans igitur audivi vocem magnam: *Ecce jam emisi horrendæ iræ meæ ignem, nec tolerabo ampliùs abominationem in loco sancto meo.* 10 Senex iterum ad me, *Veni mecum.* Ibam itaqve, & deducta sum in Cœlum qvasi, ubi lux erat ingens, & splendor magnus. 11 Ille autem denuò, *Vide!* Et mox adventabat qvidam Adolescentis formâ, talari albâ veste indutus, *Gladiósqve ferens duos, alterum dextrâ alterum sinistrâ.* 12 A qvo timere cœpi vehementer: Verùm Senex, *Noli timere*, inqvit, *atqvi tecum sum; ora potiùs.* 13 Adolescens itaqve ille, qvum ad nos usqve venisset, dixit: *Ecce ego faciam rem miram! Hos Gladios duos mittam super inflatos illos & feroces, qvi adversantur mihi! hos ego longinqvè adducam, alterum ab Aqvilone, alterum ab Oriente: Gladius verò tertius, Oris mei, ibit inter illos medius.* 14 *Hic oris mei gladius interficiet qvemvis impium, omnésqve mibi superbè*

superbè adversantes exstirpabit radicitùs. 15 *His ego Gladiis delebo omnem im-*
pietatem, omnéqve maleficium, perversitatem, & abominationem, cum Idolola-
tria, omnia ista tollam penitùs. 16 *Deturbabo & superbum Illum, perversum,*
injustum, de elato solio suo; faciámqve in loco ejus sedere Servum meum, qvi me
timet, & viis incedit meis. 17 *Huic ego Sceptrum dabo in manum ejus! sed &*
Gladium, ut ne permittat regerminare flagitia: super hunc reqviescet Benedictio
mea. 18 *Hic reget Populum meum sic, qvomodo eum regi Volo: eritqve similis*
illi de qvo scriptum est in Libris, fuisse Virum secundùm cor DEI: *huic inqvam*
similis erit ille qvem exaltabo ego. 19 *Disponam & pacem atqve lætitiam Popu-*
lo meo, qvi adhæret mihi: nec ampliùs effervescam contra populum meum, nec ejus
oblivíscar, qvippe qvem in manibus sculpsi meis. 20 *Beati qvi fidem servant mi-*
hi! nam & ego servabo illis, faciámqve ut accumbant mensæ meæ in Regno meo
magno in omnem æternitatem. 21 Ista proloqvutus obtulit mihi dextram,
dicens, *Pax tibi sit semper.* Et disparuit ab oculis meis. 22 Senex autem
dixit: *Veni adhuc.* Et progressa sum cum illo ad tres passus: ubi ille, *At-*
tende! 23 Et mox vidi ingentem innumerámqve Hominum turbam,
unum autem super eos eminentissimo sedentem solio. 24 Interrogavi
ergò Senem, Qvis ille Solio insidens esset? qvi respondit: *Est Rex omni-*
um Regum eminentissimus & potentissimus; is ipse qvem dejicientem vidisti Can-
delabrum magnum in Terram; & in cujus manibus vidisti Gladios. 25 Qvæ
ego dum iterum mirarer valdè, multitudo illa tota procidit adorans, &
voce magnâ clamans: *Laus & honor, & potentia, & gloria sit illi, qvi fuit,*
est, & erit, in æternum. 26 Et oblituerunt omnia: Senex verò me in
hortum reduxit, valedicénsq; dixit; *Abi nunc, sed revertere citò.* 27 Ita
à me discessit, & ego ad me redii.

REVEL. XI. Decemb. 29.

[*Visio Exercitûs Cœlestis, ad oppressæ Ecclesiæ vindictam festinè se præparantis;* 2. *Videnti, non ampliùs in cælum esse rapiendam, nunciatur.*]

BIduò pòst, circa pomeridianam qvartam, iterum rediêre acuti do-
lores, & cum illis animæ raptus, in Cœlum usqve. 2 Factusq; ite-
rum mihi obvius Senex, excepit me dextrâ, auscultare jubens: & audi-
vi mox sonitum & strepitum qvasi populi multi. 3 Interrogánsq; dixi:
Qvis ille tantus strepitus, qvem audio? Respondit, *Ne qvære, vide potiùs.*
4 Et vidi Populum numerosissimum, arma induentem præfestinè. Ad-
miranti hæc mihi Senex; *Iam videbis qvid futurum sit, attende solummodò.*
5 Ordinabátqve se magnus ille Populus, qvomodo in aciem solent, ar-
matus

matus accinctis lateri gladiis, de humeris autem dependentibus prælongis bombardis. 6 Ordinatâ sic acie totâ venit qvidam armatissimus qvoqve, sed cujus arma dissimilia fuerunt reliqvorum armis, candentia ignis instar, ejaculantiáqve à se stricturas; ex ore autem illi exibat Gladius immanis flammeus. 7 Hic (ducem se illis dans) præcessit, Exercitus verò Illum seqvutus est, me præteriens. Et mirata sum, qvalis iste Exercitus esset? 8 Audivi autem mox vocem magnam: *Ecce magnus Dominus, DEUS exercituum, cum Sanctis militibus suis venit ad ulciscendum impios: Non enim jam diutiùs spectare potuit perversitatem, injustitias, crudelitatémqve & injurias, qvæ sui timentibus fiunt.* 9 *Admisit ergò clamores, gemitus, ejulationésqve pauperum suorum ad commiserans cor suum, excepitqve Voces illorum aure suâ: eôqve jam consurrexit ad finem imponendum impiis, erigendúmqve qvi se diligunt.* 10 Dum hæc diceret, evanuit Exercitus ille totus: ego autem mirabunda Senem, Qvorsum Exercitus ille venisset, interrogavi: at ille, *Non dicam tibi nunc*, respondit. 11 Sed iterum qværenti, Qvisnam ille ignitus, ore suo Gladium emittens, esset, respondit: *Ille est qvi oris sui Gladio interficiet omnem impium, & omnes adversum se superbè insurgentes perdet funditùs.* 12 *Exercitus qvem vidisti est Exercitus cælestis: sed ostendetur tibi postea Exercitus alius, at non hoc in loco. Tu enim ampliùs huc ad me non adventabis, sed ego ad te.* 13 *Parata igitur esto semper: nam tibi porrò etiam multa ostendam. Recede nunc, & Pax mea tecum sit semper in æternum.* 14 Atqve sic mihi dextera porrectâ, valedixit, ego verò ad me redii.

[Hucusqve Virginis pater adfuit, à 26 Decembris ad 6 Januarii. Reversurus autem in Moraviam convocari curavit omnes conscios, & inter valedicendum hæc duo egit. Primùm, errorem suum circa hæc fassus, Filiam, ut qvandoqvidem ad hæc talia Deo se in organon adhibere placuisset, humiliter obseqviosam se præberet: sed & fidelem, nihil de suo addendo, demendo, mutando. *Deinde*, omnes præsentes ad magnam in his circumspectionem hortatus est: caverent, ne qvidqvam de his, seu scriptô seu rumore, emanaret foras: posse alioqvi eos, propter viciniam Principis Waldensteinii Gitschinii residentis, extrema incurrere pericula. Ad Primum respondit Virgo: *Dilecte Pater, de me nihil metue; posse aliqvid à me addi aut demi, aut mutari: influunt enim ista calamo scribenti, ut ipsa qvomodo fiat nesciam.* Alterum monitum necessarium visum omnibus: & obstrinxerunt se solenniter ad silentia omnes. Atenim vix Pater domum attigerat, cùm Virgo mandatum accepit ad Waldensteinium literas exarandi, Gitschiniumqve ipsamet perferendi. Qvod & factum, ut Revelatione XX narrabitur. Ita hìc qvid humana prudentia adversus Divinam sapientiam posset, apparuit.]

REVEL.

REVEL. XII.

Anno 1628. 11. *Januar.*

[*Visio prima Angelorum cum Libro Decretorum* DEI *ad legendum sibi divinitùs misso.* 2.
Tùm Sylvæ magnæ, cælitùs accensæ, exustæ, difflatæ, 6. *reservatarúmqve arborum*
pulchrè regerminantium, 15. *Dehinc Serpentis magni occîsi,* 24. *alteriúsqve minoris,*
inter moriendum etiam mordentis 33]

VEsperi, qvintâ pomeridianâ, vidi per ecstasin seqventia. 2 Pri-
mùm ad me *Angeli tres*, specie Adolescentum, venerunt. 3 Qvo-
rum unus Librum gestabat prægrandem, qvinqve qvadrantum ulnæ lon-
gum, tres latum & crassum. 4 Aperuítqve illum Angelus, qvi attule-
rat, jubens me perlegere folia tria. 5 Cùm perlegissem, clausit iterum,
tollensqve eum dixit, ille & reliqvi duo, qvasi ore unô, *Veni seqvere nos.*
6 Seqvebar igitur, ducta ad Sylvam qvandam admodum magnam, den-
sam, tenebrosam: super qvam vidi magnum, cælitùs se demittentem,
& mox cum impetu ruentem, & huc illuc per sylvam, & supra illam,
volitantem, ac se jaculorum instar dispergentem, Ignem. 7 Interro-
gavi ergò Angelos, *Cujusmodi esset Ignis ille tam vastus?* qvi responderunt?
Est horribiliter inflammatus implacabiliter irati DEI *furor.* 8 *Sylva verò qvam*
vides, est tota Antichristiana satanica factio, tam densè, idololatriæ, fraudum,
deceptionumqve inqvinamentis oppleta, intricata, & obtenebrata, ut præ nimia
errorum cæcitatisqve caligine, in tam denso abominationum impietatúmqve saltu
luminis nihil videre sit. 9 *Ideò nunc jam emissus est plenè ignis ira magni* DEI,
qvi diutiùs jam teneri & cohiberi non potuit: qvia præmodum excanduerat & ex-
arserat supra hanc peccatorum, errorum, idololatriarum, injustitiarum, crude-
litatem, omnigen arúmqve impietatum plenam sylvam. 10 *Emissus verò jam est*
Ignis hic non eô fine, ut Antichristianam illam satanicam colluviem perterreat so-
lummodò, sed ut pestem illam penitùs absumat, simúlqve cum toto suo impietatum
& perversitatum nido exurat: adeò ut ne vestigium qvidem ullum, aut memoria
relinqvatur. 11 *Impossibile enim est Sceptrum impiorum diu qviescere super sor-*
tem justorum: ut ne debilitati pii manum extendant ad iniqvitatem. 12 Hæc
eloqvuti, jusserunt me spectare. Et vidi Sylvæ illius Arbores densè ca-
dere, ínq; cineres redigi. 13 Sed una illarum cæteris omnibus gran-
dior, consumi diu non potuit; donec novus de nube cadens ignis eam
fortiùs urgeret, penitúsqve exureret. 14 Consumtâ verò Sylvâ totâ,
exstinctóq; incendiô, exortus est validissimus Ventus, flatu tam vehe-
menti, ut Cinis Sylvæ totius adeò fuerit dissipatus, ut ne vestigium qvi-

dem ullum ullius Arboris remaneret. 15 Dixerunt tamen mihi Angeli:
Prospice denuò. Et vidi Arborum ab igne servatarum partem adhuc stan-
tem, regerminantem pulchrè, virentémq;, & latissimè ramos explican-
tem. 16 Et qvæsivi: *Hæ Arbores eccur non cum cæteris pariter deflagrârunt?*
17 Responderunt Angeli: *Super hos jam non veniet ira DEI, qvia puras ser-
vârunt animas suas, fructúmqve attulerunt in patientia, etiam maximis in per-
seqvutionibus, Domino suo.* 18 *Hi sunt qvi non incurvârunt genua sua Baali,
neqve Mens illorum declinavit ad Idola.* 19 *Hic est pusillus ille Grex, cui dare
cœleste regnum complacuit Patri.* 20 *Hi sunt justi illi Lothi, in qvorum gratiam,
& propter clamores, gemitus, oppressionésqve eorum, abbreviavit Dominus dies
malos, eósqve abduxit ad latus, cùm terribilis ejus ureret ignis, ut electi,
fideles electi ejus, ne perirent cum sceleratis impiis.* 21 *Nunc autem, cùm
abiit tribulatio, cùm pertransiit ira, cùm procellæ, nimbi, grandines, fulmina-
tionésqve in tranqvillum desierunt, reduxit eos tanqvam in Terram promissionis
Dominus.* 22 *Hîc cæpit annus Iubilæus; hîc jam dememinerunt afflictionis pro-
pter gaudium, qvô replevit corda illorum Dominus.* 23 *Hos Dominus multipli-
cabit, his benedicet DEVS Iacob, benedictione suâ temporariâ & æternâ: his
dabit videre tempora pacata & læta: ut sine metu hostium alacriter serviant Domi-
no DEO suo in secula.* 24 Hæc ubi dixerant, denuò ad me, *Veni nobis-
cum porrò etiam.* 25 Ivi ergò, donec ad aqvam venissemus amplam, in
qva permagnum conspexi Serpentem, huc illuc sese jaculantem. 26 Et
interrogavi, *Serpens ille qvid sibi vellet?* 27 Responderunt: *Hic ille est, qvi
adversatur DEO & sanctis ejus: in locum æqvitatis & judicii ponens iniqvita-
tem & oppressiones: locóqve puri DEI Cultûs promovens errores, & idololatriam,
impietatémqve omnem.* 28 *Iam itaqve appropinqvat illius ruina & interitus;
nam Cor ipsius extulit se in superbia, & gloria potentiáqve sua obcæcavit illi men-
tem & oculos, ut in obduratione cordis sui miserè perire necesse habeat.* 29 *Veni
igitur ut videas interitum ejus!* 30 Ivi & conspexi Serpentem illum aqvâ
prorepentem, & in plaga meridionali super gramina sese dispandentem,
aculeumq; magnum ita vibrantem, ut terrori esset. 31 Sed Terra dehiscens
absorpsit eum: ego autem tollens lapides duos grandes admovi loco illi
qvi eum hauserat: ut expedire se ac exire non posset. 32 Et dixerunt
Angeli: *Nunc exitium vidisti magni Serpentis, sed postmodum videbis ruinam
propria illius persona, qvam tibi Dominus ipse monstrabit.* 33 Inde digressi vi-
dimus alium Serpentem, minorem, in terra jacentem, & se mirè huc
illuc jactantem, usqve ad locum illum ubi prior perierat. 34 Ego au-
tem sublatô lapide occidere illum tentabam: 35 sed ille mihi se obje-
ctans, lapidem in manu mea dextra circumplicavit, digitumqve morsu
ita

ita pupugit, ut mihi ab ecſtaſi qvoqve redditæ valdè doleret. 36 Mor-
tuus nihilominus tamen eſt Serpens iſte, eodem in loco ubi prior.
37 Angeli verò poſtqvam valedixiſſent mihi receſſerunt, & ego ad me
redii.

Revel. XIII. 3. *Januar.*

[*Videt* Dominum, *Sponſum ſuum, ad ſe venientem*, 1. *& mox Antiqvum dierum*, 3. *à quibus ſanitati reſtitui petens, ſolatiis erigitur*, 4. *Viſio dehinc mirabilis, duorum Leonum*, 15. *Et Eqvi bicipitis ab illis deſcerpti*, 18. *& Aqvilæ nido dejectæ ac devoratæ*, 23. *& Arboris latè expanſæ, radicitùs exſtirpatæ*, 30. *& Domûs magnificæ, penitùs deſtructæ*, 32. Cecidit Babylon, *à Leonibus cantatum cum inaudita applicatione*, 38. *Omnium horum uberior explicatio*, 43. *Eqvus, Aqvila, Arbor, Domus qvid*, 44. *Leonésqve contra iſtos emiſſi, qvasnam Gentes deſignant*, 45. *Virgini* (*in ſignum Omnipotentiæ* DEI) *Aurium & Lingvæ uſus reſtituitur.*]

VEnit ad me primùm *Dominus*, viſendâ ſpecie, dexterâqve mihi
porrectâ dixit. *Benedictio mea tecum ſit ſemper omni tempore.* 2 Ite-
rum dixit; *Veni mecum.* Ibam igitur in qvendam viriditate amœniſſimum
Hortum. 3 Ubi ad nos Senex acceſſit, méqve ſimiliter dexterâ datâ
ſalutavit: ſpatiatiqve fuimus eodem in horto, *Dominus à dextris, Anti-
qvus à ſiniſtris*, me comitati, ego verò in medio, manibus ab illis ducta.
4 Ibi ego afflictionem meam Antiqvo ſum qveſta, qvòd octiduô totô
Aures obturatas, Lingvámqve ligatam haberem, [N B. Sed & præter
morbi dolores, plusqvam 70 epilepticis paroxyſmis divexata fuerat] petens mi-
hi Aurium Lingvæqve uſum reſtitui: qvoniam Dominus id recuſa-
ret, dicens eandem Antiqvum habere poteſtatem, qvùm ſibi æqvales
ſint. 5 Ad hæc Antiqvus: *Eccur ita es impatiens? cur ita qvereris?* 6 Id-
eò, inqvam ego, tædiô afficiebatur animus meus, qvia id credebam ſi-
gnum eſſe iræ adverſus me, punitionísqve peccatorum meorum, qvam
eqvidem merui, in tempore & æternitate. 7 Ille iterum: *Vnde illa in
Auribus tuis & Lingva ſigna, iræ meæ fuiſſe indicia conjectabas?* 8 Reſpondi:
Cauſam me, cur ſic judicârim, reddere non poſſe, niſi qvòd cogitarem
aliqvid ejusmodi ſubeſſe, cùm mihi cur id fieret, indicatum non eſſet.
9 Ad qvæ ille: *O tu vas gratiæ meæ, cur te talibus intra mentem occupabas? à
me nuper id in ſignum, qvod ſupremi hujus Regis* (manu oſtendens Dominum)
ſerva ſis, nacta? & qvòd nolim iraſci tibi in æternum? 10 *Oblitáne es, Me im-
mutabilem eſſe, & Verbum à me prolatum non retrò ire?* 11 *Non iræ hoc fuit
indicium, averte has ab animo cogitationes: ſed fuit opus meum, ad oſtendendum
poteſtatem mihi eſſe, tecum & aliis diſponendi pro arbitrio.* 12 *Tum & ideò tibi
Lingvam ligavi, Auditúmqve ademi ut loqvendi & audiendi exuta facultate,*

tantò diligentiùs, vigilantiùs, ardentiùsqve meditareris opera mea, & gratia
tibi exhibitam. 13 *Animô igitur esto liqvidô, & tranqvillô; & veni mecu*
ostendam tibi qviddam. 14 Prehensâ igitur alterâ manu meâ, alterâ ve
rò Dominus, duxerunt me in certum Horti illius locum: 15 Ubi ecc
Leo qvidam accurrens, ex qvadam Horti parte, aliusqve ex alia, congressi in ea
dem loco. 16 Erant autem staturâ insignes, ad horrorem mihi, colore al
ter cœruleô, alter rubrô: 17 Tenebántqve anterioribus pedibus Gla
dios magnos & ungves præacutos & longos; consistentes posterioribu
duntaxat pedibus, anterioribus verò tenentes gladios. 18 *Intende ocu*
los! dixit Antiqvus. Sustuli igitur oculos, & ecce *Eqvus albus, stupend*
magnitudinis, bipes qvoqve incedens, habénsqve Capita duo, & pedibus ante
rioribus Globum tenens ferreum ignitum, carbonis instar candentem. 19 Incel
sus illius fuit impetuosus, terrámqve calcabat adeò fortiter, ut treme
ret: Leonibus tamen propinqvans lentè ire cæpit, qvasi eos pavitare
aut retrocedere vellet. 20 Leones autem animosè ex adverso sibi con
sistentes, aliqvando capita conferebant, susurrando sibi qviddam: ut
terimqve tamen Eqvo illi nihilominus attendentes. 21 At Eqvus, Leo
nibus jam prope junctus, jecit ignitum illum Globum inter ipsos, qva
futurum sperans, ut dum illi de Globo decertarent, ille salvus transil
ret. 22 Sed Leones Globô missô, Eqvumqve aggressi, primùm utrô
qve capite eum truncârunt, mox corpus totum frustatim dilacerârunt
& illicò devorârunt: iterumqve aliqvid colloqvuti, Globum illum à s
rejecerunt. 23 Dixitqve mihi Antiqvus. *Tolle rursum oculos!* Sustuli
& vidi Arborem proceram & latè patentem, stantem inter Leones, eós
qve obtegentem ramis suis, adeò patula fuit. 24 In summo autem Ar
boris cacumine, vidi sedentem Aqvilam magnam, habentem capita duo
& alas qvatuor, pedésqve qvatuor & caudas duas. 25 Et audivi clan
gentem Aqvilam voce magnâ valdè: sed vocem clamoris ejus intelli
gere neqvivi. 26 Et qvæsivi ex Antiqvo, Cur, & qvid, clamat, Avi
ista? 27 Respondit: Avis hæc ita clamat: *Ecce sublimè sedeo super ali*
exaltatus! Qvis tam confidentis animi est, ut veniat, & me hôc excelso me
locô emoveat? Nemo est, nemo erit. 28 Illô conticente, accesserunt Leo
nes, prehensâqve anterioribus pedibus Arbore qvassabant adeò fortite
ut Avis decideret. 29 Qvam dilacerârunt, similitérqve ut Eqvum illum
frustatim devorârunt. 30 Iterum dixit Antiqvus: *Veni, porrò qvadam*
visura! Et duxerunt me ad qvandam aqvam diffusam, in cujus ripa ite
rum stabat Arbor valdè magna, latè sese explicans. 31 Ubi Senex a
me: *Vide!* Et mox venientes iidem Leones, cædebant, secabant, fran

gebant

gebant, Arborem illam fortiſſimè, radicésqve illius eradebant ungvibus,
injicientes omnia in aqvam: complanantes rurſum ipſam terram, ubi ra-
dices fuerant, ut ne Veſtigium qvidem ubi Arbor ſteterat, notari poſſet.
32 Iterum Antiqvus ad me, *Veni adhuc ut videas finem!* 33 Ivi & con-
ſpexi amplam valdè, præaltam, ad omnem ornatum decoram Domum,
ſtructam ex lapide qvadrato totam, undiqve ſplendentem. 34 Et in-
terrogavi Senem, Qvæ illa eſſet tam ſpecioſa & magnifica Domus? Re-
ſpondit: *Domus hæc eſt Domus rebellis, præfracta, & obdurata; ſplendens ex-
trinſecùs & nitens, intùs verò plena omnimodarum impuritatum, abominationum,
perverſitatúmqve & impietatum.* 35 *Eſt Babylon illa magna, cujus ruina jam
appropinqvat: nam impoſſibile eſt diutiùs conſiſtere Domum hanc, qvia peccata &
iniqvitates ejus in Cœlos pertingunt: attende igitur qvid futurum ſit.* 36 Et mox
venerunt Leones illi priores; atqve cum illis Leo tertius, albus ut nix.
37 Accedentésq; hi tres Leones ad Domum iſtam demoliri cœperunt, &
ſubvertere funditùs, operam fortiſſimè conferente albô illo Leone: do-
nec tota Domus concidiſſet, & in minutam arenam diſſiliiſſet. 38 Leo-
nes autem pedibus calcantes arenas iſtas clamârunt voce magnâ: *Ce-
cidit, cecidit, Babylon! Cecidit magna Domus Auſtriaca!* 39 *En deſtru-
cta eſt ſuperba illa & elata Domus, neqve readificabitur unqvam!* 40 *Deſtru-
cta eſt penitùs abominabilis illa & propudioſa Domus: non tamen virtute noſtrâ, ſed
virtute fortiſſimi Leonis de tribu Iuda.* 41 Et digreſſi ſunt Leones illi ab in-
vicem, alter huc alter illuc: ſimúlqve tertius ille evanuit. 42 Ventus
autem coortus impetuoſiſſimus diſperſit arenam iſtam, ut ejus nihil ſuper-
eſſet. 43 Dixit ad me Senex: *Vidiſtine qvæ facta ſunt?* Reſpondi, Vidi
Domine: ſed rogo doce me, qvid per iſtum Eqvum, Aqvilam, Arbo-
rem, Domúmqve, intelligere habeam? 44 Ille: *Per Eqvum iſtum &
Aqvilam, & Arborem, & Domum, non aliud intellige qvàm Ferdinandum &
Papam, totámqve illam Diabolicam Antichriſtianam ſynagogam, qvæ jam pro-
pediem perqvam velociter diſperdetur ac delebitur.* 45 *Leones verò ſunt Hunga-
rus, Turca, Tartarus, Svecus, Danus, Belgæ, Angli, Galli, Veneti, Saxo
& Vimarienſis.* 46 *Per hos vaſtabitur & evaſtabitur, ſubruetúrqve & ſubver-
tetur, Antichriſtus, Babylon, & ſatanæ Regnum, ut vidiſti.* 47 *Præſertim
autem Domus illa magna: qvam convellere & evertere non potuiſſent ipſimet, ſed
auxiliô venire oportuit Leonem de tribu Iuda: atqve is qvàm ſeriò juverit, ſpecta-
ſti.* 48 *Hic illis robori erit, & fulturæ, ut in Virtute roboris ejus vincere qveant
ſemper.* 49 *Iam à te diſcedo, ſed rediturus propediem. Auditum & loquelam ti-
bi reddo.* 50 Pro qvo beneficio cùm egiſſem gratias, ille, dexterâ ob-
latâ, dixit; *Pax ſit tecum*; & abiit. 51 Dominus autem paululùm re-

manſerat: cui de Libro illo ab Angelis allato, & qvæ in eo legiſſem, nar-
ravi, qvædam mihi elucidari petens, qvod & factum. 52. Atqve hîc
Ille, à me, Vale mihi dictô, abiit, egóqve ad me redii.

REVEL. XIV. 17. Januar.

[Viſio (*ſecunda per Angelos exhibita*) Leonum duorum, Aqvilonaris & Orientalis, 6.
Non ſatis ſe intelligentium, 7. *Ad quos Cælo decidit*, primùm Liber, *Voluntatem DEI
eos docens*, 9. *qvem illi perlectum dividunt & devorant*, 11. Deinde Cos ignita,
qvâ Gladios ſuos acuunt, 13. Tertiò Loricæ duæ, *qvas induere jubentur*, 19. Tan-
dem Catena candens, *qvâ ad Unanimitatem colligantur*, 31. *Viſio item* Serpen-
tis piſces vorantis, *& occîſi*, 41. & Tritici naviculâ aliô *vecti* (*in exilium*) 49. *cum
ſolatiis ad diſperſos*, 55. *Tum ipſi Videnti, contra temeraria Hominum de Viſionibus
his judicia, datum ſolatium*, 60. *& cur DEO nunc hâc extraordinariâ viâ uti fue-
rit allubitum*, 64.]

DIE Lunæ, horâ veſpertinâ ſextâ, Viſionem habui ſeqventem.
2 Venerunt ad me Angeli priore formâ, Librum ferentes eundem,
manibúsqve mihi datis dixerunt: *Pax DEI noſtri tibi ſit.* 3 Apertôqve
Librô, juſſerunt me legere tria duntaxat folia. 4 Factô hôc, clauſerunt
eundem, & ad me dixerunt: *Veni, oſtendemus tibi, qvæ ut oſtendamus man-
davit Dominus.* 5 Ibam igitur, eos ſeqvuta, per juſtum ſpatium Horti
illius, in qvo plerunqve Viſiones hæ mihi obveniunt. 6 Et mox vidi
LEONES duos magnos, venientes cum Gladiis; alter ab Aqvilonari,
alter ab Orientali Mundi plaga. 7 Congreſſi autem Leones illi, pri-
mùm tanqvam colloqverentur qviddam, ita ſe ſibi obvertebant: mox
autem tanqvam inter ſe non convenirent & jurgarentur, ita geſtus præ
ſe ferebant. 8 Et *vidi Cælum ſe aperire ſubitò*, directè ſuprà locum ubi
conſiſtebant Leones. 9 Et ecce *Liber Cælô decidit* inter Leones iſtos,
pulcher valdè, totus auro obtectus, formæ triangularis! qvem ut con-
ſpexerunt Leones, qvaſi expavefacti ſtabant, ceſſantes contendere. 10 Et
mox audita eſt vox de Cœlo magna; *Mittite, mittite curas & contentiones
inutiles, ó Vos amentes! & negotia Veſtra componite ad normam Voluntatis Iebovæ
Dominatoris, qvam Vobis hôc Librô detegit ac manifeſtat!* 11 Acceperunt i-
taqve Leones, Librum anterioribus pedibus ſuis, apertôqve illô, lege-
runt totum, perlectumqve clauſerunt. 12 Et divisô illô in partes
duas, alter comedit ſemiſſem Libri unum, alter ſemiſſem alterum. 13 Et
Angeli denuò ad me: *Attende diligenter!* Et ecce rurſum de Cœlo Cos de-
cidit ingens, ignita, in medium Leonum, cum Voce tali: *Acuite, acui-
te, & roborate Gladios Veſtros, ó Vos qvibus in nomine Iebovæ Exercituum ſtrenuè
agendum eſt contra hoſtes!* 14 *Iebova enim faciet, ut Gladii veſtri ſint chalybei
& robu-*

& robusti, tincti veneno terribilis DEI *irati.* 15 *Gladii ex adverso hostium Ve-*
strorum erunt tanqvam è ligno mollissimo, fragilissimóqve: qvod qvisqvis volet
franget. 16 *Vos tamen ne nitamini robore Vestrô, neqve confidatis fortitudini*
exercitatorum Eqvorum Vestrorum: sed fidite immensæ virtuti magni Domini, qvi
Vos præcedet in prælio, & conculcabit hostes vestros ante faciem Vestram. 17 Pre-
henderunt itaqve Leones Cotem illam anteriorum pedum suorum sini-
stris, dextris autem trahebant aciem Gladiorum suorum, donec igne-
scerent, carbonumqve instar canderent. 18 Iterum dixerunt Angeli
mihi: *Specta porrò etiam diligenter, & repone in memoria qvicqvid ostendetur ti-*
bi. 19 Et mox vidi Cœlô decidere geminam *Loricam*, seu thoracem
ferreum; audivíqve vocem talem. 20 *Induite arma hæc, ó Vos ad hoc o-*
pus electi, ut per Vos DEVS *fortis ultionum conterat suos & suorum hostes! An-*
tichristianumqve seductorium opus, una cum pseudoprophetis, evertat & perdat.
21 *Induite Vos & instruite, ut parati sitis! Nam post exiguum moræ exsurget Rex*
gloriæ fortis & potens: Iehova potentissimus bellator prodibit ad prælium, Vósqve
præcedet, adversus hostes! 22. *Disperget eos tanqvam Ventus paleam & pul-*
verem, in ira furoris sui, ponens eos in scabellum pedum suorum. 23 *Sceptrum*
qvoqve potentiæ suæ dabitur illi de Sion, ut regnet & dominetur in medio inimico-
rum suorum. 24 *Iam enim appropinqvat, jamjam appropinqvat, tempus, in qvo*
Christus Regnum suscipiet cui non erit finis. 25 *Lætamini fideles subditi, qvi im-*
mensè gravati fuistis intolerabilibus impii Pharaonis oneribus: jam enim demersus
est, unâ cum omnibus qvi devorare Vos juvabant, in mari magnæ iræ terribilis
DEI. 26 *Reqviescite jam, & respirate, à gravissimis ærumnis, qvas pertuli-*
stis, & qvibus fracti fuistis. 27 *Nam ecce jam habetis propitium Regem, Domi-*
num, Episcopumqve animarum Vestrarum, qvi sensu afficitur miseriarum Vestra-
rum! Huic Vos tradite, in hoc spem reponite, huic firmiter adhærete, nec ullius
rei gratiâ eum deserite! 28 *Introite jam in magnifica Palatia Ierusalem, exul-*
tate in gloriosa instauratione ejus! 29 *Dicite; Hallelujah, Regnat Deus no-*
ster! Exultemus igitur & lætemur, & gloriam demus illi soli, qvi eâ dignus est à
seculis in secula. 30 Hic conticuit vox illa: Leones autem induebant igni-
ta illa arma prævelociter. 31 Postqvam verò induerant, dixerunt ad
me Angeli: *Intuere denuò.* Et vidi *Catenam* de cælo cadentem, magnam,
ignitámqve, super Leones istos, qvâ veluti colligati facti sunt. 32 Si-
mulqve vox insonuit: *Ecce Catenâ hâc constricti estis, ó Vos, per qvos Deus*
opitulari vult afflicto, summéqve jam attrito Populo suo! eô fine, ut voluntate Do-
minatoris Iehovæ vobis jam revelatâ, unum sitis, dilectione, fidelitate, concor-
diâ, Vobis mutuô colligati, subqve cælestis Vestri Imperatoris vexillo ad omnem e-
jus voluntatem fidi & alacres; donec per Vos exseqvatur qvod exseqvi decrevit for-
tissimus.

tissimus ille Gigas, & Bellator invictus. 33 *Iam consurgit, jamqve adventat,*
jam millies milleni & decies centeni milleni, innumerò numerò, eum seqvuntur
34 *Ecce jam vicit, jam hostes suos & Populi sui subegit, ille gloriosissimus & inex-*
superabilis Heros! sed & Vos vicistis in virtute ejus. 35 *Dicite igitur læti, & pro-*
clamate per Orbem Universum: in TE hostes nostros contrivimus, in nomine
Tuo proculcavimus insurgentes adversus nos! 36 *Dies hic dies victoriarum est*
dies qvem fecit Dominus: exsultemus & lætemur in ea, celebremusqve Iehovam,
qvia bonus, qvia in seculum benignitas ejus. 37 Hîc vox illa conticuit:
Leones vero tanqvam attoniti, & mente alienati, dixerunt alter ad al-
terum: Ecqvidnam rei hoc futurum est? 38 Responsabant verò sibi
mox ipsi; *A Domino factum est, & est mirabile in oculis nostris!* Atqve cùm
hoc verbo discesserunt ab invicem, alter huc alter illuc, Gladiis ita ut
venerant armati. 39 Angeli verò dixerunt mihi: *Qvid tu ad hæc dicis,*
qvæ vidisti? 40 Respondi: *Benedicat illis Deus!* Et illi omnes tres velut
unô ore dixerunt, *Amen, Amen, Amen.* 41 Iterum dixerunt ad me:
Veni, progrediamur aliô! Et ivi, à duobus comitata, tertius verò nos præ-
cedebat cum Libro. 42 Et perduxerunt me ad Aqvam, ex qva proser-
pebat Angvis, Pisces vorans, qvos extrahebat ex Aqva. 23 Et qvæ-
sivi, *Qvid esset Angvis ille?* Responderunt: *Hic ille adversarius est DEI &*
hominum, cui DEUS tantùm permisit, ut devoraret populum ejus, sicut iste Pi-
sces illos. 44 *At non vorabit diu, nam ultimos jam vorat, & qvicqvid devora-*
vit malè concoqvet. 45 Dederunt autem mihi Angeli vectem ferreum, ju-
bentes me verberibus Serpentem tundere. Et tutudi, sed occîdere non
potui. 46 Angelus itaqve Domini sumtô à me illô Vecte, percussit Ser-
pentem, & occîdit. 47 Dixitqve mihi: *Sicut vides Serpentem hunc à me*
occîsum esse; ita scias Angelum Iehovæ missum iri ad impium illum qvem Serpens iste
designat. 48 Cædétqve illum tam diu, donec occîdat, & in aqvam ju-
dicii abyssúmq; justi judicis præcipitabit, submersumqve faciet. 49 Du-
xerunt verò me ad alium Aqvæ illius locum: ubi conspexi *Naviculam*
Tritici plenam, aqvæ innatantem. 50 Qvæsivi ergò, *Qvid sibi Navicu-*
la hæc vellet? Responderunt Angeli: *Navigium qvod vides, figuram habet Ec-*
clesia Iesu Christi. 51 *Triticum autem significat Electos, fida Ecclesiæ illius*
membra, atrocibus Antichristianis persequutionibus ita cribrata & perpurgata, ut
qvicqvid palearum & qvisqviliarum, etiam Triticum dici volentium fuit, ejectum
sit & explosum. 52 *Navicula verò hæc ubi consistat non reperit, sed se huc illuc*
præ metu Tyrannorum, percussorum & interemptorum suorum, transferre necesse
habet: purum Domino suo cultum præstare avida; & ne perversi illi zizaniorum
seminatores errores suos, fraudulentásqve deceptiones admiscerent, eóqve Triticum

DEI

corrumperent, metuere. 53 Vide ecce latitare, & procellarum Mundi bu-
dis innatare, atqve jactari, & in eo dilectum suum Caput seqvi cogen-
cui etiam in Mundo ubi caput reclinaret defuit. 54 Qvod ergò in spe-
illis viridis Justitiæ Arbore factum est, in aridis qvid fiet? 55 Sed ta-
ita dicit Jehova: Noli timere pusilla Navicula mea! jam enim non diu
ut afflictatio tua. 56 Nam perdam omnes perditores & oppressores tuos!
amqve te in locum tuum, & mergam radices tuas profundè, plantabo &
abo te potenter, & firmabo portas, turres, muròsqve tuos prævalidè; ut
is locô tuo movere te possit. 57 Ibi tu oblivisceris mærorum præ gau-
labo enim tibi Pacem qvam tibi optas: tantummodò sustine adhuc paulu-
decurrit enim hora, in momento jam veniet desideratissima liberationis
ra. 58 Atqve tùm tu sustolles cor tuum ad me, & mihi sacrificium
calis ferventius & acceptius ac unqvam antè. 59 Ego ero DEVS
& Tu eris delectus, & dilectus, pretiosûsqve populus meus: & nemo te
rum rapiet de manu mea, dicit Dominus DEVS exercituum. 60 Tum
rsi ad me dixerunt: Hæc habuimus à Domino in mandatis, ut ostende-
ac revelaremus tibi. 61 Tu igitur memento, ut cum aliis glorifices
M, magnum illum Jehovam, qvi facit mirabilia solus. 62 Sustinebis
in varia præjudicia & calumnias, reputabunturqve hæc ut cerebri huma-
menta; & qvod magis, dæmonii nomine traducetur hoc DEI opus.
ræsertim in loco qvodam, ubi comparere habebis necesse: sed ne metuas,
id tædiosam faciat in opere, ad qvod te magnus adhibet Dominus.
ui noli detrectare obseqvium: qvia fieri sic oportet qvomodo placet Do-
, ut qvum viva Evangelii vox conticuit (hac in Terra) purìqve divi-
rbi Ministri, ejiciuntur, Magnus ille, & sui per omnia semper arbitrii
S, per exiguos & obscuros renunciet mysteria qvædam sua, in solatium &
tationem populi sui. 65 Tu igitur, gnara ita hæc fieri oportere, mo-
esto & obseqvens huic Domino, qvi te ad tanta hæc adhibuit, & ad-
humilia te sub ejus potentem manum, & lauda de omnibus nunc &
semper. 66 DEVS verò Pacis & omnis consolationis custodiat te sem-
sqve in tempora æterna, & det tibi sanctam suam pacem! 67 His di-
orrexerunt mihi dextras suas omnes tres, & abierunt: ego autem
us meis reddita sum.

D REVEL.

REVEL. XV. 18. Januar.

*[Deliciæ Sponsi æterni cum Sponsa sua Anima fideli (atqve sic Cantici canticorum)
repræsentatur: 2. Cujus Ille Cordi Ungventum odoris sui indit, 11 eidemqve
sua sic inscribit & obsigillat, ut tolli neqveant, 15. Ornamenta Sponsæ Christi a
re jubetur videns, 23. Dominúsqve illi judicia sua contra Babylonem detegit,
Calicem iræ super Meridiales effundere jubet, 30.]*

POstridie, horâ vespertinâ sextâ, contigit mihi seqvens visio. 2
nit ad me Dominus, albâ talari veste: datâqve mihi dexterâ
Pax mea habitet in corde tuo semper. 3 *Ecce venio iterum tibi! qvia delici
sunt habitare cum filiis hominum.* 4 *Veni ergò, spatiemur in horto meo,
amoribus meis, & impleatur iis cor tuum! nam amores mei dulciores sunt mel
verba oris mei svaviora lacte & vinô optimo.* 5 *Ecce ego parabo tibi Con
in horto meo, & saturabo te gratiâ meâ, & inebriabo amore meo!* 6 *Car
de svavissimis Fructibus amœni Horti mei, & exsatura te iis, ut vivas in æ
7 Consideamus unâ & convivemur! Gaudeamus & lætemur! Tu in Me,
in Te. Vescere mecum prædulci Fructu meo, & bibe svavissimum Vinum
mei: implevi enim calicem tuum voluptatibus meis, ut exuberet.* 8 Spa
mur igitur in Horto; deinde consedimus super gramine. 9 Et mo
ram nobis apparuit Mensa perpulchra, plena Fructuum recentium
& Calix magnus aureus, svavissimæ potionis plenus. 10 Edi igit
fructibus svavissimis; & bibi ex Calice nectareum qviddam: Do
similiter edit & bibit mecum. 11 Postqvam verò ad satietatem e
& bibissem, disparuit Mensa illa ab oculis meis. 12 Dominus
dedit mihi qvoddam Ungventum mirabilis odoris, dicens: *En Ti
Vngventum potentiæ, fortitudinis, præsentiæqve meæ! Reconde hoc in cor
nam ad multa Te utar.* 13 *Sine qvo virtutis meæ Vngvento tu nihil qveas:
autem poteris omnia semper.* 14 Accepi igitur Ungventum illud à D
no: & mox Cor meum apertum est, cui postqvam ego Ungventu
didissem, voluptatem percepi ineffabilem. 15 Iterum dixit ad m
minus: *Scribe Epistolam, verbis qvæ dictabo tibi.* 16 Et mox stante
me vidi, Angelum, tenentem manu suâ Atramentarium, & cal
æneum; tum & Membranam manu alterâ. 17 Accepi igitur de
Angeli calamum & membranam, & scripsi ea qvæ mandabat Do
18 Spectabant autem meipsam scripti hujus Verba, qvibus erig
& firmabar ad operas, qvibus me porrò adhibere placeret Do
19 Tum ad firmiùs eorum qvæ mihi revelantur in corde & men
impressionem, & ad attentiorem istorum DEI Operum meditati

20

eractâ scriptione hâc jussit me Dominus membranam componere
i triangulari, & obsignare annulô suo, iterúmqve recondere in Cor,
& de Unguento erat factum: qvæ omnia feci, prout erat manda-
21 Cùm autem epistolam hanc inseruissem cordi meo, dixit Do-
s: *Verba hæc remanento in corde tuo semper fixè ac immotè! ne illa vel Sa-*
lâ fraude & astutiâ, vel mortalis homo ullis suis blandis vel asperis verbis; seu
seu extorqvere, ullo modo possit: atqve tuo è corde illa eximere, aut ex-
e, vel etiam id attentare, non audeat. 22 *Nam ego Dominus Omnipo-*
ec facio: & qvis est qvi potentiæ meæ resistere valeat! 23 Iterum dixit
: *Exorna te, indutâ Veste hâc, qvam ego tibi sanctitate & justitiâ meâ*
ui & paravi; & exhibe te in conspectu meo sanctam & immaculatam, non
em maculam aut rugam. 24 Et mox ante me vidi pulcherrimas Ve-
ornamentáqve pretiosa aurea, qvibus me mox decorabam, can-
n honorem Domino varios Psalmos & hymnos: organáqve Mu-
mihi in manus data) pulsans, & sic meam gratitudinem Domino
stans. 25 Surreximus deinde locô, ubi consederamus, spatiaba-
ve denuò per Hortum: & Dominus mihi monstrabat plagas Mun-
Aqvilonarem & Orientalem, Occidentalémqve & Meridialem:
is, 26 *Ab Aqvilone & Ortu advolvent se flumina magna, cum multis*
super eos, qvi nunc patrant mala. 27 *Iam etenim se accingunt qvi huc*
ati sunt, ut Exercitum ducant in Meretricem Babylonicam, incestuosam, e-
sangvine sanctorum, insidentem Bestiæ magnæ. 28 *Hi eam in nomine meo*
um ibunt, adiméntqve omnem potentiam ejus, & diripient opes & divitias
ipsam verò discerpent, & irâ meâ igne exurent, sicut & magnam illam Be-
, cujus fiduciâ adeò ferociebat Meretrix. 29 His ego auditis, benedi-
em imprecabar illis, dicens: *Conficiat præpropere Iehovah opus qvod de-*
, ad auxiliandum populo suo, & ampliandam gloriam sancti nominis sui ad-
i in secula! 30 Deinde Dominus Calicem magnum tradebat in ma-
neas: ego autem qværebam, Qvalis esset iste Calix? 31 Respon-
Dominus: *Calix iste est in manu Iehovæ, & in eo Vinum turbidum iræ ejus,*
mixtione: de qvo infundit Iehova singulis, sed faces ejus bibent, & ebibent,
impii Terræ. 32 *Proin, adesto, & effunde è Calice hoc magnam il-*
qvæ inibi est, iram! Et effudi super plagam Meridialem, qvicqvid
inerat. 33 Et mox concussa est Terra, Tonitruáqve Fulgura,
lmina, audita sunt horrenda. 34 Dominus autem dixit: *Ecce ef-*
st hodie ira hæc super Babylon, & impios habitatores ejus! sicut vides.
essessus enim jam fuit Iehova pœnitendo injurias afflictorum suorum: nec diu-
ectare potuit iniqvitates, & impietates, qvas perpetrant qvi adversantur ei.

 36 Me-

*36 Memento igitur eorum qvæ vidisti, & ea conscribe fideliter: at nonnisi post-
qvam mandavero tibi.* 37 *Gaude verò etiam, qvòd DEUS memor sit populi
sui, & contuetur omnia, reddétqve impiis secundùm impia opera sua.* 38 Hîc
mihi exhibitâ dexterâ valedixit, inqviens; Præsidium virtutis & po-
tentiæ meæ tecum & in te, sit in æternum! Sic à me abiit, & ego ad
me redii.

REVEL. XVI. 19. Ianuar.

[*Angeli cum Libro, 2. Dominus interveniens jubet ad 4 Orbis plagas epistolas scribi, 4. ad Sept. & Orientales objurgatoriam (qvod nolint intelligere & exseqvi voluntatem DEI, 6; Occidentalibus monitoriam, 9. Meridialibus maledictionis denuntiatoriam, 10. Migratio Exulum præfiguratur, primò ad Septentrionem (in Misniam & Poloniam) 14. deinde ad Ortum (in Hungariam) 19. Consolatoria ad illos DEI Verba, 21. cum præfiguratione gloriosæ reductionis, 25.*]

POstero die circa horam itidem sextam vesperi, redibat Visio talis.
2 Tres illi Angeli venerunt ad me, dextrisqve oblatis dixerunt:
Misericordia Iehovæ DEI nostri custodiat te in æternùm! 3 Unus verò illo-
rum ferebat manibus suis Librum illum magnum, apertóqve illo jusse-
runt me legere folia decem: qvô peractô, clausit illum. 4 Et mox in-
gressus est ad nos in hortum Dominus, exhibitâqve mihi dextrâ dixit:
Pace meâ repletum sit cor tuum semper. 5 Considénsqve in gramine jussit me
assidere sibi, & dixit: *Scribe epistolas ad qvatuor Orbis plagas, singulis prout
mandavero tibi.* 6 *Septentrionalibus & Orientalibus inculca porrò etiam volun-
tatem meam, secundùm qvam actiones suas instituere debeant: nam tantummodò
sapientiæ propriæ seqvi volunt consilia, qvæ ratio illorum stultitia est illis.* 7 *Verè
sunt ut jumenta; mirabile illis videtur, & impossibile, qvod per eos exseqvi vult
Altissimus.* 8 *Ideò non possunt assentiri voluntati meæ, donec eos ipsemet in rem
deduxero, ac veluti digitô qvid faciendum sit monstravero: Ibi demum illi, intel-
lectâ voluntate meâ, argutari desinent.* 9 *Occidentales monebis, ut etiam atqve
etiam deliberent, qvid agendum sibi sit.* 10 *Meridialibus verò denuntia male-
dictionem meam, cum æterno illorum interitu: & qvòd pauci jam sint illorum
dies, nec fore qvenqvam qvi velit misericordiâ erga illos uti.* 11 *Nam peccata
& iniqvitates illorum scriptæ sunt stylô ferreô, & scalprô lapidis præduri: ut impos-
sibile sit eas deleri, aut venire in oblivionem.* 12 *Nam fumus fætoris eorum as-
cendit usqve ad nares ejus qvi habitat in excelsis.* 13 Scripsi ergò prout mihi
erat mandatum, primò Borealibus, dehinc Orientalibus, tum Occiden-
talibus, tandem Australibus: omnes qvatuor epistolas in formam trian-

gul

guli complicans, tribusqve sigillis obsignans: tandem & dedi Curso-
ribus eò destinatis. 14 Iis expeditis, reversi sumus cum Domino ad
perambulandum Hortum: & Dominus obtulit mihi legendum Libel-
lum exiguum. 15 Ut eum perlegeram, jussit eundem comedere:
qvem cùm ternâ vice deglutiissem, sensi in ore meo dulcem svavita-
tem, in visceribus autem rosiones & tormina. 16 Mox ante me con-
spexi Vestium, variæqve supellectilis, acervum; 17 & Dominus
ad me: *Collige tibi ex his rebus Sarcinam, illâqve humeris tuis impositâ, abi
Septentrionem versus.* 18 Qvod feci, assumptóqve onere meo, ivi Se-
ptentrionem versus: ubi multum populum vidi, utriusqve sexûs, o-
rantem manibus cœlum versus elevatis. 19 Iterum Dominus: *Colli-
ga tibi alteram sarcinam, & cum illa festinanter fuge ad* Orientem. 20 Col-
ligavi itaqve mihi onus novum, cum qvo, humeris imposito, gravi-
ter & permolestè ibam Orientem versùs: qvò ut veni, non tot reperi
ut in Septentrione, depositâqve ibi etiam sarcinâ meâ, abii. 21 Et di-
xit ad me Dominus: *Ecce ego dispergam populum meum* [nempe è Bohemia
& Moravia] *inter Gentes, & mittam eum in terram alienam! Educam eum
ante procellam prævelocis iræ meæ, cum pluam sulfure & igne, ut serventur illi.*
22 *Ideò sicuti tu fugiebas, ita fugient illi; multi trepidanter, nescii qvò se ver-
tant: sed ego illis monstrabo, nec auferam ab illis misericordiam meam.* 23 *Da-
bóqve illis ibi abundantiam panis spiritualis, Verbum meum sanctum, ut eò libe-
riùs, tranqvilliùs, & imprædeditè, saturare qveant animas suas.* 24 *Addam
& panem corporis, necessitatésqve Vitæ, nec eos ullâ re deseram: si modò mihi
confidentes, me sibi refugium facient: Nam turris fortissima est nomen meum,
ad me si confugit justus, servabitur in die mali.* 25 Deinde dixit mihi Do-
minus: *Veni porrò etiam.* Et ivi, & vidi cæsi lapidis & ligni strues
ingentes. 26 Dominus verò ad me: *Construe, & ædifica mihi ex appara-
tu hoc Domum magnam, in qvam congregem dilectos meos dispersos, qvi fidem
servarunt mihi: nam ipse qvoqve ego jam illis ostendam fidem meam, complendo
iis fidelia promissa mea, qvæ faciebam illis.* 27 Ædificabam igitur Do-
mum illam: & ecce fuit splendidissima! 28 Ut autem completum fuit
Ædificium hoc, dixit Dominus, *Plantemus & Vineam, qvæ mihi fructum
ferat!* 29 Et mox vidi ad illam Domum amœnissimam Vineam; per
qvam spatiabamur, ego autem disseminabam qvædam valdè odorata se-
mina, serebámqve plantulas; qvæ omnia germinabant vividè, matu-
rescebántqve fructus & botri, cum svavissimo totam Vineam fragran-
tiâ suâ permeante odore. 30 Dominus autem iterum: *Veni, specta Do-
mum illam noviter exstructam!* 31 Ingressa ergò sum, & vidi plenam

populi cantantis Psal. XCVIII. *Cantate Domino canticum novum, qvia mi-*
rabilia fecit &c. cui cantui adjuncta erant omnigena instrumenta Musi-
ca svavitate inauditâ. 32 Et dixit Dominus: *Ecce jam explevi promissa*
mea Populo meô! redditâ illi Pace, & serviendi mihi in sanctitate & justitia oc-
casionibus. 33 *Ideò celebra me jam electa Vinea mea, & exalta nomen meum*
in secula. 34 Prehensâqve manu meâ, duxit me foras, dicens: *Abeo*
nunc à te, sed redibo rursum cras: junctâqve dextræ meæ dextrâ suâ dixit:
Robur Consolationis meæ tibi sit! 35 Atqve cum hoc verbo sursum in nu-
bem abiit: ego verò mihi reddita sum.

Revel. XVII. 20. Ianuar.

[*Ad bellum contra Babylonem convocantur Gentes, 2. Septentrionales faciunt initium soli, præliandoqve jam vincunt, jam vincuntur donec attriti propemodum essent, 15. Auxiliô tamen de cœlo roborati denuò vincunt, 19, & cum spoliis magnis domum redeunt, 24. Ducibus eorum denuntiatur Benedictio, si adhuc operam præstent DEO in reducendo humili qvodam DEI servo in thronum suum. 28 qvod illi promittunt, 31. Interveniens Dominus epistolas scribi jubet ad Septentrionales & Orientales, 36*].

SEqventi die, horâ pomeridianâ primâ veni in ecstasin (qvæ horas
qvinqve duravit) vidíqve & audivi qvæ seqvuntur. 2 Primùm ad
me Senex venit, vestitu longo albo, datâqve mihi dextrâ dixit: *Forti-*
tudo & Victoria mea tibi sit in glorificationem tuam æternam; Hostibus autem, qvi
robore suo freti hodie pervincere tentabunt, in æternam suam ruinam & interitum!
3 *Veni mecum, & ostendam tibi rem miram. Nam hic dies electus est, in qvo*
glorificem nomen gloriæ meæ, & exseqvar qvod decrevi. 4 Et dixit mihi:
Vide attentè, ne qvid visum effugiat tuum! Voluntas enim & potentia mea rapi-
dè ibunt, ut flamma ignis. 5 Et mox conspexi Montem, in cujus cacu-
mine stans Vir qvidam tubâ clanxit adeò sonorè, ut Terra tremeret, ad
omnes Mundi plagas sese vertens. 6 Sonus autem ille fuit articulatus
ut intelligi posset: audivi enim isthæc verba: *Congregamini, congregami-*
ni, Gentes à qvatuor Mundi plagis, ad exseqvendum qvod gloriæ Domino placet.
7 Et vidi concurrentem, Eqvis & pedibus ingentem Nationum multi-
tudinem, habitu variô: qvi se in agmina certa, festinè admodum, col-
ligebant. 8 Et Dominus dixit: *Attende jam!* Et vidi omnia illa agmi-
na in bipartitam, sibi ex adverso oppositam aciem, sese collegisse. 9 Et
audivi vocem: *Iam tempus est.* Atqve mox se colliserunt cruentissimo
præliô. 10 Senex autem ad me: *Conscendamus montem illum, ut omnia vi-*
deas melius. 11 Conscendimus igitur eum ipsum Montem, super qvem

ir. ille clamaverat. Prælium autem erat infra nos ad montis radices.
2. Rursùm dixit Senex, Hic est Exercitus Australis Antichristianus à
Meretricis & Bestiæ, intendens digitum in Meridiales. 13 In oppo-
tam autem partem: *Hic est Orientalis & Septentrionalis, de quo tibi pridem*
it narratum. 14 *Recordare itaqve illorum, qva tibi de eo renunciata sunt;*
ut & de altero; & jam attende, qvomodo secundùm prædictiones, eventura sint
nia. 15 Spectabam igitur diligenter. Prælium verò adhuc durabat,
qve dum Septentrionalium pauci supererant. 16 Ego igitur angebar
vehementer, metu, ne clade attererentur penitùs. 17 Sed antiqvus
xit: Ecce nunc auxilium veniet de Sion, à throno sanctitatis meæ,
uti sæpe promissum audivisti! 18 [Vox Jehovæ silescere
ne cogit, & Verbum Ejus enarrare opera ejus!]
19 *Intuere jam*, dixit Senex. Et vidi Exercitum magnum de Cœlo de-
cendentem: cui præibat Vir ignitus cum ingenti Gladio. 20 Et asso-
ciavit se Cœlestis ille Exercitus, Exercitui Septentrionali. 21 Senex
autem iterum: *Vide, qvid supra te sit!* Sustollens itaqve oculos vidi Cœ-
ó exsertum brachium ignitum, cruentum tenens Gladium: Fumum
em deorsum se volventem, & super Australem Exercitum cadentem.
2. Dimicabant itáqve Septentrionales cum Meridialibus denuò, ut hi
minatim caderent, strage magnâ. 23 Ad eos verò qvi supererant
xit Senex: *In terram usqve impacti, & pulveri commisti estote, Vos qvi opera-*
ni iniqvitatem. Et fuerunt adhuc occisi aliqvi, reliqvi autem fugerunt,
supereßet nemo. 24 Septentrionales autem collectis ingentibus
liis, redibant cum gaudio. 25 Exercitus item cœlestis redibat per
n, qvâ venerat: Brachium verò & Gladius, qvæ videram, dispa-
unt. 26 Et interrogavi Senem: *Qvinam illi sunt qvi Septentrionalem*
citum duxerunt? Respondit: *Ostendam eos tibi.* 27 Et mox prodi-
septem primariæ (generales) personæ, inferiores autem plures, à qvi-
luctabantur & dirigebantur Septentrionales copiæ. 28 Interim
e Senex: *Denuntia illis Benedictionem in nomine meo! & indica eis, me*
operâ illorum esse usurum, in humiliato meo Servo restituendo Regali suo
29 *Nihil soliciti sint, qvomodo id exseqvutioni dandum erit: Rex enim*
qvi in Cœlis est, auxiliabitur illis. 30 *Ille hanc tutandam suscepit cau-*
séqve eam peraget in honorem Veracitatis & nominis sui, & in stuporem
Operibus suis universum Mundum: Præmium autem laboris, hac in re im-
mihi, servari illis, neqve interiturum. 31 Hæc postqvam ego
issem, ceciderunt omnes illi super vultus suos ante Dominum,
dicen-

dicentes: *Qvis tibi aeqvalis est, ô Jehova! qvis aeqvè magnus ut Tu! Tu Omni-*
potens es, Tu gloriosus, in aeternum persistens, solus unus DEVS, extra qvem
non est alius. 32 *Tibi invîcate DEVS incurvent se Gentes, Te confiteantur*
qvi Te priùs non noverant! Qvia Tu solus es unus verus DEVS: Idola verò, qvae
humanarum manuum pereant ut non sint. 33 Mandabat autem Dominus
ut discederent: & mihi dedit qviddam septem papyraceis cucullis inclu-
sum, illis distribuendum. 34 Et feci ita: illi autem acceptis munus-
culis incurvârunt sese coram Domino, & digressi sunt. 35 Antiqvus
verò ad me iterum: *Ecce jam notum reddetur nomen meum Gentibus universis,*
& gloria mea exaltabitur super totum Orbem! fietqve ut qvisqvis invocabit nomen
meum servetur. 36 Tum interveniens Dominus dixit mihi, dextrâ por-
rectâ: *Pax tibi sit, & omnibus exoptantibus eam!* 37 Iterumqve dixit:
Dic mihi, jámne peracta sunt omnia? & jamne satis? an restet aliqvid necessa-
rium? 38 Ego qvid responderem ignara, dixi; Tu Domine nosti,
qvid praedecrevit manus Tua ut fieret. 39 Ille ad haec: *Ampliùs etiam*
magnificari oportet gloriam & potentiam meam, ut innotescat abjectissimis etiam
Gentibus. 40 *Tu recense mihi qvid hîc actum sit, & qvicqvid vidisti?* Recen-
sui itaqve & Ille dixit: *Epistolae tibi scribendae sunt ac dimittendae, prout di-*
ctavero. 41 Scripsi igitur, alteram ad Septentrionales, alteram ad Ori-
entales, cum subscripto Anno 1628: qvia data ibi mandata ad autum-
nale anni ejusdem tempus, h. e. ad initia ruinae Bestiae, sese extende-
bant. 42 Tradidi ergò epistolas, qvò qvaeqve spectabat, cum addi-
tis cuiqve tribus cucullis nescio qvid continentibus: non enim mihi ex-
plicatum fuit. 43 Tum *Antiqvus dierum* Vale mihi dicto abiit, redi-
re ad me triduò pòst (die Solis) pollicitus. 44 *Dominus* autem re-
mansit, cui ego in laudem psalmos hymnósqve decantavi: tum valedi-
xit & Ille, ego verò ad me redii.

[Candide Lector: interserendum hic aliqvid venit ex historia, ut Revelationis XVII. patescat sensus. Exhibita Virgini fuit Visio haec in Bohemia Anno 1628 Januar. 20. scribi verò mandata demum 24. Julii, in Polonia. Arripuerat illa calamum alacriter, perrexitqve magnum illud praelium describere ad medium usqve (v. 17.) sed ibi somnus eam subitò oppressit, ut calamus manu excideret. Et mox rursum expergefacta, Librum occlusit, servandumqve dedit: prohibitam se scribere, nec intelligere causam, dicitans. Exinde nihil scripsit, nec Visionem ullam habuit usqve ad 10 Octobris, totas 11 hebdomadas: ubi manè à somno expergefacta, & mox in ecstasin abrepta, de continuando mandatum accepit. Poposcit ergò Librum suum (ab illo qvi asservabat) & interpositâ illâ transitione, quae v. 18. habetur, reliqvum adscripsit, praelium ad finem usqve continuans. Qvid subesset mysterii, nemo nostrûm assequi ullâ conjecturâ potuit, neqve ipsa Videns: nunc demum intelligere videmur, postqvam eventus autumnum docuit: Septentrionalium nempe attritas praeliis vires, & dilatum de coelo auxilium

ium totos 12 annos, præsignificata fuisse. Nam si Svecorum debilitationem, & retrocessiones, à Gustavi Regis eorum morte numerare incipimus, accidit illa 1632 Nov. 16. a qvo tempore ambiguô marte pugnabant (deserentibus eos Imperii Principibus) usqve d Annum 1642: ubi Torstensonius, susceptis post Banieri mortem copiarum, admodum attritarum, habenis, interceptione Glogoviæ & Olomutii, fusôqve Cæsareano ad Swidniciam exercitu, victorias reparare cœpit: sed lentô adhuc gradu, ut in æqvilibrio viderentur omnia, ad annum usqve 1644, ubi Cæsareani ad Lipsiam ingenti prælio victi, ipsaqve Lipsia, rerum per Germaniam feliciter gerendarum centrum, n Svecorum manus venit. Seqvuta est (anno 1645 in Martio) ingens in Bohemia, d Jankoviam, victoria, ubi totus Cæsareanus peditatus amissus, Generales octo capti &c, ut ab illo tempore Cæsariani nihil jam possent, usqve dum tractatibus Osnabrugensibus ignominiosam sibi pacem redimere essent coacti. Ita revera 12 anni fuêre (ab anno 1632 ad 1644) dilati auxilii: à 1644 verò ad 1648 auxiliô DEI feliciter pugnârunt, usqve dum ingentibus cum spoliis domum redierunt, tametsi Ferd. & Papam oliis non dejecerint, neqve Fridericum restituerint. Id enim novum actum, eorundémqve Septentrionalium reditum, & Orientalium accessionem, reqvirebat: ut Visio ide tertia (hîc Rev. XIX) ostendit. Adeò in divinis cogitatis, dictis, factis, nihil sse frustra, & ne jota qvidem unum perire, discimus. Gloria sit illi, qvi mirabilia facit solus. *Observa ad v. 41.*) Qvòd perditionis Bestiæ initium in autumnale tempus nni 1628 ponitur, ideò fortasse fit, qvia eô ipso tempore à Belgis ademtæ sunt Hissmo fortissimæ duæ Urbes, *Vesalia* & *Buscumducis*: Exercitusqve Cæsareanus, qvi duce Montecuculli in Hollandiam irruerat, totus interclusus, partimqve cæsus partim exrmatus fuit. Argentea item opulentissima Classis Hispanica, ex America veniens, ab isdem Hollandis in ipso Havanæ portu occupata. Qvæ cumulatissimæ victoriæ (qvarum imiles nullæ fuerunt antè) revera Domûs Austriácæ (per Babylonem & Apocalypticam estiam adumbratæ) cladium initium erant.]

Revel. XVIII. 21. Januar.

[*Angeli cum Libro (2) prædicunt Adventum Domini, ad exhibendam Videnti Friderici restitutionem, 3. Qværunt de Ferdin. conversione, 6. Præfigurant (in Virgine per angustias ducta, manus pedesqve constricta, tandem penitus dejecta) Ecclesiæ Boh. lamentabilem conditionem post Septentrionalium in patriam reditum, 9. Prædicunt tandem ipsi Videnti pericula. 26.*]

POstridie autem (feriâ fuit sexta) pomeridianâ secundâ visa mihi per ecstasin obvenêre hujusmodi. 2 Accesserunt Angeli tres, priores illi cum Libro, mandantes (post exhibitam salutationem) ut legerem: peractâqve lectione Librum clauserunt. 3 Et dixerunt: *Venimus ad te nunciatum Tibi, tertiô inde die venturum esse Dominum, & exhibiturum tibi id qvod videre desiderant oculi tui: nempe Fridericum residentem in Throno Regio, & Coronam florentem super frontem ejus.* 4 *Tum & confractum baculum impiorum, & redactam in nihilum potentiam eorum, & conculcatam omnem illorum gloriam.* 5 *Hæc tibi Dominus ipse ostendet: Esto igitur parata & vigila, ut qvamprimùm veniat & pulset, aperias ei.* 6 Iterum dixêre An-

geli: *Qvæso dic nobis, qvid sentias de Ferdinando, convertetúrne ille sic,*
pœnitentiam agat? 7 Respondi ego: Nescio Domini mei, nihil eni
hujusmodi hactenus indicâstis mihi. Sed ille qvi solus est Rex in pot
state habet cor Regis, ad illud emolliendum, & ad se convertendun
Qvod si eum ad judicii diem seposuit, qvis est qvi id avertat? 8 A
hoc illi: *Ita est, benè qvòd hæc nosti: nam Dominus noster magnus Dominus e*
cujus verba & decreta in æternum non mutantur. 9 Iterumqve dixerun
Veni seqvere nos. Ivi ergò, deducta ab ipsis in qvendam supra modu
angustum angiportum, ut vix tandem transire potuerim. 10 Sed
exivi, unus illorum cinxit me cingulô loreô adeò strictè, ut spirare v
possem. 11 Colligavit deinde manus, tandem & pedes, ut constric
progredi non possem, sed cecidi, velut exanimis jacens. 12 Ang
verò digressi erant à me, & ego sic deserta, & qvid occiperem ign
ra, clamavi ad Dominum, cum ejulatu; *Fer opem Domine, fer ope*
Respice afflictionem meam! ne differ! attolle me iterum! Atqvi te glorifica
parata sum! O auxiliare Domine! proculcata sum! movere me ampliùs n
possum! Ah respice contritionem meam! Evigila gloria mea! erige me! 13 V
lens autem per meipsam surgere, relapsa sum denuò: sed brevi p
fulgor qvidam decidit super me, & illicò surrexi, vinculis & loris
bera: Angeli etiam comparuerunt iterum mihi. 14 Qvos interrog
vi: Qvô fine id factum, ut per tantas angustias me premere nece
habuerim? & cur ab illis tam graviter constricta fuerim? desertáqve
illis velut mortua jacuerim? An periculum aliqvod instet mihi, roga
me, ne celent. 15 Illi: *Dicemus tibi, & exponemus hoc. Per angust*
illam & arctam viam tuam, vinctionémqve & tristem cubitum tuum, præsigna
tibi status in qvem adhuc deveniet Iesu Christi Ecclesia; 16 *gravi sub jugo*
perbi Pharaonis ita pressa, debilitata, constricta, ab omnibus derelicta;
in angulo velut mortua jacens, nullúmqve Opitulatorem & defensorem vide
17 *Qvin & dolenter intueri necesse habens, qvomodo ii, qvi sibi patrocinari*
sese defensare debebant, propter depressionem suam, recedant, existiman
qve ignominiam hanc & contritionem suam æternùm duraturam, miserabil
sese, eheu, deserant: & qvod lamentabilius, nec illam nosse ampliùs volen
conculcare magis, devorare, dispergere juvant. 18 *Ipsa verò qvid a*
nescia, continuò tantùm lacrymatur propter suî dispérditionem, & qvotidie ge
ac ejulat propter oppressionem. 19 *Sed Dominus clamorem ipsius exaudiet,*
julatúsqve ejus ascendet in aures illius: qvia ille colligit lacrymas ejus in utres s
omnésqve fugas ejus numerat. 20 *Nam sic ait Creator ejus, cujus nomen*
Iehova, Redemptor ejus, Sanctus Israël; Ad momentum parvum dereliqu

stionibus magnis congregabo te: in modica indignatione abscondi faciem
rumper à te, sed in misericordia sempiterna miserebor tui. 21 *Iuravit*
ova exercituum dicens: Profectò qvomodo proposui ita erit; ut conte-
es hostes meos, & consolationem capiam de adversariis meis, ultionem
de inimicis: 22 *dummodò excoxero ad purum scoriam tuam, & amo-*
omnes impuritates tuas: qvod ubi factum fuerit, vocaberis tu Civitas
& Sion mea fidelis. 23 *Educam te in lucem, & faciam ut luceat tibi*
us blandus ut Sol: atqve tum emicabit illi è tenebris lumen, & circum-
am splendor gratiæ Capitis sui Christi: porriget enim illi dexteram suam,
et eam. 24 *Et decident ab illa omnes catenæ & lora, à qvibus respi-*
poterat: illâ deductâ in apertum, & in Vineam amœnam, ubi Myrrha
rovenient. 25 *Atqve tum illa è manibus Oppressoris, & à violentia*
erata, cantabit ex intimis visceribus cordis sui: O desideratum tempus
i nuntii &c. (è Psal. scil. 127.) 26 *Ita habes interpretationem u-*
era de te posset intelligi: sed qvia de hoc tibi indicando mandatum Do-
habemus, intermittimus. 27 Ego verò metu mox correpta, ro-
n destiti, ut aliqvid saltem innuerent, ad præveniendum qvô-
dô pericula, & rogandum Dominum ut illa averteret à me.
um ergò meam aliqvoties iterassem petitionem, dixerunt mihi:
m id tam instanter flagitas, & promittis pericula prævenire precibus,
ibi indicabimus: esse præ foribus, ut in locum periculosum venias, ubi vi-
discrimen incurrere possis. 29 *Ideò Dominum ora, ut te custodiat: ne-*
niqvam dicito, donec tibi plenius ipse Dominus detexerit, & mandave-
Ita valedixerunt mihi & abierunt: sicut & ego pariter ad me
, tristis admodum.

Annotatio ad Rev. XVIII.

latione hâc, (v. 9. 15. &c,) repræsentatus videtur status Ecclesiæ Bohemicæ, qvalis erat post Osnaburgensem Pacem. Nempe qvòd à toto Imperio & Svecis, in Pacem procurantibus, deserta, & in faucibus Antichristi relicta, extremas nes pati debuit, qvemadmodum & factum est. DEUS tamen se eam non m, tandémqve opitulaturum, promittit, v. 13. 19. &c.]

REVEL. XIX. 23. *Januar.*

[*Sacrosanctæ Trinitatis mirabilis adumbratio*, 2. *descriptio Antichristi cum Defensore*
suo, 11. *Evocatio Aqvilonis & Orientis ad eos sedibus deturbandum*, 29. *Mandati*
hujus velox exseqvutio, 30. *Friderici reductio*, 35, *in Thronum restitutio*, 42. *Co-*
ronatioqve 44: & *Benedictio* 46, 49, 50. *In his tamen perseverans ejus humili-*
tas, 51, *Videntis super his oratio*, 54.]

DIe Dominicâ, III. Epiphaniarum, horâ à meridie tertiâ, abrepta
fui (ad horas tres) & vidi seqventia. 2 Venit ad me Dominus
veste supra modum fulgidâ tectus, ut oculi vix ferre possent. 3 Et mox
etiam adventabat Antiqvus, candidâ item veste. 4 Qvos præcede-
bat persona tertia, staturâ illis similis, ignita tamen tota flammæ instar,
qvam nunqvam tali imagine videram. 5 Et dixit ad me Dominus: *Ec-*
ce advenimus tibi hodie nos, qvos præ oculis tuis habes! ut tibi commonstremus
distinctionem nostram, & tamen unicam essentiam, æqvalitatémqve & poten-
tiam divinitatis nostræ. 6 *Vides hîc personas tres: Hujus nomen est* (senem
commonstrans) ANTIQVUS DIERUM: *Hæc* (seipsum mon-
strans) nominatur VERBUM PATRIS ÆTERNUM: *hæc*
autem (flammeam illam personam ostendens) *dicitur* IGNIS COE-
LESTIS, & SPIRITUS *ab utroqve procedens.* 7 *Vides igitur tres*
personas distinctas: & tamen unicum, verum, indivisum, unius essentiæ, im-
mortalem DEUM. 8 *Nam Filius habitat in Patre, & Pater in Filio, Spi-*
ritus vero S. in Patre & Filio: atqve ita Unus ille DEUS *habitat in seipso, pro-*
uti se in sacrosancto suo Verbo Vobis mortalibus revelavit. 9 *Tibi verò ad facilio-*
rem divini hujus mysterii intellectionem exhibentur hæ tres personæ, ut qvum tres
personas vides, videas unum solùm DEUM, *à qvo, per qvem, & in qvo sunt*
omnia. 10 *Rursumqve qvum vidês personam unam, ut videas omnes tres per-*
sonas: qvia illæ indivisæ sunt, & in se invicem habitant. 11 Prehendens ve-
rò me Dominus alterâ manu, alterâ Senex, spatiabamur; & persona
tertia, ignea, præcedebat nos. 12 Et dixit ad me Senex: *Hodie tibi*
ostendentur judicia Domini, & potentia ejus, qvàm ille superbos dejicere sciat de
soliis, & eum in locum exaltare humiles. Specta igitur diligenter ea, qvæ jam fiunt.
13 Et mox ante me vidi Solium, & sedentem super eo *Ferdinandum.*
14 Ex altera item parte vidi solium elevatum, & super eo sedentem
qvendam cum circumstante magna turba: qvorum alii abscedebant, alii
accedebant, procidentes ad pedes ejus, & afferentes illi aurum, & ar-
gentum, prostratiqve ad genua illius flebant, & osculabantur pedes e-
jus: ille verò dabat illis chartas qvasdam, & folia, jubens abire.

15 Qvi-

15 Qvibus ego conspectis, rogabam Dominum, ut qvis iste esset, qvem
homines tanti faciant, ut ad ejus pedes procidant, mihi indicaret.
16 Respondit Dominus: *Hæc est illa Babylonica Meretrix, sævâqve Bestia,*
qvæ sibi prioritatem spiritualem & secularem arrogat, & reginimi suo omnia sub-
esse vult. 17 *Hic est Vir ille, qvi inqvietabat Terram, & commovebat Re-*
gna, & in desolationem dabat Orbem Terræ, & sibi obseqvi cogebat Nationes.
18 *Hic ille est Basiliscus ex progenie viperina! hic Draco ille ignitus, volitans*
per omnem Terram, cui parere necesse habuerunt Reges: & qvi scintillas spar-
gens suas, concitabat Gentes adversus invicem. 19 *Hic est qvi se Pastorem ap-*
pellans Lupus fuit rapax, fera & portentum immanissimum. 20 *Vocabat se*
DEI in Ecclesia Vicarium, & Ecclesiæ caput: cùm esset vicarius Satanæ, ad-
versarius meus capitalis. 21 *Hic ille est, qvi dicebat in corde suo, Ascendam*
in cælum, super astra DEI exaltabo solium meum: ascendam super altitudi-
nem nubium, similis ero Altissimo. 22 *Ista ejus verba audivit Dominus, & co-*
gitationes ejus noverat: ideò diutiùs ferre neqvibat Altissimus, sed commovit se in
furore suo, ut retribueret superbo huic violatori nominis sui, & non permitte-
ret illi ultra seducere populos Nationum. 23 *Satis namqve diu seducebat Gen-*
tes mendaciis suis: accipiens ab illis aurum & argentum, & nihil pro eo dans nisi
chartas vacuas, qvibus ne literula qvidem una meriti Christi inscriptum fuit, &
sic mendaciis implens corda eorum, qvibus illi credebant. 24 *O infelix homo,*
si scias qvid te futurum sit hodie, lamentareris diem nativitatis tuæ! 25 *O in-*
felix Moab, & tibi jam abscindetur cornu tuum, & frangetur brachium tuum,
dicit Iehova: propinqva est calamitas Tua ut veniat, & interitus tuus festinat
valde: jam veniet, jam venit, jam adest. 26 *Condolete ei omnes circumstan-*
tes eum, & qvi novistis nomen ejus, dicite: Qvomodo confractus est baculus ro-
bustissimus, virga ornatissima? 27 *Ejula porta, clama civitas: nam ab Aqvi-*
lone ignis veniet, & jam venit superne: nec erit qvi avertere, aut exstingvere
possit, dicit Iehova. 28 *Descendite de gloria, sedete in cinere & sacco, ô Vos*
qvi æternùm possidere Gentes multas confidebatis! jam enim concutiam Cælos, &
commovebo Terram. 29 *Adesto AQVILO! Veni ORIENS, ad man-*
datum meum! Deturbate superbos istos de soliis suis, & confringite solia qvoqve
ipsa cum eis: qvia polluta sunt injustitiâ, & crudelitate, & peccatis omnigenis.
30 Ad me verò dixit Dominus: *Aspice diligenter!* Et vidi celerrimè ve-
nientes duos prægrandes Viros, alterum ab Aqvilone, alterum ab Or-
tu: qvi eos aggressi, dejecerunt tantô impetu, ut Terra contremisce-
ret; simulqve solia, qvibus insidebant, confregerunt in minuta frusta.
31 Illi verò volutantes se in pulvere, mugiebant ut boves, clamantes:
Iustus es Domine, qvia nobis retribuisti secundùm opera nostra! 32 Ego au-

tem vocem audivi, tanqvam Populi magni: *Qvomodo cessavit exactor,*
qvievit tributum! Contrivit Dominus baculum impiorum, sceptrum dominantium!
Iam gaudet Terra, jam qviescit, jam tranqvilla est, jam exsultat lætitiâ. 33 Ad
me verò dixit Dominus, & Antiqvus, qvasi uno ore: *Ecce jam reqvie-*
scam ab ira mea! qvia satis jam factum est verbo meo, & consilio meo. 34 *Si-*
le igitur à facie Domini Iehovæ omnis caro! qvia fecit qvod beneplacuit illi, &
qvod judicium ejus decrevit ut fieret. 35 Deinde dixit mihi Dominus
Contemplare diligenter! jam enim videbis qvod videre pridem desiderarunt ocu[li]
tui. 36 Et mox vidi hos duos Viros, qvi istos dejecerant, redeun-
tes, & in medio sui Fridericum adducentes! 37 Cumqve venissent
ad nos usqve, reviruit Fridericus Arboris instar: qvod ego videns præ
lætitia dixi, *Tu es Oliva virens in conspectu DEI!* 38 Iterum Dominus,
Vide! & vidi thronum spectabilem, sublimem, candidum. Ad illos
verò duos dixit Dominus: *Deducite eum, & collocate super Thronum hunc*
in nomine meo! 39 Fridericus autem ibat gressu lentô, qvasi diffide-
ret, aut hæc ad ipsum non pertinerent, aut sibi novi aliqvid accideret.
40 Dominus itaqve ad illum: *Exi è tenebris & pulvere serve mi! Vidi enim*
qvomodo te humiliaveris coram me, & qvomodo flexeris in abdito genua tua in
conspectu meo, lacrymas etiam cordis tui intuitus ego sum. 41 *Conside itaqve*
rursum super Thronum, tibi à multo tempore destinatum, neqve metuas: perie-
runt enim jam qvi te perditum qværebant. 42 *Reside jam in throno, qvi fun-*
datus est in nomine meo: & rursum Capiti tuo imponetur Corona, qva decideras,
& ob qvam in luctu fuisti, & tamen patienter judicia mea tulisti. 43 *Iam pro-*
feram justitiam tuam, & innocentiam tuam velut auroram: ut omnes Gentes au-
diant, qvaliter tecum egerit Altissimus. 44 Insedit igitur Fridericus Thro-
no: Dominusqve ad me, *Vide!* Et vidi Coronam speciosam, demitten-
tem se de nubibus qvasi torqve aureâ, aut funiculô ignitô, super Fride-
rici caput. 45 Qvod videntes qvi adstabant, duo illi Viri, prehen-
derunt Coronam, dexterâ qvisqve manu, & imposuerunt eam capiti
Friderici: dederuntqve Sceptrum in manum ejus, & Gladium. 46 Et
dixit rursum Dominus, & Antiqvus ille; *Sic ait Iehova, qvi & instituit &*
dejicit Reges super Terram, qvòd servo meo in æternum servabo misericordiam
meam, & fœdus meum fidum erit ei. 47 *Oculi mei semper erunt super illum, &*
manus mea auxiliabitur ei, brachiumqve meum confortabit eum. 48 *Miseri-*
cordia & benedictio mea erit cum illo: illi semper patebit auris mea, & petitio illius
inveniet locum. 49 Interea, dum sic Fridericus sederet sub Corona,
exiit à persona illa tertia, qvæ Domino & Antiqvo dictum adstabat, i-
gnea flamma, circumtectusqve fuit Fridericus flammâ illa veluti nube.
50 Dixit-

› Dixitqve Dominus: *Factum est! Lætabor jam in Operibus meis, honor &*
gloria mihi manebunt in æternum. 51 Fridericus autem surgens è Throno
o, procidit in faciem ante personas illas tres, dicens: O *Iehova* DEVS
agne & juste, à Te est hæc victoria, à Te hæc sapientia, & Tua hæc gloria est!
o autem sum servus Tuus. 52 *Benedictus igitur Dominus Deus Israel, qvi facit*
irabilia solus! & benedictum nomen gloriæ ejus in æternum! repleaturqve
ajestate gloriæ ejus tota Terra! 53 Addidit Dominus, ad me conver-
us: *Dic Aqviloni & Orienti, qvicqvid hîc egerint, serviturum gloriosa illo-*
um memoriæ: retributionem autem illis datum iri à Domino, cujus voluntate o-
nia hæc acta sunt. 54 Qvæ postqvam illis dixeram, jussit me Domi-
us cantare nonnulla è Psalmo 89, & cecini, sicut & alios Psalmos plu-
es, ut 20, 21, 72. &c. Deinde dixit: *Memento accuratè eorum qvæ tibi*
chibita sunt hodie! at scribere ista noli, donec mandavero: sed habe illa in-
rim solatio tuo, deinde verò aliorum fidelium solatio trade. 56 Tum
aledixerunt mihi omnes tres, & abiverunt: ego autem ad me re-
ersa.

REVEL. XX. 25. *Jan.* 1628.

[*Videns Epistolam ad Waldsteinium Principem scribere (non in ecstasi, sed reapse) jubetur, deferreque ipsamet in Aulam ejus*, 3 &c. *quod illa fiduciâ divinæ præsentiæ fecit*, 14. *Dominus ibidem illi apparet*, 18. *Bohemiâqve excedere, & in Poloniam sese transferre, mandat*, 21. *Qvod itidem factum.* 26. 27.]

DIE Conversionis Pauli obtigit iterum mihi visio talis. 2 Venit
ad me Dominus, porrectâqve mihi dexträ dixit: *Robur præsen-*
a mea tecum sit. 3 *Volo autem ut exares epistolam, verbis qvæ audies ex me s*
riptamqve complices & obsignes sigillis tribus, atqve deferas ipsamet in Civita-
m Gitschin, & tradas rabioso illi cani Waldsteinio. 4 *Qvod si illum domi non*
peries, Vxori ejus reddes, illi ipsi: ego autem efficiam, ut ad ipsius sangvino-
nti canis manus veniat omninò. 5 *Nam ita vivo ego Iehova, ut anima mea*
on delectatur morte impii, neqve interitum qværit impœnitentis, sed ut converta-
r à via sua mala, & vivat. 6 *Iam itaqve ipse monebo impium illum, & ob o-*
los illi statuam magnitudinem peccatorum & tyrannidis suæ: si forte expavescere
t resipiscere velit, agnoscens me Iehovam videre opera sua, & novisse arcana
nium ejus, & redditurum (sicut unicuiqve) secundùm merita sua. 7 *Si emen-*
averit, & de commissis pœnitentiam coram me ostenderit, emundaveritqve se ab
nnocente sangvine, qvem tantùm profudit; adhuc illi misericordiæ fores aperiam
& auferam ab illo culpam, qvanqvam magna est. 8 *Qvod si obduraverit cor*
suum,

suam, & meam admonitionem jocô & risu exceperit, neqve pœnitentiam egerit
ego qvoqve obdurabo contra illum cor meum, tanqvam ferrum & chalybem; &
exacuam Gladium meum, intendámqve Arcum meum, & collimabo ad cor ejus
parabo qvoqve mihi sagittas lethales, qvas jaculabor in cor ejus, donec interfi
ciam ipsum. 9 *Scias autem, nisi ad tempus certum, qvod illi in terminum po*
sui, sese converterit, jam esse destinatum, ut juvencam, ad mactationem ætər
nam: non miserebitur ejus ampliùs oculus meus, neqve illi gratiam faciei
10 Tu verò fac ut mando: proficiscere die Veneris Gitschinium, cum
personis qvas elegi, ut tibi testes sint: nihil autem metuas tyrannum i
stum, nec alios qvi nocere tibi possent. 11 Nam tecum ero, Ange
losqve meos tecum, præsidio tibi futuros, mittam: non tantùm qvos
videre soles, & jam nosti, sed & alios magnô numerô, qvos nondum
vidisti; illis te ut igneô murô circumdabo, videbísqve eos corporei
etiam oculis. 12 Istuc autem delata, ne solicita sis qvid loqvaris: ego
enim tecum, & in te, ero: neqve tibi qvidqvam facere poterit homo
qvia ego tecum ero. 13 Epistolam verò trades die Sabbathi demum
mane: subsistésqve ibi paululùm, dum tibi comparuero, ad percellen
dum corda eorum, qvi te videbunt. 14 Feci ergò sicut mihi manda
verat Dominus, scripsi epistolam, obsignavi sigillis tribus, proficisce
bárqve cum personis mihi à Domino assignatis [duæ Baronissæ erant &
Medicus.] 15 Toto autem itinere tres illos Angelos, ad me mitti so
litos, vidi Currui insistentes; aliorum autem, utrinqve Currum cin
gentium, ingens erat agmen. 16 Dominus verò ipse, sicut & Senex
exhibuerunt se mihi (per ecstasin) ad fiduciam divinæ protectionis m
exhortantes. 17 Eô ut ventum est, ego secundùm mandatum episto
lam Principissæ in ejus Conclave admissâ (Princeps enim abfuit) tradi
di, illa verò accepit. 18 Et paulò pòst (in conspectu ejus & totiu
Gynæcei) in ecstasin veni; ubi apparens mihi Dominus dixit, *Qvà*
tuta & salva huc venisti, tam tuta & salva inde exibis. 19 *Sed ne diu hîc m*
rare: nam impia Domus hæc præsentiâ meâ indigna est: ideò & tu hinc ex
20 Et mox datâ mihi dextrâ, abiit: ego autem, ad me redii, & fu
gens, meos ut abiremus hortata sum. 21 Qvàm primùm autem Curru
conscendi & Urbe egressa fui, apparuerunt mihi Angeli, & postea Do
minus qvoqve ipse, dicens: 22 *Rectè factum qvod mandata mea peregisti*
nam si non paruisses, castigationem meam non effugisses. Qvare nunc etiam
parebis, & qvod mandabo facies. 23 Ego: Parata sum Domine Tua se
qvi in omnibus jussa. Ille autem: *Nolo te hîc manere, transfer te in Pol*
niam, civitatemqve Lesnam. 24 Et cùm interrogarem, Cum qvo; &

qvo

qvomodo, transferre me istuc possem? Dominus nominavit mihi per-
sonam [Baronem B. G. de S.] qvæ me transferre debuit, mandaturum
se ipsi: Ibi autem mihi excitaturum amicos & fautores, neqve deposi-
turum mei curam. 25 Et additurum ad totum hoc iter tutò absolven-
dum eundem Angelicum comitatum totum, qvem jam circa me vide-
rem. 26 Qvæ omnia qvum eidem personæ significassem, acqvievit
(voluntati DEI) & se qvadriduô pôst mecum in viam dedit, & me in
locum, qvem ostenderat Dominus, deduxit. 27 Totô autem itine-
re comites nostros invisibiles circa me vidi: atqve sic omnia mihi evene-
runt prout mihi tùm promiserat Dominus: Illi gloria in æternum.

[NB. ℣. 8. Dicitur: *Si admonitionem meam jocô & risu exceperit. &c.*) Factum, ex-
cepit. Dixit enim Cæsar Dominus meus epistolas accipit Romà, Constantinopoli, Ma-
drido &c. ego verò ex ipso Cœlo.

℣. 9. *Mactabitur*) Factum; Anno 1634 mactatus à Cæsare tragicâ morte periit Egræ,
ut notum.

℣. 14. *Cum personis assignatis*) Erant Baronissæ duæ, Esther Sadovia de Wchinitz, &
Engelburg Zarubia de Zelking, cum Medico Michaele Libario. Baro vero qvi eam in
Poloniam deduxit, fuit Georgius Sadowsky de Slaupna.]

Revel. XXI. 9. Februar.

[*Angeli nunciant Videnti morbum & solantur, 1, 2, 3. Qvô ordine Gentes adversus Ba-
bylonem destinatæ, & evocatæ, proditura sint, 9, 10. Miserabilis ruina Baby-
lonis, 11. &c.*]

POstridie mei Lesnam adventûs habui Visionem ejusmodi. 2 Vene-
runt Angeli cum Libro: qvumqve perlegissem qvantum jusserant,
dixerunt ad me: *Nunciat tibi per nos Dominus, ut ne concipias tædium, brevi
te visitabit ipse.* 3 *Significamus item tibi, qvod audivimus ex Domino, morbum
te exspectare.* 4 *Id qvod tamen noli pavescere, neqve proruere ad impatien-
tiam, neqve id ut indignationis divinæ indicium accipias.* 5 *Electos enim DEI
oportet hîc in terra cruci & afflictionibus esse subjectos, ut deinde supra modum sub-
lime gloriæ & voluptatum æternarum pondus accipiant in Cœlis.* 6 *Non e-
nim condignæ sunt passiones hujus temporis ad gloriam futuram, qvæ servatur in
cœlis ad finem usqve perseverantibus.* 7 *Qvippe non vidit oculus, nec audi-
vit auris, nec ascendit in cor cujusqvam hominis, qvanta gaudia præparaverit iis
qvi diligunt eum, fidelésqve perstant illi.* 8 *His solatiis te sustenta, & edulca ti-
bi amarissimum etiam calicem, qvem fortè Domino placuerit infundere tibi: atqvi
nosti fidelem esse, & nihil supra vires immissurum.* 9 Cum verò hæc illi mihi
loqverentur, conspexi ego Virum qvendam, habentem in manu Tu-
bam: qvi Septentrioni se obvertens clanxit admodum sonorè, ut reso-
naret æther. 10 Qvæsivi ergò ex Angelis: Qvis ille esset? & cur ita Tu-

F basso-

ba sonaret? Responderunt mihi: *Est Angelus Domini, missus ad evocandum
Gentes Septentrionales, Orientales, Occidentalésqve, ut veniant contra Babylo-
nem: Iam enim tempus est, qvod prædestinavit Dominus pridem, ut concidat & di-
ruatur Babylon: jam tempus illud veniet, imò jam venit.*
11 *O qvam miseran-
dum in modum desolabitur Babylon! qvam horrendè vastabitur Ægyptus! qvis-
qvis hâc transibit consternabitur, exprimétqve lacrymas præ horrore disperditionis
ejus.*
12 *Ecce appropinqvat annus visitationis tuæ, ó Babylon! sceleratorumqve
habitatorum tuorum tecum.*
13 *Fietq; ut qvi fugiet formidinem incidat in foveam;
& qvi ascenderit è fovea, capiatur laqveô; etiam Gladius occîdens mittetur super
eos, ut superfluant sangvine valles eorum.*
14 *Ah qvàm lamentabiles vociferå-
tiones audientur ab his, qvos vastabit Gladius Iehovæ! clamabunt enim altâ voce, O
Gladius Iehovæ qvoúsq; non qviesces? Redi in vaginam tuam, qviesce, subsiste!*
15 Ille autem respondebit: *Qvomodo qviescam? qvum Dominus præceperit
mihi ut Vos devorem? Qvis ergò est qvi avertat extensam ejus manum?*
16 *Ah
qvàm multi erunt, qvi cadent alius super alium! Robustus enim cum robusto cadet;
& omnium manus erunt remissæ, omniúmqve genua luxata, liqvescent ut aqva.*
17 *Hæc est merces qvæ dabitur inimicis Iehovæ! qvia os Domini loqvutum est.*
18 Hæc sunt qvæ referre tibi à Domino jussi sumus: memineris horum
ut ea consignes, sed qvando fueris jussa. Sic mihi dictô Vale, abierunt,
& ego ad me redii.

REVEL. XXII. 11. Febr.

[*Videns, in tempus interitûs impiorum inqvirens, castigatur à Domino; variis cum
exhortationibus.*]

BIduo pòst venit ipse *Dominus*, & cum illo Angeli ferentes Librum
illum, in qvo legere sum jussa folia decem.
2 His perlectis, com-
plicarunt Librum & abierunt: Dominus autem mansit mecum in Hor-
to, residensqve in gramine, assidere me sibi jussit.
3 Et recitavi illi
omnia qvæ nuper ab Angelis, de horribili impiorum eversione, accepe-
ram: rogans Dominum ut significare mihi dignaretur, exitium hoc im-
piorum qvando esset venturum?
4 Respondit mihi Dominus: *Ne qvæ-
ras, qvando & qvomodo impii peribunt, sed qvære qvando & qvomodo pii serva-
buntur.*
5 *Neqve eô læteris, qvod interitus impiorum prope est: potiùs plora
& lamentare, qvòd ira Omnipotentis ab illis jam averti non potest.*
6 Ego ad-
hæc: Tu nosti cor meum Domine, non ideô me id scire optare, ut ex-
ultem de illorum calamitate; sed ut sciam, num diu adhuc eorum mali-
tia & idololatria, obscurabunt gloriam Tuam.
7 Rogo itaqve saltem
mihi signa aliqva ostende, qvibus agnoscam tempus appropinqvare,
qvô

qvò impleri debet qvod prænuntiasti. 8 Dominus autem dixit: *Compara tempora temporibus, & expende illa qvæ tibi revelata sunt: & intelliges citò ne veniet tempus, qvò incipiet Altissimus visitare seculum, qvod ab ipso factum est.* 9 *Nempe qvando videbis commotiones locorum, & tumultuationem adversus invicem populorum, & impios complere mensuram iniqvitatum suarum: tùm scias illud ipsum esse tempus, de qvo tibi loqvutus est Altissimus.* 10 *Atq; tum videbis iram Dei volventem se sicut nubes, & sicut fluctus maris, ad obruendum impios.* 11 *Noluit enim DEUS hominem damnari; sed illi cùm essent Creatura, polluebant nomen Creatoris sui, & ingratitudinem exercebant erga eum qvi sibi dederat vitam.* 12 *Ideò judicium meum, & retributio illorum, appropinqvant: qvod non revelavi omnibus, sed tibi, & qvibusdam tui similibus.* 13 *Noli itaqve inqvirere in multitudinem pereuntium, qvi se impiè in licentiam effuderunt, & Altissimum abjecerunt, Legémqve ipsius contempserunt, & Vias ejus deseruerunt:* 14 *Insuper & justos ejus conculcarunt, dicentes in corde suo, Non est DEUS, licet scirent moriendum sibi esse.* 15 *Meritò igitur retribuet illis Altissimus, & super capita illorum rejiciet omnes vias & abominationes suas: ille enim nemini facit injuriam, nec est acceptio personarum apud illum.* 16 *Tu ergò auditis comminationibus meis tremendis, lauda toto cum Israel nomen Domini Iehova! & exulta coram ipso, qvod sibi elegit Israelem, & non aggregavit damnandorum numero Iacobum, sed memor est Ierusalem, ut vexillum erigat in medio ejus.* 17 *Iam à te ibo: sed brevi rursum me tibi ostendam.* 18 Cumqve valedixisset mihi abiit, & ego sensibus meis reddita sum.

Revel. XXIII. 15. Febr.

[Morbo afflicta Videns mitigationem petit, obtinetqve: cum intermixtis variis solatiis.]

TRiduò post (14. Febr.) ægrescere cœpi graviter, sicuti ab Angelis prædictum fuit: postridie autem, morbo invalescente [Nam intra 24 horas paroxysmos epilepticos plusqvam 50 fuit perpessa] Visio mihi contigit una. 2 Venit ad me *Senex*, cui ego prostratam meam valetudinem qvesta, restitui me petii; unicum saltem ut diceret verbum. 3 Ille autem respondit: *Christus est Medicus tuus, qvi te corporis & animæ respectu in integrum restituet.* 4 *Cur ita qvereris, & impatiens es? An nescis electis omnia cooperari in bonum? etiam qvæ acerba videntur, aut toleratu impossibilia.* 5 *Annon ipsa hoc elegisti, qvàm potiùs in manus DEI, qvàm in Tyrannorum manus, incidere peteres?* 6 *Qvid autem si pœnæ, qvas impii sustinebunt, idqve sine fine, gustanda tibi forent?* 7 *Hæc autem castigatio non est castigatio tua, sed gratia, & opus Omnipotentiæ meæ.* 7 *Fer igitur patienter, pa-*

rata etiam majora sustinere, pro voluntate mea. 8 *Nam pro his præsentibus mille Electorum tribulatione, meâ causâ, apertus est Vobis Paradisus, plantata Arbor Vitæ, præparatum futurum tempus, comparata abundantia, ædificata civitas, probata requies, perfecta bonitas, perfectáqve sapientia; radix mali obsignata, infirmitas à Vobis abscondita, corruptio fugit in infernum, transierunt & dolores, Vobis autem ostensus thesaurus immortalitatis.* 9 *Qvis ergò mortalium pro talibus adipiscendis vel maximam hic crucem subire recuset? ideò tu qvoqve pro valetudine æterna sustine invalitudinem temporariam.* 10 Qvum rogarem, ut mihi saltem dolores mitigaret, aut redderet Lingvæ usum (ligata namqve mihi fuit aliqvot diebus) dixit: *En mitigo!* 11 Deditq; mihi Ungventum qvoddam mirabilis odoris, jubens eô cor, tempora, & manuum pulsus inungi: tum & qviddam pilularum simile, ad deglutiendum. 12 Valéq; mihi dicto abiit: ego verò mihi reddita, surrexi, dolores nullos sentiens.

Revel. XXIV. 29. Oct. ejusdem 1628 Anni.

[*Visionum clausula.*]

DOminicâ post Trinit. XIX apparuit mihi Dominus, vetuitqve reliqvas Visiones (qvarum numero 81 fuerunt) scribi, qvum pleraqve meam personam concernerent. 2 Clausulam tantùm apponi jubens talem: *Summa omnium qvæ vidisti & audivisti hæc est, DEUM time, & præcepta ejus observa, qvia hoc totum tuum bonum est:* 3 *Qvoniam omne opus DEUS adducet in judicium cum omni re occulta, sive bona sive mala.* 4 *Memento igitur novissimorum tuorum, & non peccabis in æternum.*

NB. Ultima hæc Visio fuit per ecstasin. Promissionem tamen acceperat, si qvid opus foret, monitum iri per Angelos, in somno: qvod & factum, aliqvotqve somnia illi exhibita qvæ consignata sunt in pleniore historia. Sicut & admirandum DEI opus in illa (Anno 1629) apoplexiâ percussa, lentoqve marcore ita confecta ut & animam agere, & exstingvi, & verè mortua, crederetur (nec fortè ulla unqvam mors, ex morbo veniens, verior videri potuit) in vitam tamen post horæ qvadrantem redire jussa, simulqve eò momento valetudini plenæ, restituta: in testimonium Omnipotentiæ DEI, Ecclesiam suam, occisam in oculis hominum creditam, revocantis ad vitam. Qvæ omnia alibi consignata sunt. Hoc tamen postremum *qvia suâ manu illa descripsit, apponetur hic verbotenus.*

ANnô 1627 Dec. 30, qvum gravi affecta morbo mortem optabam, dictum mihi fuit à Domino, nondum esse tempus, sed *ut manerem in hac mortalitate, donec veniret terminus qvem posuit ipse.* 2 Cùm autem mihi qvoqve terminum illum indicari, ad me tantô vigilantiùs morti præ-

parandum poterem, respondit: *Annus adhuc erit. Vita tua qvò te ad operis
adhibebo.* 3 Addebat: *An verò supervivere non optas, qvando Iehova
set robur, & gloriosam majestatem suam? & qvando disperdet hostes suos! &
pabuntur ab illo potentes? & sic evenient prænuntiata tibi.* 4 Ego adhæc:
*nine Tu nosti, plus mihi dulcescere æternas delicias Tuas præ omnibus illis, qvæ
slas mihi.* 5 Ille verò increpabat impatientiam meam, dehortans me
edio, & sic à me abiit. 6 Totô autem seqventi annô, 1628, nul-
Vitæ aut mortis meæ fecit mentionem nisi ultimâ Visione, unum
rò etiam subeundum esse mihi morbum. 7 Deinde 1629 Januar. 9,
icatum mihi fuit ab Angelo, per somnium me à Domino visitatum i-
orbô, nominatim *Apoplexiâ*: qvæ & eâdem die venit, vesperi. 8 Ego
ur, qvia annus jam transierat, Visiones jam cessârant, morbusqve in-
escebat, credebam illud ipsum jam appropinqvare tempus, de qvô
rat Dominus, méqve hôc morbô jam non exiturum. 9 Prepara-
r igitur me animô & conscientiâ, desideriumqve meum fuit dissolvi,
sse cum Christo: qvam spem signa etiam qvædam antecedentia robo-
ant. 10 Ut erant pulsus qvidam sub lectulo meo (& sub propinqva
sa) qvatuor vesperis (præsentibus & audientibus multis me visitan-
s) ita iterati, ut singulis diebus uno ictu minor esset numerus,
Tandem (26 Jan.) unum tantum sonuit, & postea qvinqve: qvô au-
credebam, ut & cæteri, unicam superesse Vitæ meæ diem, crastinô
ere finem fore horâ qvintâ. 12 Ideò totam illam noctem vigilan-
orando, Vitam æternam, & beatum hunc discessum meditando, trans-
tere decrevi: sed auditâ noctu voce qvâdam, qvasi humanâ, ter,
i, *Veni, Veni,* inusitatô perfusa gaudiô indormivi paululùm. 13 Lu-
ente verò Sabbathi die, qvum vehementiores me opprimerent do-
es, non potui non Vocem illam divinam fuisse vocationem interpre-
. 14 Valedicebam ergò dilectis amicis, totâ die me visitantibus: e-
qve mihi semper ægriùs, donec appetente vesperâ, visus, auditus,
moria, sermo, tandem & spiritus, me deficeret. 15 Sensiqve me Spi-
exiise, & inferri Cœlo, ubi magnô circumdatam fulgore vidi turbam
entem candidè vestitam: & Dominus prodiens excepit me amplexu
ens: 16 *Qvicqvid voluit fecit Dominus, in Cœlo & in Terra! nam ex-
ta est majestas potentiæ ejus, & voluntati ejus non est consilium, nec illud recipit.
Nam qvis cognovit mentem Domini? & qvis ei Consiliarius fuit!* 18 *Redi
in locum unde egressa es, & halitus Altissimi vivificet te!* 19 *Surge, am-
, vade à morbo tuo, & specta bonitatem Iehovæ in terrâ viventium, exultans
tione ejus!* 20 *Nam non mortui laudabunt Iehovam, nec Opera ejus mira-*

buntun descendentes in locum silentii; sed vivi, vivi, benedicent illi, ab hoc tempore usqve in seculum. 21 *Iehova DEUS habitat in excelsis, & exaltavit dexteram suam super omnes Gentes! & facit mirabilia, qvalia illi tempore qvôqve placet: Ille est DEUS viventium, qvi etiam è morte educit, & qvi dat vitam usqve in sempiternum.* 22 Ego his contristata, rogabam, ut qvanti essent futuri dies vitæ meæ indicaret mihi: ille autem dixit: 23 *Tempora tua sunt in manu Domini, Annos tuos ille demensus est, Terminúmqve tuum abscondidit à te...* 24 *Vive igitur! & fruere bonitate DEI super Terram inter sanctos ejus r annos autem tuos sanctifica DEO Creatori tuo, & vive justè...* 25 *Merces autem tua, & portio tua, non marcescet, neqve peribit: sed invenies eam, & gaudebis de ea, & in ea, in æternum.* 26 *Illud etiam qvod Tecum agit Altissimus accepta gratè, & ne adversare DEO Creatori tuo impatientiâ tuâ!* 27 *Abi jam & revertere! nam Iehova est qvi benefacit tibi, & curam habet tui! adeò ipsi sacrificium laudis immola, & Altissimo tua vota redde.* 28 *Gratias qvoqve illi age, qvod salutis opus in te agit, & aget, usqve dum peraget feliciter, in laudem gratiæ suæ, tibi autem in honorem.* 29 *Ad opera mea non te ampliùs utar, neqve ad te ventabo: qvia jam satis factum est voluntati meæ.* 30 *Iam itaqve glorifica DEUM corpore & spiritu tuo, qva ille tibi dedit.* 31 *Acqviesce jam (candida) conscientiâ! honoremqve da DEO, qvi hæc omnia facit ad laudem gloriæ gratiæ suæ!* 32 *Pax mea tecum sit!* 33 Hæc postqvam dixisset, ego procidens adoravi Eum: simulqve in vitam redii, tristis qvidem, pleno tamen vigori ac valetudini eô momentô restituta. 34 Magno huic DEO sit honor, laus, & imperium, in secula seculorum.

AMEN.

Hucusqve Virginis manu scripta: addendum aliqvid est historicè.

I. *De Originali exemplari.* II. *De vario Revelationemistarum Examine.* III. *De Somniis ejus aliqvot.* IV. *De reliqva ejus vita & morte.*

I. EXemplar ab illa scriptum fuit unicum: qvod tantô diligentius custodiur (exhibendum tempore suô Ecclesiæ) qvia scribi aliud ab illa non potuit. Qvum enim Johannes Stadius, V. D. M. (etiam Virginis tutelæ à Patre sibi demandatam habens partem) ut pro se qvoqve manu suâ describeret Exemplar requireret, tentabat illa aliqvoties, nec tamen poterat, mendis & lituris plena erant omnia: unde animadversum; non adesse jam Dictatorem qvi prius; destititqve jussa

lsa est. Adeò hîc apparuit, qvid intersit Libros propriô ingeniô, & qvid alio
tus dictante, scribi. Primum enim illud exemplar ex tempore scribebat, tàm
ntinuô calami ductu, ut nunqvam (periodum inchoatura vel clausura) respice-
t, neqve scriptum qvidqvam relegeret: sed ut Revelatio qvæqve calamo efflu-
erat, ita mox Librum claudens Tutori suo, aut qvi adstabant, tradebat. Ubi
men nec liturarum qvidqvam est, nec qvod emendet humanum ingenium, aut
s Grammatica vel Rhetorica (præterqvam commatum distinctionem) invenit.
inc *D. Iohannes Cyrillus*, Consistorii Pragensis sub utraqve Senior, sæpè illam
evelationes suas ita scribentem videns, demùm se qvid Libri θεόπνευστοι (divini-
s inspirati) sint intelligere, dicere solitus fuit.

II. *Examen Revelationum fuit variè à variis, amicè & hostiliter, susceptum.*
rimus & acerrimus adversarius fuit ipse Virginis Pater, nihil non agens ut hos fi-
æ suæ raptus, aut inhibere aut supprimere posset: sed frustrà fuit, dareqve vi-
as manus coactus est, ut in præfatione monuimus. Nec intermiserunt Eccle-
æ Pastores, qvos hôc nomine advocatos habuit Baronissa: & Lesnæ admitteban-
r qvantôcunqve vellent numerô, verba, gestus, actiones, scripta ejus, infinitis
odis probare tentantes: nihil tamen ullius humanæ vel diabolicæ fraudis depre-
endi potuit. *Tertiò*, convocaverat Illustrissimus D. Palatinus Belsensis Colle-
ium Medicorum (inter qvos erant, D. Borbonius, trium Cæsarum Medicus,
m exul: & D. Vechnerus, Regis Poloniæ Archiater; & D. Bonacinna Italus,
æ Illustritatis Medicus) ut de re tota cognoscerent. Illi præcipitatô judiciô
ronunciarunt, ab occulti cujusdam morbi vi corruptas provenire imaginatio-
es: petieruntqve Virginem suæ tradi custodiæ: Permissum est: illa verò in Ar-
em translata in conspectu eorum talia egit, & passa est, ut nemo tandem admo-
ere manum, & propinare medicinam, tentaret. Factum in Aprili, Anno 1628,
Qvartò, qvâ die morti se parabat (seqventi anno, 27 Januarii,) invisens eam Bo-
emicæ Ecclesiæ Senior, cum Consenioribus duobus, aliisqve Pastoribus qva-
ior, *Qvâ conscientiâ corpore egredi, & ad tribunal vivorum & mortuorum Iudicis
stere se confidat*, inqvisivit; Præsertim *qvod Opus illud extraordinarium utcunqve
rum asseverare persistat divinum esse, sine ulla fictione, aut alia qvacunqve fraude?*
espondit, *Qvàm verè Deus Deus est, tàm verè Revelationes hæ proprium ipsius
us sunt: qvod reipsa, dabit Deus, videbunt oculi Vestri.* Interrogata: *Annon oc-
ultaverit aliqvid? annon de suo addiderit?* Respondit, *Nihil. Qvicqvid audivi &
ribi mandatum est, ad ultimum usqve apicem scripsi.* Coepitqve multis cum la-
ymis orare pro Ecclesia; & mox doloribus urgeri majoribus, donec & in ocu-
nostris exstincta, rursumqve in vitam revocata fuit: ut antè relatum. *Qvintò*,
ùm alterô post mense (7 Martii) diem suum obiisset R. D. *Martinus Gratianus*,
cclesiarum Majoris Poloniæ Superattendens, & ad illius, tanqvam Collegæ,
seqvias è Borussia comparuisset *D. Iohannes Turnovius*, SS. Theologiæ D. Pa-
orumqve utriusqve gentis ad qvinqvaginta: factum est ut postridie funeratio-
s in Templo congregatis omnibus preces cum jejunio indictæ fuerint, inqvisi-
oqve in totam hanc rem acris habita, totô biduô: donec & conclusum, seqven-
qve Dominicô die, in Ecclesia utraqve (Bohemica & Polonica) promulgatum
ut: *Opus hoc institutum cum Christina Poniatovia* (erat enim notorium omnibus)
le deprehendi, ut difficile sit in hanc vel illam partem pronuntiare. Indici proinde

omnibus

omnibus silentium, ut ne alii hanc oppugnando, alii propugnando, in dissensiones prolabantur, donec Deus & dies quale hoc sit plenè detexerit: Omnes ergò precibus & suspiriis, quemadmodum totam afflictissimam Ecclesiam, ita etiam opus hoc, & personam hanc, Deo commendare ne intermitterent. Tandem tamen cùm Anno 1632 Fridericus mortuus erat, atq; sic omnes de illo prædictiones in ventos abiisse videbantur, reassumtum hoc negotium fuit in Synodo Ostrorogana, omnesque hæ Visiones, ut vanæ, ad silentium & tenebras condemnatæ.

III. *Quantum ad Somnia*: promissionem acceperat (in Visione ultima) si qvid opus foret, monitum iri per somnum. Factum ergò aliqvoties: unum hîc adscribetur. Anno 1628 Dec. 11. Vidit Principem Waldsteinium talari sanguineâ togâ spatiantem in campo, & mox per scalam qvandam ascendentem ad nubes: fractâqve scalâ decidentem, ut terra tremisceret. Ubi jacuit supinus & dispansus, exhalans ore flammam teterrimam, de Coelo autem super illum cadebant cineres permistæ scintillis. Cumqve illi pectus crepuisset, profluebat corde cruor, pix, venenum, & nescio qvid foedum, illô horrendum rugiente. Et mox coelò advolavit hasta, rectà ad cor illius, qvod transverberavit, illuiqve occidit: & disparuerunt cum fumo omnia. Accedens verò Angelus dixit ei: *Hic ille est dies, de qvo tibi loqvutus est Dominus, impio illi positum fuisse in terminum, ante qvem nisi se converteret, periturum sine omni misericordia. Hoc tibi significare mandavit Dominus, interitum ejus jam esse decretum.* Exspectavimus ergò qvid illo futurum esset, donec & Anno 1634, Febr. 25. decretorius ille venit dies, qvô ille in paratam à semetipso (proditione in Cæsarem) foveam incidens, figuræ trucidatus, hastâ perfossus, & blasphema evomens verba impiam simul evomuit animam.

IV. *Brevis Vitæ cursus* Christinæ Poniatoviæ, *desumptus è Concione funebri super ipsam Anno 1644. Dec. 11. (à W. L. B.) habita.*

NAta fuit Anno 1610, 4. Martii, Lesciniæ in Borussia. Cum Parentibus in Bohemiam venit Anno 1615. Matre orbata 1626 Sept. 27. Patre autem 1628, 16. Febr. Namesti in Moravia. Ad extraordinarium illud & mirabile DEI opus adhiberi coepta 1627, 12 Nov. Branne in Bohemia: qvod cessavit ejus in oculis hominum mortuæ in vitam revocatione, Annô 1629 Januarii 27, Lesnæ in Polonia. Ubi trienniô post DEI & Tutorum Voluntate matrimonio fuit juncta *Danieli Vetero*, V. D. Ministrò, Anno 1632 in Octobri: qvô binâ prole masculâ, & trinâ femineâ (Daniele, Georgio, Johanna, Sophia, Dorotheâ,) factô parente, terram reliqvit, & in coelum translata est, Annô 1644, Decembr. 6.

Ita *Lescinæ* nata, *Lesnæ* denata, Vitam in exiliô ortam, totamqve
exiliô transactam, exiliô terminavit, æternæqve patriæ
tandem feliciter reddita est: ad hunc æternitatis
portum, subitaneæ phthiseos naviz-
giolô delata.

L. S.

Non domi tantùm negotium Christinæ Poniatoviæ agitatum fuit variè, ut jam monuimus: sed & reqvisita extraneorum Theologorum (Anhaltinorum, Bremensium, Genevensium &c.) judicia; subministratis qvæ ad formandum plenè judicium reqvirebantur omnibus. Variam videre fuit in judicando prudentiam, varia utilia monita. Exempli gratiâ.

D. Deodatus inter alia hæc: *Mihi antiqvorum, utriusq; Fœderis, Prophetarum Oracula sunt instar Cynosuræ in hoc Persequutionum Oceano fluctuanti Ecclesiæ: Vestra autem Virginis, & aliorum hoc tempore probata vaticinia, instar Phari in proximo portu.*

D. Vedelius autem (post longam inutramqve partem disputationem:) *Usus istorum legitimus erit, meô judiciô, si asservetur tacitè, sine jactatione ad hostes & ad imperitos, & sine improvida evulgatione, ad usum arcanum & reconditum Conscientiarum languentium, & spirituum jam delassatorum, &c.* Alii alia piè monebant.

Conscripsit & unus è medio nostri Tractatum *de antiqvis & novis Prophetis, qvæstionibus* LXIII. qvod scriptum in Conventu illo 50 Pastorum (ad sepulturam Superattendentis, ut paulò ante meminimus, convocatorum) lectum, diligenterqve trutinatum fuit. Qvum verò nunc publicum jam Ecclesiæ Jesu Christi de his reqviratur judicium, è re videtur, si non omnia præcipua tamen, inde huc apponi.

De veris & falſis PROPHETIS, è ſolis Scripturis S. inſtituta disqviſitio.

Una cum applicatione ad moderna: nominatim CHRISTINÆ PONIATOVIÆ.

QUÆSTIO I.

Qvid eſt Propheta?

RESP. Eſt perſona Spiritu DEI afflata, è particulari & immediata revelatione arcana qvædam, humano ingenio ſublimiora, in Eccleſiæ uſum proferens.

[Nunqvam enim libito hominis allata eſt prophetia, ſed à Spiritu S. acti loquuti ſunt ſancti DEI homines (2 Pet. 1. v. 21.) Et apud Oſeam DEUS dicit: (c. 12. v. 10.) Ego ſum qvi loqvor per Prophetas, & ego viſionem multiplico.]

II. *Qvid eſt afflari à DEO?*

Eſt loqvi res & verba, non qvæ propria indagine mens conqvirit: (ut fit dum Orator loqvitur, vel Author librum ſcribit.) ſed qvæ cordi & ori ingerit DEUS ipſe; ſive qvidem Propheta hæc intelligat, ſive non.

[Ideò ſcriptura: *Et factum eſt verbum Jehovæ ad N. Et dixit ad eum DEUS, Loqvere, aut Scribe. Et audivi vocem de cælo &c.* Atque ideò appellati ſunt *Videntes*, qvòd mentibus eorum videnda exhibentur, quæ loqui jubentur.]

III. *Qvomodo exhibentur?*

Tribus modis: qvod innuit DEUS Num. 12, 6, 8, praxiqve ipſa oſtendit.

1. *Per viſionem externam*: qvando ſenſibus externis talia objiciuntur, ex qvibus Propheta voluntatem DEI agnoſcit.

[Ut cum in pariete palatii Babylonici manus qvædam ſcribebat: Daniel vidit, intellexit & interpretatus eſt, Dan. 5. Itemque: Cùm DEUS facie ad faciem Mo-

ſi ſe

ſi ſe exhibens voluntatem ſuam edocebat: reliqvò autem populo è nube Tabernaculi. &c.]

2. *Per viſionem imaginariam*, cùm intùs in mente Prophetæ talia effinguntur, unde ille qvid velit DEUS agnoſcit. Cujusmodi viſiones offeruntur vel dormientibus, & vocantur *Somnia*; vel vigilantibus, & dicuntur *Ecſtaſes*, *Raptus extra ſe*: itemqve *Exceſſus mentis*. Johannes appellat *Corripi ſpiritu*. Apoc. 1. 10. *Ezechiel auferri à ſpiritu* cap. 1. 12.

3. *Per internam immediatam illuminationem*, qvâ fit, ut Prophetæ loqventi aut ſcribenti divinitùs verba ſuggerantur.

Sic illuminatus fuit Salomon, ut plurima ab ipſo DEO edoctus & noſſet & ſcriberet. Eôdem modo David: ideòqve moribundus exclamavit: *Spiritus Jehovæ locutus eſt in me, & ſermo ejus per linguam meam*: 2 Samuel. 23. v. 2. Ita Eſaias, ita Apoſtoli, internâ illuminatione.]

IV. *Seqvetur inde: Omnem internum ſtimulum aut nutum DEI, omneqve ſomnium ſignificativum, & omne prodigium, prophetiam eſſe.*

Neutiqvam: Non enim oſtentum prodigioſum, non ſomnium, prophetam facit, ſed afflatus DEI.

Et Pharao, & Nebucadnezar, & alii divina ſomnia habebant, non tamen prophetæ erant, qvia non intelligebant: ſed Joſeph & Daniel erant Prophetæ, qvia Spiritu prophetiæ impleti, interpretari ea poterant. Manum in pariete ſcribentem vidit Belſazar, viderunt & alii, ſed qvia ſoli Danieli divina ſuggeſtione myſticus ſenſus patuit, ſolus in tanta turbâ propheta extitit. Sola igitur interna revelatio, ſive fiat immediatâ illuminatione, ſive per viſionem imaginum, ſemper prophetam facit, qvia ſine afflatu DEI non peragitur.]

V. *Prophetæ igitur Omniſcientiæ divinæ partem habent?*

Abſit; nihil enim nôrunt, niſi qvod & qvantum revelatur.

Magnus propheta erat Eliſæus, & tamen adveniente Sunamitide dixit: Inamaritudine eſt animus ejus, & Jehovah id celavit à me, nec indicavit mihi. 2 Reg. 4. v. 27. Jeremias conſiliorum adverſus ſe initorum planè ignarus fuit, donec revelaſſet DEUS. Jerem. 11. v. 18. Samuel uncturus regem de filiis Iſai, erravit in perſona ſepties uſqve. 1 Sam. 16. 6.

VI. *Quæ sunt igitur arcana illa, quæ prophetis suis solet manifestare DEUS?*

Varia: Omnia tamen sublimia, & ab hominum infallibili præscientia longè abstrusa.

[Ita enim ad Jeremiam DEUS: *Invoca me & respondebo tibi, ac indicabo tibi magna & abstrusa, quæ non cognoscis.* Jerem. 33 3.

Magna autem & abstrusa sunt, qvæ gloriam DEI & Ecclesiæ statum præsentem aut futurum concernunt, imò & præteritum, qvatenus ea revelari DEI & Ecclesiæ intersit. Potissimum autem prophetis futura judicia sua revelare solet, qvibus Ecclesiam suam primò, postea vero Mundum impiorum, visitare constituit.

[Sic Jeremias ad Chananiam, *Propheta illi*, inqvit, *qvi fuerunt ante me, & ante te inde à seculo, illi prophetaverunt contra regiones amplas, & contra regna magna, bellum & afflictionem, famem & pestem*, Jerem. 28. 8. Inde nimirum Prophetæ dicti, qvasi *præfatores*, aut *prædictores*, futurorum: qvod munus in qvamcunqve personam collatum fuerit, eidem nomen negari non debet: nisi qvod istorum nonnulli pseudoprophetæ sint, de qvo post.]

VII. *At cur DEUS ea, quæ Ecclesiam scire interest, non omnibus, sed qvibusdam duntaxat, revelat?*

Qvia opera sua ordinata esse vult, non confusa. Et qvòd Veritati ore duorum vel trium testium satis caveri potest.

[Ideò nil revelat prophetis sibi solis habendum, sed ut vulgent & proclament. Ita Petrus actos à Spiritu DEI locutos fuisse (non dicit siluisse) sanctos DEI, testatur. 2 Pet. 1. 21. Ezechieli ob silentium pœnas minatur DEUS horrendas. c. 33. 8. qvibus se Jonas prædicationem fugiens implicavit. Jeremias cùm sibi silentium imperaret, fatetur verbum DEI instar ignis ardentis fuisse in ossibus suis, qvem sustinere non potuit, Jerem. 20. 9. Et varia extant DEI ad prophetas, de non tacendo qvæ revelantur, mandata. Jubentur enim loqvi, *sive populus audiat, sive desistat*, Ezech. 2. v. 21. & *tanqvam buccinam extollere vocem suam*, Esa. 58. 1. & *signare literis* Ierem. 32. 20. seu *referre in libros* Ierem. 30. 2. & 36. 2, 32. *imò in Tabulas, qvæ publicè in foro & angulis platearum suspendantur, ut vel ab invitis videantur & cognoscantur.* Vide Esa. 8. 1. (ubi testes etiam fide digni adhiberi jubentur) & 30. 8. & Ierem. 22 30. & Ezech. 43. 11. & Abac. 2.]

VIII. Non

VIII. *Non itaqve in occulto servari vult DEUS prophetias? Qvæ ejus rei causæ?*

Respondet Christus: *Nemo accendit lucernam, ut subter modium ponat, sed in candelabrum, ut splendeat omnibus qvi in domo sunt*, Matth. 5. 15. DEUS igitur qvæ nesciri vult, ea non revelat: qvæ revelat, eô fine ut sciantur revelat. *Cujus divinæ voluntatis hus è Scriptura notamus causas.*

1. *Gloriam DEI.* Vult nimirum à mortalibus cognosci solus verè DEUS, solus sapiens, solus potens, solus justus & bonus, cui omnia præterita, præsentia, & futura æqvè nota sunt: cujus curæ ac judiciis omnia subjacent; qvemqve solum revereri, amare, timere, conveniat.

[Ideò divinitatem suam adversus deastros apud Esaiam hôc argumentô tuetur, qvòd illi nihil futuri, ne qvidem jam jam impendentis, infallibiliter prædicere possint: ipse autem etiam qvæ procul sunt pronunciet. Vide Esa. 41. v. 20. ad finem: & 42. v. 8, 9 & 43. v. 9, 10, 11, 12. & 44. v. 7, 8. & 45. 20, 21.]

2. *Ecclesiæ solamen.*

[Ego sum, (inqvit DEUS. Esa. 41. v. 27.) qvi Ierusalem Evangelizantes dabo. Et ad prophetas: *Consolamini, Consolamini populum meum*, dicit DEUS vester. Esa. 40. v. 1. Apud Abacum verò expectare jubet promulgatam visionem, etiamsi cunctetur: nam omninò eventura est, inqvit, & non tardabit. Abac. 2. v. 3.

3. *Testimonium reprobis, ut inexcusabiles reddantur.* Vide Esa. 6. 9, 10. Item, 9. v. 10. & 66. v. 4. Jerem. 7. v. 13. & 11. 7. Ezech. 2 & 3.

IX. *Qvænam eorum est certitudo, qvæ revelantur Prophetis?*

Ea qvæ Majestatem divinam decet, summa: tàm respectu futuri eventus, qvàm præsentis impressionis & assecurationis, in mente prophetæ & credentium. *Nam propheta in hoc lumine DEI duo hæc distinctè videt.* 1. *Videre & audire se verè, qvæ videt & audit*: sine suspicione fascini aut præstigiarum, aut Imaginationis alicujus evanidæ. 2 *Hoc opus divinum esse.*

[Hinc Jeremias: *Verè misit me Jehovah ad Vos* c. 26. 15. Hinc illa omnibus prophetis solennia: *Audite verbum Jehovæ: Sic ait Dominus: Audite Cœli & auribus percipe terra, qvia Jehova loqvitur &c.*]

Alii vero, qvi qvæ DEUS per organa sua loqvitur audiunt, pari reverentiâ & fide excipiunt, ac si ex ore ipsiusmet DEI audivissent. Sunt enim verè os DEI prophetæ: Exod. 4. 10. 14. 15. 16.

Exempla ejus rei prostant. Israëlitæ ad Mosen: *Loquere tu nobiscum, & audiemus te, & ne loqvatur DEUS.* Exod. 20. 29 Succedentibus inde temporibus qvicqvid ab ore ullius prophetæ prodiit, Verbum Iehovæ, sive sermo DEI, vocabatur. 1 Sam. 3. v. 1. Hinc Iosaphat ita ad populum: *Credite Jehovæ DEO vestro, & confirmabimini. Credite prophetis ejus, & prosperabimini* (2 Chron. 20. ℣. 20.) Inde factum, ut qvidqvid propheticarum visionum, & concionum, imò & historiarum, prostaret, id tanqvam immediatè divinum libro Legis divinitus traditæ adjungeretur, & pro *Fidei ac Vitæ Regula* acceptaretur à populo DEI. Qvòd Christus expressè stabilivit, ad Legem & Prophetas provocans, Lucæ 24. ℣. 27. 44.

X. *Unde Prophetis tanta illa revelatorum firmitas, ut ad amussim omnia & meminisse & reddere queant?*

Ab extra ordinariâ operatione DEI, qvâ & visa atqve audita illis altissimè imprimuntur, & promenda ore aut calamo spiritûs dictamine suppeditantur, ut etiam inscii & inviti (de Bileamo id patet) ea proferant, qvæ spiritus calamo & linguæ ingerit.

Hinc DEUS Mosi impeditam linguam causanti dixit: *Qvis formavit os hominum? aut qvis statuere potest mutum & surdum? Nonnè ego qvi Iehova sum? Nunc itaqve i, & ego adero ori tuo.* Exod. 4. 20. Hoc ipsum DEUS signis visibilibus qvibusdam figuravit: ut cum Esaias mittendus, *vir pollutis labiis sum*, exclamaret, pruna de altari sumta ori ejus admota est, dictumqve ei, *Iam ablata est iniqvitatem, pergeret ire.* Esa. 6. v. 5. Ieremiæ pueritiam prætendentis DEUS manu extensâ os tetigit, dixitqve: *Ecce indo verba mea ori tuo.* Ierem. 1. v. 6. 9. Ezechieli omnia qvæ prædicatione vulgare debebat, in volumine descripta fuere, & volumen degluttiendum traditum, cum mandato: *Abi jam, ut alloqvaris eos verbis meis*: Ezech. 2. v. 8. & 3. 1. Apostoli perfecta illuminatione donandi in specie ignitarum linguarum receperant Spiritum Sanctum Actor. 2. Iohanni Evangelistæ & Apostolo iterum liber ad devorandum oblatus cum verbis: *Oportet te iterum prophetare coram populis & gentibus & linguis*, Apoc. 10. v. 8. E qvibus verbis patet, devorationem illam libelli instructionem fuisse, animi & linguæ ejus, ad opus DEI.]

XI. *Multos ne DEUS mundo Prophetas submisit?*

Plurimos hactenus, ut nullus constet numerus. Jeremias enim suo tempore ad Chananian prophetam dixit: *Prophetæ qvi ante me & ante te* propheta-

prophetaverunt, Jam inde à seculo, Jerem. 28. Ecce jam tum ignorabatur undè cœpissent, & quot essent, prophetæ. Hoc certum est, jam inde ab orbe condito contestatum se fuisse DEUM, revelando qvibusdam judicia sua: ut de Enocho & Noa constat.

XII. *Cui genti mittuntur Prophetæ?*

Ecclesiæ potissimùm, ut Israelitis olim (2 Reg. 17. 13. Jerem. 11. 7.) & cæteris tamen gentibus qvandoqve, qvia omnium DEUS est.

Sic Bileam apud Moabitas verus veri DEI erat Propheta, Num. 22. Ita Sybillæ illæ Ethnicorum libris tantoperè decantatæ, qvorum testimonia Lactantio, Iustino Martyri, & aliis Patribus validè adversus gentiles profuerunt. Hinc *Augustinus Prophetas trifariam distribuit, in Iudaicos, Ethnicos, & Christianos*]

XIII. *Per qvem vocat DEUS prophetas?*

Per neminem. Cùm enim Prophetarum gradus non sit ordinarius in Ecclesia, sed certis temporibus tantùm (singulari aliqvâ urgente necessitate) mittantur, solus autem DEUS extraordinarias illas necessitates novit, soli etiam sibi id reservavit, qvando sibi visum esset mittere prophetas.

XIV. *Qvis modus est vocandi Prophetas?*

Modum aut legem, aut formam statam, DEUS operibus suis non adhibet: operatur prout placet. Hoc è Scriptura videmus, vocationem qvorundam cœpisse ab ostento aliqvo, aliorum à somnio, aliorum à voce cœlitus lapsâ, qvorundam ab ecstasi.

Mosi primò se DEUS in ardente rubo videndum exhibuit, indeqve acclamavit. Samuelem adolescentulum dormientem ter alloqvitur, qvi somno se proripuit, & hero suo Heli accurrit (nondum enim agnoverat vocem Jehovæ) donec ab Heli informatus qvartâ vice respondit: *Ecce, mi Iehova loquere, quia audit servus tuus*, 1 Sam. 3. Atqve ex eo tempore familiaris illi fuit sermo DEI. Davidem puerum gregem pascentem, ad ingentes ausus stimulabat Spiritus DEI: post ejusdem se insinuavit animo, suôqve afflatu rexit, 1 Sam. 17. 34. Ieremiam sic primo afflatus fuit DEUS: *Cùm nondum formavissem te in utero, agnovi te, sanctificavi te, prophetam in gentibus constituite.* Ier. 1. v. 5. Esaiæ vocationem suam tam clarè non indicavit: sed ostendit illi gloriam Majestatis suæ, ad cujus conspectum ille consternatus mortem horrere cœpit. At DEUS illum prunâ ab altari emundari jussit & dixit: *Qvem missurus sum? qvis iturus est nobis?* Esa. 6. Ille verò jam Spiritu repletus; *En ego, respondit, me mitte:* qvod prima facie

qvasi

qvasi seipse ingereret, non vocatus, videri posset. Danielem primò disciplinis philosophicis excoli voluit, addiditqve rerum abstrusarum intelligentiam, qvæ se per somniorum interpretationem præcipuè prodebat, denique & visiones proprias per somnia & ecstases accessissent.]

XV. *Qvem sexum DEUS hâc vocatione dignatur?*

Utrumqve. Qvamvis ad munus Ministerii soli viri, DEI jussu, ordinantur (inde Apostolus fœminis in Ecclesiæ cœtu ne loqvi qvidem permittit: 1 Cor. 14. 34. & 1 Tim. 2. 12.) in hâc tamen extraordinaria vocatione extraordinariè procedendo, fœminas qvandoqve adhibet.

[Ut Exod. 15. 20. Maria soror Aaronis prophetissa nominatur. Iud. 4. v. 4. Debora. 2 Reg. 22. 14. Hulda, uxor Sallumi, ad qvam à Iosia Rege Sacerdotes ablegabantur consultum Iehovam. Luc. 2. v. 36. mentio fit Hannæ prophetissæ viduæ. Act. 20. 9. qvatuor Virginum prophetantium, Philippi Evangelistæ filiarum.]

XVI. *Qvales autem personæ sunt, qvas huic muneri eligit DEUS?*

Plerunqve juniores, aut simpliciores: ut illustrius reddatur opus DEI.

[Ita Samuel puer vocatus divinitùs Heli Sacerdoti, hero suo, dura annunciare necesse habuit: unde illi aliàs inventio & parrhesia ista? David adolescens spiritu heroicô, supra ætatis conditionem, agebatur: ut evidentior esset præsentia dextræ DEI. Ita Esaiam, Ieremiam, Danielem, in juventute vocatos constat. Amos verò simplicissimus bubulcus, ut Regibus & Sacerdotibus Israelis loqveretur missus fuit.]

2. Eliguntur tamen inculpatæ personæ, ne ignominiâ afficiatur opus DEI: tametsi eos infirmitatatibus humanis non eximat, sed communi sorti subjacere patitur: ut ne excellentia muneris hujus ex illis sit, aut æstimetur, sed ex DEO. Hinc tot exemplis manifestatum est, eos æqvè ut cæteros falli & labi posse.

[V. g. Moses, maximus Prophetarum, cœpit ipse de eo qvod nomine DEI annunciabat, dubitare: ob idqve punitus Terram promissam videre non potuit. (Numer. 20. ℣. 8, 12.) Maria Prophetiæ dono superbivit, ob idqve leprâ percussa, Num. 12. 2. Samuel filios non satis diligenter educavit 1 Sam. 8. 2. Nathan cerebri sui opinionem pro oraculo venditavit, & recantare coactus est. 2 Sam. 12. v. 7. 8. Propheta anonymus senex mentiendo alium Prophetam seduxit.

nit. 1 Reg. 13. v. 11. Ieremias impatientiâ diem nativitatis suæ execratus est: Ierem. 15. 10. & 20. 7. 14.]

3. Imò verò peccatis sceleribusqve se polluunt.

[David adulteriò, homicidiò, superbiâ: Salomò lasciviâ, Idolomaniâ, plurimisqve vanitatibus: Ionas inobedientiâ, post etiam excandescentiâ & exprobratione DEO lenitatis suæ. Unde seqvitur, prophetam etiam æternùm damnari posse, se in tantum abutatur gratiâ DEI: qvod de Balaam manifestum est: de Sybillis qvid dicamus non habemus.]

4. Constat inde, Prophetiæ donum non propriæ salutis, sed publicæ ædificationis causa, conferri: nec summum esse amoris divini indicium, revelare arcana: qvinimò Christum per fidem & charitatem habitare in nobis majus esse omnibus prophetiis (vid. 1 Corint. 13. 2.) Huc respiciens Petrus Martyr scripsit: *Non est necessaria connexio inter prophetiam & fidem justificantem.* Item Augustinus: *Non movere nos debet*, inqvit, *cùm iis qvorum operâ utitur DEVS humanitùs aliqvid accidit. Creatura enim omnis est mutabilis, præsertim eò tempore, qvò caro mortalis corruptibilisqve portatur.* (Tom. 4. pag. 64. 3.)

XVII. *Qvomodo verò DEUS prophetas tam selecta organa sua tractat?*

Mirè satis in oculis nostris. 1. Aliqvando percutit eos morbis & doloribus, non ob delicta solùm (ut Mariam leprâ propter arrogantiam: Davidem morbis durissimis aliqvoties) sed & ob id solùm, ut virtutem mortificantis & vivificantis digiti DEI in seipsis primùm experientes, & promptiùs & firmiùs ipsi primùm ea, qvæ aliis per eos aliis denunciat DEUS, intelligant & credant.

[Sic Mosen ire tergiversantem leprosum reddidit, moxqve iterum sanavit. Exod. 4. 6. Sic Ieremiam verberari & in carcerem conjici, rursumqve per Ebedmelechum Æthiopem liberari voluit: ut captivitas populi & liberatio per alienigenas, Cyrum & Darium, præfiguraretur, Ierem. 38. Ionam, ut figuram Christi morituri & resurrecturi exprimeret, jussit præcipitari in mare, absorberi à Balæna, & post triduum ejici.]

1. *Imò qvandoqve ipsis visionibus percellit prophetas, & in morbos dejicit.*

Daniel enim cùm freqventissimas pateretur visiones, freqventissimos morbos perpessus est, qvod ipse fatetur Dan. 7. 15. 18. Item 8. 27. Item 10. 8. 12. 15, se fuisse factum mutum: cùm autem similitudo qvædam humana tetigisset labra sua, apertum fuisse rursum os suum: item, qvod in eum irruerint dolores adeò, ut non obtineret vires: & 17 syncopen seu animæ deliqvium, qvod perpessus fuerat, innuit. Hæc Daniel. De Balaamo legimus, qvòd excidens retectos habuisset oculos, ut visiones omnipotentis videret.]

2. *Aliqvando eos miraculosè protegit, nec lædi patitur, aliqvando deserit.*

[Ieroboamo, cùm prophetam prehensurus manum extendisset, illicò exaruit, 1 Reg. 13. 7. Ieremiam autem cùm verberibus malè multarent, nemini id accidit, Ierem. 20. & 37. & 38. Elisæo cùm pueri illuderent, egressæ duæ ursæ dilaniarunt ex iis 42 pueros: 2 Reg. 2. Zachariam verò in templo lapidanti populo nihil simile contigit, 2 Chron. 24. 21]

3. *Qvibusdam autoritatem conciliat in hominum conspectu* (Exemplo sunt Samuel, Nathan, Gad, Esaias, qvos polluisse authoritate ad populum in evidenti est:) *alios risui & opprobrio esse sinit, fabulamqve vulgi.*

[ut Ezechielem, qvem jussit laterem, Ierusalem repræsentantem, obsidere, atqve lateri sinistro 390, dextro verò 40 dies incumbere, panemqve excrementis coctum comedere: Ezech. 4. Idem caput & barbam novaculà sibi abradere, & pilorum partem gladio percutere, partem comburere, partem reliqvam in ventum dispergere jussus fuit, Ezech. 5. *Qvæ hæ in oculis vulgi gesticulationes?* Oseas jussus ducere uxorem scortum, Ose. 1. v. 2. iterumqve aliam conducere mercede, ne scortaretur ad tempus certum, cap. 3. Qvod utrumqve factum, licet suam haberet rationem, probrosum tamen videbatur.]

4. *Alios jubebat loqvi tantum & prædicare, alios verò factis & gestibus variis repræsentare futura.*

[Esaiam incedere nudum & discalceatum Esa. 20. 2. Ieremiam jugum ligneum, & postea ferreum, collaris locô gestare, Ierem. 27. 2. & 28. 14 Eundem cingulum in terram defodere, & post multos dies corruptum iterum eximere. Ezechieli plura id generis mandabat, ut jam dictum: qvibus accessit muri perforatio, & per foramen illud in conspectu populi fuga: Ezech. 12. Item ollæ cujusdam vehementissimo igne elixatio, donec injecta per spumam efferbuissent (c. 24.) Iussit item eum uxoris suæ mortem prædicere, qvam & extinxit morte subitaneâ, lugereqve prohibuit. Propheta alius, Achabo pœnas denunciaturus, percuti & vulnerari ab alio (jussu DEI) voluit: & cùm is recusasset à leone peremptus est, ille autem non nisi vulneratus & pulvere conspersus Achabum adiit. 1 Reg. 20. 35.

XVIII. *Jam mihi dic, semperne & qvovis ævo DEUS prophetas mittit?*

Non. A Mose enim usqve ad Samuelem (prope 400 annis non legimus fuisse, nisi Deboram (Judic. 4.) & anonymum qvendam (Judic. 6. 8.) unde scriptum, temporibus Heli rarum fuisse sermonem Jehovæ, qvia non erat visio aperta, 1 Sam. 3. 1. A Samuele ad reductionem è Babylone (annis 600) freqventissimi erant. Inde ad Johannem Baptistam (annis 500 ferè) nullus fuit; ut ex lamento Ecclesiæ Psal. 74. 10. patet; hoc solo excepto, qvòd Jaddo Sacerdoti

mmo (ut Joseph. lib. 11. c. 8. testatur) cum Alexander Magnus urem peteret, DEUS in somno apparuerat, & qvid opus esset facto docuerat. Christus novæ suæ Ecclesiæ iterum submisit qvosdam, 1 Cor. 12. 9. Ephes. 4. 11.) Qvorum qvidam nominantur in Actis: t Agabus, qvatuor filiæ Philippi, Johannes in Apocalypsi. Ex eo empore rariores sunt.

XIX. *Poteſtnè obſervatione deprehendi, qvibus potiſſimùm temporibus DEUS prophetas mundo mittere ſoleat?*

Qvidni, si sacram Historiam percurrentes, temporis & rerum rcumstantias attendamus. Deprehendemus enim Prophetas mittùm.

1. *Cum maximè Populus DEI DEUM deserit, & in Idololatriam probitur.* Tum enim DEUS, ut se fœderis observantiorem demonret, fœdifragos inclamat per prophetas, ut testatur ipse Jerem. 7. . 13.

[Ita factum Jud. 6. 8. Et cùm tempore Regum Iuda & Israëlis sæpissime descisceret ad cultus gentiles, sæpissime alios post alios mittebat, toto illo tempore. A Babylone reversis qvamvis vitæ licentiâ & doctrinæ erroribus exorbitarent, qvia tamen ad Idolomaniam non redibant, & se amplius non commiscebant gentibus, prophetas mittere pepercit.]

2. *Cùm Sacerdotes insigniter officium negligerent.* Ut tempore pigerrimi Ieli, & perditorum filiorum ejus, Samuelem suscitavit; Post reductionem è Babylon cum Populus & Sacerdotes in templo restituendo nguidissimi essent, submisit Haggæum, & Zachariam, & Malachiam, qvi stimularent.

3. *Plerumqve autem cùm insignem aliqvam mutationem immissurus est Deus undo, aut Ecclesia, præmittit tum ostenta & prodigia varia, tum prophetas: nd colligitur ex Amosi dicto: Non facit Dominus Iehovah qvicqvam, nisi redet prius secretum suum servis suis prophetis.* Amos. 3. v. 7. & Joel. 2. . 28. 30. 31.

[Exempli gratia; Diluvium immissurus præmisit Noam: Sodomam subversurus Lothum: (sed & Abrahamo consilium detexerat): Pharaonem & Ægyptum puniturus, & liberaturus Israelem, Moysen, & Aaron. Reformaturus per Davidem regnum Israelis, Samuelem præmisit; Nathanum verò & Gadum ut Consiliarios eidem adjunxit. Laceraturus idem regnum prænunciavit per Achiam. 1 Reg. 11. 12. 31. & 12. 22. Eversurus idololatriæ deditam Jeroboami domum per eundem, & alterum item, 1 Reg. 13. 1. & 14. 10. Excisurus regnum Israelis, per Oseam, Amosum, Micheam, alios: Regnum Judæ, per Esaiam,

 Ieremiam,

Ieremiam, Ezechiel, Micheam &c. Ninivæ subversionem per Ionam & Nahumum Reductionem populi Iudæ è Babylone, & Israelis totius ex omnibus mundi plagis, per varios. Verè itaqve dictum: *Nihil facit Dominus quod non revelet.*]

XX. *Omniáne sibi revelata semper intelligebant Prophetæ?*

Qvæ illis per figuras repræsentabantur, ea nisi spiritualis declaratio accessit, non intelligebant: ideóqve sæpe interpretationem poscebant.

[Ut Dan. 7. 16. & 8. 15. Zach. 1. 19. Iohannes in Apoc. sæpius.]

Aut qværebatur ex prophetis, num intelligant? qvi ignorantiam profiteri non erubescebant (ut Apoc. 7. 13. Dan. 8. 18.) Unde liqvidò constat, qvæ verborum aut typorum involucris proponebantur, à prophetis distinctè cognita non fuisse: adeò ut Petrus testetur, ne vaticinia qvidem de Christo (qvamvis in hoc salutis cardo versatur) perfectè illis intellecta fuisse: 1 Pet. 1. 10. Nec omnium, qvæ per Prophetas loqvitur DEUS, intelligentiam illis conferri, sed reservari qvandoqve aliis, ex eodem Petri loco patet: ubi dicit eos multa non sibi sed nobis administrasse v. 12. Qvod Angeli firmatur testimonio Dan. 12. 4. ubi venturô tempore promittit fore, qvi prophetias scrutentur, & cognitio augeatur. Plerumqve autem ab eventu demum prophetia lumen accipit: qvia tarditas nostra id demum, qvod ob oculos geritur, assequitur.

[Ideò Christus infirmitatis nostræ optimè conscius, expressè discipulis suis afflictiones prænuncians, tamen subjunxit: *Hæc loqvutus sum vobis ut ubi venerit hora illa, recordemini me dixisse id vobis* Ioh. 16. 4. Hinc Theologorum Canon: *Omnium vaticiniorum hæc est proprietas, ut priùs impleantur, qvàm intelligantur.* Addit nonnemo: *Tanta est cæcitas in hominibus circa prophetias, ut hæc repetitas sæpiùs intelligant satis, & ignorent eô ipso tempore cum implentur.* Qvod exemplô parentum Christi ostendit, qvi admirabantur ea qvæ à Simeone & Anna de Christo dicebantur, licet eadem ab Angelis jam antè audiissent]

XXI. *Qvis ergò Prophetiarum usus, si tanta obscuritate involvuntur?*

Finem & usum earum Qvæstione VIII è Scriptura ostendimus. Neqve enim adeò obscuræ aut involutæ sunt unqvam, qvin scopus &

res

res ipsa intelligi possit: sed tempus, locus, modus, veluti ænigmatis teguntur, donec complementô retegantur. Ideò prophetæ qvoqve ipsi, nedum alii, qvô ad circumstantias falli possunt.

[Sic Samuel sciebat unum ex filiis Isai regem fore (id enim dixerat DEUS) sed in persona tamen errabat, 1 Sam. 16. 6. Sic Daniel videbat ex calculo Ieremiæ liberationis annum venisse; at is ipse, num jam tum præsens annus esset, an seqventium aliqvis demum, ignorabat: ideò se precibus tradidit Dan. 9.]

XXII. *Qvid igitur faciendum, si qvam Prophetiam, aut prophetiæ aliqvam partem, non intelligamus?*

Id qvod de Daniele jam dictum, conferendum est tempus tempori, Scripturaq; Scripturæ, & precibus confugiendum ad DEUM.

[Ita enim Petrus: *Scitote nullam prophetiam scriptura esse propria explicationis*: 2 Pet. 1. 20. qvia nimirum idem ille spiritus, qvi Prophetas adspirat, prophetiæ clavem habet. Si nihilominus obscurum sit aliqvid, regulam qvam præscribit Moses seqvi consultissimum: *Qva occulta sunt, penes Iehovam DEUM nostrum sunto: atqva revelata, nobis & filiis nostris sunt*: Deut. 29. 29. Consultum item acqviescere edicto Christi: *Non vestrum est nosse tempora & oportunitates, qvas pater in suâ ipsius potestate posuit.* Act. 1. 7.]

XXIII. *Præripuisti mihi illud Christi dictum: prolaturus id eram eô fine, ut Prophetiis & vaticiniis in universum potiùs abstinendum probem: cùm non nostrum sit nosse tempora, &c.?*

Sanè; sed integrè verba recita: *tempora & oportunitates, qvas in sua potestate posuit pater.* Ecce enim non omnia nobis eripit! sed ea solùm, qvæ sibi ipsi reservavit pater. Et justum est, nos in iis qvæ nos ignorare vult pater cœlestis, non esse curiosos: At qvod offert ultrò, & pandit, id nolle videre (eô prætextu qvod in arcana DEI inqvirere non expetamus) summæ foret ingratitudinis. Nam tametsi Bethsemitæ propter curiositatem in inspectanda Fœderis arca puniti sint: Achas tamen increpatus, qvòd à DEO signum acceptare sprevisset: Esa. 7. Artifex cùm futuri operis ideam amico affectu alicui videndam & judicandam exhibet, is autem vel intueri contemnit, an non indignabitur? contemtum certè in se & artem suam redundare putabit. Qvomodo igitur DEUS Zelô non ardeat, si qvum pro philanthropia sua de imminentibus judiciis suis homines præmonet, illi oculos avertunt?

tunt? vide Actor. 13. v. 40. Mediam itaqve inter utrumqve extremum (curiositatem & stuporem) semitam ostendit Moses: *Quæ occulta sunt*, inqviens, *penes Iehovam Dominum nostrum sunt: & quæ revelavit, nobis & filiis nostris revelavit.*

XXIV. *Ejusdemnè valoris & autoritatis sunt omnia Prophetarum oracula?*

Ita est. Prophetarum nempe DEI.

[Ut ut enim diversa sunt dona, idem tamen Spiritus: utut diversis loqvuntur verbis, ejusdem tamen Domini nomine: ut ut diversæ virtutes, idem tamen DEUS sanctorum prophetarum nominatur Apoc. 22. 6.

Proinde etsi non omnium prophetarum sermones in canonem relati, omnium tamen referri poterant, si ad manus essent.

[Et Nathan, & Gad, & Achias, & Semajas, & Iehu (de qvo 1 Reg. 16. 1.) & Elias, Elisæusqve & Iddo, & Iehaziel, & Azarias, & Hanani, & Micheas filius Iemla, & Micheas Maraschtites, & Uzias, & alii prophetæ qvorum in libris Regum & Paralip. fit mentio, eòdem cum cæteris jure Biblia ingredi poterant: qvia pariter ut illi (qvi prostant) non sui cerebri phantasmata, sed divinitùs inspirata oracula proferebant. Oraculis autem divinis qvâcunqve prolatis, æqvalis debetur reverentia, fides, honor. Ideò factum ut impii etiam Balami ex afflatu DEI prolata in Canonem relata sint: Num. 23. & 24. Qvin i nò Caiaphæ sermo, licet in unico duntaxat verbo linguam ejus ad ministerium suum flexerit Spiritus S. Ioh. 11. 50. 51.]

Sed DEUS pro sapientia sua, qvemadmodum nullam ætatem contestari intermisit, ita omnes junctim ætates infinitâ librorum mole obruere noluit. Qvælibet ætas ob præsentem necessitatem (si qvando incidat) suos prophetas; per omnes autem durans Ecclesia selectos illos ut habeat, qvibus pro fidei ac vitæ normâ, & si qvando DEUS novarum revelationum aliqvid submittat, aut permittat, pro lydio lapide, utatur.

XXV. *Habitáne est prophetis DEI ab omnibus fides?*

Imò à paucissimis: pleriqve semper sunt reperti irrisores & contemtores.

[Ideò Christus convitia & persecutiones perpessos prophetarum exemplo erigit, Matth. 5. 12. Contemnebant autem & irridebant, imò perseqvebantur prophetas, non tam extranei qvàm domestici, ad qvos mittebantur, Luc. 4. 24. Nec aliqvi de plebe solùm, qvos ignorantia duceret in errorem, sed primores ipsi, Ier. 5. v. 4. Nec apertè impii tantùm, sed etiam pietatem professi & externè religiosi, Ezech. 20. 3, & 33. 30. 31. Imò qvi clavem scientiæ sibi vendicabant præ cæteris,

tepis, Iesa. 42. 19. Unicus Ieremiæ fuit Ebedmelech, (& is qvidem Æthiops) qvi & credebat revelationibus & patrocinabatur causæ & personæ: reliqvi in tota Ierusalem adversabantur. Nolebant enim adduci ut crederent Ieremiam à DEO missum esse, sed ab isto ita fingi & à Barucho amanuensi ista ei suggeri; ut expressè illi objiciebant c. 23. 2. 3. Verbô, qvamlibet ætatem præsentes prophetas odisse, aut neglexisse saltem; seqventem demum in pretio habuisse (adeò ut non scripta solùm reqvirerent, sed & sepulchra colerent) è scriptura observamus; omnia qvippè è fama videntur majora, qvæ intuitu vilescunt.]

XXVI. *Tu de impiis narras, mihi de piis hominibus sermo fuit: utrum illi semper prophetiis habeant fidem?*

Resp. Et qvis sibi impius videtur? verò etiam pii hîc errant, dum opus DEI non agnoscunt.

[Inter Crucifigentes Christum multæ erant electæ animæ, aliud in simplicitate cordis sui non reputantes, qvàm seductorem se medio tollere: sic enim à Pharisæis persuadebantur (vide Act. 2. v. 23. 27.) Plurimi & Ieremiæ tempore erant, qvi juxta cum Sacerdotibus & communitate pseudoprophetam illum esse suspicabantur, nec prius nisi Babylonem abducti, verè à DEO fuisse missum intellexerunt. Hinc DEUS de piis pariter & impiis: *Qvum evenerit*, inqvit, *illud* (qvod prædico) *tunc scient prophetam fuisse inter eos.* Ezech. 33. 33.]

XXVII. *An ergò non semper in evidenti est, qvinam Propheta à DEO missus sit, & ex spiritu DEI loqvatur?*

Non est. Nam & per DEI atqve hominum hostem, Satanam, & per homines ipsos, negotium intricatur.

XXVIII. *Qvomodò per Satanam?*

Bifariam. 1. Aliqvando suggerit projectæ audaciæ hominibus ut prophetas se profiteantur cum non sint, & nomine DEI proferant, qvæ illis nunqvam revelavit DEUS, neqve eos spiritu suô afflavit.

[Tales erant Achabi Prophetæ, inter qvos impudentiâ eminebat Zedechias, 1 Reg. 22. De talibus conqveritur DEUS, qvòd currant non missi, Ierem. 14. 14. 15. & 23. 91. 27. 15. Et 28 describitur Hanania, qvàm confidenter in os contradicere ausus fuit Ieremiæ. Tales Pseudoprophetæ nocentissimi erant Ecclesiæ tùm, cùm DEUS prophetas veros emittebat. Qvia enim DEUS suis fidem haberi postulabat, & isti se à DEO missos venditabant, fiebat ut multi ab ab istis præstigiatoribus decepti pro veris DEI legatis eos admitterent, veros excluderent: alii dignoscere ignari animis pendebant, aut claudicabant in utrumqve latus. Major tamen pars adhærescebat falsis, Ierem. 5. 31. eò qvòd omnia ad palatum carnis accommodabant, Ezech. 13. 18. &c.]

2. Ali-

2. Aliqvos ingreditur & obsidet corporaliter, ex illisqve proloqvitur & patrat, qvæ in imperitorum oculis mira videntur.

[Ut factum erat cum puellâ illâ pythonissa, de qvâ Act. 16. 16.]

Hoc autem licet faciliùs cognoscatur, ut fraus patescat, homines tamen veri DEI ignari non animadvertunt. Atqve hîc verè Lucifer gloriam & nomen DEI intercipit.

XXIX. *Quomodo verò homines seipsos hîc intricant?*

Duobus, sed contrariis, modis. 1. Alii qvidem indiscriminatim omnia pro divinis arripiendo, undecunqve aliqvid vel fama apportârit, vel corrupta alicujus phantasia suggesserit, aut etiam levidense aliqvod somnium objecerit, aut deniqve Diabolica fraus excogitârit; sine prævio sufficienti examine admittentes. Tales non possunt non decipi subinde: prudentioribus autem de omnibus suspicandi ansa præbetur.

[Qvod ut fiat, DEUS qvidem permittit, ab istâ tamen indiscretâ cujusvis susurrantis aut mussitantis acceptatione ad Legem & ad Testimonium (ad Prophetas veros, Legi suæ testimonium perhibentes) suos revocat. Ies. 8. 19. 20.]

2. Implicant se alii, dum ut declinent fraudes, omnes prophetas & prophetias declinant.

[Qvales apud Iudæos erant Saducæi, omnes Prophetas repudiantes, Mose exceptô: apud Christianos Manichæi, Augustinô teste.]

At hæc via non est via prudentum: ita enim DEUS cum Beelzebub unà ejicietur. Nec unqvam DEUS dixit: *Nullis credite prophetis, nullos audite*; *sed*, *Cavete vobis à Pseudoprophetis*: *Ne auscultetis verbis istorum Prophetarum*, *qvi visionem animi sui loqvuntur*, *non ex ore meo.* Jerem. 23. 16. *Ne cuivis spiritui credite*, *sed probate spiritus an ex* DEO *sint.* 1 Joh. 4. 1. *Prophetiam ne spernite*: *omnia probate*, *qvod bonum fuerit retinete.* 1 Thess. 5. v. 20. Hinc Peucerus: *Non omne divinationum genus promiscuè rejiciendum est. Imò scelus esset, & impietas contumeliosa in* DEVM, *velle ob eas præstigias, qvas operibus* DEI *adspergit Diabolus, derogare fidem propheticis testimoniis, aut negare qvæ in natura causas habent manifestas.* [Peuc. lib. de divin. gen. pag. 6.]

XXX. *Necesse itaqve erit, ut notas & characteres, qvibus veri prophetæ à falsis dignoscantur, explices?*

Benè mones: qvia enim DEUS spiritus probari vult, probationis illius certa criteria exstare necesse est. Ostendam tibi notas, alias essentia-

sentiales, semper infallibiles; alias accidentales, qvæ per se qvidem fallere possunt, prioribus tamen additæ pondus illis addunt.

Essentiales notæ optimè desumuntur è scopo & fine, ob qvem DEUS prophetas mittit: qvi (Qvæst. XIX) triplex est indicatus.

1. *Vt Populus ad Idololatriam prolabens ad DEUM suum revocetur.*

2. *Vt Sacerdotibus & Ministris officium negligentibus, aut legem depravantibus, Lex divina, in vero suo sensu redintegretur.*

3. *Vt ad imminentes mutationes piorum animi præparentur:*

Hæc tria in vero Propheta DEI necessariò concurrant.

Verus itaqve & ex DEI afflatu loqvens propheta est, Qvi

I. *Ad unum solum DEUM creaturarum mentes convertit.*

II. *Legem verò sensu inculcat, peccata & scelera exaggerat, comminationibus ad pœnitentiam adigit.*

III. *Paternum Cor DEI, in medio etiam irarum furore erga fideles, constans depingit, fidelesqve ipsos patientia & viva in DEUM spei admonet, conservationem & liberationem ejusdem DEI nomine promittit, consiliòqve, qvid durante tribulatione, & post, fieri conveniat, instruit.*

IV. *Qvartum tamen his annectendum infallibilitatis signum est* (à posteriori saltem) *Eventuum veritas.*

[Ita enim Ieremias vaticinii sui divinitatem & Chananiæ vanitatem, validissimè probabat: Ier. 28. 9. 6. *DEUS nempe* (ut Esaias loqvitur) *præstat verba servorum suorum, & consilia nunciorum suorum absolvit*, Esa. 44 v. 21. Hinc de Samuele scriptura testatur: *DEUM non sivisse ullum ex sermonibus ejus decidere in terram:* ut inde cognosceret totus Israel, Samuelem stabilitum esse Prophetam DEI. 1 Sam. 3. 19.]

XXXI. *Ergòne omnia semper implentur, qvæ Prophetæ veri prænunciant?*

Non omnia. Nam spiritus prophetiæ non semper Prophetis adest: sed accedit, & recedit, prout ei visum.

[Hinc de Prophetis legimus: *Et incessit eum Spiritus Domini: & factum est ad eum Verbum &c.* Elisæus cùm excitare vellet spiritum prophetiæ in seipso, testudinem pulsari jussit, 2 Reg. 3. 16. Propterea non fuit à Prophetis reqvisitum, ut qvicqvid loqvuntur esset propheticum: sed inqvirebatur ab eis, *num haberent verbum à Iehova*, Jerem. 37. 17. *aut rogabantur ut consulerent Iehovam, qvid in hac aut illa re facto esset opus*, Jer. 21. 2. & 2 Reg. 19. 3. & 22. 13. Prophetæ autem poscebant aliqvando sibi aliqvot dies, donec invocantibus responderet DEUS, ut Jer. 42. 7. ubi decimâ demùm die verbum Jehovæ adfuisse sibi testatur propheta. Non itaqve deastros fingamus esse prophetas, sed organa solùm DEI: idqve in certis negotiis, ultra qvæ illis progredi non licet.]

2. Observandum est, Prophetas qvandoqve non ex afflatu, sed de suo sensu, loqvi: & tum æqvè ac cæteros falli posse.

[Ita Nathan inconsultò DEO responsum Davidi dedit, quod revocare debuit, 2 Sam. 7, 3. Propheta ille Senex, cùm affabilis esset vellet, finxit revelationem: cui qvia credidit alter, malè illi cessit! 1 Reg. 13. Homines itaqve cùm sint, falli possunt. Proinde non omnia qvæ loqvuntur, vel superstitiosè vel captiosè observari, sed qvæ jussu DEI proloqvuntur reverenter haberi, debent.]

3. Tandem non omnia etiam DEI jussu pronunciata eventum sortiuntur: qvia DEUS cùm sit misericors, iram qvandoqve misericordiâ commutat.

[Evidens exemplum est apud Ionam, qvi Ninivæ subversionem (post 40 dies determinatè) prædixit: nec tamen factum est. Iesaiæ DEUS Hiskiam convenire & mortem denunciare, mandabat: nec tamen fuit mortuus. Ideò Petrus Martyr, *Interdum verorum etiam Prophetarum prædictiones non eveniunt.* (Loc. Com. p. 4.) Absit tamen cogitare verbum DEI fallere aliqvando! non in eo, sed in nobis error est: DEUS enim sæpe conditionem interminationibus suis interponit, qvam si non exprimit (habet autem suas causas cur supprimit) nos absolutè eas intelligendo à scopo DEI aberramus, donec eventus decretum ostendat.]

XXXII. *Acqviesco: Esto, manetoqve DEUS semper verax & sapiens, nos autem cum tenebroso nostro intellectu erroribus obnoxii: Percense jam reliqvos verorum DEI legatorum Characteres.*

Illi sunt, *Tempus*, *Locus*, *Persona*, *Modus*, *& objectum Prophetiæ.*

Nam. I. Non semper DEUS, nec qvôvis tempore, qvasi per ludum & jocum, hos extraordinarios legatos suos, & per eos extraordinariam suam vocem, mittit: *sed tùm* cùm insignis aliqva Ecclesiæ necessitas id flagitat: ut ad Qvæst. XIX. monitum. Nempe (1) cùm universalis qvodammodo Apostasia Ecclesiam devastat; (2) cum ordinarium Ministerium per hominum negligentiam, aut Tyrannorum sævitiam, cessat: (3) cum universales mutationes imminent. Qvæ omnia, num sint præsentia tùm cùm Propheta aliqvis surgit, piis considerandum est.

II. Mittit DEUS prophetas ad Populum suum (Esa. 41. 23.) Nec jubet clàm in angulo susurrari, sed proclamari in loco conspicuo, ut sciri possit, de qvibus præmoneat DEUS (Esa. 45. 19.) *Non clàm loqvor, non in loco terræ tenebroso.* (Vid. ex Jer. 7. 2.) Nec plebeculæ ista nunciari jubet, sed primoribus, penes qvos regimen Ecclesiæ est. (Mich. 3. 9. 5.)

III. Utitur DEUS ad hoc opus personis simplicibus, piis tamen & re-

& rectiscorde: eô fine, ut per humanam infirmitatem illustrius reddatur opus DEI.

IV. Modus procedendi itidem simplicissimus est, sine Ceremoniarum apparatu & pompa, qvam Pseudoprophetæ plerunqve adhibent, ut oculos præstringant.

V. Annunciantur à Prophetis veris non ludicra, futilia, aut etiam vulgaria, sed *magna & abstrusa*, ut loqvitur DEUS ipse Jerem. 33. 3. Nec obscurè & ambiguè, sed evidenter, *Qvid, Unde, Qvando, per qvos*, venturum sit: qvæ etiam si non exactè semper capimus antè eventum, post tamen manifestissimè deprehenduntur ab illo solo, cui ab æterno infallibiliter omnia nota sunt, prænunciata esse. (Vid. Ezech. 33. 33. Esa. 41. 25. & 43. 9.)

XXXIII. *Qvæ ergò Pseudoprophetarum notæ sunt?*

Eædem, si invertas. Nam. 1. *Perpetuo illi à DEO abducunt.* Ut enim nomen DEI linguâ proferunt, tamen DEUM prætergressi, aliò tendunt, sive ad Idola, sive ad superstitionem, sive ad vanam in externis fiduciam. Id DEUS ipse technarum Satanæ optimè gnarus testatur. (Jerem. 23. 27.) Hoc agunt, inqviens, ut obliviscatur populus meus nominis meis.

II. *Abducunt à Lege: ea nimirum afferentes, qvæ à scripto DEI Verbo, non dissonant solùm, sed ei contraria sunt.* (Etsi enim ad speciem verba DEI usurpare solet Diabolus, non tamen aliò collimat, qvàm in Paradiso cœpit, ad inducendum Verbi contemtum: *Hem non sic erit, alium ista sensum habent &c.*) Hoc cauterio Esaias pseudoprophetas signavit cap. 8. v. 19. 20.

III. *Non qværunt homines ad pœnitentiam excitare, sed consopire potiùs in pravis consuetudinibus, & erroribus inveteratis.* Videantur loci Jer. 23. 11. 13. 14. & 7. 4. Et Ezech. 13. 18. Jer. 8. 11. 12.

IV. *Prædictiones illorum non firmantur eventu: qvia non steterunt in consilio DEI* (Jer. 23. 22.)

[Ut enim DEUS verba servorum suorum præstat, sic irrita facit signa mendacium, & ex divinatoribus efficit stultos, infatuans scientiam eorum, Esa. 44. v. 25. 26.]

Atqve hæ sunt infallibiles notæ pseudoprophetarum. *Sed & circumstantia fallaciam produnt.* Nempe:

I. *Si qvis ad propheticum munus se præcipitet nullâ ad id legitimâ vocatione* Ec-

clesiâ benè ordinatâ, à Tyrannis qvietâ, Ministerio officium faciente. (Sic Salomonis tempore, cùm floreret Ecclesia, nullum prophetam missum legimus, nisi cùm declinare, & ad Idololatriam prolabi cœpisset, 1 Reg. 11. 29.)

II. *Si Idololatris aut superstitiosis prophetat, blanditiis sese insinuat; aut prophetias cantillat per angulos, lucem fugiens, & qvidem rudi plebeculæ, solidæ veritatis & scientiæ lumine destitutæ. Suos enim prophetas* DEVS (qvod valde notandum!) *semper ad Reges, & Sacerdotes, & primores populi, qvorum fuit cæteræ imperitæ multitudini præire, mittebat.*

Evolvamus sacram historiam qvantâ maximâ intentione, non aliud deprehendemus. (Rudibus enim & erudiendis ordinatum est Ministerium: qvod ne per angelos qvidem, nedum per Prophetas, elevari vult, Actor. 10. 5. Prophetas verò mittit, si ordinarii illi scientes officium non faciant, aut in peculiari aliqvo casu constituti consilium non reperiant.)

III. *Si subjectum Prophetans nimis stupidum, aut nimis callidum sit, suspicione qvoqve non vacat;* ibi dementationis diabolicæ, hîc simulationis & figmenti.

IV. *Si Propheta nimis pomposus sit, & videri qværat, ceremonias & gestus insolitos adhibeat, excandescat & indignetur fidem derogantibus;* (ut Sedechias 1 Reg. 22. 24.) *validum est indicium, non à bono spiritu agi, sed à præstigiarum magistro.*

V. *Si nihil affertur qvod sciri* DEI *& Ecclesiæ intersit, sed generaliter, obscurè, confusè aliqvid prædicitur;* certum est signum non ab illo *DEO proficisci, qvi magna & abstrusa communicat servis suis* (Jerem. 33. 3.) *neqve ab illo* DEO, *qvi Pater est luminum, &* DEVS *ordinis, & qvi nihil clàm* loqvitur. Esa. 45. 19.

[Diabolus certè qvamvis aliqvid prænunciet, non tamen ad speciem it, si sapit: qvia infallibiliter futurorum circumstantias non novit. Si videtur aliqvid conari, non nisi verborum ambiguitate ludit, & illudit. Si impudens esse pergit, & specificè determinat, mox fraus eventuum frustratione patescit.]

XXXIV. *Statuere videris, nihil eorum quæ Diabolus prædicit evenire. Atqvi* DEUS *à pseudoprophetis præmonens dicit: Qvamvis eveniat signum aut prodigium qvod prædixerat &c.* Deut. 13. 2.

Signum aut prodigium prædicere, non est futurum aliqvod annunciare.

nunciare in Regnorum & populorum mutationibus: (id enim uni sibi vendicat DEUS immotè, nec prophetis mendacibus, & divinatoribus, concedi patitur: Esa. 42. 8. 9. 20. & 44. 6. 7. & per totum.) *sed promittere præstare aliqvid* qvod in oculis vulgi mirum videatur, eâqve ratione eos obstupefaciat & dementet (cujusmodi erant Jannis & Jambris prodigia, qvibus fascinabant Pharaonem) ludibria & præstigiæ diabolicæ.

[Naturalia qvidem prædicere potest diabolus, cum Physicus sit exqvisitus, sed & de sublimioribus & abstrusioribus illis aliqvid, qvaliter DEUS judicia sua exerciturus sit. At id non nisi conjecturis generalibus: aut qvia videt qvæ DEUS per vera sua organa denunciat, arripit de his aliqvid, & per sua mancipia (Simia enim DEI est, facta ejus obscurare qværit) eadem propalat, admixtis tamen mendaciis & imposturis, utpote veritatis æternus hostis, Ioh. 8. 44.]

XXXV. *Qvô tempore potissimùm diabolus Pseudoprophetas protrudere solet?*

Si attentè Scripturam consulimus non nisi tùm cum DEUS suos emittit: est enim Satan, id est adversarius, qvi divinis operibus sua admiscet, ut similitudine fallat.

[Historiæ id testantur. Excitavit DEUS Mosen, mox huic ad latus diabolus Jannem & Iambrem posuit. Exod. 7. A Mose ad Samuelem nulli mittebantur veri Prophetæ, nec de falsis legimus. A Samuele ad captivitatem plurimi erant Prophetæ DEI, vel centeni simul (1. Reg. 18. 4.): itidem pseudoprophetarum greges (ibid. ℣. 29.) A reditu ad Christum intermisit DEUS Prophetas suos mittere: intermisit & Satan (nullius enim ulla extat mentio.) Apparuit Christus Messias, prodierunt mox etiam pseudo Christi, Simon magus, Ægyptius qvidam Ben-Cosba &c. Eusebius etiam ubi veros qvosdam Novi Testamenti Prophetas recenset, pseudoprophetissarum Montani meminit, Lib. 5. 16.]

Liqvet inde Satanam simiam tantùm esse DEI, ejusqve facta perversissimo studiô imitari. Tum seqvitur, qvôcunqve tempore Satan emissarios suos in theatrum producit, eodem tempore DEUM per organa sua agere. Cui enim ille Satellites suos opponeret? cui lumini obscurando nebulas suas offunderet? Contra ordinarium Ecclesiæ ministerium, habet ille certè ordinarium suum iniqvitatis mysterium, qvod illi satis lucrosum est aucupium: extraordinarios non mittit, nisi DEUM mittere videat: qvia illi inter filios DEI illabendi studium (Job. 1. v. 6.) Expressè etiam Christus docuit, eum Zizania sua tritico DEI admiscere (Matth. 13.) Ubi ergò triticum, ibi Zizania: ubi Zizania, ibi triticum.

XXXVI. *Eò delabimur ut qværere necesse sit, Durent ne in Ecclesia Novâ revelationes? possitne id tutò credi?*

Ambigere qvosdam videmus, imò controversias movere: sed consulamus Scripturam. 1. Evidentissimum est Joëlis vaticinium: *Erit autem posthac effundam spiritum meum, & prophetabunt filii vestri.* &c.

Qvod ad N. Test. tempora apertè Petrus accommodat (Actor. 2. v. 17.) extenditqve usqve ad Christi reditum.

2. Christus (Sapientia illa Dei) dixit: *Mittam ad vos Prophetas & Apostolos* Luc. 11.49. ut ergò Apostolos sic & Prophetas dedit.

3. Testatur id Paulus: *Constituit*, inqviens, *DEUS in Ecclesia alios qvidem Apostolos, alios Prophetas, alios Doctores &c.* 1 Corinth. 12. v. 28. Et Ephes. 4. v. 11. *Cùm ascendisset in sublime, dona dedit hominibus, alios qvidem Apostolos, alios Prophetas.*

4. Lucas in Actis qvorundam meminit expresse: ut *Iudæ & Silæ* c. 15. 32. Capite verò 11. v. 27. ita scribit: *Per id tempus descenderunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiam.* Et ne prophetarum interpretes intelligas, subdit: unus ergò ex illis, nomine Agabus, surgens significavit per spiritum, famem futuram &c. Et an non Johannes Evangelista magnus N. T. propheta fuit?

XXXVII. *Non benè controversiæ statum percipis. Nemo in N. T. Prophetas fuisse negat: sed hodie non dari: Fuisse enim Apostolorum tempore donum temporarium, ut & miraculorum fides: sed propagatâ & stabilitâ fide cessasse utrumqve.*

Resp. Ubi id scriptum est? Ostendant apicem, ego contrarium ostendam.

I. *Primò enim permittit DEUS gratiam hanc, apparendi Ecclesiæ, æternam esse, & fore.*

[Cùm enim apud Ieremiam rejectionem Israëli minatur, & ultimis temporibus recollectionem iterum promittit, dicit conversos illos recordaturos esse pristini favoris DEI, qvam familiariter apparuerit olim patribus (Ierem. 31. ℣. 3.) sed respondet DEUS, *Imò dilectione perpetuâ diligo te.* Et mox (℣. 7.) prodire jubet servos suos & annuntiare Iacobo læta. &c. Qvibus verbis non obscurè DEUS sub tempus ultimæ conversionis Iudæorum (qvæ nondum facta est, sed appro-

pinqvare

pinqvare creditur: qvippe reditus è Babylone Cap. 30. fuit præmissus, hîc autem, Cap. 31, illa universalis recollectio, qvæ post Christi adventum futura prædicitur) extraordinarios legatos promittit.]

II. *Petrus Joëlis dictum explicans, non ad solam tùm præsentem effusionem accommodat, sed ad totum* N. T. *cursum extendit.* Qvod inde patet.

I. Qvia vocem *posthac*, in has mutavit: *Et erit ultimis temporibus.* Ultima verò tempora, an nescimus totum Evangelii cursum indigitare? 2. qvia effusionem illam spiritus super omnem carnem, usqve ad extremum judicii diem extendit (v. 20.) 3. Parallelo locô id probatur. Qvod enim David Psalmo 2. scripsit: *Qvare fremunt gentes*, id Apostoli ad furores hostium sui temporis (Herodis, Pontii Pilati, & Pharisæorum) accommodarunt, Act. 4. 25. At qvis tam iners est, qvi inde inferre velit, istius Psalmi vaticinium tum impletum, ad tempora seqventium perseqvutionum (Neronianæ, Decianæ, Antichristianæ &c.) trahi non debere. Imò contra, qvia Apostoli ad tempus N. Test. accommodarunt dictum id, tutissimè nos idem de omnibus ubicunqve conjuratis & furentibus Christi hostibus intelligimus. Cur ergò Joëlis vaticinii non par sit ratio? Præsertim (4.) cùm Visionum & somniorum fiat promissio: in effusione verò illâ Spiritus S. non somnia aut visiones erant, sed sublimior, interna puta, irradiatio, qvâ in momento multarum Linguarum & profundidissimorum mysteriorum gnari reddebantur. *Plus ultrà* ergò vaticinii complementum se extendit, ut nimirum per somnia qvoqve & visiones, Spiritus S. mysteria in N. T. revelet omnimodè. Nihil enim aliud Petrus dicti vaticinii allegatione ostendere laborat, qvàm gratiam revelationum DEI à Judæis ad Christianos jam transferri. Qvod eôdem modo antiqvos Ecclesiæ Doctores intellexisse, mox patebit.

III. *Angelus in Apocalypsi conservum Ioannis, & fratrum ejus prophetarum, sese appellat* (22. 9.) eô ipsô innuens donum prophetiæ ita dispensari, ut perpetuum qvodammodo sit in Ecclesia, ut & illi perpetuò conservi nostri esse gaudent.

IV. *Nemo deniqve hactenus doctorum Ecclesiæ, ab Ecclesia prophetiæ donum planè ablatum esse, docuit. Contrarium unanimi penè consensu scribunt omnes.*

Justinus Martyr in Tract. adversus Judæos hæc habet verba: *Apud nos huc usqve prophetica extant dona, unde & vos intelligere debetis, qvæ olim in vestro grege fuerunt, ea in nos esse translata.*

Euseb. lib. 4. c. 17. eundem Justinum citans eidem sententiæ subscribit.

scribit. Et lib. 5. c. 16. aliûs insignis doctoris Miltiadis librum de prophetis N. T. allegat, & qvosdam (ut Qvadratum & Ammium) nominat.

August. tom. 9. p. 81. hæc habet verba: *A Prophetiæ dispensatione nulla tempora cessaverunt.* Item tom. 3. p. 139. *Cessavit qvidem veteris prophetiæ donum: loqvitur tamen & nunc futura in sanctis suis DEUS, qvando sibi placet.* Consonant & recentiores.

Luth. in c. 7. Gen. (folio 128 Jenensi) *Revelationes divinæ nunc non nisi in specialibus negotiis, & rarissimè, fiunt.* (fiunt ergò.)

Ioh. Calvinus locum Apostoli Eph. 4. 11. explicans ait: *Prophetas* vocat, *non qvoslibet divinæ voluntatis interpretes, sed qvi singulari revelatione excellebant: qvales nunc vel nulli sunt, vel minus conspicui!* (Non ergò nulli: Præcesserant enim Verba: *Apostoli, Prophetæ, Evangelistæ extraordinarii sunt: qvos initio regni sui Dominus excitavit, & suscitat etiam interdum, prout temporum necessitas postulat. Calvinus Instit. Religion. Christian.* lib. 4. c. 3. §. 4.)

B. Aretius in Locis Com. 94. *Cur autem hoc donum successu temporis in* Ecclesia *desiit? Primò temerarium est negare in totum* Ecclesiæ *etiam hodiernæ hoc donum propheticum. Et licet obscuriores sint, tamen non dubitandum est qvin sint. Et possent produci piorum virorum oracula planè prophetica, qvæ eventus comprobavit. Rarius tamen hoc donum jam esse, facilè concedi potest.*

P. Martyr. loc. Com. folio 4. *Prophetas hodie in Ecclesia, qvi ita sint* θεοδίδακτοι, *etiamsi fortè sint aliqvi, tamen non arbitror esse multos. Inprimis enim DEUS initiis nascentis Ecclesiæ Prophetas excitavit &c.* (Qvid autem si & renascenti, éqve Babylone emergenti?)

Et qvorsum plura? Hoc unum dicant, qvi contrarium statuunt, qvâ fiduciâ his Ecclesiæ luminibus præjudicia sua opponere audent?

XXXVIII. *Si ergô Prophetæ non cessârunt, ostende qvinam, aut ubinam, intra hos 1300 annos erant?*

Qvamvis ostendere neqveam, non tamen inde seqvitur nullos fuisse. Imò evincas licet fuisse nullos, non tamen eò evinces nullos etiam fore. Qvæ enim conseqventia: *Conticuit aliqvot centenis annis Prophetica vox. Ergò æternùm silebit?* Nam & apud Israëlitas jam clariorem, jam obscuriorem fuisse, jam aliqvot seculis siluisse: nihilominus tamen ubi DEO visum rediisse, antè vidimus. Qvid autem

tem mirum si annis 1260, qvibus calcanda tradita fuit urbs sancta gentibus, donum hoc fuit imminutum? (Apoc. 11.). Sed nec difficile esset historias producere, etiam in mediis Antichristi tenebris peculiari afflatu qvosdam animatos fuisse, qvi crescenti impietati iram & pœnas DEI horrendas denuntiarent, Ecclesiæqve liberationem prædicerent. Qvid autem ad remotiora provocare opus? qvum non desint propiora exempla, qvid nostris his diebus, & nostris in oculis, operari dignatus sit DEUS? undè liqvido satis, philantrophiâs fontem nondum exaruisse, colligi potest.

XXXIX. *Qvô tendas video. At id ipsum controversum est: utrum pro divino haberi debeat?*

Qvicunqve hactenus seriò rem inspexit, & cum timore DEI perpendit, vix dubitat qvidqvam. At cui judicare integrum est antequam judicavit, & causâ indictâ decernere tamen, abundare illi qvidem sensu suo licebit: sed veniet Dominus, qvi illustrabit occulta tenebrarum, & manifesta faciet consilia cordium: atqve tunc laus erit unicuiqve, &c.

X L. *Velim ergo mihi argumenta, aut rationes, exhiberi, qvibus revelationes illas novas à fuco & errore vindicari posse putatis.*

Invitus in hanc descendo arenam, descendam tamen: qvia charitas jubet, imò cogit, & causæ bonæ non deesse, & cavere simplicioribus ab errore, in qvem eos aliorum rapiunt vel immatura præjudicia, vel informationes falsæ.

Qvicqvid hactenus judiciorum de Christin. Poniatov. Visionibus auditum est, eò tendunt, ut illæ fuerint vel *Simulationes*, & cerebri (sui aut alieni) figmenta; vel *Phantasia* morbo corruptæ *Imaginationes* vanæ; Vel *subtiles Diabolicæ fraudes ac præstigiæ*; vel deniqve *illustre DEI* opus. Si ergò nec Simulationes, nec Phantasias, nec Præstigias esse, demonstratum fuerit, relinqvetur DEI opus esse. Qvod tamen & utriusqve peculiarem qvoqve & validam admittit demonstrationem.

3u 1A

XLI. *Ostende igitur, simulata non fuisse?*

Resp. *Hic ad Rationis & Charitatis trutinam provoco.* Rationis, & nostræ ut testium, & tuæ ut judicis. Qvid enim, per DEUM, tamnè obesæ naris fuimus omnes, qvi totô illô tempore (ultra annum) ei conversati sumus, curiosissimè in omnia intenti, ut nullum subodoraremur fucum? Qvis credat puellam unam tot matronis, & tot viris, imponere potuisse? Si qvi tamen nostræ diffiditis attentioni, ipsimet vobiscum hæc perpendite.

I. *Qvænam simulatio sensus omnes exuere, aut redinduere potuerit, qvoties vellet?*

II. *Qvæ simulatio 30 aut 50 validissimos epilepticos paroxysmos (sine vitæ & valetudinis dispendio) sufferre potuerit?*

III. Qvæ simulatio ecstasi interveniente, vel medium paroxysmum interrumpere, duos, tres, qvatuor & ultra horas, plenô lætitiæ spectaculô uti, finitâ autem visione morbum reassumere, potuit? Id enim sæpè factum: non clam, semper in testium fide dignorum coronâ, qvi alii atqve alii, Politici Theologis permisti. Impossibile certè qvamvis talia simulari possent, tam diu & tam accuratè simulari, qvin se prodidisset, si ullus subesset fucus.

Charitatem qvoqve appello: de qvâ Apostolus, Charitas non cogitat malum, omnia credit. Cui ergò scintilla charitatis inest, desinat tam nefandi flagitii, sive illam piè prognatam, piè educatam, verè DEUM timentem virgunculam; sive nos, ejus testes, insimulare, ut tam scelerata perversitas (ludificandi Ecclesiam) vel in mentem venerit nobis. Et qvis ejus rei nobis fructus esset? Confusio in hominum conspectu, & DEI ira.

XLII. *Esto, non ficta esse illa: Sed audésne propugnare morbi Phantasmata non esse?*

Triumphat hic Medicorum qvidam, merè paraphysicas, vanidas imaginationes esse dictitans, & plausibilibus (ut videntur) rationibus colligens.

At ut

At ut demus morbum fuiſſe naturalem, imò & Ecſtaſes epilepticas; Viſiones tamen & Revelationes, qvæ per Ecſtaſin fiebant, non à læſione facultatis imaginativæ, ſed à peculiari & immediatâ Dei, vel Angeli boni, operatione proveniſſe certis rationibus probatur. Melancholicarum nempe paſſionum cum his revelationibus collatione inſtitutâ. Nam.

1. *Melancholicæ ſpeculationes, utut inuſitati aliqvid ſibi fingant, illud tamen plerumqve monſtroſum aliqvid eſt & abſurdum.* Noſtræ autem huic per viſionem taliæ imprimebantur, qvæ non puellare ſolùm, ſed ingenioſiſſimi cujuscunqve acumen longè ſuperant.

2. *Etiamſi aliqvando Melancholia aduſta ſpiritus animales excæcuat, ut puriſſimi ſpeculi inſtar puriſſimas recipiant imagines, id tamen in hoc ſubjecto fieri non potuit has ob cauſas.* *Primò* qvia non eſt ſubjectum ad tales paſſiones accommodatum, utpote nihil de Melancholico temperamento participans. *Secundò* fiunt in Melancholicis ſpeculationes rerum jam ante impreſſarum, pro cujusqve ſtatu & profeſſione (Sic Monachi de purgatorio, miſſis &c.) At qvid noſtræ unqvam fuit rei cum Apocalypticis revelationibus? Suſpicatus eſt Medicus eam, cùm in exilio nata & educata ſit, naturali vindictæ deſideriô ferri; & cùm inter Theologos ageret vitam, non potuiſſe non audire conſolationes varias ex verbo Dei: legiſſe autem Johannis Apocalypſin; unde tandem imaginationes iſtæ progenitæ ſint. Sed vanæ ſunt conjecturæ. An enim religionis Zelus tantus, qvi in vindictæ cupidinem exardeſcat, in hanc ætatem & ſexum cadat, neſcio: hoc ſcio, qvod Ariſtoteles docuit, *Ab aſſuetis non fieri paſſionem.* Si ergò in exilio nata, veriſimile eſt languidiſſimum in illâ fuiſſe vindictæ Zelum, utpote qvæ libertatem nunqvam deguſtavit, aut diſcrimen novit. Alii certè cuipiam recèns in exilium ejecto, ob doloris vehementiam, fortes ejuſmodi imaginationes obvenire debebant, ſi huic rationi ponderis aliqvid ineſſet. Nec inter Theologos educata eſt, ſed in Gynæceis: ubi qvàm ſint vernantes puellæ de illis qvæ mundus agit, aut Eccleſia patitur, ſollicitæ, per ſe patet. Crebram qvoqve Bibliorum lectionem fruſtra ſuſpicatur, qvæ illam nunqvam ex profeſſo legiſſe ſolidâ inqviſitione deprehenſum eſt.

3. *Melancholicæ cogitationes; ut ſe in objecto certo figunt, ita hærent, nulla, aut confuſiſſimâ certè, varietate.* At in viſionibus noſtræ admiranda rerum & verborum varietas eôdem ſemper ſcopô immotè. Etiam ipſi geſtus varii qvidem, at decentiſſimi, & rebus accommodatiſſimi.

tissimi. Verbi gratiâ; cum plagis mundi se obverteret (mandata dans, aut venientes inde exspectans) nunqvam intuitu aberravit, sexcenties id observatum: cùm tamen extra ecstasin mundi & regionum situm planè ignoret. Psalmorum & Scripturarum ad res subjectas accommodationem mirari satis neqvimus: qvia certum est neminem Theologorum qvantâvis præmeditatione tam artificiosas applicationes invenire posse, qvæ tamen hic omnia extemporanea.

4. *Melancholia qvodcunqve semel occupavit cerebrum, non dimittit, nisi remediorum ope submota.* Has autem Ecstases & Visiones accedebant & recedebant, reliqvô eam tempore talem, qvalis naturâ est, relinqventes. Atqve divinâ providentiâ factum est, ut qvamvis eam Medici (ecstases sistere volentes) curæ suæ tradi postularent, tandemqve impetrarent, semel & iterum etiam manum admovere tentarent, admovit tamen nemo: opus autem solemniter peractum, solenniter desiit, Valetudine perfectâ puellæ redditâ.

5. *Melancholici qvamdiu Phantasticâ imaginatione detinentur, tam diu Phantasmata sua vident & defendunt: liberati nihil eorum meminerunt, nec referentibus fidem habent, pudoreqve suffunduntur.* Hic memoria antè, in, & post ecstasin, semper eadem, exacuta tamen mirum in modum.

6. *Phantasia eadem effectum post se nullum relinqvit*: eò qvòd nihil nisi imaginatio evanida est. Nostra verò qvicqvid per visionem accepit futurum esse, eventu ipsô comprobatur semper. Si nihil aliud in exemplum memorem, qvàm rediturae Ecstaseos prædictiones, satis erit. Qvæ enim tam harmonica melancholia esse potest, qvæ sibi ipsi terminos, dies, horas, menses, in futurum etiam figat, nec aberret unqvam? Alia prætereo.

7. Qvid inter Phantasiæ delirantis ludibria & lucidissimas visiones intersit, in hoc ipso subjecto monstravit DEUS, dum ei (26 Aprilis anni 1628) delirium verum immisit, qvod triduo integro duravit, ut in historia videre est. Qvis qvæso credat, & mentem sanam (qvali extra Ecstaseos horas constanter prædita fuit) & clarissimas illas in Ecstasi visiones, & confusissimum hoc delirii chaos in eodem cerebro competibilia fuisse?

8. Tandem, doctissimus Peucerus (in libro suo *de Divinationum generibus*) clarè docet: *Credendum non esse à solâ Melancholiâ ullas Ecstases & revelationes posse provenire, sed aliundè aspirari semper: nempè à spiritu bono vel malo. Atqve ita semper esse vel divinas vel diabolicas: qvas discernere*

…re Ecclesiæ esse ait; & gnorismata certa ponit. Hujus ergò excellentissimi Physici canonizatam qvodammodo autoritatem modernis Naturalistis opponimus.

XLIII. *Qvomodo ergò probabis diabolicas non esse?*

Facillimè. Nam: Primò, Nullum vel minimum exstat vestigium diabolicæ operationis. *Non ignoramus Satanæ machinationes*, inqvit Apostolus, scimus qvò collimet semper: nempè ad separandum homines à Deo. Qvod obtinet ad extrema deducendo: aut enim superbiam homini insufflat, ut elatus in seipso deastrum sibi se constituat, & cum Lucifero solium suum supra Deum exaltet, posteaqve in abyssum cum eo ruat: aut deprimit hominis animum, ut se infra Creaturas abjiciat, timorem, spem, oblectationem summam in iis collocet, atqve ita se in rebus qvæ umbra sunt defigens, una cum illis evanescat. Hi sunt perpetuò fines omnium ejus præstigiarum; ad qvos obliqvè licet tendat, tendit tamen, nec aliter potest. Impurus certè ille spiritus est, non potest non sordes relinqvere qvàqvà transit: mendax est, non potest non mendaciis veritatem conspurcare: homicida est, non potest non exitio animas implicare: blasphemus est, non potest non detrahere majestati Dei: abjuratus hostis Dei est, non potest non abducere ab eo Creaturas. At ubi hîc vel tenuissima horum indicia? Nulla planè.

Object. Ast, inqviunt, *Occultat se mille artifex*. Resp. Qvò fine si nihil adferat præstigiarum, & meras tractet scripturas, merè ad Deum fidelium convertat spes? Non tam modestus est, qvi tamdiu, tam fideliter, tam gnaviter, serviat Deo & sanctis ejus: nihil nisi talia, qvæ in istius honorem, horum solatium, spectant, proponendo.

2. Sed qvamvis vellet, impossibile tamen fuit Diabolo tanta præstare: Impossibile inqvam: I Tamdiu emenititam Angelicam lucem retinere, & ingenium occultare, qvin veritati mendacium, religioni superstitiones, gravitati histrionicam levitatem, admiscuisset. II Tàm exactè stili prophetici characterem imitari, impossibile est Satanæ: nec enim alibi hactenus ullum edidit specimen. III Impossibile tàm crebrò, imò continuò, ardentissimis in nomine JESU

CHRISTI fusis precibus (qualiter hîc jam inde ab initio Visionum fiebat) præsentem adesse. Resistite Diabolo & fugiet à vobis, inqvit Apostolus Jacob. 4. 7. Qvomodo autem resistitur ei, nisi per precationem & jejunium? (Matth. 17. 21.)

3. *At confidimus, qvamvis potuisset exercere has tantas præstigias Diabolus, non tamen id ei permissuram fuisse bonitatem* DEI, sicut non permisit hactenus in Ecclesia vera: si enim unqvam permissum est, non nisi inter Idololatras permissum. Ita Eliæ tempore permisit DEUS Satanæ prodire, & esse spiritum mendacii in ore pseudoprophetarum, ad seducendum, *Qvem? Achabum desperatum*: qvi cum veros DEI prophetas audire nollet ut servaretur, immissus est hic spiritus vertiginis, qvô ad debitas traheretur pœnas. Prædixit & Paulus in N. Test. efficacitatem erroris ad seductionem: at qvorum? Eorum, inqvit, qvi amorem veritatis non receperunt. 2 Thess. 2. Tandem, etiamsi si fortè vellet DEUS in ipso Ecclesiæ meditullio histrionicam ejusmodi Satanæ permittere, incredibile tamen est eam permitti eô tempore, cum ad extremas angustias piorum reliqviæ redactæ nil nisi suspirant, & gemunt, noctesqve diesqve, omnem spei anchoram in solâ unâ misericordiâ DEI defigentes, cœlos clamoribus fatigant, & vitam potiùs qvàm DEUM amittere parati, persecutionum fluctibus hinc inde miserè jactantur, qvotidie ut oves ad mactandum reputati: eos inqvam, ut DEUS istô tempore Satanæ fascinandos tradat, inconveniens id philanthropiæ divinæ, inconveniens robori fidei nostræ, qvæ mundum vincit, & inferos fugat.

XLIV. *Video hac de re judicium esse difficile: ecqvid faciendum tandem?*

Si tibi non aliud suppetit, modestiam Pharisæorum imitare; qvi cum Pauli causam meliorem, qvam initio putabant, viderunt, exclamarunt: *Nihil mali invenimus in homine isto, qvod si spiritus locutus est ei, seu Angelus, ne repugnemus* DEO, Actor. 23. v. 9.

XLV. Er-

L V. *Ergone suadebis, ut credam DEUM iterum Prophetas emittere?*

udisti antè Prophetiæ donum ab Ecclesiâ nunqvam esse abla-
licet aliqvando minus sint conspicui, & celebres, prophetæ.
l vero si DEO suæ sint causæ, ut magis conspicuos jam ve-
odire?

XLVI. *Cujusmodi illæ essent causæ?*

EUM ad rationes vocare non facile est homini. *Qvis enim
vit mentem Domini, aut qvis consiliator erit ei?* (Rom. 11. v. 36.)
a sunt in operibus DEI, imo infinita, qvorum causas & ratio-
non capimus: ideóne elidenda? Jobi liber multis dehortatur
iles, ne ad rationis suæ trutinam Creatorem suum revocare ten-
qvia rés plena periculi. *Interim si cogitemus easdem nunc DEO
esse causas, qvæ olim* (ut Qvæst. XIX explicatæ sunt) *qvid erit
di? Annon universa Ecclesia sub Antichristi horrenda tyrannide mi-
di laborat? Annon ordinarium Ministerium multis in provinciis dissipa-
planè? Annon Apostasia universalis inundat totas Ecclesias? Annon
dendi plerique animis conciderunt?* Qvid si jam DEUS Zelò furo-
[illegible] adversus hostes se accingat? facturum ne putas, ut non
consilium suum revelet servis suis prophetis? ut non prodromos
[illegible] ostenta & prodigia variis [illegible] horrorem, suis in sola-
[illegible] Antichristi finò interitus ex Daniele & Apocalypsi
certissimus est, qvem omnes creaturæ anxiè qvidem & confi-
[illegible], exspectant; at tempus interitui destinatum incertum. Li-
um in utroqve illo (Daniele & Apocalypsi) certi temporum cha-
[illegible]; nemo tamen hominum proprio acumine eousqve pe-
[illegible] sufficienter explicare, & infallibiliter applicare, pos-
Qvid ergò mirum, si Deus ipse (cujus solius est arcana sua re-
re, qvando & qvomodo vult) facem illustrandis illis qvæ ob-
nobis manerent, inferat? Certè Calvinus, Martyr, & alii ex-
docent, *Prophetarum N. T. præcipuum munus esse, vetera propheta-
vaticinia ad præsentem Ecclesiæ statum accommodare*: id qvod hic fieri
[illegible]

XLVII. *Jam*

XLVII. *Jam tandem ergò, qvid divini Visiones Christinæ Pon. insit, profer?*

Omnia, meô judicio; nempè *Res*, *Stylus*, *Constantia insup. Eventuum veritas*, *& Conscientiarum Testimonium*.

1. *Res enim magnæ sunt & sublimes, regimen Mundi & Ecclesiæ con*tes: sunt & *abstrusa*, omne politicum, imo humanum, acum cedentes: sunt & *sancta*, non terram & terrena redolentes, DEUM & æternam in eo spem fidelium animos elevantes. qve *harmonia inest summa*, tàm revelationum harum inter se (l versissimis typis & verbis conceptæ sint) qvàm cum universa Sc S. Non itaqve nisi ab uno eodemqve sancto spiritu proveni sunt. Falsum enim vero nunqvam consonabit: sed qvæ à DE ordinata sunt.

2. *Stylus est Propheticus verè, ut vident facilè, qvicunqve in Scrip ercitatos habent sensus.* Et fluxit à Spiritûs dictamine. Vidimus & testamur, nullum alium fuisse puellæ laborem in conscriben ce, præter calamum tenere manu. Non ita hîc fuit ut dum l industriâ aliqvid scribitur: ubi præmeditari necesse habes, qvi ordine, qvibus signis & emphasibus, singula exprimere velis direqve necesse est subinde ad priora, & conferre cum illis p ra, ne qvid deficiens, redundans, secum pugnans, hinloca eoqve hæc & illa adduntur, demuntur, transponuntur; inf turâ; qvia industriæ nostræ posteriores cogitationes semper meliores. Hîc una qvæqve Visio ut exarari cœpta est in chartam, vix unqvam revisione adhibitâ: talis hîc dictator, rè testari possit, *Qvod scripsi, scripsi.* An non hîc immutabili vestigium?

3. *Rectum est verbum Jehovæ, & omne opus ejus constans*, inq 33. v. 4. A Constantia igitur Verbum hoc Jehovæ esse argu bimur solidè. Omnia enim examina & censuras sustinuit, & pit, hactenus: Examina dico, humana, diabolica, divina.

Humanum examen primum fuit Parentis ejus, Theologi sol Revelationum neotericarum oppugnatoris acerrimi: qvi tum ras, tùm coram (ut ex historia videre est) dehortationibus, tionibus, comminationibus severis, sistere tentabat: tandem

nibus responsis, & αὐτοψία, non in filiâ sed in se deprehendit errorem, DEO gloriam dedit, uti memoravi antè.

Alterum examen humanum nostrum cæterorum fuit, Theologorum, Politicorum, Medicorum, pro arbitrio admissorum, & curiosissimè in omnia momenta intentorum, qvibus vel origo vel soliditas revelationum explorari possit: nec aliud repertum est, qvam qvod suâ luce & firmitudine constat hactenus.

Tertium, cum agoni proxima ab Ecclesiæ *Senioribus inviseretur*, & de certitudine revelationum suarum solemniter examinaretur, intrepidâ conscientiâ divinas esse, verè professa est. (vide Historiam.)

Diabolicum examen fuit tentatio gravis puellæ, tum sub Visionum initium, tùm post semel & iterum, ut Historia indicat. Atqve hoc fuit non è postremis Domini Juliani argumentis: Verè divina esse, qvibus se tantô conatu veritatis perpetuus hostis opponat.

Divinum deniqve examen varium fuit: Qvô referimus non solùm morbos, qvibus eam (maxime sub initium visionum) afflixit miserè, sed & alia constantiæ ejus testimonia. Ille nimirum patrem ei primum & acerrimum adversarium opposuit: eundemqve mox, opus hoc jam defendentem, morte inopinatâ sustulit: tùm in medios hostes, in ipsam Tyranni aulam, ire, & interitum eidem denuntiare, mox in Exilium cæteros præire, jussit, postea variè divexari voluit: ut toties vel mortem sibi, vel Operi huic divino in se finem, anxiè optarit: tandem mori eam, postqve resurgere, & in testimonium Omnipotentiæ & misericordiæ DEI vivere, jussit. Annon mirabiles hæ viæ Domini? Annon hoc est qvod Scriptura dicit, eum mortificare & vivificare, in infernum demittere & educere? *Aurum & argentum si ter clibanum sustinuit, probum æstimatur: hoc autem* DEI *opus magis qvàm ter trinam probationem pertulit: nec sufficiet?* Absit tanta cordis durities.

4. *Conscientiæ testimonium* hoc intelligo, qvòd qvicunqve corde simplici his acqviescunt, tranqvillâ utuntur, etiam in medio contradicentium strepitu, conscientiâ; certi opus DEI suâ firmitudine stare: cùm qvi scrupulosè nodos qværunt, non tam alios qvam se ipsos inqvietent. Dubitante enim conscientiâ id faciunt, nec inveniunt qvietem, nisi sub obseqvium fidei captivatâ ratione: qvod de se Dominus Julianus, & alii qvidam, fassi sunt. Hìc ergò Jobi illud locum habeat: *Qvis unqvam obdurans animum adversus eum, pacem habuit?* Job. 9. 4.

 5. Even-

5. *Eventuum deniqve evidentia testimonio est.* Qvicqvid enim unqvam personæ suæ respectu (sed in præludium & figuram Ecclesiæ) ex revelatione prædictum habuimus, omne id evenit semper: nec eorum qvæ Mundum & Ecclesiam concernunt, contrariò eventu qvid qvam subversum est, qvin imò omnium admiranda dispositio jam est in oculis. Concludam ergò locum hunc Augustini dictô: *Cùm multa (inqvit) qvæ prædixerunt prophetæ ad effectum perducta sunt, perversus est qui illos contemnit.* Tom. 6. p. 285.

Secundarias veri prophetæ DEI notas, si ex Qvæst. XXXII huc applicare libeat, firmabunt planè thesin.

XLVIII. *Non invenio qvod obloqvar: sed metuere ajunt, ne Visionibus istis periculi aliqvid creetur loco huic.*

Resp. Annon dixi rationes carnis obstare unicè? Hæc verò ratiocinatio perqvam similis est illi: *Si omittimus hunc venient Romani, & auferent locum nostrum.* At argumentare sic in cæteris, puer te explodet. Exempli gratia: *Ignem tractare cum periculo conjunctum est: ergò ignem tractare, & attrectare, nemo debet.* Conferatur omne syllogisticum acumen in Unum, non alia certè ex hac positione, *Hæc res periculosa est*, conclusio elici poterit, qvàm hæc: Ergò *prudenter tractanda.* Atqve hæc fuit ultima doctissimi Domini Juliani conclusio: (qvem errantem secuti sunt qvidam, errorem autem revocantem seqvi nolunt.) Et tamen hîc protectionem DEI plures esse qvàm prudentiam nostram, mox eò DEUS ostendit, qvòd à parentis discessu eam ad Tyranni aulam, in medium hostium, ire jussit. Qvid autem mali accidit? *Omnipotens itaqve umbra DEI mille prudentiis nostris præstat, id credamus firmiter.* Et si qvid in nomine DEI agimus, aut operibus ejus debitâ cum reverentiâ adsistimus, ne formidemus. *Periculum ibi nullum, ubi Christus miranda sua patrat.* Alioqvin increpatio in promptu est: *Qvid timidi estis, ó exiguâ fide præditi?*

XLIX. *Sed dissidiorum est causa, qvicqvid id est rei.*

Etiam Evangelium gladius est, & flamma, mundo: at non suâ culpâ, sed abusu. Illi viderint, qvi contra Apostoli mandatum spiritum extingunt, prophetias pro nihilo habent: nihil explorant, omnia rejiciunt (1 Thess. 5. v. 19.)

L. *At illi Scripturæ autoritati metuunt, si nova admittantur oracula?*

Metuunt ne cœlum ruat. Qvid enim Scripturis inde periculi, ubi nihil scripturis dissonans reperitur? Si scripturam solâ suâ authoritate stare volunt, Cur ergò humanos commentarios admittunt? Cur eos (cùm tamen nil nisi conjecturæ sint) consulunt? Cur edi patiuntur? DEóne minus licebit qvàm homini? Potest Princeps privilegia subditis collata, & sigillis atqve testibus sufficienter munita, pro lubitu dilatare, aut declarare, aut determinare ad mentem suam, idqve novis instrumentis, non elevatâ primi autoritate, sed firmatâ magis: qvidni DEO liberum sit idem? Provocat is *ad Legem, & ad Testimonium*: Esa. 8. v. 20. Ecce non ad Legem solam, sed ad Testimonium seu contestationem, id est voces propheticas, qvæ Legi antè scriptæ testimoniis suis & firmitudinem & lucem conciliant: qvod idem hîc fit. Sed metuere ajunt, ne his novis plus capiamur, & abducamur à Scripturâ ipsâ. Frustra. Aliter per DEI gratiam experiuntur, qvi vetera & recentia opera & contestationes DEI osculantur: qvod nimirum alterum ab altero dulcescat magis, dicam & lucescat.

LI. *Non verisimile esse ajunt, divinas Revelationes per tàm infames morbos peragi?*

Et Prophetas morbis correptos, Qvæstione XXVII narratum est. De qvâ re P. Martyr ita: *Humana caro perterrefit & debilitatur à præsentia numinis; tamen Spiritus S. naturam non corrumpit, licet vires humanas ad tantam*

tam Majestatem debilitentur & cadant. Loc. Com. fol. 6. Atqve ita hic factum: nihil corruptum, nihil læsum, integra omnia & vegeta hucusqve. Neqve Ecstaseos & Visionis tempore morbi & dolores præsentes erant, sed antè præparationis locô: Ipsæ Visiones integro membrorum vigore, & gestibus decentissimis, peragebantur. Qvid autem si hic idem sit, qvod DEUS ad Ezechielem dixit: *In ostentum proposui te ipsis? Propheta enim* (ut Martyr inqvit) *non tantùm scriptis, sed etiam verbis, imò etiam factis & passionibus, prophetarunt* (vide Ezech. 12. v. 6. & 24. v. 27. Esa. 8. v. 18. & 20. v. 3. *Oseæ.* 1.) Evidentissimum autem est in hoc organo etiam Ecclesiæ adumbratum fuisse statum: ut in ejus per visionem fugâ & reditu, ligatione & solutione &c. Qvidni ergò morbos eôdem modo intelligamus? ut nimirum præfigurarent: 1. Qvàm externum hominem mortificari oporteat, anteqvam jungi possit DEO. 2. Qvàm miserabilis sit præsens Ecclesiæ status? ubi nimirum à planta pedis usqve ad verticem non est integritas, sed vulnus & tumor, & plaga saniosa (ut Esa. loqvitur 1. cap.) 3. Qvàm miraculosè deniqve Omnipotentiæ suæ ope in integrum hæc restituet DEUS, æqve ut illam tot horrendis morbis fractam, imò tandem extinctam, perfectissimè restituit. Sed & ob ipsius nostramqve forsan securitatem Visionibus DEUS morbos adjunxit, ut in oculis Tyrannorum & indignorum operimento essent. Ita olim Propheta Achabo locuturus, ne illicò agnosceretur, percuti multis plagis necesse habuit, & conspergi pulvere (1 Reg. 20. v. 37.) qvod similiter ferè hic factum. Qvia enim ad Tyrannum Waldsteinium eam mittere volebat DEUS, percussit eam, ut faciliùs ille sperneret, & cor suum obduraret: qvod factum est, hactenusqve non aliter qvàm morbi Phantasias interpretantur hostes. An verò nobis propriùs opus DEI spectantibus non aliter hæc consideranda sunt?

LII. *Sed sunt in rebus ipsis qvædam, certè videntur, sanæ doctrinæ contraria, ut Trinitatis S. figurâ visibili apparitio. Jam ergò posthac S. Trinitas pingi poterit?*

Verè dixisti, *Videntur contraria.* Multa enim sunt talia per totam Scripturam: proinde à diversis Theologis conciliationes locorum scri-

cripturæ in speciem pugnantium scriptæ sunt. Qvod Trinitatis apparitionem attinet, respondebo Augustini verbis. (Tom. 6. pag. 212.) *Miseri sunt isti*, inqvit, *qvi calumniantur prophetæ dicenti, qvod DEUM viderit, objicientes Apostolicam sententiam, ubi invisibilem dixit. Si enim alter objiciat Apostoli verbo Evangelicum verbum, qvô Dominus ait: Beati mundo corde, qvoniam ipsi DEUM videbunt: qvomodo respondebunt, posse invisibilem videri?* An verò hæc est prima Trinitatis visibili specie adumbratio? Annon Daniel Filium hominis, & Antiqvum dierum distinctim vidit? Annon Baptista Spiritum S. (columbæ formâ) à Patre & Filio separatè? Liberum ergò est DEO qvâ vult visibili formâ præsentiam suam sanctis suis testari: nobis autem figurare DEUM nullô modô licet, qvia ipse vetuit. Utrobiqve voluntas ejus suprema lex est.

LIII. *Parum Scripturis consonat illa aurei cujusdam seculi pollicitatio. Christus enim suis crucem & afflictiones legavit!*

Verum: sed nihil ne nisi crucem & afflictiones? Qvot loca pro afflictionibus Ecclesiæ protuleris, tot è regione ponam pro gloriâ, triumphis, exaltatione: qvia utrumqve per vices obvenit Ecclesiæ in his terris. Non semper certè Israel sub oneribus Pharaonis gemit: etiam aliqvando submerso insultat. Non semper vagatur per deserta: etiam terram promissam aliqvando occupat. Non semper Moabitæ, Cananæi, Midianitæ, Philistæi, dominantur Israelitis, etiam aliqvando sub Davide & Salomone Israel ipsis. Non semper Nebucadnezar Hierosolymam obsidet, oppugnat, sanguine implet, vastat & diruit: etiam aliqvando Cyrus & Darius eandem reædificant. Non semper Antiochi Libros sanctos vastant & abolent: etiam aliqvando Ptolomei eosdem gentibus commendant. Non semper Nerones, Decii, Diocletiani, Christianos perseqvuntur: etiam veniunt Constantini, Theodosii &c. sub qvibus Ecclesia pace & gloriâ abundat. Non semper ergò & Papæ, Hispani, Turcæ, proculcabunt Ecclesiam: Veniet etiam Salomon qvispiam, Cyrus & Constantinus, qvi pacem orbi restituat. Qvid ergò contra Scripturas hîc promittitur? Si promittitur uberior & longior pax, & floridior Ecclesiæ status, qvàm qvi hactenus fuit, qvid mirum?

 qvo-

qvoniam horridior & longior præcessit persecutio, qvàm qvalem unqvam à Mundi primordiis perpessa fuit Ecclesia? Devastationem Ecclesiæ, qvæ per Antichristum utrumqve facta est, intelligo. Qvibus Zelo furoris DEI sublatis, splendorem Ecclesiæ rediturum, satis manifestè Scripturæ vaticinia ostendunt: Qvod ego hîc non ostendam, sed innuam solum.

Qvæst. I. Certum est semen Abrahæ reversurum ad DEUM suum, & Christum Regem suum (idqve non sola Judæ tribus, in postrema Hierosolymæ desolatione à Romanis in captivitatem abducta, & per Europam dispersa, sed & decem tribus à Salmanassare abductæ, & per Asiam dispersæ. (Vide Ose. 3. c. totum, & Rom. 11. v. 15.) Certum autem est Judæos non iri conversum, nisi post ingressam plenitudinem gentium, Rom. 11. v. 15. &c. Gentes autem plenè non convertendas nisi ab Antichristi interitu, Apoc. 16. v. 12. & 19. v. 6, 7. qvem omnis credentium chorus anxiè expectat. Liberari ergò Tyrannorum metu, dilatari per omnes mundi plagas, renovatam videre doctrinam Cœlestem purissimè, an non id gaudium erit, annon paradisus Ecclesiæ? Atqve eò spectant infinita Prophetarum vaticinia, de collectione gentium ad Ecclesiam: de replendâ terrâ scientiâ Jehovæ, sicut alveus maris aqvis operitur: de pace universali inter gentes, cùm tundent gladios suos in ligones, & hastas suas in falces &c. Qvas prædictiones ut certum est non impletas hactenus (neqve literali neqve spirituali sensu) ita implendas esse certum est.

II. Evidens etiam è Scriptura, tempus Regni Christi in duas periodos dividi: tempus videlicet persecutionum, ut hactenus fuit; & tempus pacis, ut erit. *Nam primò* Psalmus 110. dominationem Christi duplicem innuit, alteram in medio immicorum, alteram absqve inimicis, cùm positi fuerint subscabellum pedum ejus. Hucusqve autem Christus non sine inimicis, sed in medio illorum, regnabat. Seqvitur ergò, ut subdantur omnes scabello ejus. Id verò siqvis ad extremi judicii diem referat, errabit: Expresse enim Apostolus docet tunc Filium depositurum esse regnum, & traditurum DEO ac Patri, 1 Corint. 15. v. 24. 28. *Secundò* vidit Daniel post excisionem qvartæ Bestiæ dominatum absolutè tradi Filio hominis: ut omnes populi, & nationes, & linguæ, ei serviant, Dan. 7. v. 13. 14. Qvod neqvis iterum de die ultimi judicii intelligat, Angelus interpretatur, *Regnum Dominatusqve & amplitudo regnorum sub toto cœlo dabitur populo sanctorum*

Christi (v. 27.) En! de regno sanctorum sub cœlo adhuc sermo est. *Tertiò*, Christus Evangelii tempora dividit in tempus bellorum, & pacis: sub qva demum Evangelium prædicari oporteat in orbe universo; atqve tum fore finem, Matth. 24. v. 6. 15. Nondum autem prædicatum est ubiqve sub cœlo, necunqvam sine contradictione & sanguine. Ergò tempus illud restat. *Qvartò*, Eôdem tendunt typi qvidam Vitæ Christi; ut Navigatio ejus cum discipulis per mare Matth. 8. ubi duplex erat status: 1. procellosus, ad periculum usqve interitûs: 2. dein tranqvillissimus, cùm repressisset ventos & mare. At procellæ hactenus obruebant Ecclesiam: superest ergò tranqvillitas. Item, Versatus est Christus primò cum discipulis suis inter hostes, ab iisqve divexatus variè, tandem oppressus: at resurrexit, & anteqvam cœlos ascendisset 40 dies solis discipulis & credentibus suis cohabitavit. Ergò eodem modo Ecclesia primùm variè tribulari, tandem opprimi (ut jam oculis hominum videtur) debuit: post autem resuscitata aliqvandiu etiam in terra relinqvitur, anteqvam transferatur ad cœlos. &c.

III. Annon verò Apocalypsis Johannis clarè satis promittit Satanam mox à Babylonis ruinâ ligandum ad 1000 annos, ne seducat gentes? postea verò solvendum ad excitandas turbas illas, qvas ultimo adventu suo intercipiet Christus, Apoc. 20. Nondum autem cessavit seducere gentes, qvi nondum ligatus fuit: neqve dum Bestia dejecta est. Restat igitur id, qvàm verè Apocalypsis divina est. Nihil itaqve à Scripturis alienum afferunt Revelationes istæ: sed à veritate alieni sunt, qvi cerebri sui somniis, qvàm revelationibus divinis (qvæ sibi semper & ubiqve conformes sunt) credere malùnt.

LIV. *Dixeras, evenisse omnia qvæ personæ suæ respectu prædixerat: atqvi prædixerat mortem sibi, nec mortua est?*

Diversa est responsio. Primò, nec Prophetas semper oracula intellexisse: aut aliter qvàm debebant intellexisse, & fuisse eventu frustratos (vide Qvæst. XX & XXXI.) 2. Non semper etiam evenisse, qvæ expressissimô DEI mandato prædixerant (vid. Qvæst. XXXI.) 3. Scribit Evangelista Dominum cum à resurrectione Petro de morte suâ loqveretur, de Johanne dixisse: *Si eum manere volo*

donec

donec veniam, qvid ad te? Exiit ergò sermo iste (inqvit) *inter fratres, Johannem non moriturum esse* Joh. 21. v. [illegible]. Ille tamen pòst mortuus est, & errasse deprehensi sunt omnes. Qvid hic qvæso? Christusne eos ambiguitate decepit, an ipsi se simplici credulitate suâ? Qvidqvid dixeris, huc qvadrabit. Huic enim dictum erat; *Annus superest vitæ tuæ, qvô te adhibebo ad opus meum.* Poterant hæc verba utiqve bifariam intelligi, vel de residuo vitæ tempore, vel de tempore qvô ad opus Dei adhuc adhibebitur. Illa priori modo intellexit, & supervenientibus signis confirmata fuit: si eventus posteriori modo intelligendum fuisse ostendit, qvid tantæ absurditatis hic commissum? Sed respondeo, qvartò, rectè eam sic intellexisse, qvia sic evenit. An non enim lethali morbô prostrata fuit? an non morte extincta? Qvi aderant, nullam mortem morti similiorem esse posse, atqve hæc fuit, sciunt. Qvod autem Deus omnipotentiæ brachium exeruit, & in vitam redire jussit, qvis dicet, Cur ita facis?

LV. *Id verò vix persuadebis, ut revixisse credam: miracula enim desierunt. Et Medici rationibus & exemplis evincunt, Lipothymicos in profundam syncopen devenire, ut mortui credantur; redit tamen in præcordia spiritus, etiam aliqvot dierum intervallô. Qvod idem hic proculdubio factum.*

Eqvidem utrum vera mors (id est, animæ à corpore totalis separatio) fuerit, non pugnabo: nec enim id ipsa novit. Sed ex illis Domini verbis: *Redi unde egressa es, & flatus Altissimi vivificet te,* colligitur egressam fuisse animam verè. Si qvis autem hoc aliter interpretari noverit, per me licet: hoc certum fixumqve puto, in faucibus mortis extitisse verissimè, unde reditus non dabatur, nisi interveniente omnipotentiâ Dei. Nam qvod ad similia exempla provocant, attendi velim circumstantias planè alias esse. Primùm enim cæteris illis putativè mortuis mors non prænunciatur, uti hic factum: sed casu naturæ, & fortuitâ morbi violentiâ, accidit. Secundò, nemo illorum extra corpus se videt, qvia non est. Nec enim separantur à corpore, sed facultates vitales intra cordis latebras inclusæ tantùm soporantur: ac proinde etiam facultates animalis

males qviescunt. Hæc autem in cœlo se constitutam vidit, DEUM alloqventem audivit, eundem adoravit & allocuta est, ejusdem jussu rediit. Tertiò, illi non in momentò restituuntur (naturæ enim ab extremo ad extremum transitus non datur) sed paulatim spiritus vitales à centro se diffundunt, & membris primò vitam, post demum vigorem, reddunt: nec benè longò tempore sui compotes fiunt, ut qvid de se fiat animadvertant. Hæc momentò se recolligit, & qvod in mortalitatem reducta sit flet. Qvartò, illi si qvid morbidi symptomatis patiebantur antè, non isto deliqviò deponunt, hæret malum, nec continuò vegeti & validi sunt: sed ut vires recolligant, calore foveri, & medicinalibus corroborari, necesse habent. Hic nihil tale: neqve morbus rediit, neqve morbi vestigium ullum (sive hemiplexiæ qvâ prostratâ jacuit ad ultimum usqve vitæ halitum; sive Epilepsiæ, qvâ in agone ipso tantùm non rumpebantur membra universa) apparuit: solitò vegetior & habilior surrexit, horrentibus & vix suis credentibus oculis qvi aderant. Nec fomentis ullis opus fuit, nec cibi aut potûs qvidqvam assumsit eâ die, perfectâ tamen valetudine uti mox frui cœpit, ita fruitur, & se fruituram constanter jam scit. Pergemúsne cæcutire in tam evidenti præsentiæ DEI lumine? aut qværere effugia, ne aliqvid concedere DEO necesse sit? Qvod enim dixisti Miracula cessasse, inconsideratè id dicitur. Cessârunt miracula per homines administrari, verum est, h. fides miraculorum cessavit: at non cessavit DEUS edere miracula, qvoties illi placet. Ecclesia enim (ut Peucerus scribit) semper propriis qvibusdam claret miraculis præ gentibus cæteris, qvæ doctrinæ testimonia sunt.

LVI. *Ut ut est, præstare ajunt, non cupere scire futura, unde securitas nascitur: sed intentos esse nos precibus & jejuniis, cætera committere DEO.*

Argumentum hoc validum existimari audio: sed videamus num è S. Scriptura desumtum sit. Si extraordinariæ consolationes divinæ securitatem, & ad preces languorem, inducunt; malè certè inde à seculis fecit DEUS, qvòd in angustiis constitutum populum suum præter generalia lege comprehensa solatia, peculiaribus etiam cuivis

ævo accommodatis, impertire dignatus sit. Neqve solùm oppressum jam populum suum, sed anteqvam pati aliqvid cœpisset, jam erigebat liberationis promissionibus: *ad momentum se derelicturum eos, & miserationibus æternis congregaturum: intrarent modò in conclavia sua & latitarent exiguò momentò, donec præterierit indignatio &c.* Plena talium sunt Prophetica scripta. Malè igitur & Christus dixit: *Paulisper & non videbitis me, & rursum paulisper & conspicietis me.* Malè item qvòd ad Smyrnensem scribi jussit: *Nihil eorum metue, quæ passurus es: afflictionem enim habebis decem dierum* Apoc. 2. v. 10. Malè item qvod Thyatirensibus: *Non imponam vobis aliud* (ibid v. 24.) Sed absit blasphemia dicto: Benefecit, & facit, omnia DEUS noster, hunc illi debemus honorem in omnibus. Neqve id securos aut languidos reddit verè credentes, qvinimò accendit magis precum fervorem. Nam si preces tanto validiores sunt, qvantò validiori fundamento innituntur: fundamentum autem precum est exauditionis fides, (Jac. 1. 6.) fides autem illa non aliundè nisi ex promissione DEI resultare potest: seqvitur inde, qvò evidentiores sunt permissiones eò ardentiores preces. Qvod egregiè Esaias expressit, dum post præscriptas Ecclesiæ in captivitatem abducendæ vividissimas consolationes (Capitibus 59, 60, 61, 62.) subjunxit: *Vos igitur qvi commemoratis Iehovam ne silete, neqve permittatis ei silentium, donec stabiliat & disponat Ierusalem in laudem in terra* (62. 7.) Ecce qvem usum sanctis præstent solatia DEI! Sic etiam docent exempla: Daniel qvamvis ex Jeremiæ prophetia videret, advenisse liberationis tempus; non tamen socordiæ se dedit, sed ad orationem & deprecationem cum jejunio, cilicioqve & cinere se convertit, Dan. 9. 1. David protectionis divinæ à Saule Tyranno securus, non destitit tamen ardentissimis intentus esse precibus. Christus ipse à coarctatione & judicio se eximendum esse sciebat, & tamen orationi vacabat: cumqve Angelus confortatoriis apparuit, non repulit eum, qvamvis Angelorum confortatoriis non æqvè indigeret. Cur, nisi in exemplum nobis? ut ne ullâ parte oblatam spernamus gratiam DEI. Verbò: Percurramus Scripturam S. omnem, non reperiemus qvenqvam piorum humilitatis prætextu à se removisse consolationes DEI: qvinimò qvoties viderent qvâcunqve ratione condescendentem, & lenimenta adferentem DEUM, excipiebant, exosculabantur, gaudebant, gratias agebant, effundebant se iterum in amorem DEI, adqve fidem DEO pariter præ-

stàndam

ſtandam ſeſe exſtimulabant. Unus Achas oblati ſigni recuſatione modeſtiam captare tentavit: ſed ideò hypocriſeos notatus, & magis increpatus fuit, ſignumqve nolens volens admittere coactus, Iſa. 7. Theologiam ergò è Scriptura, non è cerebro noſtro, diſcamus: ut in faciendis & omittendis magiſtro & duce utamur DEO, non opinionibus noſtris.

Qvod ſi non placet, obloqvere humana ratio qvantum voles: ſcito tamen tibi cum DEO fore negotium. Cujus nec ſapientiæ ſolem exſtingves tenebris tuis, nec bonitatis exareſacies fontem ingratitudine tuâ: neqve verè pii deſiſtent gaudere, qvòd veram Evangelii doctrinam hunc usqve in diem non diſpliceat DEO confirmare ſignis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritûs ſancti diſtributionibus, ſecundùm voluntatem ſuam (Hebr. 2. v. 4.)

LVII. *Dic ergò jam ſaltem mihi, qvid inde ſperabimus boni, ſi hæc pro indubitatè divinis acceptaverimus?*

Si non aliud, nota erit DEO modeſtia, & in opera ejus reverencia noſtra, nos non ex iis eſſe qvi lapideum cor, & chalybeam frontem, geſtant; qvibus movendis tametſi cœlo & terrâ prodigia edantur, tametſi Angeli loqvantur, tametſi mortui morte reſurgant, nihil prodeſt. Contra cujusmodi obſtinatam duritiem toties DEUS in Scripturis Zelum teſtatur ſuum: ſicuti rurſum erga humiles, morigeros, attentos providentiæ ſuæ admiratores, & qvi ad verba & opera ejus contremiſcunt, complacentiam. Qvia tamen nihil DEUS fruſtra operatur, aut loqvitur (Ezech. 6. v. 10. & 14. 23,) habent id genus opera ejus, fide recepta, ſingularem in nobis efficaciam, noſtrô bonô. Mihi qvid hoc præſens DEI opus attentè conſideratum profuerit, & proſit, non tacendum puto, in laudem DEI.

1. Primùm autem attentiùs obſervare, & clariùs intelligere didici, *qvid ſint Scripturæ Sacræ.* Nunqvam eqvidem dubitavi, Libros DEI immediatô afflatu amanuenſibus DEI, Prophetis & Apoſtolis, dictatos eſſe: ſed fuit fides hæc eatenus implicita qvodammodò. Nunc, poſtqvam Digiti DEI particellam videre datum eſt, explicuit ſe myſterii hujus certitudo in oculis fidei meæ. Unde non poteſt non oriri delectatio in ſpiritu, & ex delectatione amor erga Scripturas, & ex amore reverentia, & ex reverentia legendi eas aviditas, omnia ſuper

 omnem

omnem priorem animæ meæ ſtatum. De qvo non poſſum non exultabundus laudare DEUM, qvi me in lumine ſuo videre facit lumen.

2. In ſpecie confirmatus ſum *Canticum Canticorum Salomonis eſſe verè Canonicum librum, divinos Chriſti Sponſi cum ſponſa ſua Eccleſia, & qvavis fideli Anima, depingens amores*: qvod non ſolùm Anabaptiſtæ non agnoſcunt, ſed & noſtratium qvidam dubitant. Non dubitamus amplius nos, qvi admirabiles hos ludos cum hac electa Anima ſpectavimus toties. Semel qvidem illud manu ſuâ deſcripſit ipſa, Revelatione XV: ſed fuit repetitum ſæpiùs, qvantóqve cum gaudio tùm induerct ornamenta ſua, tùm inter amplexus exultando decantaret tot hymnos & pſalmos (etiam qvos memoriter nunqvam didicerat, inuſitatâ ſvavitate) explicari verbis non poteſt. Conſignatum tamen eſt, qvantum potuit, in hiſtoria pleniore.

3. Confirmatior qvoqve factus ſum, DEI munere, *Doctrinam & Religionem noſtram veram eſſe, teſtimonium ei præbente ſignis & prodigiis DEO ipſo.* Piè enim pius Theologus Hemmingius, expendens Cur *DEUS in Scripturis ſuis non tantùm Salutis æternæ myſteria detegere, ſed & de rebus temporariis* (ut ſunt Regnorum mutationes, certarumqve perſonarum eventus) *prophetias addere voluerit*? concludit eò fieri, ut per exteriora hæc homines in interioris Veritatis cognitionem deducantur. Verba ejus ſunt (libro de Eccleſ. c. 5.) *Sciamus igitur Vaticinia prophetica eſſe qvædam doctrinæ Eccleſiaſticæ ſignacula.* Et alibi (libro de Chriſto:) *Cùm vident homines eventus longè antè ſignatos reſpondere prædictionibus Prophetarum, confirmantur de authore DEO, & doctrinam quam Prophetæ proponunt eſſe divinam &c.*

4. Roborata qvoqve magis eſt noſtra de Antichriſto ſententia: *Papam* nempe *Romanum eſſe infallibiliter magnum illum Antichriſtum, nec alium exſpectandum.* Qvod & ipſum ſcio qvosdam Orthodoxorum dubitaſſe, aliumqve præterea *Magnum Antichriſtum* proſpectaſſe.

5. Jam qvoqve ſcio *non falli nos, qvi ruinam Antichriſti expectamus, & eſſe præforibus credimus.* Nec eſt cur qvis dicat, *Hoc è Scripturis novimus, etiam ſine novis Revelationibus iſtis.* Nam ſi qvis eâ ſcientiâ gloriari poteſt, poſſum ego, qvi jam ante hos 12 annos (lectis variorum Authorum de Antichriſto libris) ſimilis argumenti librum lingvâ noſtrâ ſcripſi. Iſtud autem qvid niſi conjecturæ fuerunt? qvæ (ut & cæteræ mortalium cogitationes) timidæ ac incertæ ſunt, fallere poſſunt

ſunt (Sap. 9. 14.) Nunc autem ecce DEUS ipſe voces ſuas addit! ut ſciamus expoſitionem iſtam non fuiſſe è cerebro humano, ſed ex afflatu ſuo, ortam. Qvicqvid enim eſt, ſtat illud, *Nullam Scripturæ Prophetiam eſſe propriæ interpretationis: eundem ſpiritum qvi prophetiam extulit, prophetiæ interpretem eſſe neceſſum eſt.* (2 Pet. 1. 20.) Neqve determinari tempus, perſonæ, modus, propriâ conjecturâ noſtrâ, poſſent, ſicut eas divinitùs determinari videmus. Huc pertinet qvod Augustinus alicubi ſcripſit: *Poſſe qvidem ex ipſa Cœli & Terræ contemplatione cognoſci, eſſe* DEUM *qvi iſta creârit: dum ipſa Creatura* ILLE FECIT NOS, NON IPSÆ NOS, *clamant. Nihilominus tamen* DEUM *Prophetam miſiſſe, qvi promulgaret* IN PRINCIPIO CREAVIT DEUS COELUM & TERRAM. *Atqve tum nos eſſe certos, conjecturam illam ex Creaturis ſumtam non fallere.* Hinc P. Martyr, Zanchius, Gvaltherus, Prophetarum Novi Teſtamenti hunc eſſe præcipuum ſcopum docent, ut Vaticinia prophetica ad præſentem Eccleſiæ ſtatum accommodent, meliùs atqve id humanâ induſtriâ ſibi relictâ fieri poſſet.

6. Occaſio datur expendendi *mirabilem* DEI *circa Eccleſiæ regimen providentiam*: qvid illud ſit, *Dominus mortificat & vivificat*; item, *alterâ manu nos caſtigas, alterâ amplexaris &c.* Illud enim variè in conſpectu noſtro, variis vicibus, figuratum fuit. Sicut & hoc, qvòd qvem ſibi DEUS in organon eligit, non aliud qvàm tribulationes expectare habet, à ſuis & alienis: internis tamen ſvaviſſimis ſolatiis, verè divinis, penſari omnia.

7. Spes mea tantò fit radicatior, nos miſera mundi rejectamenta non eſſe in oblivione apud DEUM, qvi nos in ſpecie ſolatiis ſuis dignatur: non tantùm ſcilicet ordinariâ Verbi ſui (cum qvo ejici maluimus, qvàm ſine illo terrenam retinere patriam) nobis conſervatione, ſed & extraordinariis hiſce alloqviis. Unde fiducia qvoqve ulterioris divinæ hoc in loco protectionis ſuccreſcit, poſtqvam electum gratiæ ſuæ vaſculum huc ad nos, ceu in Sareptam qvandam viſibile qvoddam tutelæ ſuæ ſignum, mittere placuit.

8. *Si mala ingraveſcunt, tumultuumqve inter nationes, & bellorum rumores invaleſcunt, non paveſcit cor meum*: dum qvò DEUS judiciis ſuis tendat, & qvem tandem exitum furores hoſtium inventuri ſint, DEO nos reddere conſcios placuit. Audeo ſecurè cum Propheta dicere: *Congregamini populi, & conteramini! accingamini, & tamen conteramini:*

 inite

inite consilium, illud tamen dissipabitur: loqvimini Verbum, illud tamen non fiet, qvia nobiscum est Immanuel. (Jes. 8. 9.)

9. Sentio qvoqve confirmari me in spe, à nobis & gente nostra non in totum abstulisse gratiam suam DEUM, neqve Evangelium suum à nobis translaturum aliô, ut metuunt non nulli: sed peracto disciplinæ suæ in nobis opere, redintegraturum & confirmaturum in nobis regnum suum. Lucis ille fulgor, qvi jamjam exoriturus prædicatur Sioni, dat in præsenti caligine gaudium & lætitiam mihi: sicut etiam de Prophetis scribit Augustinus, *qvòd magnam jucunditatem carpebant, cùm ea viderent in Spiritu qvæ nondum impleta, sed adhuc futura, erant.*

10. Tandem, *sentio me ad ardentissimas preces in dies magis inflammari: ut propter Sion non taceam, & propter Ierusalem non qviescam, donec egrediatur ut splendor justitia ejus, & salus ejus ut lampas ardeat* (Jes. 62. v. 1. & 7.) Exauditionisqve securus (dum non aliud, qvàm qvod revelatæ DEI voluntati consonum, illiusqve gloriæ & Ecclesiæ saluti validè inserviturum est, votis concipimus) audeo talia meditari per qvæ gloria misericordiæ, omnipotentiæ, veracitatisqve DEI in nobis justè castigatis, misericorditerqve ad pœnitentiam reductis, & emendatis, reliqviis, tantô illustrior fiat. Neqve suspirare cesso, ut servos suos, variô probationum igne perpurgatos, in futuros Ecclesiæ usus sibi ut pupillam oculi servare, pluresqve operarios suos in messem suam (qvam multam fore prævideo) extrudere, dignetur DEUS: qvô maledictô satanæ regnô subruto, benedictum Christi regnum sub cœlo adhuc gloriosè explicari, & ad supercœlestia splendidiùs præparari, possit.

Hæ sunt qvotidianæ meditationes meæ, hæc desideria, hæ occupationes: qvas an mihi satanicæ præstigiæ, aut temerariæ alicujus vani hominis fictiones, vel deniqve atræ melancholicæ alicujus passiones, dare qveant, tu ipse (amice) in DEI timore perpende.

DEUS, in qvo spes reposuimus nostras, ne deserat nos consiliô Spiritûs sui sancti, ut bonô fixô fine, gloriâ ejus, mediis qvoqve ne deficiamus, aut aberremus! Neqve ut cœci per tenebras palpemus, sed tanqvam videntes in luce manuductionis ejus lætè ac securè progrediamur, in vitam usqve æternam!

AMEN.

DEO

DEO *Uni & Trino ex omnibus, & in omnibus, quæ operatur Dextera ejus, laus & gloria æterna!*

AMEN.

[illegible]

EVELATIONES

NICOLAO DRABICIO

Moravo, V. D. M.

factæ,

Ab Anno 1638. *hucusque.*

Ex originali fideliter in Latinum translatæ.

junia. 21. Et quæsivi: Quando autem jejunium istud indicendum est? Responsum: *Omni feriâ sextâ, quia dies Redemptionis Vestræ est, Majoresque vestri hunc jejuniis & orationibus consecrabant.* 22. Iterum dixi: Ignosce Domine loquenti servo Tuo: Quis verò ille est per quem liberabimur? 23. *An non meministi de quo servus meus Cotterus loquutus fuit? Orientales & Septentrionales venient.* 24. *Septentrionales Olomutium jam occuparunt: sed sequetur longè major exercitus eorum, nec longè abest.* 25. *Orientalium Dux Princeps vester est: qui tergiversatur quidem, cogetur tamen. Habet enim cum Septentrionalibus consilium unum: cujus Exercitum vidisti Anno 1638. permagnum.* 26. *Nam & Turcam venire jubebo, ut juvet evertere Viennam, sicut eversa fuit Ierusalem.* 27. *Nam ibi Pharao habitat: ibi, ibi, conculcatum est nomen meum, conculcataque justitia mea: superbia verò, & impietas omnis, ad summum creverunt.* 28. *Væ illis! Abjecerunt enim Scripturas Sacras, & contempserunt Sanctam Legem meam.* 29. Et dixi: Perstatné propositum tuum, ut Baro de Kaunitz veniat nos hinc abductum? [quemadmodum mihi Anno 1638. tres è Proceribus Moraviæ fuerunt exhibiti, qui nos in patriam reducturi essent.] 30. Respondit: *Perstat. Priùs tamen humiliabo illum, & ad terram usque prosternam: ut intelligat me illum esse, quem persequutur.* 31. Cùm autem dicerem: Capitaneus verò noster (novus tunc, Hodolsi) eritné gratiosus noster Dominus? Respondit: *Ne illum appellaveris gratiosum Dominum, sed Patronum.* 32. *Animus ejus aversior quidem à vobis est, ego tamen tangam cor ejus, & Princeps Dominus vester mandabit ei curam vestri.* 33 *Scias autem malas nunc in vos agitari in hac terra machinationes occultè: Sed vos ne timete, vigilate & orate, infatuabitur consilium eorum, & vos servabimini.* 34. Atque hìc de nonnullis particulariter quærere cœpi: inter alios de Mesericensibus, & cognatis ibidem meis. Responsum est: *Gladiô peribunt multi.* 35. *Scribe Magdalenæ affini tuæ, (viduæ) ut quamprimùm audieris adventantis è Silesia exercitûs rumorem, liberet se cum liberis.* 36. Perrexi autem quærere: Conjux mea & liberi etiamne mecum in patriam redituri sunt? *Tametsi uxor tua tantum patientiæ & fidei, futurum id esse, non habeat: me tamen reddidisse vobis quæ amiseratis pro nomine meo videbit, & bonitate meâ perfruetur.* 37. *Filius verò tuus sequetur me, gradumque assequetur Ministerii, quem istuc dispone, & pro illo ora.* 38. Cæpi autem iterum me in lecto versare, cogitans annon somnium esset, quod mecum fieret. Sed Dominus dixit: *Memento eorum quæ tibi mandavi de precibus et Iejunio, et ne taceas. Etiam coram N. N.: nam & ille domi suæ invocat me. Tu verò tua in vocatione esto diligens.* 39. Quæsivi igitur: An ergò deseram negotiationem meam? (quâ Exilii sustentabam sortem, pannos emendo & vendendo) Resp. *Ne deseras:*

deseras: memento tantum admonitionis meæ, & videbis auxilium liberationemq; meam. 40. Dixi: Quando id futurum? Resp. *Hora mea appropinquat: sed volo vos non tacere.* 41. *Annon meministi Assur fuisse virgam iræ meæ, & baculum indignationis meæ? sicuti & nunc Domus Austriaca est.* 42. *Confregi illum, frangam & hanc: tempus enim ejus jam decurrit.* 43. Et dixi: Quæ autem futura est in Patria conditio nostra? talisne ut priùs? Resp. *Id consiliô meô jam determinatum est, quod tu postea videbis.* 44. *Quanquam terra vestra horrendè priùs vastabitur: reliquiæ tamen servabuntur. Tu verò surge, & hæc scriptô consigna.* 45. Quibus dictis recessit Dominus: ego autem cum lacrymis exclamavi; Quis ego sum Dominator Jehova, DEUS mi? quem tu sic diligis, & à quo non abscondis opera tua! Quid reddam DEO salutis meæ? Calicem benedictionis accipiam, & nomen Domini prædicabo in æternum. 46. Et mox commota fuerunt in me viscera mea, ad animi usque deliquium, præ gaudio & horrore, quæ circumdederunt cor meum. 47. Cumque surrexissem & scribere vellem, hærebam, unde inchoarem. 48. Et mox invasit inusitatus quidam dolor pedes meos, à genubus plantam versus: audivique vocem, *Scribe, Factum est ad me verbum Domini. Ita scribe, non aliter.*

[Vers. 4. *Vt tibi promisi*) Anno scilicet 1638. quam specialem promissionem Revelatione hîc præcedenti nonnisi involutè attigerat. ver. 12. *etiam in Patria relicti*) sive constantes adhuc, hinc inde latitantes; sive lapsi, lapsum tamen agnoscentes, & vulnerum conscientiæ sanationem anhelantes. ver. 13. *Clamate Vos etiam*) Nempe in apostasiam non prolapsi, fugâ elapsi, quibus tamen adhuc similiter perdendis inhiabat Pharao. ver. 18. *Interrerunt Concioni omnes*) Nempe Lednicii, ubi Videns habitat. ver. 20. *Puchoviensibus*) Puchovia, alterum Principissæ Transylvanicæ, ad Moraviæ confinia Oppidum, milliari unô distans à Lednic, ubi Exulum Moravorum longè major frequentia, Pastorúmque circa 12 tùm erant, Lednicii autem quinque aut sex. ver. 31. *Hodosii*) Mortuus erat pauló ante *Andreas Resi*, Capitaneus, Religioni reformatæ addictus, Exulum Fautor perbenignus. Cui quia successerat D. Hodossi, Luteranus, ignotus adhuc Exulibus, de hoc solicitus est, informatúrque Videns. v.33. *Vos servabimini*) Impletum superventu Exercitûs Cæsarei, oppugnationéque & expugnatione Arcis Lednicensis, cum direptione utriusq; Oppidi: ubi nonnulli fuêre cæsi, Ministrorum tamen Exulum nemo, tametsi quidam in eorum incidissent manus ipse etiam Videns. v.35 *Liberet se*) Cui consilio illa non obsequendo omnium rerum jacturam passa est, vitam tamen servavit: cùm Annô 1648 Mesericium à Suecis esset occupatum, direptum, igne deletum, & Civium supra 150 cæsi. ver. 37. *Filius gradum Ministerii assequetur.*) Hactenus non impletum, utrôque filiô quidem (ut in Scholis Slavonicis potuit) literis tinctô, alterô tamen ad pannificiam, alterô ad sartoriam, artem transeunte.]

REVELATIO III.

[*Preces cum jejuniis ab exspectantibus liberationem exiguntur.* 3. *Domui Aust: dira prædicuntur.* 5. *Restitutio Domûs Fr:* 9. *Væ Bohemis & vicinis,* 10. *Tempore malo benignis esse convenit.* 12. *Princeps Transylvaniæ.* 15. *Videns sibi corpore exutus videtur,* 17.]

RUrsus factum est ad me verbum Domini, sabbatô ante Dominicam Septuagesimæ. 2. Præcesserat somnium, quô iterum vidi congregatos fratres meos, & cum illis *Laurentium Iustinum*, Antistitem nostrum. 3. Cùm essem expergefactus, factus est ad me Sermo: *Quòd exequutus es mandatum meum de Orationibus, rectè fecisti, tametsi apud quosdam parum esse profectum, notum est coram me.* 4. *Denuò dicito Seniori; Elegisse me illum, & constituisse Vigilem domûs meæ.* 5. *Voluntatemque esse meam, & mandatum, ut in Poloniam* (Confratribus) *scribat: Tempus advenisse meum, quô vindicem offensas meas & nominis mei, inducamque malum super domum Austriacam, ad excidendum eam de terra.* 6. *Non enim audiit consilia pacifica: ne quidem Regis Poloniæ, qui iccircò iratus illi est, eminusque spectabit cùm illam ruina dabunt.* 7. Et quæ sivi, Quando id futurum? Resp. *Hodie & cras implebit mensuram iniquitatum suarum.* 8. *Et tu jam ausculta, quomodo ego adducturus sim Gentes multas & validas super illum: & calcabunt Viennam sicut Ierusalem & Samariam, ad ulciscendum contumeliam meam, & exterminandum Idololatras cum Prophetis suis, vindicandumque injurias illatas Friderico, & progeniei ejus, cum quo & vos condemnati fuistis.* 9. Ego verò dixi: Etiamne Domus Friderici dignitati restituetur suæ? Responsum est; *Et cujus igitur causâ ego totam afflixi Germaniam, nisi quòd deseruerunt illum?* 10. *Sed etiam Terra Vestra propter illum vastatur. Væ Bohemis, væ Silesiis, væ Moravis! Iam enim perditio eorum, jam venit.* 11. *Et quanquam ibi quoque non desint qui nôrunt nomen meum: desunt tamen qui hos præmoneant.* 12. *Tu Mesericium scribe, ad affinem tuam, servaturam se ipsam & liberos, si crediderit. Et provide, unà cum illa vivas; sicut & cæteri maturè sibi prospiciant.* 13. Respondi: Nosti, Jehova, pauxillum superesse mihi pro sustentandis meis. Regerit: *Etiam illud ipsum eroga.* 14. *Providebo ego tibi ad illud usque tempus, quô vos reducam: nec te deseret Senior, modò illi necessitatem expone tuam.* 15. Quid autem? dixi, etiamne Princeps Dominus noster ibit? *Ibit*, responsum est. *Concludeturque brevi consilium de exsequendo consilio meo, exscindendisque Idololatris, unà cum illo qui hos promovet. Ego sum qui judicia & decreta condo.* 16. *Vos apud vos servabimini, sicut servati fuerunt Machabæi. Tantummodò*

facite

te quod mandavi, Vigilate & Orate. 17. His dictis recessit Dominus: autem nesciebam quid mecum fieret. Videbar enim mihi exutus cor-e, sensibusque. 18. Tandem tamen ad me reversus laudabam Creato-ı meum, cum tremore: surgensque consignabam hæc.

6. *Regis Poloniæ*) Nempe Wladislai qvarti, Principis pacifici, conscientiarum carnificinam abominantis, affinique suo Cæsari moderationem eousque svadentis, ut illius aspernatione admodùm fuerit offensus: qvod certá fide constat. v. 15. *Concludetur brevi consilium*) Conclusum fuit eô ipsò annô, tametsi Princeps Racoci Svecis auxilio non veniret, nisi bienniò pòst, Anno 1645.]

REVELATIO IV.

De veritate harum Revelationum iterum disquisitio, déque precibus ac jejuniis indicendis mandatum, 2. *&c. Pharao,* 12. *Hostium consilia, Divinis consiliis opposita, irrita fore.* 21. *Princeps Rakoci exaltandus,* 30. *si non sua consilia volet sequi, sed ductum DEI,* 36. *Monendus de his, & per quem,* 39. *Hodosi,* 41.]

'erum factum est ad me Verbum Domini, Sabbato ante Quinquagesi-ıam, sub diluculum, jam vigilanti mihi. 2. Cœpit enarrare Dominus, *venisse jam tempora sua, quibus ulcisci vellet hostes Nominis sui, & glorifi-i in Nationibus.* 3. Quô ego auditô, cogitare cœpi quid responderem. autem dixit: *Loquere, scio enim quid loqui proponas.* 4. Ego verò: divi sermonem Tuum priùs & modò. Interrogatusque sum à fratribus s, *Num scirem qvicum loquerer?* 5. Suspicantur enim non esse DEI monem quem audivi, & ad eos retuli: respondique, Me nosse Creatorem, demptorem, Sanctificatoremque meum, illos æternam esse veritatem. Respondit: *Quòd nosti qui simus, non ex te ipso nosti, sed ex nobis.* 7. *Nam is revelavimus Nos tibi, sicut & populis ac lingvis multis & magnis: habi-ibus in facie totius Terræ.* 8. *Meum enim est nosse cordium sensus & co-tiones: sicut & tuas cogitationes actionesque ego novi ab infantia tua.* 9. *Nec onditum est à me, quicquid læti aut tristis unquam evenit tibi. Quando ego i, lætatus fuisti; & quando volui, tristatus.* 10. *Et quomodo disposui de ta dispono de omnibus habitatoribus terræ. Ego enim pono metas, quas nemo sgreditur.* 11. *Multi tecum erant in Exilio, exspectantes liberationem, m non viderunt: meum enim est, non cujusquam alterius, disponere, quinam mitatum tempora vivendo superare, aut non superare, debeant.* 12. *Ideò tibi sicut antè dixi, me jam prostravisse apud me, & apud multas Nationes, im-issimum illum Pharaonem, qui afflixit Nationes multas.* 13. *Ille sanè videtur & multis, Stare adhuc: ego tamen dico Dejectum esse. Complevit enim ini-quitatem*

REVELATIO III.

[*Preces cum jejuniis ab exſpectantibus liberationem exiguntur.* 3. *Domui Auſt: dira prædicuntur.* 5. *Reſtitutio Domûs Fr:* 9. *Væ Bohemis & vicinis,* 10. *Tempore malo benignis eſſe convenit.* 12. *Princeps Tranſylvaniæ.* 15. *Videns ſibi corpore exutus videtur,* 17.]

RUrſus factum eſt ad me verbum Domini, ſabbatô ante Dominicam Septuageſimæ. 2. Præceſſerat ſomnium, quô iterum vidi congregatos fratres meos, & cum illis *Laurentium Iuſtinum*, Antiſtitem noſtrum. 3. Cùm eſſem expergefactus, factus eſt ad me Sermo: *Quòd exequutus es mandatum meum de Orationibus, rectè feciſti, tametſi apud quoſdam parum eſſe profectum, notum eſt coram me.* 4. *Denuò dicito Seniori; Elegiſſe me illum, & conſtituiſſe Vigilem domûs meæ.* 5. *Voluntatemque eſſe meam, & mandatum, ut in Poloniam* (Confratribus) *ſcribat: Tempus adveniſſe meum, quô vindicem offenſas meas & nominis mei, inducamque malum ſuper domum Auſtriacam, ad excîdendum eam de terra.* 6. *Non enim audiit conſilia pacifica: ne quidem Regis Poloniæ, qui iccircò iratus illi eſt, eminusque ſpectabit cùm illam ruinæ dabunt.* 7. Et quæſivi, Quando id futurum? Reſp. *Hodie & cras implebit menſuram iniquitatum ſuarum.* 8. *Et tu jam auſculta, quomodo ego adducturus ſim Gentes multas & validas ſuper illam: & calcabunt Viennam ſicut Ieruſalem & Samariam, ad ulciſcendum contumeliam meam, & exterminandum Idololatras cum Prophetis ſuis, vindicandumque injurias illatas Friderico, & progeniei ejus, cum quo & vos condemnati fuiſtis.* 9. Ego verò dixi: Etiamne Domus Friderici dignitati reſtituetur ſuæ? Reſponſum eſt; *Et cujus igitur causâ ego totam afflixi Germaniam, niſi quòd deſeruerunt illum?* 10. *Sed etiam Terra Veſtra propter illum vaſtatur. Væ Bohemis, væ Sileſiis, væ Moravis! Iam enim perditio eorum, jam venit.* 11. *Et quanquam ibi quoque non deſint qui nôrunt nomen meum: deſunt tamen qui hos præmoneant.* 12. *Tu Meſcricium ſcribe, ad affinem tuam, ſervaturam ſe ipſam & liberos, ſi crediderit. Et provide, unde cum illa vivas; ſicut & cæteri maturè ſibi proſpiciant.* 13. Reſpondi: Noſti, Jehova, pauxillum ſupereſſe mihi pro ſuſtentandis meis. Regerit: *Etiam illud ipſum eroga.* 14. *Providebo ego tibi ad illud uſque tempus, quô vos redimam: nec te deſeret Senior, modò illi neceſſitatem expone tuam.* 15. Quid autem? dixi, etiamne Princeps Dominus noſter ibit? *Ibit*, reſponſum eſt. *Concludeturque brevi conſilium de exſequendo conſilio meo, exſcindendiſque Idololatris, unà cum illo qui hos promovet. Ego ſum qui judicia & decreta condo.* 16. *Vos apud vos ſervabimini, ſicut ſervati fuerunt Machabæi. Tantummodò*

facite

cite quod mandavi, Vigilate & Orate. 17. His dictis recessit Dominus: ;o autem nesciebam quid mecum fieret. Videbar enim mihi exutus cor-)re, sensibusque. 18. Tandem tamen ad me reversus laudabam Creato- m meum, cum tremore: surgensque consignabam hæc.

v. 6. *Regis Poloniæ*) Nempe Wladislai qvarti, Principis pacifici, conscientiarum car- nificinam abominantis, affinique suo Cæsari moderationem eousque svadentis, ut illius aspernatione admodùm fuerit offensus: qvod certá fide constat. v. 15. *Concludetur brevi consilium*) Conclusum fuit eô ipsò annô, tametsi Princeps Racoci Svecis auxilio non veniret, nisi bienniô pòst, Anno 1645.]

REVELATIO IV.

[*De veritate harum Revelationum iterum disquisitio, déque precibus ac jejuniis indicendis mandatum,* 2. *&c. Pharao,* 12. *Hostium consilia, Divinis consiliis opposita, irrita fore.* 21. *Princeps Rakoci exaltandus,* 30. *si non sua consilia volet sequi, sed ductum DEI,* 36. *Monendus de his, & per quem;* 39. *Hodosi,* 41.]

Terum factum est ad me Verbum Domini, Sabbato ante Quinquagesi- mam, sub diluculum, jam vigilanti mihi. 2. Cœpit enarrare Dominus, *dveniße jam tempora sua, quibus ulcisci vellet hostes Nominis sui, & glorifi- ri in Nationibus.* 3. Quô ego auditô, cogitare cœpi quid responderem. 'e autem dixit: *Loquere, scio enim quid loqui proponas.* 4. Ego verò: udivi sermonem Tuum priùs & modò. Interrogatusque sum à fratribus eis, *Num scirem qvicum loquerer?* 5. Suspicantur enim non esse DEI rmonem quem audivi, & ad eos retuli: respondique, Me nosse Creatorem, edemptorem, Sanctificatoremque meum, illos æternam esse veritatem. Respondit: *Quòd nosti qui simus, non ex te ipso nosti, sed ex nobis.* 7. *Nam Nos revelavimus Nos tibi, sicut & populis ac lingvis multis & magnis: habi- tantibus in facie totius Terræ.* 8. *Meum enim est nosse cordium sensus & co- itationes: sicut & tuas cogitationes actionesque ego novi ab infantia tua.* 9. *Nec sconditum est à me, quicquid læti aut tristis unquam evenit tibi. Quando ego 'ui, lætatus fuisti; & quando volui, tristatus.* 10. *Et quomodo dispsosui de ita dispono de omnibus habitatoribus terræ. Ego enim pono metas, quas nemo ansgreditur.* 11. *Multi tecum erant in Exilio, exspectantes liberationem, am non viderunt: meum enim est, non cujusquam alterius, disponere, quinam amitatum tempora vivendo superare, aut non superare, debeant.* 12. *Ideò tibi o, sicut antè dixi, me jam prostravisse apud me, & apud multas Nationes, im- p. issimum illum Pharaonem, qui afflixit Nationes multas.* 13. *Ille sanè videtur a & multis, Stare adhuc: ego tamen dico Dejectum esse. Complevit enim ini-*

quitatem

quitatem suam. 14. *Tu igitur denuò dic fratribus tuis, quibus ego dedi agn*
scere me, sicut & tibi dedi, ut clament, & fores misericordiæ meæ pulsen
15. *Nam quemadmodum novit Pater necessitates filiorum suorum (& tamen ro*
gari vult) ita & ego novi, quibus Vos egeatis. 16. *Et ne dubitent de poten*
tia misericordiæ meæ, sicut primogenitus Adami Cain, refractarius mihi. 17. Eg
autem dixi: Ah Jehova DEUS mi! metuo me suspectum fore illis. 18. Lo
quuntur enim, falli me, nec esse vocem hanc ejus qui nos creavit, redemit
sanctificavit: & qui loquutus fuit per Patriarchus, Filiumque suum, & A
postolos Sanctos. 19. Quod illi mecum unâ credunt: sed hîc seduci me
tuimus. 20. Respondit ad hæc: *Quæ ego antehac egerim, & ago nunc, agam*
quæ in posterum, mihi notum est. 21. *Consilium meum est, & judicia mea sum*
non hominum: qui acquiescere necesse habent iis quæ ipse facio, & facturus sum
22. *Nam quis ante me fuit, & quis veniet post me?* 23. *Aut quô mihi opu*
est, ut me cordis arcana nosse doceat? quod nemo novit meliùs, quàm ego fo
mator ejus. 24. *Sicuti & te quis meliùs novit, quàm ego? qui solus tibi de*
ut agnosceres me, sciresque quis essem ego Iehova. 25. *A me nihil abscond*
tum est, nec fuit: illud etiam, quòd conveniunt nunc in unum, & consultant, qu
modo irritum faciant quod dextera mea agere decrevit cum Ægypto, quam eg
conquassavi plagis meis: & quasso nunc etiam, quassaboque fastum Babyloni
matris fornicationum & abominationum Idololatricarum. 26. *Loquutus de i*
lis fuit David servus meus, consilium eorum fore inane. Nunquid enim hom
nes quidquam possunt, nisi quousque determino ego? 27. *Sicut & tibi determ*
navi, quid tecum actum sit, & agatur, agendumque restet: tuque eatenus id fa
quod ego mando. 28. *Cur hæc non per alium agam, non tuum est scire, nec a*
terius, sed meum: qui te portavi ab infantia, ne delabereris inter ignorant
Nomen meum, quod tu prædicabas coram filiis hominum. 29. His audit
ego laudavi miseratorem meum, rogavique ut confirmaret sermones suos
30. Respondit: *Iam quoque tempus est exaltandi Rakocium Principem V*
strum, pro quo tua & Confratrum tuorum vota ego exaudivi. 31. *Sicut enin*
retribui Abdiæ, qui occultabat prophetas meos: ita retribuam huic, qui recep
profugos meos. 32. *Faciam quod tu quondam dixisti (non ex te ipso id haben*
sed ex me, qui Spiritum do & formo verba, efferens illa quando volo, & per quen
volo) Regem illum fore. 33. *Erit enim Rex terræ hujus, si obedierit mihi:*
& quid de illo facturus sum, mihi notum est. 34. *Nam is quem ego in terra*
prostravi, putat se adhuc gestare Coronam capite suo, quam non gestat: deje
enim eam apud meipsum. 35. *Et qui eam manibus se tenere autumant, mir*
anguntur quid illa facturi sint. Nihil autem poterunt, nisi quod ego jussero: qu
jam Coronæ inscripsi, Racocii est. 36. *Nuntia illi, ut jam desistat consiliis sui*

agi

gi: incipiatque mea decreta, ad conculcandum Babylonem cum Idololatris. 37. Metuit ille seduci: sed ne metuat. 38. Advocet auxilio Turcam, vel Tartarum, vel Moscum, vel etiam Polonum: & videbit neminem horum refragaturum esse. 39. Ego enim illi conciliabo has & alias Gentes, quas ille nondum novit, ego autem novi. 40. Et dixi: O Dominator Jehova, quomodo ego miser, & per qvem, hæc exsequar? Hæ enim res supra me sunt, quas ego formido. 41. Responsum: Per Hodossium: qvem, quàm primum in Arcem venerit, adibis, & hæc omnia referes; Mandare me ut Principi scribat, & quæ tibi dixi perscribat: Tempus jam esse, jam se Coronam exspectare: sub qva tu quoque ipsum videbis, si videbitur mihi. 42. Ego autem Hodossii Cor tetigi, ut agnosceret me: qvanquam non tantùm quantùm alii. 43. Nam non erat qvi tam notas illi redderet vias meas, per quas eum deduxi, & ducam porrò: non qvomodo ille vellet, sed qvomodo placet mihi. 44. Volo, ut & ipse me Creatorem suum diligat ante omnia, & dehinc Verbum meum: qvod illum etiam proximorum dilectionem docebit, sive illi conditione pares, sive superiores, sive subditos. 45. Affini tuæ scribe, veniat: apud vos servabitur. 46. His valedixit mihi: ego autem oravi: O Domine, da ne ista excidant memoriâ! Resp. Non excident: surge tantùm, & scribe mox. 47. Ego itaque agens cum fletu gratias, surrexi. Atque ita fuit ut nihil excideret, donec consignassem omnia.

[v. 28. Cur hæc non per alium agam) Respondetur hîc ad qvorundam Revelationes has personæ simplicitatem, asperioresque mores, aspernantium, fastuosa judicia; ipsiusque Videntis, cur sibi potius quàm aliis doctioribus talia ostendantur, admirationem. 33. Erit Rex Terræ hujus, si obedierit mihi) Non obediit autem: nec igitur promissionem obtinuit, sub conditione factam: de qvo plura pòst. v. 37. Vel Polonum) Tantum erat Wladislai in Hispanicam Inqvisitionem & machinamenta Jesuitarum (qvos & ab Aula sua submoverat penitùs) odium, ut ad dissipandum illa si non potuisset vires, consilia tamen, juncturus fuisset certò.]

Revelatio. V.

[Iterum de certitudine horum dubitatio, & cum Revelante concertatio 2. &c. Signum petitur, 11. daturque, 23.]

Quadriduò pòst habui Somnium, quò mihi disputare videbar, nescio quicum, de Filialitate DEI. 2 Cogitantem excepit vox: Etiam te in filium suscepi, & nomine tuô ex utero matris te vocavi. 3 Respondi: Scio ego Creatorem, Redemptorem, Sanctificatoremque meum elegisse me in filium, & vocavisse ad munus Ministerii: quò ego defungens DEI mei no-

men deprædicabam, non aliud. 4. Nunc autem quid mecum fiat nescio utrum revera sit Nomen tuum, DEus Creator mi, DEus Redemptor mi, DEus Sanctificator mi: an verò sit nomen alienum, quemadmodum suspicantur Fratres mei. 5. Metuimus enim ne seducamur; svaseruntque mihi, ut signum à Te peterem. Respondit: *Electio & vocatio tua nota mihi est ab aterno.* 6. Ego: Scio apud DEUM meum ita esse. Sed utrum vox hæc, quam audivi pridem, & modò, DEI sit vox, nescio. 7. Quippe notæ sunt mihi, sicut & Fratribus meis, astutiæ Satanæ, quas exercuit in seducendo Achabo, & aliis; tentabatque etiam in ipso Salvatore nostro. 8. Nos habemus firmum Propheticum sermonem, Scripturas Sacras: quicquid ab his recedit, stultitia nobis est. 9. Scimus qvæ illæ nobis loqvantur de Salute nostra æterna, credimusque: de Liberatione autem externa, de reductione in Patriam, de Austriaca Domo ejusque humiliatione, de Principe Rakocio & illius exaltatione, de Gentibus illi confœderandis, nihil loqvuntur. 10. Unde igitur ego certitudinem, pro me & aliis, Sermonem hunc esse DEI, hauriam? 11. Si DEI Sermo est, cujus me & meos pudere non possit, exhibe mihi, propter misericordiam tuam, signum aliquod: ut sit unde me & alios confirmem. 12. Mori enim eligo potiùs, quàm DEI nomine loqvi Sermonem non DEI. 13. Respondit ad hæc: *Quid signi petis?* Biduum jam cogito, dixi, sed excogitare nihil possum. 14. Tu igitur si DEus es, ipse mihi signum da, propter misericordiam Tuam: sicuti servo Tuo Gedeoni dederas, qvi æqvè pulvis & terra fuit ac ego, & filius matris fœminæ, ut ego. 15. Qvem tamen signô confirmasti de præsentia Tua: nam aram Baal destruxit, & Lucum succîdit, Vellusque ipsi & roratum & siccum ostendisti. 16. Populares illius indignati fuerunt ei, qvòd eos non assumpsisset in prælium: quod ille non curavit, à Te signô roboratus. 17. Angelus item Tuus beatæ Virgini signum dabat, Elisabetham cognatam, sterilem, jam utero gestantem: quod illa ignorabat. 18. Et conticui, obvertensque me fenestræ vidi lucescere. 19. Ubi rursus ad me vox illa: *Perge loqui!* Ego: *Nescio quid loquar, nisi ut signum mihi petam.* 20. *Quale?* dixit. Ego: *Nescio.* 21. Et mox punctionem sensi acrem, tanquam acu, in pena dextra: qvod ego expavefactus, manu quid fieret attrectabam. 22. Sed ecce alius similis ictus in frontem! qvô itidem manum transtuli: urebat enim me ignis instar. 23. Et dictum mihi est: *Ecce habes signum! fac igitur quod mandavi: Hodossio enarre omnia, etiam signum datum. Surge, & ostende illud uxori tua, & vale.* 24. Ego addidi: Ignosce, obscero, servo tuo, si interrogavero, *Veniesne porrò etiam ad me?* Resp. *Non tuum est hoc* (scire): *veniam tamen.* 25. Surrexi igitur, lumen accendi, & ab uxore

ore ubi me convulneraſſem interrogatus fui: rubebat enim tanquam ignis
abuſta tota facies mea. 26. Et ſcripſi hæc omnia, prouti mandatum erat.

[v. 4. &c.) Satis hinc patet, qvàm nihil temerè actum ſit à Vidente, ac fratribus ejus, admittendis hiſce, tot ſeculis intermiſſo Dei more, tàm clarè factis Revelationibus. 23. *Ecce habes ſignum!* Signum hoc, inuſti faciei punctione ignei ruboris, leve viſum credulis, & ludicrum: ſed characterem habere videtur ejus rei, ad qvam vocabatur, ſ. ſupe ad ſtimulandum & inflammandum Exequutores judiciorum Dei. Vide mox Rev. I. v. 3. & Rev. XLVIII. v. 15, 17. & Rev. LXVI. v. 15. ubi inter acriter urgendum Exeqvutores iterum fronte uſtus fuit.]

Revelatio VI.

Videns à ſe Spiritum exire ſentit, 2: de fide examinatur, 3. DEI conſilium de Pharaone ...dendo ſtat, 4. Deliberationem de his tolerare DEUM, 6: preces tamen & jejunia reqvirere, ...1. Tempus liberationis oppreſſorum, 14, 15. Arcana hæc quibus committenda, 17.]

ITerum factum eſt ad me Verbum Domini, feriâ ſextâ ante Reminiſcere.
2 Præceſſerat ſomnium, qvô mihi Menſam quandam triangularem conte-
...ere videbar: utque evigilavi, ſpiritus quidam velox exiit ab ore meo, ut
...xpavefactus tremerem. 3 *Etiámne tu ipſe dubitas* (dixit vox ad me) *de iis*
...uæ revelávi tibi? Non enim ignota mihi ſunt judicia diverſorum diverſa: ſed
...u vide ne ſeducaris à qvoquam. 4 *Qvod enim priùs dixi, repeto: Tempus*
...um adveniſſe, ut conteram Pharaonem, & ſtirpitùs evertam Domum Auſtria-
...m. 5 *Ad quod opus adhibui, & adhibebo, Nationes multas, etiam Prin-*
...pem Dominum Veſtrum. 6 *Tu quòd ſignificare id Hodoſſio differs, ſecundùm*
...tum tibi conſilium, tolero adhuc. Ita enim ille dixit; Fili nihil abſque conſilio
...acias. 7 *Scias tamen, etiamſi tu taceas, me facturum quod decrevi.* 8 *Non*
...nim apud me impoſſibile eſt, ſicut Angelus de me dixit, omne verbum, quin ex-
...equar quod decrevi: non hodie demum, aut heri, ſed ab æterno. 9 Ad quæ
...go: Credidi ego Domine Verbo Tuo, facturum Te quod decreviſti, mi-
...hique revelaſti: multis tamen ita id habere, qualiter ego accepi à Te, non
...idetur. 10 Reſponſum eſt: *Quid ad me iſti increduli, & de mea potentia*
...ubitantes? Annon inter filios Iſrael habui ſimiles? qui non ingreſſi ſunt in re-
...viem meam propter incredulitatem. 11 *Fac tu duntaxat, cum aliis, quæ*
...andavi: Vigilate & orate, cum jejuniis. 12 *Diffidis tu viribus tuis, ſicut*
...r alii, ad efficiendum qvod ego mando tibi: ſed apud me virium ſatis eſt, qvum
...o roborabo te, poteris omnia. 13 *Quòd autem tibi evulgationem eorum quæ*
...bi dixi, non feſtinare ſvadent: an ideò putas me non facturum quod volo, tam in
...xcitando Principe Veſtro, quàm in aliis? 14. *Scias volo, me perditurum eſſe*

Domum Austriacam! Quam querelis prosequentur, & deserent, etiam qui
nunc illi fuerunt conjuncti, satisque diu eam ædificare, fulcireque, juverunt.
15 *Atque ibi demùm Vos liberabimini, & in terram Patriam (quæ tamen*
horrendum priùs vastabitur) reducemini. 16 *N. N. orat ad me, téque ex-*
spectat. Recipe illam, & provide victualia tibi illique. 17 *Hoc autem si tibi*
soli habere velis, habe: si confidentioribus vis committere, & illi his rectè uti vo-
lent, sibi consulent. Sin, mitte illos: meaque jussa exsequi perge, vigila & ora.
18 His dictis valedixit mihi: ego autem orabam, ne hæc obliviscerer. Re-
petiit igitur omnia. 19 Tandemque dixit: *Quum tam immemor es, surge*
mox, & scribe. 20 Surrexi igitur, & scripsi.

[v. 3. *Etiámne tuipse dubitas?*) Infirmitatem in non illuminatis ferre potest Deus: non item in iis quos lumen ipsum Dei collustravit. v. 6. *Tolero adhuc*) Mira Dei tolerantia infirmitatis nostræ. Subest tamen causa, cur tùm & adhuc toleravit Deus non urgeri Principem, cùm operis ipsius agendi nondum esse tempus sciret, contestandi tantùm: ut suô tempore pateret illius esse Opus hoc, qui eminùs omnia prævidet ac disponit. Ibidem: *ut ille dixit*) Nempe Siracides cap. 32. 24. Aliud huc spectans vide infra, Rev. XXII. v. 3.]

REVELATIO VII.

[*Somnium de tribus Libri cujusdam exemplaribus, typis exscribendis, 2. Interpretatio Somnii, 6, 7. Videnti socius quem petebat, non additus, propter incredulitatem, 8: quæ opera DEI semper impedit. 10. De promissionum Divinarum eventu non dubitandum, 13. Hodoßio quantum revelandum, 16.*]

FEria secunda post Reminiscere obvenit, jam jam experrecturo, somnium
tale. 2 Eram in ampla quadam domo constitutus, quò *Libri cujusdam*
afferebantur exemplaria tria manuscripta, ad prelum. 3 *Unum autem illorum*
exemplarium (de quo fuit dictum, Ultimum esse) ardebat igne. 4 Ego verò
allatori dare cupiens honorarium, quòd me videre ista sivisset, effudi è cru-
mena pecuniam: exciderúntque nummi duo formam habentes pileorũ; alter
Almodicæ mitræ (qualibus utúntur Sueci) alius Hussaricus (qualibus Hun-
gari utuntur.) 5 Hos ego cùm donô darem allatori, respondit; Reconde illos,
nummi enim isti valorem nunc non habent. Et mox evigilavi, quid Somnii
istuc esset recogitans. 6 Facta verò est ad me vox: *Tolle à Fr: Iavorio scripta*
tua, sermonesque quos loquutus tibi sum, & examina illos ad Scripturas Sacras.
7 *Non enim sunt Verba Tua, sed Mea, quæ prodibunt typorum ministerio in*
lucem: nam sicuti per somnium vidisti afferri Exemplaria tria ad prelum, ita
fiet illis rebus quas tu me mandante consignasti. 8 Ego ad hæc: Promissum ha-
bui, de mittendo mihi socio, quem petebam, M.D. 9 Respondit, *Misi* (&
fuit ita, venerat visitatum me ille): *sed propter illius incredulitatem* (&
aliorum, quorum ego novi de his rebus cogitationes & Sermones) *non me*
revelavi illi, sicuti revelavi me & opera mea tibi. 10 *Non meministi Domi-*
num

r Iesum, quum esset inter incredulos, non miraculorum plus edidisse, edereque
iisse, propter diffidentiam eorum? 11 *Ego verò quod loquutus sum exsequar:*
tummodò tu fac quod dixi. 12 *Refer hac ad Hodossi solum, ut scribat ad*
ncipem, habens interim id pro se solo, & Principe Domino suo. 13 *Puebo-*
n adi: mirantur enim multi cur non venias. 14 *Inter quos hucusque con-*
ire non potest de his rebus (quid statuendum sit.) *Videtur illis novum quid-*
i adeòque impossibile. 15 *Qùum tamen quis mihi vires subministravit ad*
ndum creandum? quis subministrat ad sustentandum? & in eo quicquid be-
lacitum est mihi, gerendum? Quis subministrabit ad finem illi virtute meâ,
i inquam virtute, imponendum? 16 His ego auditis, dixi: Ergò Hodos-
amen loquar? Resp. *Vel illud solùm loquere, quod de Orationibus Vestris,*
le Domo Austriaca, & Principe, mandatum est: habebitque id sibi, & Do-
o suo. 17 His valedicebat mihi: ego autem rogabam, Num porrò etiam
iturus esset ad me? Respondit: *Ego semper tecum sum. Tu solummodò*
metuas seduci. Atque jam vale. 18 Ego verò decantavi Canticum, O
nditor Rerum Omnipotens, &c.

v.3. *Ardebat igne*) Vide præfationem primam. v.5. *Valorem nunc non habens*) Particula *Nunc*, ostendit valitura tunc temporis non fuisse consilia pro jungendis Orientalium cum Septentrionalibus (Hungarorum cum Suecicis) viribus. Tametsi enim bienniò pòst fuit tentatum, invalidum tamen fuit. v. 14. *Videtur ipsis quiddam novum*) scilicet hunc revelandi modum. *Et impossibile*) nempe quod prædicitur, Liberatio Ecclesiæ è manu tàm potentis Oppressoris. Confer Jes.49. v.24. Sed Deus ad Omnipotentiam suam, quâ Mundum produxit & sustentat, provocat: ibidem v.25,26: hîc v.15.]

REVELATIO VIII.

Ante Patriæ eversionem educere fidelium reliquias promittit DEUS, 2. Solatia contra metum, 5. Cœlum & Terra in manu DEI ostensa, 9. Mandata DEI Principi Transf. detegenda, 13. Videns tandem obedientiam promittit, tantùm non deseri petens, 20.]

Actum est ad me Verbum Domini, feriâ tertiâ post Oculi ante prandiū.
2. *Tu siles, neque refers Hodossio ea quæ Tibi non semel ostendi: venisse jam*
pus, quô Austriacam Domum evertam, & perdam eum qui affligit Gentes
tas. 3 *Nec tamen id facturus sum ex toto, nisi priùs eduxero è Terris Ve-*
s fideles meos, qui adhuc ibi sunt: Mei enim sunt, exspectantes liberatio-
n suam & Vestram. 4 *Nam quemadmodum non subverti Sodomam, dum*
erat Loth: neque excìdi Ierusalem, donec exiissent mei Pellam: ita hìc faciam.
Tu metuis, ne quid periculi eveniat, si hæc aperueris Principi Domino
: Sed ego dico, Nihil est quod metuas. 6 *Ego nimis sum, qui Te, & alios*
ltores meos, ita protego, ut ne pilus quidem cadat de capite Vestro si-
voluntate mea. 7 *Ita prorsus de Te fiet, aliisque dilectis meis,*

in me confidentibus. 8 *Percurre totum tempus vitæ tuæ, reperies nunquam*
Te à me fuisse derelictum. 9 *Annon enim omnia sunt in potestate mea? qui*
Cœlos, Terram, Maria, & quæ in his sunt, potentia mea pugillô ita contineo,
qvomodo Vestrûm qvis sphærulam, aut globulum, pugnô suô? 10 *Omniaque ista*
ego commoveo arbitratu meô: neque qvisquam unquam impedivit actiones meas,
nec impediet in æternum. 11 Et mox extendens manum suam, ostendit
mihi in Vola Manûs suæ Mundum, & omnia quæ in eo sunt, ut exiguam
sphærulam. 12 Respondens a. ego dixi: Ita est, Domine Jehova metuisse
me, & adhuc metuere, loqvi de rebus his. Rogo itaque ostende mihi, per
quem, & qvomodo id exsequar? 13 Responsum: *Quàm primùm redie-*
rit Hodoffi, adito & significato, Te habere privatim loqvi, illi soli: Et agnosces,
quòd sit Te recepturus, pro se & Domino suo ista habens. 14 *Non aspernabitur*
hæc: quia res hæc mea est, non Tua. 15 *Ego in occulto meo consilio decerno*
quicquid volo, & in lucem eorum profero quantum volo. 16 *Ut quæ de Do-*
mino vestro Principe loqvutus sum, exequutus id sum & exsequar: modò ille du-
ctum meum intelligat & sequatur, dexteramque offerat Septentrionalibus, qui il-
lam requirunt sincerè. 17 *Quoniam ego Illum elegi, ut Ille protegat Terram*
hanc, excîdat Idololatras, & proculcet Austriacam Domum. 18 *Et ne me-*
tuat, dico, seduci. Ego enim egrediar ante illum, & Exercitum suum, ut terror
invadat hostes ejus, qui perniciem illi sunt machinati. 19 *Sed eum non everte-*
runt, nec adhuc poterunt: quia Ego cum Illo sum, & ero semper. 20 Dixi:
Jam obsequar, & D. Hodoffio omnia referam. Tu tantùm ne deseras me
propter misericordiam tuam. 21 Respondit: *Non deseram, quia tecum*
sum & ero. Fac modò quæ mando. 22 *Nam tempus meum venit, & agnosces*
Tu, aliique, sermones meos esse veraces. Pax mea tecum sit. 23 *Et quàm pri-*
mùm hæc expedieris (apud D. Hodoffi) *abi Meseritium, & reculas N.N. ad*
te transfer, nihilque tibi accidet mali. (Atque ita fuit.) 24 Rogabam a.
ne permitteret hæc mihi excidere: & Ille repetiit omnia, jubens me mox
inscribere omnia. 25 Iterumque dixit; *Pax mea tecum sit.* Ego verò ce-
cini partem hymni Ecclesiastici &c.

REVELATIO IX.

[*Videns adhuc Superiorum consilium exspectans, inobedientiæ arguitur,* 1,2,3. *Decreta DEI (de Domo A.) immutabilia,* 4,7. *Principis Transf. metus,* 6 *Videns dilati adhuc obsequii veniam petit,* 10.]

PRidie Palmarum ægrotare cœpi, orabamque Dominum, ut ne me dese-
reret: atque ut *Fr: Iawor* (Lednitii V. D. M. exul) afferret mihi con-
silium

à Patribus (eô fine congregatis) quid mihi esset faciendum. 2 Ecce
subitò dolor acutus invasit latus meum dextrum! audivique vocem,
hic à me est, & volo ut tibi doleat, donec ista retuleris ad Hodossium. 3 *Ex-*
tu quid tibi Fr: Iaвor allaturus sit? Et quid afferat, nisi, non esse consi-
ontra me, & consilia ac decreta mea? 4. *Ego enim sum qui non mutor, ne-*
utabor in eo, quod contra domum Austriacam exsequi decrevi, per Orien-
& Septentrionales. 5 *Nam labefactavit Legem meam, & pro nihilo duxit*
ita mea, quæ ego præcepi Regibus etiam & Ministris eorum, Sacerdoti-
r toti Populo. 6 *Princeps Dominus Vester metuit, ne in avia abducatur:*
tu metuis. Sed quòd antea dixi, dico, Ne metue. 7 *Ego quod cœpi per-*
, & evertam Domum Austriacam: cujus termini jam prætereunt, quos
ui, non alius: Nemo resistere poterit consilio meo. 8 *Sciant omnes, hic*
e nihil, meum hoc negotium totum est. 9 *Mesericensibus eveniet prout*
i. 10 Rogabam itaque mihi condonari, quòd ea referre (Ho-
) adhuc distulissem. 11 Et Dominus repetiit omnia hæc dicta, jubens
urgerem & scriberem: suffecturam chartam (parum enim ejus super-
ollicitusque fui an caperet.) 12 Surrexi igitur, & scripsi, juxta manda-

REVELATIO X.

elator Videntem Revelationes silentiô defendere docet, 1, 2: *se ostensurum, suas fuisse, eventu*
trum, 3. Andreas Resi *cur obierit,* 4. *Bogadi,* 8.]

rtiâ post Palmarum feriâ, factum est iterum ad me Verbum Domini,
ùm temeraria judicia, calumniososque sermones quorundam de rebus
à Domino revelatis recogitarem, & quid respondendum illis esset.
sonuit enim vox auribus meis: *Quiesce, tace! Non tanti es Tu, ut defen-*
ueas teipsum & tua, nedum me & mea. 3 *Tutabor ego me ipsum, cùm*
um deduxero quæ loquutus sum tibi. 4 *Cogitabas interdiu: Cur Capi-*
Vester, Andreas Resi, non supervixisset, ut videret liberationem Ve-
? 5 *Ideò, quia me & consiliô meô non contentus, consiliis suis negotia mea*
e voluit. 6 *Eô causam præbuit, ut præciderem vitam ejus, neque majora*
ere mala permitterem: qvippe ego ante adventum mali eripere soleo cul-
neos. 7 *Capitaneus obiit, & non obiit: nam & qui nunc est, Capitaneus*
Et ego dixi: Annon etiam D. Bogadi significabo, quæ mihi revelata
Respondit: *Hodossio, ut priùs dixi, significa, quum videbis germinare.*

REVE-

Revel. XI.

[*Destructionem Babylonis, Reformationemque Ecclesiæ, nunc fore veram & plenam, non inchoatam duntaxat, uti antè sæpius.*]

MAgnæ Parasceves die, antelucanò, veniebant in mentem acta Hrnicii Anno 1626, cùm sub præsentiam Danici & Mansfeldici Exercitûs renovatio fieret intermissi Divini Cultûs in Ecclesiis nostris. 2 Orareque cœpi, ut me DEUS superstitem esse vellet, quando dilecta Patria liberabitur. 3 Et factum est ad me Verbum Domini mei: *Umbra tunc fuit eorum, quæ nunc sunt, & erunt, in veritate.* 4 *Nondum enim biberatis, & ebiberatis, calicem indignationis meæ, quem ego miscueram vobis, & Terra vestra.* 5 *Meretrix etiam Babylonica nondum se ad plenum inebriaverat sanguine Sanctorum & servorum meorum, ut ostenderam Iohanni dilecto meo.* 6. *Sed jam jam nunc complet mensuram impuritatis abominationum suarum.* 7 *Venit ergo tempus, ut corpus illius allidatur humi, refundaturque illi dupliciter: Nam qui eam perdere cœperunt, perdent etiam.* 8 *Tu Scripturas Sacras lege, iisque quæ tibi mandavi attende, & non confunderis.* 9 Dum autem cogitarem, an illud etiam esset consignandum, dixit, *Scribe, jacturam non facies.* Surrexi igitur, & scripsi.

Revel. XII.

[*Numerare quiddam jubetur Videns, 2 Restitutio Exulum sine Principe Transf. non futura 6, 21. Prudentia humana, metusque hominum nimius, increpantur, 9 &c.*]

ITerum factum est ad me Verbum Domini, feriâ quintâ post Quasimodogeniti, cùm jam diesceret. 2 Expergefactus cogitabam, quid sibi Somnium vellet quod antecesserat, in quo jubebar (nescio à quo) numerare: Numerabam igitur, primùm 25, & mox 45. 3 Id cùm cogitarem, venit vox dicens: *Numerus iste numerus meus est.* 4 Expavi ego, cogitans numerum illum nimis esse longum, 70. 5 Et vox illa: *Quid dicturus es, si ego prolongavero liberationem vestram? nec fecero quod me facturum dixi?* 6 *Non faciam omninò, antequam veniat Princeps Dominus Vester, cui ut significares mandavi, venisse tempus meum ut perdam hostes meos & vestros: ut ergò faciat, cum aliis, quod prædecrevit manus mea.* 7 *At tu taces, plus homines metuens, quàm me: de Orationibus etiam parum estis memores eorum, quæ monui.* 8 *Scio quosdam, quibus hæc concredidisti, gemere: sed pauci sunt.* 9 *Tu autem frustra homines respectas: quasi nescias homines tantùm esse, qui*

se ipsos

ipsos & sua non intelligunt, ne dum ut me intelligant, quid ego, quando, quo-
odo, & cur, faciam. 10 Tùm ego: Ignosce mihi Domine propter mise-
rdiam Tuam, 11 Tu scis, qui nosti cor meum, me non meâ causâ tacuisse
tacere, sed in gratiam eorum qui sibi & mihi timent, ne nos in periculum
æcipitemus. 12 Scis enim nobis esse osores multos: & dixeras ut exspe-
arem dum germinaret. 13 Quod ego sic interpretabar, exspectandum
se donec Princeps Dominus noster initium faceret expeditionis. 14 Re-
onsum est: *Princeps jam inclinare incipit, sed exspectat manifestiora indicia*
luntatis meæ. 15 *Tu itaque ne taceas jam, sed loquere Hodossio, ut Principi*
ribat id, quod tibi aliquoties jam indicavi. 16 Ego verò dixi: Annon ex-
ectat Princeps Dominus noster, dum Turca initium faciat? quandoqui-
em eum Bellum moliri rumor est. 17 Responsum: *Nihil Turca faciet,*
amdiu illi Princeps propositum suum non detexerit. 18 *Scit enim Cæsaris &*
onsiliariorum ejus oculos in Principem esse obversos, non illius, sed suâ causâ.
9 *Quin & hoc Turcæ notum est, Principem Vestrum ab aliquot jam annis*
m exteris fœderari: sicut & Polonum illi benè affectum esse: ideoque illi atten-
it. 20 *Propterea te, cum cæteris hortor, Vigilate & Orate.* 21 *Nam plaga*
a mea contra Vos & Terras Vestras non sanabitur, quàm diu Princeps Do-
inus Vester non prodibit. 22 Ad hæc ego: Ignosce misero mihi, propter
isericordiam Tuam, quòd iterum quæram, Quomodo id mihi faciendum
t, ut me & alios à periculis præservem? 23 Scis enim ita esse ut dixi, pa-
tum esse me, sed trepidamus. 24 Respondit: *Atqui jam dixi, Adi Ho-*
ssium, & obstringe quibus voles modis conscientiam ejus. 25 *Ego verò tan-*
m ejus Cor, ut hæc profundiori premat silentiô, quàm alii. 26 *Surge itaque, &*
a tibi loquutus sum consigna: repetiitque omnia illa, additô, *Ego te elegi, per*
uem Principi notum facerem, voluntatem esse meam, ut Septentrionalibus jun-
us exsequatur ultionem meam in Idolorum cultores. 27 Et quæsivi, Adhucne
enturus esset ad me? *Non tam citò*, respòndit, *donec videro quid facturus*
is. 28 His valedixit mihi: Ego autem è Psalmo 38, cecini versus ulti-
mos: *Ne derelinquas me Domine, DEUS mi ne discesseris à me. Festina*
n adjutorium meum Domine, DEUS salutis meæ.

R e v e l. XIII.

[*Comminatio videnti facta, de nimia in his revelandis cunctatione.*]

Iterum factum est ad me Verbum Domini, feriâ tertiâ post Cantate, sub
ipsum Solis ortum. 2 Postquam à somno evigilassem, quò recipiebam
dilecto Patre Lanetio (qui tamen jam Anno 1625 obierat) pro me &

aliis eleemosynarium subsidium. 3 Dictumque est mihi : *Tu taces, nec annuntias ea quæ tibi non semel jam mandavi, Adesse tempus ut glorificem me & nomen meum. Vide, ne te apprehendat malum !* 4 Respondi : Nosti Domine paratum esse me. Sed quia illi boni Viri exspectare adhuc suadent, donec meliùs occasiones appareant, ne ludibrium fiam. 5 Ad hæc Ille: *Boni sunt vobis & sibi, non item mihi : quia æquè homines sunt ut cæteri, labii polluti. 6 Tu Patrem appellas illum quem in Somnio vidisti, veraque credis quæ aliquando ex illo audivisti. 7 An Ego tibi non meliori jure Pater sum ? ut me præ illo audias ? 8 Ergò quod heri cogitasti, fac, personis illis* (N.N.N.) *hæc significa : nam & illæ misericordiam exspectant meam. 9 Hodossio verò jam tandem omnia recita, quæ unquam dixi. 10 Nisi feceris, apprehendet te malum, quod apprehendit immorigerum Prophetam, quem jugulavit Leo.*

REVEL. XIV.

[*Quibusdam revelare prohibetur, 1, 2. Judicia DEI non secundùm judicia nostra procedunt, 3. Ferrô & igne cur nunc Terras vastet, 4 &c. Iohanni A. C. quid scribendum, 9. Patriæ liberatio cur differatur, 12: acceleranda per pœnitentiam, 14: etiam propter convertendas Gentes, 16.* Scripturæ Sacræ cur nunc tantò diligentiùs legendæ, 20]

FEriâ quartâ post IV. Trinitatis, horâ circiter post Solis ortum, quum adire vellem D. Berkesi, arcis Lednicensis Castellaneum, illique eadem illa communicare, 2 Facta est ad me vox DEI : *Mitte ista, nec pluribus revela quæ loquutus tibi sum : quin & à Iaworio tua recipe. 3 Nondum enim venit tempus ut veniant in lucem : quanquam res ipsa procedet, etiamsi non secundùm judicia Vestra.* [NB. *Sueci tum temporis irruperant in Moraviam, occupaverantque & incendiis deleverant loca multa ad Preram, Cremsiram &c Vnde Confratres mei valdè dolebant, ita Patriam vastari.* Perrexit itaque vox DEI.] 4 *Multis videtur, res aliter debere procedere, quàm procedunt. Ego autem dico; Ita, non aliter procedere oportere. 5 Quomodo enim aliâs permoveri possunt impii, ut agnoscant furorem iræ meæ, quam concitarunt adversus sese, nisi per Ignem & Gladium, quem super illos misi? 6 Super Idololatras & duces suos; qui excitabant tenebras, & parturiebant iniquitates cum Inhabitatoribus terræ, superioribus & inferioribus: quibus Ego nunc oculos eo apertum, ut intueantur vias suas malas. 7 Quos addixi ad gladium, eant ad gladium; quos ad ignem, ad ignem. 8 Furor enim meus accensus est contra abominabiles idololatras. 9 Tu quod scribere cogitasti ad I. A. C. mittereque illa quæ ego revelavi tibi, fac ita. 10 Et scribe, ut illa expendat, conferendo cum aliis quæ ille scit esse profecta ex ore meo : neque testimonium aliud quàm secundùm veritatem dabit. 11 Fac autem simul sciat,*

non

non esse voluntatem meam ut alienis Nationibus, sed Patriæ suæ, consecret mi-
nisteria sua. 12 *Illa enim iis indigebit, una cum reliquis, quos conservare ac*
reducere decrevi, quanquam nondum tàm citò. 13 *Ira enim mea nondum tam*
citò deflagrabit, etiam adversus hanc Terram, quam inhabitatis modò. 14 *Ideò*
tibi mando; Adito Seniorem, Laurentium, illique dicito; Monere me, ut ille
ipse moneat populum, Videant ignem indignationis meæ, venientem super hanc
quoque Terram. 15 *Atque ut unus quisque prout sibimet cordis sui conscius est,*
quâ ratione peccârit contra me, ita se recipiat, viasque suas emendet, humilians
se coram me in jejunio, quemadmodum ante dixi. 16 *Ut ne irriter ampliùs*
ad iram, leniar potiùs ad misericordiam, etiam erga Gentes quæ nondum Me
nôrunt, Turcæ ac Iudæi 17: *quorum oculos jam incipio aperire, ut videant exser-*
tam potentiam meam ad conterendum Populos, præsertim Idololatras, superbosque
Ministros Meretricis Babylonicæ. 18 Ego autem dixi: Ignosce Domine
propter misericordiam Tuam, quòd adhuc quæsiero: Faciétne Magdale-
na affinis mea, quod illi jussu Tuo suasi? (nempe ut relictâ Idololatricâ Pa-
triâ, & apostasiâ suâ, ad exulandum veniret.) 19 *Fecisti jam tu, quod jusseram*
Ego: desine. Illa quòd claudicat, plusque homines metuit quàm DEUM, sibi-
met accersit malum, non alii, si perseveraverit non obsequi. 20 *Tu Scripturas*
Sacras lege, tibi & domui tuæ! ut quid Ego antehac agere cum hostibus meis
fuerim solitus, ne ignoretis; visuri me DEUM esse qui non mutor in puniendis
impiis, tutandis autem iis qui diligunt & faciunt mandata mea, Vale. 21 Ego
autem egi gratias, ut potui, rogans non deseri: & hæc ipsa scripsi, ut juf-
sus fui.

[v.10. *nondum tam citò*) Citò sperabamus reduci, oppressoribus tunc ubique succum-
bentibus apparenter: sed iri dilatum, hîc fuimus moniti.]

REVEL. XV.

[*Somnium de partu cujusdam fœminæ* (4) *applicatur ad Principem Tr.* 11. *qui quòd ni-*
mium humanis consiliis fidat, increpatur, 6. *jubeturque imitari Davidem,* 9, 10. *Mo-*
netur denuò, ut à diffidentia desistat, 14 *&c.*]

ITerum factum est ad me Verbum Domini, feriâ quintâ post VI. Trini-
tatis, ante Solis ortum. 2 Videram in somno Patrem Lanetium, de-
cumbentem, & mihi de medicina sibi à peritissimo Medico propinata narran-
tem. 3 Me super id lætante, dixit; Paratúsne es concionari? Exspectat enim
multitudo. 4 Interim veniens quidam dixit, Uxor N.N. laborat in partu. Et
mox expergefactus, quale id somnium esset cogitare cœpi. 5 Ubi Dominus
ad me: *Tu taces, neque quomodo res tuæ à Principe sint exceptæ inquiris.* (Miserat
enim jam Hodoszi ad Principẽ) Respondi: Tacui, quia relationem à D. Ho-
doszi exspectavi. 6 Ille: *Ne taceas, sed loquere Hodoszio, tempus esse ut Princeps*

Dominus Vester desistat suis consiliis, humanisque judiciis, agi. 7 *Faciat se-*
cundùm consilia cum istis jam agitari cœpta, quos excitavi Ego ad suscipiendam
causam gloriæ meæ, & nominis mei, & Regionum ab Antichristianis oppressa-
rum. 8 *Etenim jam jam termini Idololatris concessi decurrunt: sed Princeps*
decurrere nondum credit. 9 *Ideoque timet, nec ita incedit ut servus meus Da-*
vid, qui quoties notam sibi habuit redditam voluntatem meam, alacri mente
non sua sed mea prælia præliatus est, meáque manus fuit cum illo, & brachium
meum auxiliatum est illi, quoties exibat in nomine meo. 10 *Sequatur eum*
Princeps Dominus Vester: eritque sicut dixi, præcedam Ego ubique copias
ejus. 11 *Et ne similis sit mulieri parturienti, & non parienti: párere enim ta-*
men necesse habet, quando venit hora ejus. 12 *Sciat igitur Princeps, horam*
partûs sui jam venisse: méque illum elegisse, non alium, ut in nomine meo auxi-
lietur excitatis à me Gentibus ad evertendum Domum Austriacam, & abolen-
dum Idololatras, cum omnibus abominationibus suis. 13 *Possent quidem id*
hæ Gentes citra illum exsequi; Ego tamen Eum honoris illius participem reddere
decrevi hac in Gente. 14 Ego verò dixi? Ah Dominator Jehova, num
non in potestate Tua est Cor Illius, ut tangas illud, & flectas in obsequium
Tuum? 15 Respondit: *Id jam feci, & Ille propendet: sed exspectat adhuc*
tempus quod sibi ratiocinatione suâ posuit: ignarus, quòd alia sint tempora ratio-
cinationis suæ, alia decreti mei, quæ jam jam adventant. 16 *Præcipio itaque*
Tibi, convenias Hodossium & inquiras: Num tua Principi reddita sint? & quid
Princeps ad ista? 17 *Scribatque denuò Principi, ne amplius cunctetur, sed prod-*
eat in nomine meo, ad exsequendum quod per Illum exsequi decrevit dextera mea.
18 *Diffidit Princeps, non esse cui tutò committat Exercitus suos: sed sciat esse*
plurimos, qui alacriter facient quicquid mandaverit. 19 *Et quia hos Gladius*
præcedet meus, facili negotiò procedent omnia. 20 *Extensum enim est bra-*
chium meum, & robur meum, ad conterendum hostes ipsius, & hostes meos, abo-
minandos Idololatras istos. 21 Dixi iterum: Rogo ignosce servo Tuo, ec-
quando illud D. Hodossio significandum est? 22 Resp. *Crastinâ die, quam*
Vobis diem Iejunii & precum esse jussi, ut pro Vita etiam Principis Domini Vestri
oretis. 23 His valedixit mihi, dicens: *Auxilium meum, & benedictio mea,*
Tecum sit.

REVEL. XVI.

[*Somnium de rigido judicio, 1, 2. Explicat Dominus de judiciorum suorum horrendo rigore, quo jam uti decrevit adversus habitatores Terræ 3. &c. Videns exhorrescit, & iram deprecatur, saltem pro conservandis reliquiis, 10, 20. Promittit DEUS, 16. & ad quos silentio adhuc sit utendum docet, 17*]

POst IX. Trinitatis feriâ sextâ, diluculò, videbar constitutus in magna po-
puli multitudine, ubi examinabantur hominum transgressiones. 2 In
medio

medio verò ſtabat, Fr: N. N. ad quem intercedebant, neſcio pro quo permulti: ille verò perſtitit in judicii rigore. 3 Mox experrecto mihi, factum eſt Verbum Domini: *Omnes iniquitates omnium hominum à ſeculis non ſunt abſcondita à me, neque quidquam eſt tectum coram oculis meis.* 4 *Etiam de iis qua nunc fiunt, quàm perverſa ſint judicia mul.orum: & quomodo etiam qui ſibi & aliis juſti videntur offendantur judiciis meis, qua juſtè contra impios exerceo.* 5 *Nolunt hi attendere, mihi, tametſi Mundum ſubvertam ut Sodomam & Gomorrham, dicam ſcribi non poſſe.* 6 *Via enim habitatorum univerſa Terra ſunt via perverſa: Optimus inter eos eſt ut paliurus, & rectiſſimus ſpina inſtar.* 7 *Nec eſt qui ruptura obducat ſepem, qui inquam agnoſcat peccatum ſuum, & in cinere ac cilicio quarat faciem meam.* 8 *Accenſus itaque irâ percuſſi, & percutio, & percutiam, habitatores Terra, propter irritationes quibus irritant me, & cavillationes judiciorum meorum, qua in impios exerceo, per te etiam.* 9 *Tametſi Moſes & Elias intercedant, non condonabo habitatoribus Terra, verùm tanquam maledictos delebo.* 10 Ad quæ ego: Ignoſce Jehova ſervo Tuo, quòd loquar: *Annon miſericordia Tua major eſt delictis noſtris?* 11 *Annon in poteſtate Tua eſt, dare habitatoribus Terra cor timens Tui, & ut acquieſcant judiciis Tuis?* 12 Ne iraſcare igitur propter miſericordiam Tuam! & miſerere reliquiarum, quas decreviſti ſervare, poſt effuſa ſuper impios judicia Tua. 13 Nam *quis noſtrûm conſiſtet, ſi ſic flagrabit ira Tua?* 14 *Miſerere igitur noſtri propter dilectiſſimum illum, in quo dixiſti complacuiſſe Tibi omnia.* 15 *Converte nos, & convertemur:* atqui Deus es, cui ſoli omnium poteſtas. 16 Reſpondit: *Novi Ego meos, & ſervabo eos ut pupillam oculi, ut ſpectent judicia mea: non enim mutabor in eo, quod propoſui, tametſi Hodoſſi cum aliis nolint intelligere judicia mea per te denuntiata, prou i debebant.* 17 *Principis Domini veſtri via mihi ſunt nota: ideò repete ab Hodoſſio res tuas, jamque obſigna os tuum, nihil reſpondendo, tametſi inquirat.* 18 *Coram illis autem, qui in Patria Veſtra ſunt* [Suecis] *tua hac in ſilentio ſint: nec enim illi his opus habent, non ignari aliunde quid ſibi faciendum ſit: Voluntas enim mea innotuit ipſis.* 19 *Ita facito: Tua hac nondum revela Mundo. Vigila & ora cum aliis: jamque Vale. Protectio & benedictio mea tecum ſit.* 20 Ego verò horrore perfuſus dixi: Ne iraſcaris obſecro Domine, quòd ego quoque ſim errans coram Te, unâ cum illis quos noſti, quòd ament Te: & da nobis ut faciamus quicquid mandas; mihi autem, ne horum obliviſcar. 21 Repetiit itaque omnia dicta ſua: ego verò actis humillimè gratiis ſurrexi, & iſta conſignavi.

[v. 18. *non ignari aliunde*) – Unde igitur? An ex Apocalypſi Johannis, à *Brigitta* ſua jam ante quatuor ſecula de myſtica Babylone exſcindenda explicata? novaque iterum ad præſens tempus accommodatione, Reginæque Suecorum per Meerbortum,

tum, Hogelium, aliosque dedicatione, illustrata? An verò per excitatos, & illis submissos, ecstaticos vates, *Warnerum* & *Reichardum*? Quorum omnium scripta publicam lucem, dudum jam ante hæc nostra, viderunt.]

Revel. XVII.

[*Videns ludibria ob has Revelationes, & tædia, passus, 1. Principi sua per aliam viam transmittere cogitur, 10. Domus A. cum nemine sincerè agit, 12. Voluntatem DEI inviti facientes, ingrati DEO, 15. Precziniski obsequi trepidat, consiliô tamen juvat, 16 &c.*]

POst XIII. Trinitatis, feriâ quartâ, ante diluculum experrectus orare cœpi. 2 Et sensi mox instinctum: *Surge, prodi, foris ora.* 3 Prodii itaque, orans protegi à malitia hominum. 4 Reversq autem in lectum mox auribus insonuit vox: *In veritate mihi nota sunt via Domini Vestri.* 5 Ego autem audire quodammodo refugiens (ob ludibria quibus replebar) occepi cantare Psalmum sextum, & similia, quibus furorem DEI deprecabar. 6 Nihilominus tamen volens nolens audire adactus sum Verba sequentia. 7 *In veritate mihi nota sunt via Principis, Domini Vestri, quibus ille incedendo tergiversatur ea facere, qua consilium meum, & judicia mea, decreverunt efficere per Ipsum etiam, cum Gentibus illis quas ego excitavi contra Domum Austriacam: metuit enim abduci in avia.* 8 *Quod ne metueret, per Te etiam indicium illi fieri volui: ut nihil usquam respectando jungat se Populis illis, qui Eum sincerè invitant.* 9 *Quanquam enim absque illo etiam non desit illis robur, honorem tamen Illi deferunt, qualem nunquam cuiquam è Gente hac.* 10 *Sed quia Hodossi mea Verba non sic apud se expendit, uti debuit, etiam ad Principem non plenè retulit.* 11 *Quare Tibi mando, adeas Iohannem Preczinski, intrepidéque & confidenter ei loquere, Mandare me ut quantocyùs significata tibi Hungaricam in linguam transferat, Principique ostendat, jam esse tempus, jam vacillare Terram hanc cum habitatoribus suis, qui jam lassescunt nescientes quò se vertant.* 12 *Exeat igitur in nomine meo, & Gladius meus pracedet eum, ad servandum illum & terram hanc, ab immanitate Domûs Austriaca: qua cum nemine nunc, ne Turca quidem, sincerè agit, auscultans illis qui mendaciorum patrem sequuntur, mancipia Bestia septicipitis & decemcornis.* 13 *Metuit Princeps, ne in consilia exitum non inventura non abducatur ab illis Nationibus, quas ego contra Domum Austriacam excitavi.* 14 *Verùm ne metuat: nemo enim Potentiorum honorem suum illi cedere cogitat.* 15 Ego ad hæc: Ignosce rogo servo Tuo, quod loquar. Annon per D. Hodossi referri hoc ad Principem potest? Annon obsequi Tibi quisque, dum jubes, necesse habet? 16 Responsum: *Nunquam ingratus, & invitè agens, meique contemptor, locum apud me habuit, nec habebit.* 17 *Creavi ego simul cum angelis*

lis satanam: cui cùm parùm videretur ita servire mihi, ut placitum fuit ibi, deturbavi eum Cœlô, & præcipitavi in abyssum. 18 *Saulem constitue- m Regem, & locaveram inter Prophetas: sed quum me sequi, & jussa mea sequi, renueret, rejeci eum.* 19 *Idem hîc facio, oblatumque Hodossio bono- m transfero in Preczinium.* 20 *Cui dicito, Ne pigeat noctem etiam im- ndere (ego enim benefaciam illi, & Domui suæ, si obedierit mihi) ut quanto- ùs perveniant ad Principem omnia, quæ unquam loquutus tibi sum.* 21 *Con- denter age quod mando, neminem pavesce: dic Preczinio, illi benè fore, si secundaverit.* 22 Quæsivi autem: *Per quem igitur D. Preczinski hæc ad rincipem mittet?* Resp. *His diebus aderit Hodossio Legatus Principis, per unc mittantur. Mea enim hæc voluntas nondum illi satis nota est.* 23 De- iò ego: Quando hæc ad D. Preczinski referam? Resp. *Hodie, statim à oncione: nulla res te à proposito dimoveat.* 24 His valedixit mihi: cùm men surgerem, insonuit vox; *Andreas Bogadi obdormiit, & dormiet.* r Quod ego non intellexi: sed eâdem die nuntius ad D. Hodossi veniens, oisse nuntiavit. 26 Ego verò ad D. Preczinski me contuli, voluntatem i Domini mei exponens. 27 Ille re intellectâ, causari cœpit, manum iam in Cæsaris Cancellaria esse notam: si hæc emanarent, se Cæsaris sub- itum vitæ periculum incursurum cum liberis. 28 Suadens exemplar meâ anu scriptum ad Principem mitti: non defore Principi interpretem. 29 Re- nuitque me apud se, donec Principis Legatus, *Egrei Istvan* venisset: ad uem me introduxit, exemplarque istud (obsignatum) ad Principis manus eferri & fideliter tradi, rogavit: Factum 13 Septembris. 30 Ita Princeps æc non Hungaricè aut Latinè, sed Bohemicè, consignata accepit: neque iquam ante D. Hodossi adventum ostendit.

[v. 11 *nescientes quô se vertant*) Petebat n. tunc contra Suecos auxilia Cæsar, Palatinusque Esterhazi omnes induere arma jubebat, quibus in occursum ipse Cæsar veniebat Skalicium usque ad Moraviæ confinia, in Torstensohnium eos ire cupiens. Id quod tandem tamen, post multas tergiversationes, negatum fuit.]

REVEL. XVIII.

[*Cæsar cum suis copiis in angustias deductus,* 2. *Quæ de his revelationibus aliô missa, conservata sunt,* 6. *Orandum itaque,* 7 *&c.*]

FEriâ sextâ post XIV. Trinitatis, quum Exercitus Suedicus circa Niclaspurgum hæreret (paulò ante urbe illâ à Torstensohnio captâ) Cæsar erò cum Palatino, Hungarica solicitantes auxilia, Sakolcæ: 2 Inter co- itandum quid ibi fieret, orandumq; ne desereremur, factum est ad me Verbũ omini, dicendo: 3 *In nomine meo expeditionem suscepit Exercitus Suecorum, à quo*

à quo Cæsarearum copiarum tertia pars delebitur. 4 *Hungarorum quoque multi peribunt, & in his Palatinus ipse, nisi se domi continueri:.* 5 *Postea hostis ulteriùs progressus, in tantas angustias deducet Cæsarem, ut consilium defuturum sit, illeque desperare incipiat.* 6 *Tua, quæ ad Principem mittes* [nondum tradideram tùm] *rectè custodita sint: nam quæ in Poloniam misisti, venerunt in discrimen, conservavi tamen illa.* 7 Oravi igitur, ut Dominus ipse conservare dignaretur, has & illas, nosque pariter à periculis tunc imminentibus. 8 Responsum est: *Conservabimini, tantùm ne Capitaneus dormiat.* 9 *Vos autem orate: Orate inquam.* 10 Ibi conticuit.

[v. 6. *conservavi tamen illa*) Missa erant per Ministrum V.D. senem Dan. Rufum: qui cum Aurigis Cracoviensibus profectus, & ob fraudem in Telonio ab illis commissam simul captus, cùm se ad illos non spectare diceret, suamque sarcinulam sibi reddi obsecraret, illi hâc inspectâ, nihilque præter indusium & chartas inesse visô, reddiderunt, abireque siverunt. v. 8. *tantùm ne Capitaneus dormiat.*) Observandum, Deum providis providere.]

Revelatio XIX.

[*De prælio ad Lipsiam*, 2. *Ruina Domûs A.* 4. *Finem malorum non fore, nisi se Princeps Trans. conjungat excitatis Gentibus*, 8, 11. *qui trepidat inutiliter*, 12 *&c. I. A. C.* 17. *P.H.* 18. *Reducendi in Patriam*, 19. *Iter ad Principem mandatur*, 22. *Contemnentes contemnuntur*, 25. *Suspiria pro fratribus & proximis*, 27.]

ITerum factum est Verbum Domini ad me feriâ quintâ post XXI. Trinitatis, sub Solis ortum. 2 Cogitabam de Exercitu Suedico in Silesiam regresso, & Cæsareano istos insequente. 3 Et mox audivi Vocem: *Prelium commissum est, de quo dixeram tibi; jamque fiet, quod itidem dixi, ut Cæsar amittat robur suum.* 4 *Nam nec Ille, nec alii: intelligere volunt, transisse terminum dominationis suæ, de quo tibi dixi, apud me jam transiisse.* 5 *Sperat ille se non rejectum iri propter Majores, qui hanc in se deduxissent eminentiam, peccando licet & malè agendo coram me.* 6 *Qui eum fulciunt, idem hoc existimant: videant licet, mala esse, quæ patrantur ab illo.* 7 *Potentiorum unus jam se incipit excusare, & ad alios protestari, non se reum esse sanguinis effusi à Cæsare, hujus Patre, & effundendi porrò in Terra Vestra.* 8 *Nondum enim finis est: nec erit priùs quàm Princeps Vester id egerit, quod per te mando.* 9 *Quæ ad illum misisti, quanquam accepit rectè, movent tamen illi miras cogitationes.* 10 *Quem, si te accersitum mittet, adibis, nihil reformidans: nam tecum ero, & Ille securitati tuæ prospiciet.* 11 *Certò autem scias, anxietatum quas ego induxi super tot Gentes, non fore finem, neque Vos in Patriam reductum iri, nisi Ille hoc in Regno peregerit voluntatem meam, Rex existens.*

m. 12 *Ardua Illi rei videtur, & difficilis: Ego autem dico, tam diu fore*
fficilem, quamdiu non inchoaverit seriò, & se Austriacæ Domui hostem non
claraverit apertè. 13 *Id simul ac fecerit, revelabuntur mox cogitationes*
ultorum. 14 *Atque cùm Ego hostes Illius domesticos conterere incipiam, non*
iam subsistet ullum consilium alienum, eorum qui contra Illum Domumque suam,
surrecturi sunt. 15 *Nam non Illi solùm, sed & Filiis ac Posteris ejus, Ego*
nefaciam: faciat tantummodò jussa & mandata mea. 16 *Et Ego Illum tan-*
afficiam hac in Gente honore, quantô alium neminem. 17 *I.A.C. ad se missa*
e accepit, quæ longinquis Nationibus nota faciet, ubique rescribet. 18 *Hladik*
uit: nolui enim pudore illum suffundi super exaltatione tua, quâ Ego exaltabo
tùm hîc, tum in Patria, ubi Nomen prædicabis meum, administrabis Sacra-
enta, lapsosque recipies, ut tibi per somnium ostendi. 19 *Reducam verò in Pa-*
iam quos reducere decrevi: non jam demum, sed ab æterno. 20 *Nulla hu-*
na vis impedire poterit consilium meum, modò tempus à me constitutum vene-
: quia ego ut pulverem difflabo inimicos meos & Vestros. 21 *Kriz mortuus*
: Hodoszi non multos habebit dies, quia sapere supra me, Dominumque suum,
luit. 22 *Para te, ibis ad Principem: nemini alii de his ampliùs verba facito.*
; *Pax & benedictio mea tecum sit.* 24 Ego autem dixi: Affinis mea Me-
ricii manere perseverabitne? Respondit: *Magis opes diligit quàm vitam.*
; *Quisquis consilia mea, ductumque meum contemnit, contemnitur à me.*
; *Nam apud me indifferens est, misericordiam exercere super timentes mei,*
justitiam super inobedientes. 27 Iterum dixi: Ne obliviscaris, ô Domine
onfratrum meorum, aliorumque proximorum meorum. 28 Respondit:
memoria sunt apud me. Tantùm vigilate & orate. 29 *Tu verò surge &*
ibe quæ indicavi tibi: erit aliquando his opus. 30 Ego cum lacrymis agens
atias, orabam, ne pateretur hæc effluere mihi. Repetiit itaque illa omnia,
æ ego scripsi illicò.

[v. 3. *Cæsar amittet robur suum*) Factum id reverà, cæsô Exercitu ejus ad Lipsiam, fugatoque Leopoldo ejus fratre sic ut vires nunquam recuperare posset: & occupatâ mox à Suecis Lipsiâ, rerum per Germaniam feliciter gerendarum centrô.]

REVEL. XX.

[*Gad Propheta, 1. Princeps Tr: jam se ad voluntatem DEI disponens, consolandus, 2 &c. Multi propter contemptas Revelationes morte puniendi, 6.*]

TErtiâ feriâ post XXV. Trin: cùm ipso diluculo expergefactus essem, venit in mentem meam *Gad Propheta*, optionem Davidi inter plagas

tres offerens. 2 Et mox factus est ad me Sermo DEI: *Consolare, conso-*
lare Principem Dominum Vestrum! Iam enim aperuit mihi Cor suum, sicut ape-
ruerat Samson Dalilæ. 3 *Iam incipit agere quæ consilium meum requirit, ut*
defendat ab interitu Terram hanc, sicut & Vestram, ne absorbeatur penitùs: sic-
que ut pars Terræ Vestræ illi cedat. 4 *Hostes illius, & mei, diffugere jam inci-*
piunt, sicut & tui: facti jam similes anguibus quorum decussa sunt capita,
sicut in somno vidisti. [5 Præcesserat enim somnium, quò animalia
monstrosa manibus videbar tractare, illisque detrahere exuvias: quibus
detractis, apparuit esse angues, sine capitibus:] 6 *Quorum multi morte*
abripientur, propter sannas & ludibria facta rebus tibi à me revelatis. Surge
& hæc scribe! 7 Surrexi igitur, decantans hymnum Sacrum, qui venerat
in mentem.

[v. 2, 3. *& Revelatione sequente* v. 3, 4.) Exemplum est quomodo Deus suos jam laudet jam increpet: prout actionibus suis occasionem dant. Vide Matth. 16. v. 18, 19: & mox v. 23. Sic alibi.]

REVEL. XXI.

[*Somnium de Equo titubante, 2. ad Pr. Tr. transfertur, 3. Benignitas in illum DEI, 5 &c. Precibus opus, 8*]

POst IIIm. Adventûs. feriâ sextâ, diluculo, habui somnium: ubi mihi
videbar per campum iter faciens videre virum Equitem: cujus Equus
titubabat, jam huc jam illuc lapsans. 2 De quo descendens Eques ibat
pedes, equum præcedens, eumque secum trahens, & ad me nescio quid
murmurans. 3 Cùm evigilassem, factus est ad me sermo DEI: *Prin-*
ceps Vester similis est Equo illi, quem vidisti. 4 *Necdum enim incedit ad*
voluntatem meam, sed respectat, & vacillat, in utramque partem. 5 *Si*
ipsum incedere sivero ut incedit, suô malô incedet, culpâ non meâ. Nam
voluntatem meam Illi retexi, per te etiam. 6 *Vellet accersere te, sed me-*
tuit periculum. 7 *Tu verò etiam monitorum meorum oblivisceris; vigilan-*
tior esto, ut tibi benè sit. 8 *Dicas hodie fratribus tuis, ut vigilent, orationi-*
busque vacent. 9 *Nam non intermittunt Vobis insidiari hostes mei & Vestri.*
10 *Iterum dico, vigilate & orate, etiam pro Principe Vestro.* 11 *Opus enim*
habet precibus Vestris, suâ & vestrâ causâ. 12 His dictis conticuit.

Incipiunt REVELATIONES *Anno* M. DC. XLIV.

REVEL. XXII.

[*Cæsareanorum ad vastanda Principis territoria adventus*, 1. *Videntis ferrvidæ preces*, 2, 9. 10. *DEUS iram suam adversus habitatores Terræ Moraviæ & Hung: contestatus*, 5, 6, 7, 14, 17. *Suis tamen gratiam & conservationem, promittit* 15: *réque ipsâ præstat*, 16. *continuare in se fiduciam jubens*, 18.]

ANno 1644. factum est ad me Verbum Domini, 28. Januarii, quum postridie venturus erat *Comes de Buchaim*, ad obsidendum nos, cum exercitu decem millium: fuit autem ita. 2 Quum è somno evigilasſem oravi, rogans Dominum (hymnis & mente) ut memor esset promissionum aramentò suô firmatarum, quòd non in ignominia relicturus esset Me, & Se. Factum id erat in Revelatione sexta, ubi Dominus supponens dextram suã nistræ axillæ meæ, dixit: *Iuro per memet ipsum, quòd te non relicturus sim in ontumelia.* 4 Cùm ergò diu sic jacerem tristis, & pavescens, facta est ad ne vox DEI. 5 *Iudicia mea fiunt in Terra*: *sed pauci sunt, qui ea exendendo faciem timeant meam.* 6 *Tota terra non vult intelligere, Iram neam esse accensam, in qua pessundedi, pessundo, & pessundabo, Terram estram, ut vix quisquam servetur.* 7 *VUsetinenses percussi hodie, pertiam & cras* [Irruperat pridie Buchaimius, & quicquid Wsetinenum in armis erat, occidione occiderat: à discessu verò illius *Comes de othal* affecerat Civium 36 gladii, suspendii, rotæque supplicio, terribili adiodum spectaculo.] 8 *Pauci enim sunt, qui perculsi faciem quærant meam, cut & inter Vosmet ipsos.* 9 Ad quæ respondi: Ita est Domine, vera sunt 'erba Tua! Rogo tamen propter misericordiam tuam, & propter vulnera ilii Tui, in quibus ego me abscondo, una cum cæteris, à furore Iræ Tuæ. o Rogo, rogo memento promissi Tui, quod mihi servo Tuo exhibere dinatus es; servaturum Te apud nos reliquias, quæ celebrent vias Tuas, eritatemque, justitiam & misericordiam Tuam. 11 Confiteor equidem ı conspectu Tuo, non esse nos vel guttulâ misericordiæ dignos: quia tamen ixisti, si Hodoszi non dormiant, servatum nos iri. 12 Annon igitur dormit? .esponsum: *Non dormit.* 13 *Ego enim illum excito, Princepsque ipse: qui jam ersare incipit ea, quæ per illum exequi decrevit consilium meum.* 14 *Id vides brevi*: *at non sine horrenda desolatione Terra hujus: quod oculi tui videbunt.* Viderunt etiam, cum per montana post Civitates transiens desolata vidi mnia.] 15 *Ideò dico*: *Vigilate & orate. Inimici Vestri malum contra Vos*

iniverunt consilium: sed infatuabitur consilium eorum, & vos servabimini. [16 Factum, servati fuimus omnes Exules: Puchaim, ut die Veneris venerat, ita die Solis recessit cum exercitu, oppidô quidem utroque cum pagis exspoliatis, Arcis tamen expugnationem desperans.] 17 *Mesericium gustabit iram meam: quia Ego sum qui non mutor in iis quæ decrevi contra habitatores Terræ.* 18 *Tu vigilans esto, & jussa mea fac, confortans fratres tuos mihi fidos, ut spem reponant in misericordia mea.* 19 Hæc postquam dixisset abiit: ego autem certa quædam Cantica Sacra decantavi.

[*Cantica certa*) Ex nostro nimirum Cantionali, nota nobis ignota aliis: quæ proinde licet speciatim exprimat Videns, mihi sic in genere notari satis visum.]

Revel. XXIII.

[*Somnium de Concilio*, 2, 3. *ad hostium confusionem transfertur*, 4, 5. *Principi Tri denuò, quid exequi necesse habeat, injungitur*, 6, 7, 8. *Fideles consolationibus erigi jubentur*. 9. *Mors filiæ Videntis*, 10, 12]

EXpergefactum me diluculò somnus oppressit denuò. 2 Ubi Fr: Lanetium vidi, interrogantem me; Quid esset causæ, quòd Hispaniæ Rex ad Regem Galliæ legationem mittat? Respondi: Vellet convocari Concilium. 3 Ad quæ ille: Gaude, & bonô esto animô: simulque evigilavi. 4 Cùm verò orarem, factum est ad me Verbum Domini: *Iam fiet quod dixi, ut Gallus sternat Hispanum, cum aliis.* 5 *Hostes Vestri recedunt, consilii expertes.* 6 *Tu Principi scribe, Mutari non posse quod decrevi, ut ex hac Terra Idolorum cultores IPSE tollat: nihil respectando, quòd secundùm Regni jura libertatem habeant.* 7 *Habuerunt: sed jam non habebunt.* 8 *Obsecundet solummodò! Omnia faciam quæ per Te loquutus sum: Exercitum ejus videbis brevi.* 9 *Puchoviam abi, fidelesque meos consolare, redemptionem appropinquare suam.* 10 *Sed festina, ut ante Vesperam redeas: filia enim tua in Arce agoni propinquat: Tu tamen cum Conjuge laudabis nomen meum.* 11 *Atque jam vale, & benedictio ac protectio mea tecum erit. Surge, scribe quæ dixi.* 12 Ego igitur lacrymabundus surrexi, & scripsi: moxque Puchoviam, & inde domum festinans, vesperi nuntium accepi Dorotheam filiolam meam vitâ functam: quam postridie sepelii.

Revel. XXIV.

[*Videns de Principe urgendo urgetur*, 2, 11. *Baalitæ internecioni addicti*, 3, 5, 12. *Claudicantes Consiliarii*, 4. *Kopronzai cæsus*, 7. *Exules servandi, sed quibus conditionibus*, 13, 14, 15.]

Iterum

Terum factum est ad me Verbum Domini, dicens. 2 *Non rectè facis,*
quòd mandata mea bis jam denuntiata tibi, non refers ad Principem: ut in. elli-
t transiisse jam terminos Idololatrarum, eorumque dominationis in Terra hac.
Tam diu res Principis procedent asperè, quam diu Ille non ferrô & igne vasta-
incipiet maledictos Baali.as: qui tam se inebriarunt fornicationibus Babylo-
a Meretricis, ut crapulam non sint edormituri nisi devorati ab igne & gladio.
Sed nemo, etiam è Consiliariis Principis, tempora Dominationis Austriacæ
insiisse, attendere vult: hinc adulantur, utrôque pede claudicantes. 5 *De-*
at Princeps mitis esse erga id, quod ego diris devovi in furore meo. 6 *Cùm*
im fecerit quod jubeo, faciliùs procedent mea & illius intentiones. 7 Et dixi:
h Domine, cur permisisti *Copronczai* perire? (Fuit Principis militiæ
ıx, cum decem millibus præmissus, & ad Ilaviam cæsus,) 8 Resp: *Propter*
titudinem ejus in demandato opere: Et ne in illius robore tam confiderent ho-
nes, ipseque Princeps, uti factitârunt. 9 *Tandem quia fecit quod debuit:*
quievi ego virtute illius, acquiescat & Princeps. 10 *Qui loco ejus exerci-*
m ducet, non tam erit conspicuus: sed huic etiam benedicet dextera mea.
Præcipio itaque tibi, ne differas ampliùs! ut ne accendatur contra te furor
eus: 12 *Indica Principi, non aliam esse voluntatem meam, nisi ut extermi-*
t Idolorum Cultores, quos Ego addixi Gladio & Igni. 13 *Atque ita jam*
ale, protectioque mea tecum sit. Perrexi autem ego: Ah Dominator Je-
ova, nos autem quid? servabimúrne? 14 Respondit: *Tametsi malitia*
stra, multorumque incredulitas, penitùs vos atterendi causam præbeat, serva-
mini tamen. 15 *Tantummodò convertite Vos, & quærite faciem meam:*
ut indicavi antè, tota Terra Vestra jam in motu est. 16 *Affinis tua nunc do-*
non sequutam fuisse consilium. 17 His valedixit: ego autem laudavi
omen Domini.

Revel. XXV. Junii 11.

[*Princeps cum Exercitu retrocedens*, 1: *comminatio nihilominus facta hostibus*, 2, 3, *& Do-*
mui A. 4. *Septentrionales redituri*, 5. *I. Sobek*, 11. *Irrisionem Revelationum suarum*
morte punit DEUS, 12, 13.]

Unii 11. manè inter 6 & 7 horam, factum est Verbum Domini ad me
(cùm, auditô Principem cum exercitu retrocedere, trans Tibiscum usque,
uid futurum esset cogitarem) dicendo: 2 *Pellebant me hostes mei, ego verò*
debam eis: sed revertendo percussi, percutio, & percutiam eos, donec & delebo
Terra. 3 *Nam rapina eorum, & omnigena flagitia, sicut & clamor paupe-*
um, venit coram me. 4 *O Domus Austriaca, radices tuæ in Hungaria fue-*

runt, quas ego jam exstirpatum eo. Tu verò peribis cum Ducibus tuis, Consiliariis tuis, Posteris tuis: cadent enim robusti tui. 5 Ego verò dixi: Dominator Jehova, ubi sunt Septentrionales? de quibus dixeras servo Tuo, Olomutio venturos? 6 Resp. *Veniunt, jamque in foribus sunt. Fiet enim quod dixi, perituros, qui perdebant vos.* 7 *Vos tantùm memores estote monitorum meorum, vigilate & orate.* 8 *Eritis apud me in memoria, & servabimini: Ego non mutabor in eo, quod de vobis facere decrevi, etiam de Te.* 9 *Tu tantùm celebra nomen meum, diligenterque lege Scripturas & alios libros bonos, servabo Te dextra mea.* 10 Ita manu porrectâ valedixit mihi. 11 Ego autem interrogabam, dicens: Debeóne revelare hæc D. Johanni Sobek? (tum vice Capitaneo, cùm Hodoszi ad Principem abiisset.) 12 Responsum fuit: *Revela, sed cum admonitione, ut ne vilipendat hæc, aut irrideat: sicuti multi fecerunt, & se ipsos malô affecerunt.* 13 *Multos enim ego jam, tibi notos, ideò morte sustuli: quia irrideri nolo.* 14 Hæc postquam exposuisset, valedixit mihi: ego verò decantatô Psalmo 103. laudabam Dominum.

REVEL. XXVI. 31. Dec.

[*Protectio DEI etiam hosti traditorum, 2. Princeps denuò urgendus, 11. Sueci Cæsaris & Terrarum ejus flagellum, 15. Apostatæ puniti, 19. Vulnera contemptibilis Christi, multis scandali occasio, 24, 28, 30. Revelationum harum dictator Christus, 35.*]

VLtimâ Decembris (Anno 1644) peractis matutinis precibus, cogitare venit de iis, quæ elapsô annô hinc inde in Orbe, apud nos etiam, gesta essent. 2 Intervenit autem vox DEI, dicens: *Nihil factum est, neque fit, nisi quod prædecrevi Ego, & prænuntiavi tibi.* 3 *Nam Calicem quem infudi vobis bibere necesse habuistis, & habebitis.* [4 Fuit autem tunc, ut occupatâ à Palatino Esterhazi Arce Lednicensi, Capitaneus ejus Paraczai repertas ibi facultatulas nostras, Exulúm, Bibliothecasque, transferri curaret Szintavam] 5 *Quemadmodum tamen dixi, non derelicturum me vos, ita feci, & faciam.* 6 *Malitia hostium Vestrorum mitigata est apud Palatinum per Locumtenentem; quô Ego ad protegendum vos usus sum, sicut Josepho usus eram pro fratribus suis apud Pharaonem. Sed tu Szintavam ire cave.* [7 NB. Fuit Locumtenens ille *David Einhorn*, Borussus, nobiscum in Arce obsessus, gratis Hodoszio ministrans: quem postea Palatinus charum habuit, præsidiumque Arcis suæ Szintavæ illi commisit. 8 Is datis ad me literis ad se invitabat, jacturæ aliquam pensationem, & nescio quid arcani, quod chartæ committi non posset, promittens: Id quod Dominus hîc vetuit. 9 Venerat autem is Palatinô mortuô ad nos, & me honestis munusculis affecit.]

:cit.] 10 Perrexit autem vox DEI. *Protexi te ab inimicis tuis, & protegam:*
ſolùm judiciis meis, meaque manuductioni, acquieſce. 11 *Et quemadmo-*
um antè dixi, ut Principi ſcriberes, Scribe, ſcribe, vias ejus me dirigere, &
recturum: modò in cœptis progrediatur, judiciis & ſtatutis meis inſiſtat, Ido-
rumque Cultoribus hac in Terra obſiſtat. 12 *Turca tamen ſimul attendat, nec*
'i hac in Terra extendere alas (cogitat enim ſubigere ſibi plura) *permittat.*
3 *Conſilia hoſtium non mutabunt decretum meum de Principe: qui te non mit-*
accerſitum quia nondum tempus eſt. 14 *Domus Auſtriaca explevit apud*
e menſuram crudelitatis ſuæ. 15 Ego dixi: Suecorum copiæ quid a-
int modò? Reſp. *Redeunt totâ vi ad peſſundandum has Terras.* 16 *Ha-*
tatores enim Terræ hujus, aliarumque Auſtriacis ſubditarum, vaſtabant
ios: vaſtari igitur oportet ab aliis, fruſtra reſiſtente ullô humanô conſiliô,
t vi. 17 *Nam omnes à judiciis meis aberrant, à ſummis ad imos; neque*
uisquam ſervat, aut conſulit, ſtatuta mea: ideò Gladius meus devorabit eos,
aſſando per has terras, ſicut & alias, donec venerit conſummatio iræ meæ.
8 *Quanquam aliqui incolarum Terræ hujus attendere incipiunt, quid Princeps,*
cur, faciat. 19 Addidi ego quærere: Ablatæ nobis per Palatinum
cultatulæ noſtræ (in Arce Lednicenſi) reſtituenturne nobis? aut ſal-
m N.N.N. Prerovienſibus & Meſericenſibus? (Eorum ſc. qui pretio-
ora ſua in exilium præmiſerant, ipſi non ſequuti, Apoſtatæ in Patria facti.)
0 Reſpondit: *Non reſtituentur. Dereliquerunt illi me, recedentes à do-*
rina mea, & opinati non ultur um me contemptum nominis mei & veritatis meæ.
1 *Ecce autem, ultus ſum per illos ipſos, ad quorum religionem prolapſi ſunt!*
intelligere diſcant, vanum eſſe confidere in hominibus, & opibus quantiscunque.
2 *Si adhuc reſipiſcent, benè illis erit; ſin, malè.* 23 *Tu manuductione*
eâ acquieſce, me dilige, mihi auſculta, & non derelinqueris à me, confide.
4 Hôc dicto, porrexit mihi dextram Dominus, inquiens: *En vulnerata*
t manus mea, ſicut & manus tua! Sed ſanata eſt tibi, ſanabiturque integrè in
ie meo. 25 Ego autem videns veſtigium clavo perforatæ manus ejus, oſcu-
lus illud ſum & dixi: O ignoſce Domine propter miſericordiam Tuam,
quæſiero; Tune es JESUS, meus & totius humani generis Salvator?
6 Scis me neminem dilexiſſe, nec diligere, nec dilecturum eſſe, præter Te.
7 O JESU meâ causâ parvule & contemptibilis facte! Multi ſunt qui lu-
ibrio habent me, & hæc quæ revelas mihi. 28 Reſpondit: *Et quis id*
icit, niſi tui, domeſtici & noti? quod non faciunt, nec facient, alieni
9 *Ne mirêre, idem mihi fecerunt mei.* 30 *Infixerunt ſibi vulnus ad*
unc ſtimulum complures jam; & caſtigati ſunt: niſi reſipuerint, non tibi
'd ſibi attrahent noxam. 31 *Auxilium enim meum, & benedictio mea,*
tecum

tecum erit. 32 *Tu mandatorum meorum esto memor, vigila & ora, pro te & aliis: Exaudivi, ex audio, & exaudiam Te.* 33 Addidi: Etiámne hos colloquii nostri sermones scribam? Respondit: *Scribe, scribe inquam.* 34 Ego rursum: Ah Domine jam oblitus sum! 35 Ille; *Surge, & quum inceperis scribere, dictabo tibi omnia.* 36 Surrexi igitur & scripsi, juxta revocata mihi in memoriam omnia. Hallelujah.

Sequuntur REVELATIONES *Anni M. DC. XLV.*

Revel. XXVII. Januarii 28.

[*Videns increpatur 1: excusat se, 2: promissionibus erigitur. 3: pavescit & orat, 8. junctione cordis sui cum corde Domini, ineffabili gaudiô impletur* 11, 12.]

ANnô 1645. Januarii 28. factum est ad me Verbum Domini increpatorium, quòd non consignassem hesternum sermonem (brevem quidem illum) de irritis futuris hostium consiliis, & vindicta de illis sumenda. 2 Causabar verò ego Somnum, qui me oppressisset, sicut olim Abrahamum (Gen. 15: 11.) offerens me ad scribendum. 3 Dominus ergò indicabat mihi: *Exercitum Caesaris disjectum iri; Nos in angustiis fore.* 4 *Illius tamen protectionem ita obumbraturam nos, sicut obumbrati fuerunt filii Israël, nube tenebrosâ & lucidâ: tantummodò ut confidamus, permittentes nos manibus ejus.* 5 *Id quod qui nostrûm sincerè faciunt, notum esse sibi: nec ignotum, quinam diffidant.* 6 Mandabat verò mihi silentium, & ne cui, petenti etiam, consilium darem; ipse tamen panem prospicerem, mihi & iis qui ad nos venturi essent de Exercitu. *Noli ab illis abscondere* (inquiebat) *panem tuum.* 7 Quæ ego verba expavi, ignarus, qualis & cujus Exercitus esset futurus; & vix ipse tantillum habens, unde me cum meis sustentarem. 8 Cœpi itaque implorare auxilium, effundens animam meam coram Domino, provolvensque me ad pedes ejus, & prensans pectus ejus. 9 Quô factô, dixit ad me Dominus: *Ecce cor meum & tuum unum sunt! Et vidi ea jungi, fierique ex utroque Cor unum.* 10 Dixit autem Dominus. *Iam ergò ne timeas, vigila & ora.* 11 Quæ res (quòd Cor Domini mei viderem jungi cordi meo) tantum in me cum lacrymis excitavit gaudium, ut omnia viscera mea commoverentur, & præ gaudio extra me rapi viderer. 12 Reversus tandem ad me, in laudes DEI me effudi totum, hymnis & Psalmis: surgensque consignabam ista, uti mandatum fuit.

R e v e l. XXVIII. 15. Febr.

[*D. Floriana*, 1. *Exules metu & diffidentiâ diffugere prohibentur*, 5. *Videntis domus cruce exercetur*, 11. *Liberationis terminus præ foribus*, 13.]

Q*Uum post peractas ad Dominum IESUM, pro me & illius Ecclesia pre-
ces, mente versarem, Quid Dominæ Florianæ (Nobili Matronæ Viduæ)
consilium à me, Num sibi Ledniciô esset excedendum, petenti, responderem.*
2 *Insonuit vox Domini:* Sine, excedat: Hoc enim erit initium exaltationis
ejus, de qua tibi antè loquutus sum. 3 Tantummodò dic ei, ut stet ubi eam
locavi: mihi enim displicent qui mente instabili sunt, manuductionemque
meam aspernantur. 4 Perseveret igitur illa, ne amittat coronam suam.
5 Tu verò cum aliis manete hîc, & cave admittas quod cogitasti, ne repe-
riaris ipse quoque instabilis (*Cogitabam autem ipse quoque emigrare, propter
immanitatem Paraczai.*) 6 Nam tametsi mala inundabunt hanc Terram,
at beatus sit futurus qui superstes erit: Tu tamen cum aliis servaberis, juxta
sermonem meum. 7 Vigilate tantùm & orate, & estote erga invicem
sinceri. 8 *Ego autem exclamavi: O Dominator Iehova ne derelinquas me!
Nosti enim, tanquam Omniscius, perparum mihi esse unde vivam, cum illis quos
dedisti mihi.* 9 *Sed respondit Dominus:* Mihi innitere, jam ego prospexi
cujus ope alendus sis, dum hîc eris. 10 Acquiesce tantùm in manuductio-
ne mea, cum uxore tua: cui non videtur vobis provideri à me posse. 11 Quòd
verò Uxor cum liberis ægrâ sint valetudine, ne mireris: sub cruce te esse
volo. 12 Tu verò ipse quoque tibi attende, & calefacientibus utere:
nam & ipse decumbes. [*Factum, 27 Martii morbô prostratus, usque ad
13 Aprilis decubui.*] 13 *Ego verò dixi: Ah Domine ignosce, quòd qua-
siturus sum: Citòne tandem ex tam diuturnis calamitatibus liberabimur?* 14 *Ser-
vo Tuo Elisæo ostenderas, intra Samariæ portas postridie futurum Modium hor-
dei siclô unô: ego autem nescio tempus liberationis nostræ.* 15 *Respondit:* Apud
me in foribus est: Tantùm ut expleant habitatores Terræ hujus, cum aliis,
mensuram iniquitatum, crudelitatisque suæ. 16 *Simulque valedixit
mihi.*

[v. 5. *Paratzai*) Fuit Nobilis Hungarus, Palatini Esterhazi locumtenens, homo sævus in exules Moravos.]

R e v e l. XXIX. April. 7.

[*DEI super Domum Austriacam lamenta*, 2, 4, 8. *& adversus illam fulmina* 9 *&c. à quibus tremefactus Videns*, 12. *cur sibi talia revelentur quærit*, 13. *& informatur*, 14. *Ab imitatione Austriacorum dehortantur populi*, 15, 16, 17. *Princeps Tr.* 18. *Eichhorn*, 24.]

APrilis 7. inter expergiscendum, cùm vixdum sensuum essem compos, insonuit vox auribus meis : 2 O Domus Austriaca, Domus Austriaca, Te Ego portavi tot jam seculis, & extuli in altum gloriam tuam, in medio Gentium multarum, tolerans Te in longanimitate multa, & exspectans conversionem Tuam ad Me, ad Me inquam Creatorem Tuum. 3 Sed incrassatum est Cor tuum, & obtenebrati oculi tui, ne videres, Tu & duces Tui, lamentabilem casum & ruinam, quam Tibi denuntiabam propter perversitates Tuas, quas perpetrasti, Ipsa & cum Consiliariis ductoribus Tuis, qui Te seducebant mendaciter adulando Tibi. 4 O Domus Austrica, Tu deseruisti Me, & abjecisti Legem Meam, nec legere illam volens, nec audire. 5 Sed erexisti Tibi idola abominationum, per Civitates tuas, Delubra tua, Plateas tuas, & viarum compita, elevans Statuas, & Truncos, & Imagines formosè coloribus pictas : quod mihi abominationi semper fuit, nec esse desinit. 6 Rejecisti judicium, jus & justitiam, misericordiamque, Ipsa & cum Consiliariis Tuis, Judicibusque & Principibus tuis. 7 Qui pulchris vectati Caballis & Pilentis, devorabant ut panem populum meum : angustantes Terras & regiones cum Incolis suis, nec exercentes misericordiam erga superiores vel inferiores, sed percutientes pugnô impiè ; violentiamque inferentes viduis & pupillis, domesticis & alienis. 8 Quod Tu, ó Domus Austriaca, spectando, siluisti, quinimò eos sequuta fuisti. 9 *Ideò induxi* malum hoc super Te, & domum Tuam, excitando contra Te Gentes multas & validas, quibus Tu non prævalebis, donec Te funditùs evertant cum posteritate Tua. 10 Innixa enim es arundini, Domui Hispanicæ ; & ambusto titioni, Papæ; habens pro fulcris Bavarum, Saxonem, Moguntinum, Coloniensemque, qui decipiebant Te. 11 Hi etiam amiserunt robur: quia contra hos etiam surrexi, eosque illorum potestati tradidi, qui insurrexerunt contra Te, ut Tibi faciant sicut domui Achab ; & Sacrificis tuis, sicut servus meus Elias fecit Prophetis Achabi, & Baalitis. 12 *His ego sermonibus auditis, cogitabam quid respondere vellem : quoties enim verba illa,* O Domus Austriaca, *pronuntiabat Dominus, tantâ pronuntiabat severitate, ut ego tremerem.* 13 *Silentiô ergò interpositô, dixi tandem : Obsecro Domine, ignosce servo Tuo ut quæram,* Cur Tu talia hæc revelas mihi ? 14 *Respondi* : Quia elegi Te, ut convoces tanquam tubâ Nationes illas, quas ego contra Domum Austriacam, impiosque Idololatras excitavi : ne fortè deficiant in proposito suo, donec eradicent è Terra Viperinam illam progeniem ; & restituant purum meum cultum, sicuti fecerunt David, Salomon, Ezechias, zelosi servi mei. 15 Sciant autem omnes illæ Gentes cum copiis suis, se quoque inclusos esse in manu mea : & quàm diu legem meam, statutáque

mea,

mea, & purum meum cultum, propugnabunt, Ordinem autem bonum cum misericordia promovebunt, prosperè illis cessura omnia: dum non imitentur crudelitatem Domûs Austriacæ, idolomaniamque illius. 16 Nam Domus Austriaca Domos, in quibus celebratum fuit Nomen meum, destruxit, Cultores meos dissipavit, multos trucidavit, propriasque etiam Regiones tyrannide suâ, rapinisque variis, in desolationem deduxit. 17 Quod agnoscere, ne quidem illi, quos attingebat hoc malum, voluerunt, tam è proceribus quàm è plebe: sed assentabantur alii aliis pacis causâ, quam tamen non viderunt.

18 *Addidi ego*: Princeps verò noster quid agit? *Responsum*: Cum metu & formidine sequitur manuductionem meam. 19 Cui tu scribe, Scribe inquam: Redit enim illi in memoriam sermo, quem per Te loquutus sum ei. 20 *Perrexi*: *suscipitne autem nostri curam, ut liberemur? (Fuit tùm arx Lednitz, cum tota Dynastia, in potestate Palatini, & Officiariorum ejus, qui eam defendere parabant.)* 21 *Responsum*: Suscipit, pacificè illi reddemini [*Atque ita factum est, cùm pace factâ Paratzai legatis Principis Arcem rederet.*] 22 Ego enim brevi de humeris vestris dejiciam illos, qui vos nunc angunt. 23 Tu verò surge & scribe: jam enim diescet. 24 *Addidi*: *Quid quæso afferet à Locumtenente Charinus?* [*Nam quum iterum Schintavâ scriberet, & me ad se sollicitaret, Eichhorn, misi Charinum cum fidei literis, ut quicquid esset huic committeret.*] 25 *Respondit*: Nihil; tantundem enim apud illum consilii est, ut priùs. [*Suaserat autem priùs per literas, ut nos subduceremus è dynastia Lednicensi.*] 26 Non enim illi notæ sunt viæ meæ, per quas Ego vos deduco: asperè quidem, vos tamen manuductione mea acquiescite, viasque vestras emendate, & in fiducia erga me persistite, non derelinquemini. 27 Tu surge, & hæc scribe: *quod factum. Gloria in Excelsis DEO.*

REVEL. XXX. Jul. 22.

[*Videns ad Principem mittitur, cum furoris interminatione, 3: Legationis summa, Coronatio, 4. Hâc demum peractâ promittitur Victoria, 8: & Arboris magnæ dejectio, 9: & ad evertendum Arundinem & Titionem patens ostium, 10, 11. Liberatio denique omnium, 12.*]

F*Actum est iterum ad me Verbum Domini, bihoriô post Solis exortum.* 2 *Arguebat me Dominus inobedientiæ, quod non abitum pararem ad Principem in Castra.* [*Cùm tamen nihil aliud fuisset dictum, nisi hoc, ter*; Adito Principem, assumptis rebus tuis.] 3 Ideoq; Tibi præcipio, exsequere jussa mea, ne te malum apprehendat à furore meo. 4 Suscipe iter ad Principem, dicitóque Illi, Te à Me tuo & Illius Creatore mitti, ut Eum coram toto Exercitu, quem ad ipsum collegi, ungas & proclames Regem Terræ hujus. 5 Sed præmittes

 Con-

Concionem ſuper Verba Pſalmi ſecundi: Ego unxi Regem meum &c.
6 Quam concionem ſtatim meditare: peractaque illa, effundes Oleum un-
ctionis Olei Balſamini (*quod reperies in Aula Principis*) in conſpectu totius
Populi ſuper caput Principis. 7 Mox autem advocet Princeps Proceres
Terræ, jubeatque Coronam parari, & diem conſtitui coronationis ſuæ, per-
agendæ Poſonii, in præſentia habitatorum Terræ: cui Tu quoque intereris.
8 Hoc ubi erit factum, Exercitum hoſtilem ingenti afficiam clade: ſicut Tibi
ante dixi, me amoliturum eos, ut lapides & ligna ſolent de via. 9 Atque
tum Arbor illa ingens concidet: unicâ illius relictâ fronde, bonum in finem
Genti huic. 10 Cadente v: magnâ hâc Arbore, janua pateſcet ad fumi-
gantem illum Titionem, & Arundinem fractam, de quibus Tibi antea dixi.
11 Et quamvis illi multis obſtruere tentabunt repagulis januam hanc, fruſtra
tamen; quia tempus dominationis utriusque jam tranſiit: quæ res miraculo
erit Mundo univerſo. 12 Tu autem quum ſic omnia quæ præcipio fueris
exequutus, redibis in Patriam, annuntiaturus nomen meum Populo magno,
ad tempus quod prædeſtinavi ego. 13 Servabit te, & proſperabit dextra mea
dum tu ſervabis & facies mandata mea. 14 Cave autem potum Vini, &
alium inebriantem, donec à Principe redieris &c. 15 *Cœpi igitur meum*
iter meditari, orans roborari à Domino.

Revel. XXXI. Julii 31.

[*Videns proficiſcitur, 1: quibus duris Verbis Principem alloqui debeat, docetur, 2, 3, 4, 6 ab adverſario quodam ut ſibi caveat, præmonetur, 7, 8, 9.*]

Cum perveniſſem Czachticium uſque, ibique occaſionem veniendi ad Prin-
cipem (qui jam montes ſuperaverat, Moraviam cum Exercitu ingreſ-
ſus) exſpectarem triſtis: dixit ad me Dominus: 2 Hodie hinc egredere
inque Principis conſpectum delatus dicito, Diſplicere mihi vias ejus, quod
rejectos à me Idolorum cultores, quos Ego addixi Gladio, exterminare
non aggrediatur: qui tamen perniciem ejus noctes dieſque machinantur.
3 Confidenter Principi loquere, Perinde tibi eſſe vitâ aut morte ſervire
mihi, dum modò impleas mandata mea. 4 Quod ſi omninò viperinam il-
lam progeniem proſequi renuit, me malum eſſe inductum ſuper eum, per
Exercitum ejus, excîſurumque è Domo ejus mingentem ad parietem: id quod
facilè poſſum. 5 *Quæſivi; Ubi verò Principem reperiam? Reſponſum*: In
Caſtris. 6 Loquere audacter quicquid præcipio, etiamſi irriſui futurus ſis.
7 Invenies in Principis Aula, qui tibi adverſabitur: à quo ſimul atque illum
agno-

reris, tibi cave, cibum & potum cum illo ne capias. 8 Totum te ma-
meis permitte: Surge, hæc scribe, iterque tuum perge. [9 *Inveni
revera istum, qui & ibi, in castris, & reversus inde, Sakolczæ & Trentschi-
ilignis sermonibus nocere mihi annisus est. Sed fidelis fuit DEVS, qui me
protexit.*]

REVEL. XXXII. 4 & 5 Aug.

[*Actiones in Castris inter Videntem & Principem.*]

*olczam ut attigi, periculosissimô itinere (propter excursiones ubique omnia
ulantium militum) quid porrò agerem hærenti mihi, facta est vox DEI
ug. horâ 9. assidentibus tunc mihi amicis) dicens.* 2 Ora hodie, cum
o, diem totum, & cras tibi ostendam, quid à te fieri velim. 3 *Po-
igitur, ante Solis ortum, dixit*: Frustra te maceras cogitando de suc-
rerum, quas indicavi tibi. Non enim directione tuâ, aut cujusquam
num, procedent, sed meâ. 4 Iter tuum quòd non ex voto procedat,
ad nutum enim meum procedit. 5 Principis autem manuductio mea
s est illi, quâ Davidem manuduxi, qui multa habuit necesse tolerare,
uam Regnô potiretur: sicut & hic tolerare necesse habebit. 6 Si ta-
neum sequetur ductum, salva erunt omnia. 7 Brunam dare nolui
itui huic. 8 Tu quòd redire domum cogitas, dico tibi, cogitationes
imitte, cæcus alioqui redieris: occasionem hinc egrediendi mox ha-
is. [9 *Atque ita fuit. Vix surrexeram, & hæc scripseram, accurrit
transire Principis catervam, victualia ex arce Branecz in castra deferen-
untians: quibus ego me adjunxi, & ad Principis usque tentorium dedu-
ti.*] 10 Quòd Terram vestram ita pessundari doles: annon ita futu-
riùs tibi ostendi? 11 Ingressus castra, mox reperies, qui tuam præ-
m Principi significabit. 12 *Atque is fuit Rev. D. Czulai Principis
fastes Aulicus, qui me humaniter excepit, causâque adventûs mei intelle-
stimonium, quòd è Lednicensibus essem, requisivit.* 13 *Cumque se mox
t, Nobilis Hungarus, Sölösi, qui meas Conciones frequentasse testatus est,
incipem abiit.* 14 *Reversus*, retulit Principem dixisse, Inter se nunc
sarem jam Pacem initam: Optare se, si DEO placeret, gratiam hanc
contingere suo. 15 Velléque ultima illa, quæ nondum vidisset, vi-
mandasséque Medico suo, D. Ascanio, in Latinum ista transferat,
ò debito silentiò. 16 *Introductus itaque fui in Medici tentorium, eâque
esperâ, quæ Princeps voluit translata, & Suæ Celsitudini oblata sunt:*

cum mandato responsum expectandi. 17 Mane horâ octavâ accersitus fui ad Magn. D. Franciscum Beilen, supremum Aulæ Magistrum: qui me his affatus fuit verbis. 18 Rev: Domine, Illustrissimus Princeps bonam voluntatem jussit vobis dicere. Interim venam bonam, quam erga illum aperuistis, benevolè recipit: & postquam hoc evenerit, non derelinquet vos: plus dicam Concione finitâ. Sed ne abeat R.V. sine scitu Illustrissimi Principis. 19 Sub vesperam venerunt ad me Rev. Czulai, cum D. Ascanio, inquirentes an de Oleo fuisset dictum, ibi repertum iri? Reperirique negabat Medicus: affirmabat autem (privatim post interrogatus) Principis Pharmacopæus &c. 20 Mane retulit Medicus, Pacem jam firmatam rescindi non posse: redire si vellem domum, abituros nunc XLIV Currus Principis, Patakinum usque. 21 Ibam igitur valedicturus D. Czulai: qui me, D. Franciscum Bethlen adhuc mihi habere loqui dicens, detinere voluit. 22 Sed Medicus accedens, ire jam currus referebat: quibus proinde ego me adjunxi, domumque reversus sum; Medicô paulò post etiam (ob causam nescio quam) gratiâ excidente. 23 Mihi verò inde quies fuit per Menses sex, & dies aliquot.

[v. 7. Brunam) Moraviæ alteram (post Olomutium) metropolin, à Suecis frustra obsessam & oppugnatam.]

Sequuntur REVELATIONES factæ Anno M. DC. XLVI.

Revel. XXXIII. Febr. 10.

[Novæ Videnti consolationes, & ad patientiam exhortationes.]

ANno 1646, 10 Februarii, ipsô diluculô facta est ad me vox DEI: qui mihi omnes, qui unquam ad me habiti fuerunt, sermones repetiit, quæ in iis obscura mihi fuerunt visa explanans. 2 Quale fuit (Revel. XIX) de Johanne Kriz, quem fuisse mortuum credebam; Dominus autem dixit, Mortuus est morte æternâ, nec illum videbis inter electos meos. [3 Fuit is Civis Mesericensis, qui nobiscum in exilium venerat: sed uxore viduatus, & aliam in patria ducturus, defecit, acerrimus Orthodoxorum osor & persequutor factus: à quo ut mihi caverem, monebat Dominus.] 4 Admonebat item silentii & patientiæ: ut promissa cum jejuniis & orationibus exspectando, nusquam Lednicio abirem, Ibi me servatum iri. 5 Proponebam enim aliô demigrare: tùm ob cavillationes multorum, tum ob faciliorem alibi victûs rationem: cùm post iteratam

exspo-

spoliationem nostri vix panis frustum mihi, cum domesticis meis, superesset. Non voce autem tan um hic me erigebat, sed & ter seipsum ostendit Dominus, in exhortatione ad pietatem & preces. 7 *Unde ineffabile gaudium, horrore ixtum, excitatum fuit, propter præsentiam infinitæ multitudinis me circumstanum Angelorum, &c.*

Revel. XXXIV. Maji. 9.

[*Ejusdem argumenti:*]

Cum evigilassem, Oriente Sole, alloqui me orsus est Dominus, consolando me, & in fiducio confirmando, multis sermonibus. 2 *Cessante autem loqui, sonuit campana ictum unum, ut horam solet: Et dictum est mihi:* Hæc est ultima. 3 Annô 1643 fuerunt 6: quinque transierunt, una superest, citò & æc transitura. 4 Audies brevi quid Ego facturus sim cum eo, qui afflixit os [*Post hebdomadas sex apoplexiâ prostratus fuit Paraczai, direptor bonoum nostrorum Lednicii: efflavitque animam cum horrore multorum.*]

Revel. XXXV, Oct. 4.

[*Continuatio: & prima de Sigismundo Rakoci promissio*]

Exhibitus mihi fuit exercitus à quatuor plagis mundi se congregans: cum voce ad me sonante, Velociter volant, & citò advolabunt. 2 Principi Domino Vestro hoc unum dici cura; Veniendo veniet: & nihil ampliùs. Scias autem, Sigismundum Principis Filium ad magnam gloriam eveum iri.

[Fuit à Polonis ad Regnum postulatus, posteaque Friderici Boh. Regis filiam uxorem nactus, oculos Europæ totius in se converterat. Quid a. intercesserit, quominus altiora illa gloriæ fastigia attigerit, postea patebit.]

Revel. XXXVI. 10. Oct.

[*DEUS in proposito Bestiam perdendi perstat: initiumque fieri oportere in Hungaria.*]

Iterum factus est ad me sermo Domini mei. 2 Quanquam non factum est, quod dudum loquutus sum tibi, fiet tamen. 3 Tu quod Principem ipse hiisti, & voluntatem meam eidem significasti, fecisti satis. 4 Quòd autem rinceps cum suis Consiliariis intelligere id noluit, sed Pacem iniit, nihil iud accessit, nisi dilatio temporis à me constituti: quod tamen veniet, quia m adest. 4 Pharao enim jam ad mare usque processit, neque Consiii ejus quid amplius in rem consulant inveniunt. 5 Nam perditionis estiæ initium in Hungaria fieri oportet. 6 Princeps noluit trucidare hoste

hostes suos & meos: cogitans non ita esse ut ego loquutus sum tibi, Eos cum quibus fœdera sancit, inhiare exterminationi suæ, & Domûs suæ, nisi Ego vigilavero. 7 Sed sentiet, adeoque sentit jam, & Consiliarii sui, non sincerè agere hostes. 8 Ex Hungaria, sub prætextu Evangelii, transplantavit Idololatriam Antichristus in Bohemiam & Moraviam: ex Hungaria itaque primùm exstirpari necesse est. 9 Quod ne quidem Confœderati Principis (*Sueci*) intelligunt. 10 Tu autem certò scias, destructionis Regni Bestiæ initium in Hungaria fore. 11 Surge, & quæ tibi modò dixi consigna, Vigila, Ora.

[*Ad v.* 8.) Quomodo Antichristus ex Hungaria idololatriam transplantaverit in Boh. & Moraviam, non satis capimus: nisi fortè quòd reformata per Hussum in Bohemia Religio maximam persequutionem ab Hungariæ Regibus, Sigismundo, Mathia I, Ludovico, Ferdinando I, instigantibus Hungaricis Episcopis, passa, Idololatriaque per eosdem reinvecta, fuit. Quod fuit Bohemiæ, pro communicata primitus Christianismi luce (per Woytichium.]

REVELATIONES factæ Anno M. DC. XLVII.

REVEL. XXXVII. Jan. 14.

[*Irrisores suos irridet DEUS*, 2. *Invitatio Gentium*, 5. *Vienna evertanda*, 6. *Corona Hung. cui debeatur*, 7, 8, 9. *Revelator horum triunus*: 11, 12.]

ANno 1647. *Ianuarii* 14. *alloquutus me Dominus dixit.* 2 Ubi sunt Illusores Tui? Abierunt in locum silentii. 3 Cogitârunt in Te mala, sed non potuerunt: nec poterunt qui supersunt. 4 Ego enim perducam ad exitum cogitationes meas, quas revelavi Tibi. 5 Provolate ab Oriente, Septentrione, Meridie, & convolate ad perdendum Assurem cum Moabo. 6 Jam etenim Mallei, Secures, Bipalia & Ligones, parati sunt ad diruendam Viennam, & exaltandum Rakoci Principem, Dominum tuum. 7 Constraverunt Mensam, posuerunt Coronam, & tanquam rapaces Aves convolarunt ad auferendam eam inde, unguibus suis: Ego tamen illam propugnabo, donec veniat servus meus. 8 Stare enim juxta illam jussi Angelum meum, qui eam tutabitur. 9 Omnia parata sunt, ostium quoque apertum: quod ne claudi possit Ego prohibeo, & prohibebo. 10 Surge itaque, & scribe quæ manifesta facio tibi. 11 *Ego autem exclamavi*: *Ah Domine IESU, Tune es qui loquutus es mihi antè, & loqueris modò?* 12 *Respondit*:

ndit : Filius meus est, quem Ego genui ab æterno; in quo Ego sum, &
e in me : & Spiritus est, per quem loquimur tecum. 13 *Extendensque*
mum suam Dominus, supposuit eam capiti meo, dicens : Ne metuas, tecum
n, & ero in æternum. 14 Ne jaceas, surge, & ista scribe. 15 *Surrexi*
tur & scripsi, juxta mandatum, Hallelujah.

R e v e l. XXXVIII. 15. Maji.

[*Politicorum consilia sine DEO evanida.*]

Xpergefactus mane cogitabam, quid Posonii fieret in Comitiis tunc celebratis.
2 *Et factus est sermo Domini mei ad me:* Omnia sunt vana quæ istîc a-
nt. 3 Dicito Andreæ Klobuczicso, Labores illorum nihil esse nisi stipu-
n & gramen, quæ consumet ignis meus, & rediget in nihilum. 4 Surge,
hoc consigna.

R e v e l. XXXIX. 20 Maji.

[*Exercitus ab Ortu innumerabilis, 1. Friderici filius Bohemiæ reddendus, 3. pro Filiis Pr: Rakoci orandum, 4. Exercitus Angelorum, 6, 7. Eusebion, 8.*]

Vidi à Solis Ortu venientem numerosissimum Exercitum, qui cùm pertrans-
iret, numerari non potuit. 2 *Et audivi vocem Domini*: Tempora mea,
quibus tibi sum loquutus, jam adsunt. 3 Quem in somno vidisti inter
os illos duci, Friderici filius est, quem ego adducam, & reddam Terræ
stræ. 4 *Ego autem dixi*: *Ignosce Domine, si interrogavero* : *Princeps*
minus noster venietne ad gloriam, de qua ut loquerer Illi mandaveras. 5 *Re-*
nsum est : Non admodum Ille hæc curat: Tu autem ora pro Illo & Fi-
i suis. 6 Exercitus mei numerosi sunt in conspectu meo; & Angelorum
orum, qui belligerantes adversus Bestiam adjuvabunt, catervæ. 7 *Ego*
que ingredientium & egredientium videns agmina, lætatus sum. 8 *Tan-*
n audivi vocem, ô Eusebion! *quod quid esset, non intellexi.*

R e v e l. XL. 29. Maji.

[*Inter instrumenta DEI Simon Balasdi.*]

Adi D. Simeonem Balasdi, & dic ei quid Principi adhuc significare de-
beat. 2 Nam & hôc instrumentô uti decrevi ad vindicandam verita-
n meam, & proculcandum atque diruendum Atria Idololatrarum hac in
rra &c.

Revel. XLI. 5. Novemb.

[*Princeps Tr. obiit, & cur,* 2. *Successor ejus,* 3. *Videns sua hæc exurere prohibetur, submittendo sibi socio illa servare jubetur.*]

Cùm de morte Principis fama crebresceret, adeoque certa res esset, ego expergefactus somnô, plenus horroris, orare cœpi DEUM, ut auferret iram suam, recordatus misericordiæ suæ, & promissionum per me quoque factarum. 2 *Et respondit mihi Dominus dicens*: Quòd Princeps mortuus sit, ne mirere. Noluit sequi consilia mea, sua sequutus. 3 Transferam honoris coronam, quam decreveram illi, in filium ejus Sigismundum, si per vias meas ambulabit integrè: nam & ipse Rakoci est. 4 Malum à me super Domum Austriacam veniet. 5 J. A. C. adducam in hanc Terram, cui tu hæc tua trades: quæ cave abjicias. (6 *Comburerere enim cogitabam, tot ludibria ob mortem Principis, & detectam prædictionum, uti dicebant contemptores, vanitatem, passus.*) 7 Et ne esto incredulus, sed credens: Ego enim convertam inimicos tuos, & futuri sunt benefactores tui. 8 Tu tantùm sta in sorte tua, Vigila, Ora &c.

[v. 3.) Promittitur Patri priùs promissa Corona filio, sub eadem conditione, si dictum Dei sequi voluerit: quomodo autem sequutus fuerit, patebit postea.]

Revel. XLII. 4 Decembr.

[*Termini DEI jam adsunt,* 1. *Papa titio fumigans, & Hispanus arundo fracta, non salvabunt Pharaonem,* 2. *Domus Friderici redibit,* 3. *Sig. Rakoci,* 5.]

Diluculô, post mea ad DEUM suspiria, venit à Domino vox: Gaude! Termini enim jam jam exeunt. 2 Jam dejeci robur Pharaonis in mare: nec illum retinere poterunt vel titio ille fumigans, Papa, vel fracta illa arundo Hispanus, quibus ille innixus confidit, & res suas variè stabilit. 3 *Quibus ego auditis, dixi*: Ah Domine, etiamne Domus Friderici ad Dignitatem redibit suam, ut dixeras? 4 *Resp*: Redibit. Decretum enim meum est: quod exsequi juvare debuit Princeps, sed noluit Septentrionalibus cooperari sincerè, ideò abscidi vitam ejus. 5 Sigismundus Filius ejus accipiet Patri destinatam dignitatem (nam & ipse Rakoci est): ambulet tantummodò integrè. 6 *Quibus ego auditis, dixi*: *O veniat illi auxilium de Sion!* 7 *Respondit*: Veniet! Tu tantùm vigila, & pro illo ora.

[Nota

[*Nota benè, attente Lector!*

Totô 1648 annô filentium fuit Vocis revelantis ad Videntem: annô 1649 femel tantùm infonuit, fequenti hîc Revel. defcripta: rurfumque filentium per menfes XVI, ad 6 Julii ufque anni 1650: exinde rurfum crebræ. Quid caufæ fubeffe fufpicabimur? An quia per id tempus, totô bienniô, pacis Ofnabrugæ conclufæ ventilatio agitabatur Noribergæ? & habitans in Cœlo, qui Terram tradidit filiis hominum (Pfal. 115. 16.) agere iftos opus vacillantiæ fuæ, donec peregiffent, fivit? denuò hinc errorum humanorum aggreffurus caftigationem. Videtur id ex ipfa fequenti Revelatione XLIII (patientiæ fuadendæ causâ interpofita) apertè colligi poffe.]

REVELATIO DEI facta
Anno M. DC. XLIX.

Revel. XLIII. 7 Febr.

[*Aquilæ robur tantùm jam in unguibus* 2, *confringendis per Orientales* 3, 4, 5: *& cur per hos*, 6. *Videns triftis orat*, 7. *erigiturque variè*, 8. *DEI querimonia, quòd homines nolint agnofcere, & exfequi judicia fua*. 9. *&c.* *Caufa obitûs Principis Tr.* 17. *Sigifm. filius ejus*, 18. *Sim: Balaedi*, 20. *Beati exfpectantes*, 21. *Hæc nondum revelanda Mundo*, 23. *quando tempus erit indicabitur*, 24.]

I *Orâ diluculi hortatus me eft Dominus ad patientiam, in trifti & variè afflicta forte mea, promittens me circumfundendum effe benedictione fuâ.* 2 *Et ait*: Aquilæ illius, & Beftiæ, de quibus tibi dudum loquor, poteftas tanmodò jam in unguibus confiftit. 3 Quos ungues, Ego jam quoque conngam per Orientalem, magnamque illius potentiam. 4 Nam & hunc vere oportet, quemadmodum tibi pridem loquutus fum. 5 Veniêt, & in c Terra ruinas edet multas. 6 Nam Sueci laffati funt difcordiis fuis: Gals timore & ambitione fuâ impeditur: 7 *Ego his auditis dixi: ô Domine onfque tandem ira flagrabit Tua? Atqui jam ad ima detrufi, conculcati, ad niium redacti fumus, quod Tu Omnifcius ipfe vides.* 8 *Refponfum eft*: Nonm plenè venit hora mea, terminusque Beftiæ pofitus ab æterno. 9 Nonm enim omnem implevit menfuram: & habitatores Terræ necdum inlligere volunt, ut odium concipiant Meretricis Babylonicæ. 10 *Ego autem xi: Eftne qui hæc illis oftendat? fortaffis enim facturi effent.* 11 *Refponfum*: nnon oftendit Daniel Propheta meus, & Joël fervus meus, quid in noviffio dierum erat futurum? 12 Sed & os Filii mei; & Calamus Johannis ribæ mei, in Apocalypfi. 13 Quin & ipfæ meretriciæ abominationes loquuntur.

quuntur. 14 Sed quis est? quis inquam, qui hæc ita proponat filiis hominum, ut mente consistere, & me Factorem suum quærere, (*non idola*) incipiant? 15 *Ego verò dixi: Quis autem erit modernæ Regni diætæ exitus?* 16 *Responsum est:* Exulceratio animorum major hac in Terra, & Consiliorum confusio. 17 Abiit Rakoci, Dominus tuus, nolens à me duci quò Ego volui, abductus consiliis avaritiæ in devia. 18 Filius ejus Sigismundus incedit ut juvencus, demissò capite, ductores suos sequutus. 19 Utinam caput attollat, ad videndum evanidas operas Patris sui, quas brevi oportet destrui hac in Terra. 20 Simeoni Balasdi dices: ut sibi attendat! Nunquam enim plures habuit insidiatores quàm habet modò. 21 Beati autem Vos omnes, qui exspectatis revelationem gloriæ meæ! conservabimini enim mirabiliter tùm, cùm effundetur ira mea. 22 Nam sicuti Nubila Cœli prohibere non possunt, quin luceat Sol; ipsumque profundum Mare detegere necesse habet, me jubente, fundum suum: ita robori meo nihil obsistere poterunt ullæ machinationes humanæ, ne destruatur potentia Bestiæ, & omnium qui eam fulcitum eunt. 23 *Quibus dictis, valedixit mihi Dominus addens:* Non cuivis hæc revelato, nondum enim tempus est. 24 Quando tempus erit non celabo te.

[v. 2. *robur tantùm in unguibus*) Corpus ipsum Papalis Imperii per Septentrionales jam erat enervatum, ut viribus resistere non valente. Pacem peterent, redimerentque: Unguibus tamen malæ intentionis (ad perdendum vi aut dolò, quâ daretur, Evangelicos) adhuc retentis. Ad quos ungues jam quoque confringendum excitatum iri Orientales, v. 6. v. 15. *Regni diætæ*) i.e. Comitiorum Regni Hungariæ. v. 22. *Mare detegere fundum suum*) Nempe sicuti fecit Mare rubrum, ad transmittendum filios Israël sese aperiens.]

Sequuntur REVELATIONES *factæ* *Anno* M. DC. L.

Revel. XLIV. Julii 2.

[*Videntis labascens fides erigitur, Ecclesiasticôque muneri rursum se parare jubetur*]

ANno 1650. *Julii 2. sub auroræ tempus, cùm preces pro afflicta Ecclesia, more quotidianô, peregissem, factum est ad me Verbum Domini mei, modò ante hac usitatô.* 2 Ecce jam appropinquat tempus, de quo tibi loquutus sum, & jam quoque in somnio ostendi, Te annuntiaturum esse Nomen meum populo magno. 3 *Quibus ego auditis cogitare cœpi;* Dudum ista prænuntiari, nec impleri tamen. 4 *Sed respondit Dominus:* Ne mirere: Recordare potiùs, quomodo Propheta & servus meus lateri uni necesse habuit incumbere diu, ex beneplacito & præscripto meo. 5 Scio ego quid turbet animum

m tuum; Rumor de conclusa pace, & non reditura annunciandi Nominis
i libertate. 6 At tu plus crede mihi, sermonibusque quos loquutus sum
i. Jam enim venit tempus, ut inimici mei mensuram crudelitatis suæ im-
ant. 7 Tu igitur para Te, Scripturas meditare! Videbis brevi potentiam
fortitudinem meam. 8 Nam non sine causa Ego signum impressi faciei
e, quod tum temporis tolerabile fuit: & dixi, habiturum te aliud quoque
num. 9 *Quô ego auditô cogitavi, Utinam hoc etiam tolerabile sit! petiique ro-*
ari, quod & promissum est mihi, cum exhortatione ad preces, atque ut mox sur-
rem, & id consignarem. 10 *Valedixit autem mihi Dominus dextrâ oblatâ, his*
rbis: Protectio mea & benedictio, tecum sit. 11 *Ego a. cantitatô ex hymno*
rsiculô, O gloria Cœlestis exere dextram tuam! &c. *item ex Psalmo* 119.
171. *confitebar peccata mea, & multam indignitatem meam.* 12 *Ubi rursum*
x Domini ad: Texi Ego jam peccata tua, ne illa formida ampliùs: Deleta
im jam sunt è memoria & mea & hominum. 13 *Unde ego ingenti Spiritûs*
itiâ perfusus, respondi Hallelujah: juxtaque mandatum scriptô hæc mandavi.

[v.4. Vide Ezech. 4. v. 4. &c. v. 6. *ut mensuram impleant*) Scopus explicatur laxatis hostibus habenæ, permissæque (vi Instrumenti Pacis Osnabrugensis) in Provincias hæreditarias potestatis: nempe ut per abusum implerent crudelitatis mensuram, demumque plenè Deum hominesque adversum sese concitarent. Ad v. 78. Nota: Roborari his conjecturam de signo igniti vultûs, Videnti priùs dato, Rev. V. § 23.]

Revel. XLV. Jul. 7.

[*Ad cogitata Videntis respondet Dominus*, 2. *de I. Efr*: 3, 4. *& Pr. Rakocio, Suecis, Gallis, opus DEI deserentibus*, 5, 6, 7, 8, 17. *reducendis tamen & ad illud exsequendum cogendis*, 9, 10. *Sig Rakoci* 11. *Conspiratio Gentium universalis adversus Bestiam*, 16, 18, 20. Exequutio ad stuporem velox, 19. *Præmonitio adversus diffidentiam*, 21. *&c.* Videnti mittitur Adjutor, 27.]

Verum factum est ad me Verbum Iehovæ, 7 Iulii, circiter secundam nocturnam,
cùm intervigilans cogitarem num Puchoviam mihi esset eundum, ad cognoscen-
m quid Vetterinus attulisset (Patakinô redux) & num Fr. Efronio (Pastori Pu-
oviæ reformato) significandum esset, quod postremò mandasset Dominus. 2 *Con-*
tui autem tacitè orare DEUM, ut ostenderet quid fieri vellet: Ecce autem, an-
quam ad orationem me componerem, prævenit me vox Domini, dicens: 3 O-
ende ista Efronio! Fortassis admittet ad cor, & excipiet hæc aliter quàm
iores increduli, de potentia mea dubitantes. 4 Ego enim opus quod agere
sus sum, ut perdam Bestiam, & Babylonicam Meretricem, unà cum illo qui
ificat thronum ejus, sicuti dudum loquutus tibi sum, id peragam. 5 Quô
hibere volui (inter instrumenta mea) Principem etiam olim Vestrum: sed
id profuit, cùm Ille hoc intelligere nollet? 6 Id tantùm unũ egit, ut Filiis
s, suæq; Provinciæ consuleret. 7 Quod imitati sunt Corona etiã Suetica, ut

sibi tantùm, Regnoque suo, prospicerent: sicut & Rex Galliæ. 8 Ut verò jun-
ctis viribus exsequerentur, quod Ego per ipsos effectum volui, & volo, ut de-
leant Babylonicam meretricem, id recogitare noluerunt, nedum ut facerent.
9 Facere autem debebunt, à me adacti. 10 Jam enim agnoscere inci-
piunt, quàm lubricum eventum sortiantur Tractatus sui: eôque ancipites
consiliis esse incipiunt. 11 Sigismundus filius Rakoci insufficiens illis vide-
tur ad hæc tanta: At scientia mea, magna scientia est, hanc edocebitur à
me. 12 *His ego auditis, loqui aliquid volui, sed nihil potui, quicquid tentarem.*
13 *Dictum ergo ad me*: Fortassis quærere vis, num brevi liberandi sitis?
14 Noveris, Tempora mea aliter esse dimensa quàm tempora hominum.
15 Quod tibi exemplô Prophetæ ostendi, incumbere coacto lateri uni 390
dies. 16 Nondum enim facta est à me adversus Bestiam conspiratio Popu-
lorum & Linguarum Orientalium, Occidentalium, Septentrionalium & Me-
ridionalium. 17 Deseruerunt enim qui se Coronæ Suecicæ junxerant opus
hoc, quod per ipsos exsequi volui. 18 Ego autem ecce nunc jam colligo
Gentes à quatuor Mundi plagis! 19 Et quum collegero, atque veluti
collectas in Dolium unum conclusero, effundam eas velociter & in-
opinatè, tamque rapidè, ut (*effundentibus se*) fundus uterque non sit
suffecturus, per ipsas secamentorum juncturas effluere necesse habebunt,
obruereque Bestiam ferrô & igne, velocitate incredibili. 20 Quod opus
meum exsequi necesse habebunt, non Christianæ tantùm Gentes, sed & ex-
tranei, Turca, Tartarus, Polonus, Moscovita, cum aliis transmarinis Natio-
nibus: quod horrendam adducet tragædiam. 21 Tu autem sta in sorte
tua, acquiescens viis consilii mei. 22 Et ne dubita de iis quæ loquor, poten-
tiâque meâ; tentans me incredulitate & suspicionibus, sicut ille meus (*alias*)
fidelis servus, Moses: quem scis à me non introductum fuisse in Terram
promissam. 23 Quod & tibi contingere posset: quia gratiâ meâ excidunt
incredulitate me irritantes. 24 Memento igitur, me secundùm potentiam
& sapientiam meam, non secundum humanam ratiocinationem, fines & me-
tas rebus ponere omnibus. 25 Imò si quis excutere tibi animô ea tentet,
quæ tibi loquutus sum, & adhuc loquor, silentiô illi responde potiùs, quàm
ut unà cum illo me irrites. 26 Semel tibi loquutus sum, omnia esse sub pote-
state mea. 27 Tu autem adi Puchoviam, ibi à Vetterino cognosces quid-
dam, quod te scire volo. (*Nempe de vocatione à Principe I. A. C. uti prædictum
fuit Revel. XLI. 5.*) 28 *His valedixit mihi, ego autem cantare cœpi. Ps.* 146.

[v. 16.) Causa inde patet, cur à pace Osnabrugensi anni aliquot interponendi fuerint: nempe ut à quatuor Mundi plagis convocandis, inque consensum redigendis non deesset spatium. v. 19. *Velocitate incredibili*) Mirum est quod de celeritate Babylonis antiquæ & novæ, justo Dei judiciô vastandæ, omnes factæ revelationes anti-

antiquæ & novæ, loquuntur. Jerem. 51. 31. Apoc. 18. v. 8. & 21. Et apud hos nostros innumeris locis. Quid tandem illud futurum sit, eventus ostendet.]

REVEL. XLVI. Septembris 8.

[*Somnium de intentata accusatione criminali, & fuga, reductioneque domum, & ludi victoria,* 2. *explicatur de excitandis Gentibus, quæ Exules reducant,* 6 *&c. nempe quos Meretrix Babylonica (quasi Hæreticos & adulterantes mysteria Fidei) persequuta fuit annis ducentis,* 10, 11. *Viscum Orientale, Filii Rakocii,* 15. *Meridionale Græci & Rascii,* 22. *Septentrionale Sueci,* 26. (NB. Mysterium pacis Osnabrugensis, 27.) *& Moscus, Pol. &c.* 29. *Occidentale Helvetii,* 32.]

I*Terum factum est Verbum Iehova ad me, sub primum diluculum.* 2 *Præ-
cesserat autem somnium : quô introductus videbar à Magnifica quadam
Matrona in domum amplissimam, ubi accusabar criminis falsi, quòd frater meus,*
Lucas Kales, *vendidisset cimelia duo cum Adamantibus adulterinis.* 3 *Ego
igitur profugi in Campum, captivitatis metu.* 4 *Et ecce insequutus me quidam
Papista, Eques, me quærens ! ego autem contexi me stramine, veluti fimô campi, ut ab illo non invenirer.* 5 *Inventus autem sum ab adolescente alio, qui me
in domum eandem reductum collocavit ad mensam, inter adolescentes quatuor formosissimos, qui colludebant.* 6 *Factumque est, ut ego cistulam quandam ibi
inter alias jacentem apprehenderem, illi autem me ludô vicisse dicerent : Et mox
evigilavi, quid istud somnium sibi vellet cogitans.* 7 *Audivi autem vocem ;*
O Viscum, Viscum lignorum meorum profer te ! excîsum & expolitum è lignis Orientalibus, Septentrionalibus, Meridionalibus, & Occidentalibus!
Jam enim appropinquavit terminus, ut perdatis Bestiam. 8 *Ego cogitare
cœpi : Citòne id futurum ? Supervivámne ego ?* 9 *Et dictum est mihi,* Intuere viscum illud ! 10 *Ego sperans me aliquid visurum, aperui oculos, aciemque intendi ad fenestram.* 11 *Sed nihil vidi, vocem tantùm denuò audivi :*
Quinquagesimus (annus) adest, & finis adest ! Nulla enim (O) ad nihil est :
sed divide nullam (O) erunt duo C, sic C I Ɔ. 12 *Feci; sed cogitabam, quid
istud esset ? Responsum est :* Ducenti anni sunt, quibus Vos & Majores Vestros
afflixit Bestia, sed non affliget ampliùs. 13 Jam enim perdetur & evertetur ipsamet, à Visco lignorum meorum pulchrè excîsorum. 14 *Ego autem
cogitavi, Quid & quale istud viscum esset, orans tacitè, & DEI commiserationem implorans.* 15 *Responsum est :* Primum Viscum est Orientale, Betulletum flexile, Filii Rakocii. 16. Hi sunt veluti Scopæ betullaceæ, quibus
ego ex hac Terra everram Jesuitas, fulcimenta Bestiæ, cum Idolis eorundem. 17 Et exscindent sculptilia fusiliaque Idololatrarum, sicuti fecit Ezechias & Josias, servi mei zelosi ; nec resistendo illis erit ulla vis hostium meorum

rum, quantacunque. 18 Betulletum meum dilectum sunt ipsi, quanquam apud multos exigui ponderis reputati. 19 Betulletum tamen convenit virgis, sicuti hi operi huic meo: pro quibus tu ora. 20 Et ne tam sollicitus esto: Penuarium meum, meum inquam penuarium, non deficit, providebitur tibi à me, sicuti expertus es hactenus. 21 *Et cœpi cogitare: Hi erunt Orientales: quis autem Meridionalis erit, cùm ibi habitet domus Austriaca?* 22 *Responsum fuit*: Viscum meum Meridionale sunt Græci & Rascii, quorum Dux erit Eusebion, cujus nomen tibi jam ante prodidi (*Anno* 1647 20 *Maji*) 23 Populus iste, populus inconspicuus est, parùm cultus, simplex, Bestiam non colens, crebris jejuniis & orationibus vacans. 24 Mihi autem simplicitas semper placuit, qualis & Majorum Vestrorum fuit. 25 Populus iste, Græcorum & Rasciorum, irruent in Bestiam Meridie versus, eamque vastabunt, quod nunquam cogitatum fuit: Eusebion erit horum Dux, qui coram me est ut Myrti lignum. 26 *Ego iterum cogitare cœpi: Quis ergò à Septentrione erit, post initam à Suecis pacem?* 27 *Responsum ad hæc*: Pacem illam ego feci ad breve tempus, dum Palatinus, Friderici progenies, radices rursum in Germania agat, Palatinusque fiat Rex Suecorum. 28 De quo memento me pridem dixisse tibi, exaltatum iri Domum Friderici: Henricus & Ludovicus erunt viscus Septentrionale. 29 Cui Polonia, Livonia, Mosqua, Tartarus & Turca accedent, unáque Bestiam cum catulis suis vorabunt: unde ingens gaudium & lætitia orietur Cultoribus meis. 30 Atque ibi demum Corona Sueciæ exseret virtutem suam, per Palatinum Rheni, vas meum politum, qui est ut Oliva & Balsamum, odoriferum mihi lignum. 31 *Cùm autem ego cogitarem, Atqui mihi priùs fuit dictum, Turcam cum Transylvaniæ Principe venturum*: *responsum est*, Non tam amplus & facilis transitus esset per Ungariam, atque per Poloniam erit. 32 Tu verò aspice Occidentale quoque meum Viscum! 33 *Ego autem cogitabam, Nescio quem Tu ibi habeas Domine DEUS noster! veniebatque mihi in mentem, G.G.G. sed intelligere nequibam, illud (G) quid sibi vellet?* 34 *Et responsum est mihi*: Geneva & Ducatus Helvetiæ, sunt Occidentale Viscum meum. 35 Hi irruent in Germaniam, & deturbabunt de sedibus Electores Ecclesiasticos, qui suffulciebant Bestiam fraudibus & machinationibus suis, sicut & domus Austria fecit. 36 Cui ego alas jam evulsi, Helvetii autem de sublimis Arboris v[ert]ice, ut Aquilam de nido suo, magno robore decutient, ut desinat fulcire Bestiam cum opere fraudum & imposturarum: nec erit ulla humana vis, [quæ] obsistere valeat. 37 Hi Helvetii sunt velut Abies, cujus viriditati nec æ[stus] nec hiems incommodare potest aliquid. 38 Atque hæc sunt Visca illa [quæ] Ego excitavi, & in fasces collegi, ut Bestiam destruant cum opere

9 Tu autem innitere mihi, & sollicitus ne esto, Ego in lucem proferam
ꝛentiam meam. 40 Surge illicò, & ista conscribe: *iterabatque sermones*
os suos omnes Dominus. 41 *Ego autem cantare cœpi Canticum*; Deus æ-
rne auxilio esto, oramus, & miserere nostri &c. 42 *Cùm absolvissem, va-*
licebat Dominus dicens: Surge, ora, impatiens ne esto. 43 *Surrexi igitur,*
ista descripsi. Hallelujah, Hallelujah.

[v. 25. *quod nunquam cogitatum fuit*) Profectò neque adhuc Anno 1650 cogitare novimus, quinam isti populi, quinam illorum dux Eusebion, aut quando venturi. v. 27. *Palatinus Friderici progenies*) Vi pacis Osnabrugensis Friderici filium fuisse jam tum restitutum audivimus, eundemque Regem Sueciæ futurum publico rumore sparsum fuit: sed alium consiliô Dei huc fuisse destinatum Palatinum, eventu patuit. v. 28. *Henricus & Ludovicus viscus Septentrionale*) Quis Henricus, quis Ludovicus, & ex qua Domo, nondum intelligimus.]

Revel. XLVII. (Nov. 19. horâ matutinâ 5)

[*Somnium de Preczinski mensam instruente*, 2. *ad tempus jam instantis liberationis accomodatur*, Vidensque jam non tacere jubetur, *cum Adjuncto sibi*, 8, 12, 23. *sed inclamare Orientales, ut primi exeant*, 12, 13. *tum Septentrionales & alii*, 14: *qui omnes* terribiliter in Idololatras incitantur, 16 &c. *Videns horrore correptus orat*, 30. *in Scripturis Sacris solatia quærit*, 31, 32.]

Cùm nocte mediâ evigilassem, mœstus spiritu, invocabam nomen DEI
(tum decumbens adhuc, tum surgens lectô, juxta impulsum quendam Spiri-
tûs) precibus multis. 2 *Postea me invasit somnus cum insomnio*: *Visus mihi*
constitutus in domo D. Preczinski, videréque ipsum & familiam parantem
cumbere mensæ. 3 *Tum ingressus est ad nos vir quidam gravi & honestô*
ultu, disserens de forma Bellorum in Orbe Christiano, demonstransque adstanti-
us ista descripta linguâ Hungaricâ, ut quidem mihi Ungarica visa fuit scriptu-
. 4 *Ego verò consistens illi à tergo, ostendebam velut in speculo, in scriptura*
a, res mihi à Domino manifestatas, conveniebantque omnia. 5 *Evigilavi au-*
m, & quid somnium illud portenderet cogitare cœpi: *expendens id quod mihi*
D. Preczinski jam Anno 1643 narratum fuit. 6. *In eo facta est ad me*
x Domini: Attende tibi in re à me commissa: omnique feriâ hebdoma-
s sextâ contine te à cibo ad Vesperam usque: sed languorem si sentias, bibe
ululùm. 7 *Cùm ergò varia mihi de hostilibus machinamentis venirent in men-*
m, dixit Dominus: Mitte ista! cogita potiùs de iis quæ tibi ostendi per somnium. 8 Jam etenim tempus est, ut non ampliùs taceas, sicut isti ad Sa-
ariæ portam, ne tibi obveniat culpa: quia dies boni nuntii est, à me determi-
ꝛtus pridem. 9 Jam enim venit positus à seculis terminus Bestiæ illi ebriæ

ſanguine Sanctorum interfectorum, jacentium ſub altari, clamantium & exſpectantium, ut projiciatur à me Lapis ille magnus in mare. 10 Ut ne
amplius dominetur in æternum illa meretrix Babylonica, cum fraudibus & abominationibus ſuis Idololatricis. 11 Aſcendit enim clamor interfecto-
rum & afflictorum ſervorum meorum in conſpectum meum. 12 Tu igitur
aperi jam os tuum, cum eo quem tibi auxilio dedi! & extrude ad prælia meos illos, de quibus tibi dixi. 13 Orientalibus dic: Exite vos primùm,
dilecti mei, exſertâ dextrâ & gladiô, adverſus Beſtiam & Idololatras, hac in Terra. 14 Idem facite Vos Septentrionales, horâ eadem ſimul. 15 Sic-
ut & Vos Occidentales cum Meridionalibus. 16 Viriliter agite! nam
Ego Jehova loquor, quòd jam hôc annô expleta ſit menſura crudelitatis Idololatrarum adverſus Cultores meos ſub Sole. 17 Amputate pedes, præ-
cidite manus, exſcindite linguas, decutite capita Idololatrarum! 18 In
ruinam date Delubra illorum cum Idolis! in rudera redigite Munitiones eorum, ſplendidáque Palatia! 19 Nihil commiſeramini exſecrandos, interitui
à me devotos! 20 Facite illis, ſicuti zelô flagrans ſervus meus Joſue ſceleratæ Urbi Hai, habitatoribusque ejus fecit! & ſicuti Ego ipſe feci Hieroſolymæ, quam cum omni decore ſuo ſubverti funditùs. 21 Ego Alpha &
Omega fundamenta poſui regnantis illius Meretricis: Ego jam illi quoque finem impoſui, in conſilio Cordis mei. 22 Et Ego Amen, dico jam illius
regni adeſſe Amen. 23 Tibi itaque Ego mando hodie, Ne ſileas, ſed ſibilando advoces illos dilectos & à me delectos bellatores meos, quos auxilium
meum de Cœlo præcedet. 24 Surge itaque, & conſcribe hac, quæ audis
ex ore meo. 25 *His dictis valedixit mihi Dominus, ſpecie gravis illius Viri quem in ſomno videram, dicens,* Protectio mea tecum ſit: & memento quorum admonitus es. 26 *Ego autem: Miſerere mei Domine, & fac ne obliviſcar horum.* 27 *Ille itaque repetiit omnia ſua dicta, addiditque,* Surge mox.
28 *Ego autem timoris plenus occinere cœpi,* O Jeſu optime, da ſuper omnia amare te, da audire ſermones tuos: *& quæ reliqua Canticum iſtud Eccleſiaſticum habet.* 29 *Cumque mihi accendiſſem lychnum ſcripſi hæc, quemadmodum mandatum fuit, cum fletu; lacrymis commadefaciens chartas iſtas, præ horrore furoris iræ, quam denuntiari audivi adverſus Beſtiam.* 30 *Oransque dixi:*
O Tu qui es Alpha & Omega, miſerere noſtri famulorum tuorum, & ſerva nos in die furoris Tui, ſicuti ſervaſti in Pella dilectos Tuos, cùm ſuper Jeruſalem effunderes indignationem Tuam! 31 *Poſtquam autem hæc ſcripſiſſem, prehendi ante me jacentem Codicem Biblicum: quem ut fortè aperui, incidi
in Eſaiæ cap. XLI.* 32 *Quod relegens, multis ſolatiis perfundi ſenſi animum meum, videns eadem agere velle DEUM quæ olim, in vindictam læſæ Majeſtatis*

latis sua, & solatia oppressa ab hostibus Ecclesia sua. Hallelujah.

[v. 8.) Primum de non occultandis ampliùs Revelatis mandatum. v. 12. *Extrude ad prælia meos*) Misellus senex, mundo ignotus, commovere Gentes jubetur, hem! Sed ita est, Deus quod organa sua jubet agere, agit ipse. Nisi n. ageret, tanta hæc negotia infecta manerent in æternum. v. 13.) *Orientales exire jubentur primò*: Septentrionales tamen iterum prodierunt primò, Anno 1655, laudati ideò, tardatores v. Orientales increpati, infrà suis locis. v. 17.) Terribilis hîc iræ Dei rigor cui non lacrymas excutiat?]

Revel. XLVIII. Nov. 20.

[*Facta Videnti à zelo contra illos, qui has Revelationes non capiunt, dehortatio, 2, 5, 13. Series Gentium in Majo prodituraram (sine anni mentione) ostenditur, 7: cum Turcarum conversione, 10. & Iudaeorum, 11. Ecclesiæque informatione, 12. Signum Videnti datur novum 14 &c.*]

Terum factum est ad me Verbum Iehovæ, quum jam diesceret, egoque lectô sur-
gere vellem: 2 O Drabici Drabici, multum tibi concreditum est, multum
e reposcetur. 3 *Quâ ego auditâ voce, in lectulum relapsus sum, orans, ne me*
ferret DEUS, confortaret potiùs ad quicquid beneplacitum esset sibi. 4 *Re-*
nsum autem fuit: Virium apud me satis est, tantummodò ausculta, & fac
andata mea. 5 Et ne zela contra istos qui offendunt te (nam & illi homi-
s sunt) sicut ego tibi condonavi omnia peccata tua. 6 Opera mea secun-
m voluntatem meam processerunt ab Orbe condito: procedent & illa de
ibus loquutus sum tibi. 7 *Ego autem cœpi cogitare, Quis facturus esset ini-*
m? Et responsum est. 8 Orientales illi servi mei, comparent se, & invitent
ptentrionales, hi autem Occidentales, hi Meridionales. Omnes autem
cipiant se parare ad prodeundum tempore verno, Menséque Majo: ut quasi
â horâ incipiant celeriter. 9 Orientalis assumat Turcarum quotquot vult
illa. 10 Multi enim Turcarum agnoscent causam belli hujus, esse Cultum
eum, ab Idololatris per hæc Regna contaminatum, suscipientq; doctrinam
angelii, & frontibus suis admittent signum meum hoc: JESUS NAZARE-
NUS REX JUDÆORUM. 11 Judæi autem, quanquam interibunt multi gla-
iô, reliqui tamen videntes opera mea, cum plausu redibunt ad me, eruntque
obiscum cor unũ. 12 Post annos tres Ordinem Ecclesiæ Vestræ suscipient
abitatores Terræ. 13 Et tu noli tristari, quòd nunc Concionatoris officiô
on fungaris: multa te adhuc exspectat messis. 14 *Ego autem cœpi cogitare*
Signo illo, mihi adhuc promisso, cœpique orare Dominum, ut illud exhibe-
t. 15 *Et mox mihi frontem uri sensi: cumque surgere vellem, dictum fuit,*
lane adhuc, & ora, & acquiesce consilio meô patienter, Ego efficiam
nnia. 16 *Hisque dictis abiit à me Dominus.* 17 *Mea autem fronti totâ*

illâ die inhærebat rubicundum, ac velut igne inustum signum, G: quod spectabant domestici mei, inquirentes quid esset factum.

[v.8.) Mensis nominatur, non annus. v.12. *post annos tres*) nempe ab illa mirabili rerum conversione. v.15. & 17.) Denuò signum, iterum ignitum, Videnti datur. Vide Rev. V.23. Annot.]

REVEL. XLIX. 6 Decembr.

[*Somnium de Exercitu diu frustra oppugnato, à Vidente autem unô jactu in confusionem dato, 1,2,3,4. explicatur, 5,6,7. cum ejusdem consolatione, 8, 9. & mandato de suscipiendo itinere novo, 10: precibusque ac jejuniis, ad liberationis usque tempus continuandis, 11.*]

DEcembris 6 horâ diluculi rediit mihi, jam ante vigilanti, somnus per quem vidi Exercitum quendā sub monte quodā Castris inclusum, super quem è Monte illo multi tormenta & globos jaculabantur, sed istis aliquid inferri damni non sentiebatur. 2 Ego igitur illis adstans, & manu meâ Globum quendam tenens, eidemque globo Fastis Anni hujus superimpositis, ejeci utrumque sursum. 3 Et ecce, Globus ille meus cecidit in Castra hostilia, à me quidem (propter montis clivum) non visa. 4 Et mox audita sunt in Exercitu illo voces tumultuantium, & ejulantium, & Equorum mugientium, ad horrorem usque, quô corripiebantur stantes in Monte: & mox evigilavi, pavescensque adhuc orare cœpi. 5 Respondit autem vox Domini, dicens mihi: Ne metuas! 6 Multos ego ante hac servos habui, & veteres Prophetas, Jesaiam, Jeremiam, Ezechielem, Habakucum, Joëlem; & novos, Johannem in Apocalypsi & Apostolos; quosdam & nuper excitatos, de quibus audivisti. 7 Nemo autem illorum tam propè, & in ipso temporis puncto, ejaculatus est globum iræ meæ super Bestiam effundendæ, atque tu id jam fecisti. 8 Ne metuas, serve mi fidelis! Perge exsequi mandata mea! & Ego tecum ero, & custodiam te sicuti custodiebam priores illos servos meos, Prophetas. 9 Memento tantùm mandati mei, & fac tibi Signum, illudque alliga manui tuæ dextræ, ut sit in conspectu tuo semper; eritque illud tibi aurei torquis instar ad collum tuum. 10 Para te, ibis, & protectio mea tecum erit: Videbunt id oculi tui. 11 *Ego autem in lacrymas solutus, orare cœpi: & Dominus dixit, Orationibus & jejuniis vacabis, donec veniat miseratio mea.*

[v. 10. *Ibis*) Nempe ad Adjunctum *Pataki* habitantem, 39 Hungaricis milliaribus inde. Unde rursum per 40 milliaria distat Fogaras Transylvaniæ arx, ubi Princeps vidua cum Sigismundo filio hiemabat.]

REVELATIONES factæ Anno M. DC. LI.

Revel. L. 14 Januarii.

[*In itinere roboratur novis solatiis,* 4; *& mandatis ad evocandum Gentes,* 5, 6; *& promissis,* 7: *præsertim de Oleo Unctionis,* 8.]

Monitus iterum de suscipiendo itinere, ingressus illud sum 5 *Ianuarii: viarum licet ignarus, & altâ nive, alibi autem aquâ & lutô.* 2 *Dominus tamen roboravit me, & alterâ mox die insperatò dedit itineris comi-s, eôdem tendentes: qui me in locum usque deduxerunt.* 3 *Ultimâ perno-atione* (14 *Ianuarii*) *somnô expergefactus, peregi mea ad Dominum suspi-ia, plenus tristitiæ in spiritu.* 4 *Et mox redormiens, accipiebam mandatum de edicanda Concione, exspectare enim multitudinem magnam.* 5 *Susceptô hôc andatô, parabam me cum timore: sed mox evigilavi, & vox audita est auribus eis:* 6 Noli tristari, dilecte ac fidelis serve mi, sed quod tibi dudum man-avi exsequere, una cum illo quem tibi auxilio misi. 7 Clange tubâ ad Gen-es à me electas ad perdendum & abolendum Bestiam: Tu enim es ultima lla mea Tuba. 8 Accingant se Orientales! Dilectus meus det indicium eptentrionalibus, Septentrionales Occidentalibus, Occidentales Meri-ionalibus. 9 Voluntas mea est, ut exsequantur quod prædecrevit dex-ra mea, subitò: Ego Eos servabo, Ego prosperabo. 10 Tu autem quod ne orare decrevisti, de Oleo Unctionis, fac ita, Ora, & proba me super hoc, t cognosces esse me, qui non cohibeo bonum ab ambulantibus coram me in ntegritate. 11 *His ego auditis cum gaudio, surrexi, & iter meum Patakinum rrexi, cum lacrymis DEO, pro solatiis suis, gratias agens.*

Revel. LI. 26 Januarii (Patakini.)

[*Somnium de emplastro misericordiæ DEI,* 2. *explicatum de Fratribus Rakociis,* 5 *&c. Videntis ore adhuc fore opus,* 11.]

Terum factum est ad me Verbum Domini, horâ matutinâ sextâ. 2 *Somniabã antè somnium, medicari me debuisse, nescio cum quo, Anima ægrotantis.* 3 *Ego rò adstantibus dixi: Morbum hunc sanari non posse, nisi emplastrô misericor-e DEI.* 4 *Quod emplastrum jam paratum manibus versans, evigilavi: eô-e momentô incidit de Sigismundo Principe (tunc in Transylvania agente) cogi-tatio*

tatio, Quid Ille ageret? 5 *Et mox insonuit vox Domini*: Rationem subdere
incipit Fidei. 6 Atque hoc est emplastrum illud meum, quod non cuivis
confero: sicut neque hoc, ut videndo videat. 7 Multi enim contuentur,
& non vident: quales olim fuerunt Pharisæi, & nunc multi sunt. 8 O uti-
nam faciat quod antè dixi! ut attollat caput, una cum Fratre suo, ad atten-
dendum quid Ego jam operari incipio in Gentibus! 9 Nam de pulvere erigit
manus mea, & aperta est ad prosperandum Eos. 10 Tu ultra diem Domi-
nicum hîc ne morare, Redi cum filio: quem sic institue ut dixisti heri, &
rectè babebunt omnia. 11 Surge & consigna hæc: Ore tuo porrò etiam
erit opus. 12 *Ego igitur ad preces & suspiria fui conversus, more solitô.* 13 *Do-
minus autem repetitis quæ dixerat, denuò*; Surge mox, & vale.

[v. 5. *rationem incipit subdere fidei*) Incipiebat reverâ. Conferens n. prædicta eventis, eô usque agnoscebat harmoniam, ut ad Joh. Tolnæum diceret: *Vt mensura mensurato suo conveniunt omnia.*]

Revel. LII. (Eperesini in reditu 2 Febr.)

[*Meretricis Babylonicæ ustulatio.*]

Vidi turbam Populi ad Civitatem quandam: *qui me conspectô, monstrabat
mihi fornacem igni horrendô flammantem, in quam præcipitata fuerat Mu-
lier quædam, cujus ustulatæ cùm audirem inenarrabiles ejulatus, accessi, spectare
eam volens, sed nullâ ratione conspicere illam, præ flammis, potui.* 2 *Dominus
autem ad me dixit*: Babylonica Meretrix hæc est, in ardentem fornacem ju-
diciorum meorum jam conjecta. 3 Clamorem pereuntis audies, sed
ipsam non videbis.

[Conferatur Apoc. 18. 9 &c.]

Revel. LIII. 11 Febr. (Jesenicii.)

[*Ad Regem & Reginam Sueciæ, ut Orientalibus manum porrigant citò.*]

*Somniô antelucanô introductus fui in Congregationem Magnatum quorundam,
ignotorum mihi.* 2 *Quorum unus, staturâ humilis, colore subfuscus, obtulit
mihi spectandam tabulam, cui inerant effigies duarum personarum, altera virilis
altera fœminei sexûs, quorum utriusque vultus visus ater, ac veluti ambustus.*
3 *Expergefactus, cogitare cœpi, quid sibi vellet somnium?* 4 *Et mox facta est
vox*: Hi duo sunt dilecti illi mei Septentrionales, Rex & Regina Sueciæ,
quos ego ambussi flammâ amoris erga me, & erga se invicem. 5 Quibus
scribe, ut Orientalem sincerè suscipiant, & super id Occidentalibus quoque

scri-

bant, per quos Meridionales etiam intelligant, jam esse tempus ut per-
it & evertant Meretricem. 6 Festina ut ea exsequaris antequam veniant
ientales, quia festinando venient: Noli tardare, age celeriter! 7 *Tum vale-*
it: ego autem iter meum perrexi, eademque die domum attigi.

R E V E L. LIV. 14 Martii.

Henrica Palatina inter organa D E I, 2, 3. Horologium D E I aliter procedens quàm nostrum 4. Tuba hæc vocis D E I festinanter mittenda in Septentrionem, 7: quia parata omnia, 8.]

Osteaquam de nomine Henrici Palatini (de quo Revel. XLVI. v. 28.) anxiè quæsitum à me fuisset, quis esset; ego autem dies aliquot precibus à Domino uirerem, factum est hâc die ad me Verbum Domini: 2 Nihil muta in no-
ıe Henrici, nisi ut Henrica intelligatur: hic enim fuit sensus Verbo-
n meorum, quem tu non assequutus fuisti. 3 Nam & illam incumbere
ortet in Stateram, ut procedat quod procedere debet secundùm proposi-
n meum. 4 O Horologium, Horologium terminorum meorum! quàm
ersè procedis à terminis filiorum Hominum! 5 Nunc jam nibil deest,
eter Rotam, & Pondus. 6 Rota desideratur sinceræ undique conjun-
onis; & Pondus Precum. 7 Scribe dilecto meo, quem tibi auxilio
di, ut festinet mittere Tubam vocis meæ in Poloniam, & hinc ad Septen-
onem. 8 Apud me parata sunt omnia, ad provehendùm opus hoc.

R E V E L. LV.

Somnii de Gentibus Orbis in Civitatem unam congregatis, 2: explicatio de Gentibus jam jam in Ecclesiam convocandis, 6. Sed priùs ad exsequenda judicia D E I, perdendo & reædificando, 11. Monumenta pòst ubique Gentium erigenda, 12. Revelationes hæ in lucem dari jubentur, 13, 14.]

erum factum est ad me Verbum Domini, 26 Martii, horâ 7. matutinâ.
Ostendit mihi Dominus in somnio Civitatem magnam, in quam ego introdu-
à duobus viris mecum volare visis, cingulum meum è manibus emissum in ser-
tem conversum conspexi: cujus caudam apprehendens, nescio quid circumstan-
s loquutus fuerim. 3 *Videbam autem pinnas Civitatis à quatuor Mundi*
ibus oppletas diversarum Nationum spectatoribus, qui me alloquebantur suis
uli linguis: 4 *Ad quos ego ex Ps.* 117, Laudate Dominum omnes Gen-
&c. 5 *Illi verò mihi concinentes egressi sunt mecum in campum amœnissimô*
mine virentem. 6 *Et quum evigilassem mœstus valdè, turbatusque Spiritu, di-*
d me Dominus: Vidisti Gentes Orientales, Occidentales, Septentriona-
& Meridionales, habitu & moribus diversissimis, quas habeo in Orbe
rrarum? 7 Sed adducam eas, & congregabo in Civitatem unam, in qua
ser-

servient mihi corde uno, & voce unâ; quemadmodum & iste Populus ser-
vorum meorum, insonantium, Sanctus, Sanctus, Sanctus. (8. *Vidi autem Po-
pulum hunc ad dextrum latus Domino adstantem, & quasi per tribus divisum, Pa-
triarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, aliorumque nostri avi, notorum
mihi.*) 9 Quod facere tum aggredientur Gentes illæ, quum illis insonuerit
sonus Tubæ meæ, missus per Te, & Illum qui adjunctus tibi est. 10 Hunc
igitur emittere ne cunctemini; ut Orientales veniant, Septentrionales evi-
gilent, Occidentales illuminentur, & Meridionales zelô effervescant. 11 Pri-
mi feriant, destruant, perdant! qui hos sequentur sanent, restituant, reædifi-
cent! 12 Post completam autem judiciorum meorum exsequutionem, in
singulis Gentibus erigant Columnam memorialem, cum inscriptione hâc:
DEUS noster JEHOVA DEUS unus est Essen-
tiâ, sed trinus Personis: Cui serviemus soli in secula
per omnes generationes nostras. 13 *Addiditque Do-
minus*: Scribe ista, & ematura ad evulgandum multa centena exemplaria, in
omnes Orbis partes. 14 Hæc enim est voluntas mea, ut omnes Terræ Na-
tiones legant ea quæ loquutus sum Tibi. 15 *Scripsi itaque lacrymis ista
conspergens, adorandamque DEI Sapientiam, meam autem inscitiam & indi-
gnitatem, pavescens.*

REVEL. LVI.

[*Videns in fide sua roboratur*, 2, 3. *Nationes convocantur*, 4: *Orientales primò, cæteris in exemplum*, 5, 6. *Vexillum Victoriarum*, 7.]

APrilis 9 (*ipsô Paschatos die*) *cùm concionem meis privatim habendam me-
ditarer, facta est ad me vox Domini.* 2 Ne metuas serve mi, ne metuas
confusionem ullam propter Sermones, quos Ego JEHOVA loquutus sum
tibi. 3 Veniet enim, & jam venit, diluvium aquarum Nationum iræ meæ
super Contemptores, ludificantes Nomen meum: videbit id jam jam Oculus
tuus. 4 O Vos Visca, Visca lignorum meorum congregamini ad exsequenda
mandata mea. 5 Exeat Vox Tubæ meæ à Te Orientalis, dilecte mi! Col-
lige Te, attolle ferream Virgam iræ meæ, super istos Nominis mei contem-
ptores! 6 Ut hoc auditô Septentrionalis evigilet, Occidentalis zelô effer-
vescat, Meridionalis autem, velut mortuus jacens, ubi viderit tempus esse,
faciat quoque quod manus mea prædeterminavit. 7 Jam enim venit tem-
pus, ut erigam Vexillum victoriarum mearum super Orbem Terræ, & lætet
in operibus meis. 8 Noli timere, inquam! quia non relinquam in oppro-
brio Nomen meum! 9 Brevi, brevi conspicies, quid factura sit manus mea
cum

im Irrisoribus meis. Surge, & hæc scribe! 10 *Surrexi igitur, decantans* *mnum Paschalem,* Laudate Dominum omnes servi ejus, magni & parvi, & iicunque timetis Nomen ejus &c.

REVEL. LVII. 2 Maji.

[*Mensium Cotterianorum ad tempus hoc accommodatio, 1, 19. Revelator horum quis, 2. Inter exsequutores consilii DEI Rakocii, Pater & filii, 3, 4 &c. festinare jubentur, 8, 11, 12. Septentrionalibus & Occidentalibus in exemplum, ad Octobrem, 13, 14: sed assumptô secum Leone è domo Fr. 15. Videns ire jubetur confidenter, quôcunque vocabitur, 21. cum promissione 22, 23.*]

MAji 2. expergefactus somnô. de Mensibus apud Cotterum, quibus Gentium contra Babylonem apparatus (*sine Anni mentione*) *describitur, annon tè de hoc anno intelligendi essent, quô Dominus per me de exeundo ad exsequen-m voluntatem suam moneri voluit Gentes, cogitare cœpi.* 2 *Et ecce, vox Do-ni ad me, dicens*: Angeli mei denuntiarunt Cottero, quæ volui: Tibi au-m Ego JESUS ipse loquutus sum, & loquor. 3 Fuit & ante hac tem-s operis hujus mei, quod cum aliis Principi Vestro agendum injungebam, l ille constrictus metu, & solicitudine, & diffidentiâ, non fecit quod opor-t. 4 Monstravit nihilominus tamen Filiis suis viam, quâ illi eundo exse-antur Patris locô voluntatē meā. 5 Quorum alter auditâ voce Tubæ meæ, mittit eam fidenter & ingenuè: alter cum metu amissionis gloriæ, ad quam n Ille se ipsum, sed Ego illum perduxi. 6 O utinam recogitet in mea ius manu esse, attollere aut deprimere! 7 Nec invideat Fratri suo ea, æ in Illum conferre decrevi! & conferam, modò viriliter agat: Brachium eum, & robur meum, cum Ipso erit. 8 Tantummodò festinet, antequam il Meridianus liquescat: secumque assumat Illum, qui sequi non renuet. Nam ille is est, quem virgo cepit ut Piscem. (10 *Inter loquendum enim e, videram ante me Vas repletum aquâ, & in illa Pisces tres similes Mullis iu Barbis.*) *Virgo autem quadam accedens cepit unum ex illis, sed cui reliqui o adhæserunt, extrahique simul passi sunt.*) 11 Et ne patiatur se anteverti Occidentalibus. 12 Voluntas enim mea est, ut Orientales initium faciant mittendi terrorem Bestiæ. 13 Quod ubi Septentrionales videbunt, & ccidentales, sument robur dejiciendi de soliis per Germaniam eos, qui fulciebant Bestiam cum opere suo pravo. 14 In cujus rei apparatu serii it Occidentales ad mensem Octobrem. 15 Sed producat secum ingeum illum Leonem è domo Friderici, cujus rei gratia eos affinitate junxi. Quod non intellexit Mundus, neque illi ipsi, quid & cur ego faciam.

17 Is illi animos addet, auxiliabiturque conterere hostes illius & suos, & vindicare causam Patris sui adversus inimicos suos. 18 Offer illis quæ mando tibi: ut voluntatis meæ certi, ne differant aut cunctentur. 19 Majus jam adest, reliqui Menses transfluent ut aqua. 20 Celeres Equorum sagittæ currant Meridiem versus: quod ubi Septentrionalis videbit, recolliget se. 21 Si te vocabunt ad se, ibis, seposito metu: Tibi enim adsum, & adero, cum exercitu Angelorum meorum. 22 Mihi innitere, ego efficiam omnia, & reducam tibi & aliis hæreditatem Vestram. 23 Tantummodò committe te mihi, & super me devolve onus tuum: sicut & illi quibus Verba mea nuntiata sunt per te. 24 Confidite, non deseremini. 25 *Quibus ego auditis, ingenti gaudiò perfusus fui, procidique ad pedes Domini IESU, laudans ejus misericordiam.* 26 *Qui ad me*: Surge, & ista scribe! *ego verè jam principii oblitus eram.* 27 Iterabat igitur Dominus omnia, *quæ ego scripsi: & mox venit in mentem caput Ieremiæ quartum, quod relegendo ruminabam.*

REVEL. LVIII. 3 Maji.

[*Vox Angelorum, de officio suo, fideles custodiendi, Videntem edocentium, 2, 3. in solatia illi, 4 & cautionem, 5.*]

P*Ostridie sub Solis ortum, quum preces peregissem, factus est ad me sermo Angelorum (quod hactenus contigit nunquam) dicentium*: 2 Nos servi DEI in æternum benedicti sumus, qui Cœlum fecit & Terram, & Mare, & omnia quæ his continentur, servimusque Illi dies ac noctes, & emittimur ad ministeria & præsidia servientium Illi super terram. 3 Sicut & tibi ad custodiendum te ab hostibus manifestis & occultis: qui ut ante hac insidiabantur tibi, ita non desistunt struere consilia, quomodo te obterant, propter sermones qui tibi à Domino facti sunt. 4 Tu autem noli timere, innixus firmiter promissionibus Domini tui, cujus & nos servi sumus, ejusque jussu tibi etiam servimus die ac nocte, excubando alter ad caput tuum, alter ad pedes tuos, ut custodiamus te. 5 Cave tamen occasionem des hostibus, prodeundo sæpè in apertum: prudenter age, & non desereris.

REVEL. LIX. Maji 4.

[*De celeri Consiliorum exsequutione, 2, 3, 4: etiam per subditos Aquilæ, 5, 8, modò justè & prudenter procedatur, 6, 7. Non celanda hæc, 9. Videns deprecatur, 10, 11. Iustitia DEI, 15. Trans Danubiani, 16.*]

S*Equenti die, circa idem (Solis Orientis) tempus, audivi vocem Domini mei*: 2 O Preczinski, Preczinski, quantum erit consilium tuum, quod profe-

res

res ad celerem exſequutionem conſilii mei, operisque quod velociter agi
volo, non tantùm ab illis qui longinquè veniunt, ſed & ab his qui prope ſunt!
3 Ego JESUS hodie loquor, heri Angelus meus loquutus eſt, quid vo-
luntatis meæ ſit. 4 Urge Stateram, diſponat ſe, media quærat, omnibuſque
habitatoribus notum reddat, tempus eſſe deſtruendæ tyrannidis Beſtiæ (cujus
tempus, tempora, & dimidium temporis jam effluxerunt): 5 Quam cum
plena lubentia, & mente alacri, perdere juvabunt etiam illi, qui ſub ejus pote-
ſtate ſunt hac in Terra. 6 Modò ſic res diſponantur, ut oppreſſi non æqua-
liter habeantur cum oppreſſoribus: procedentque omnia velociter ac ſubitò.
7 Nam Ego judicium & juſtitiam requiro, nec aliter fieri hac etiam in Ter-
ra volo: ubi non cum tanta difficultate res procedet, ſicut in Provinciis ſub
maledicta illa Aquila conſtitutis. 8 Sed & ibi ſunt qui utrâque manu juva-
bunt: intellectô, adeſſe tempus ut ipſi quoque odium exſerant erga meretri-
cem Babylonicam. 9 Noveris itaque meam voluntatem, & illam ne cela-
veris. 10 *Ego autem dixi: O Domine æterna Sapientia, inde Tu ipſe Cordi eo-
rum, per quos exſequutioni vis dari judicia Tua, ut pareant voci Tuæ, propter mi-
ſericordiam Tuam!* 11 *Nam hortationes meæ quid poſſunt, niſi Tu permoveris
eos?* 12 *Reſponſum ad hæc:* Quid à me requirant ampliùs, dum illis tam aper-
tè voluntatem annuntio meam? 13 Sed ne mirere: non melior jam eſt Mun-
dus quàm antediluvianus fuit, quibus Noah & prędicabat verbis, & pręmon-
ſtrabat opere, Arcæ ſtructurâ: & quid profuit? 14 Annon & ipſe Ego Jero-
ſolymitanis fui ſatis conteſtatus, exiſſe me à Patre meo, illoſque eſſe trucida-
tores Prophetarum? nec tamen audiverunt me. 15 Ita fit nunc: nolunt ha-
bitatores Terræ intelligere viam judiciorum meorum, quæ exercui à ſeculis,
& exerceo, exerceboque, ut oſtendam miſericordiam oppreſſis injuſtè, juſti-
tiæ autem rigorem impiis (*oppreſſoribus.*) 16 Hoc etiam non ignores: Trans-
Danubianos, ubi intellexerint quod Ego fieri mandem hac in Terra, con-
cepturos voluptatem, lubenteſque ſe adjuncturos ad opus hoc, quod Ego
diſpono ac ordino. *Surge, & iſta conſigna.*

[v. 16. Trans Danubium habitant potentes aliquot Hungarorum reguli, Comites Botiani, Serenii &c.].

REVEL. LX. Maji 8.

[Exercitus DEI ab Oriente ſuper Poloniam ſeſe effundentes, 1. *Occidentales & Aquilonares*, 4. *In Hung. motus quouſque differatur*, 5, 6. *Reformatio ibi Eccleſiæ*, 7: *etiam Videntis cooperatione*, 8, *tametſi nunc à ſuis quoque rejectanei*, 9.]

MAji 8, *ante Solis ortum, alloquutus me eſt Dominus, his verbis.* 2 Ecce
jam exeunt diluvia Exercituum meorum! & volvuntur amnis inſtar ab

H 2 Oriente

Oriente super Polonos, ubi horrendùm vastabitur Terra! multique etiam
innocentes patientur: 3 Atque in his Lesnenses mei, nisi Radziwil inter-
ponat pro illis dorsum. 4 Jam consurgunt & Occidentales cum Aquilo-
naribus: ibitque opus meum tam velociter ac rapidè, ut ad Octobrem magna
illa Bestiæ potentia corruitura sit passim. 5 Per hanc verò Terram transibit
ignis meus: tantummodò ut Deductio (sponsæ) peracta sit Illi, qui nolens
volens ibit, ductum meum sequutus: atque si ibit, benè Illi erit. 6 Post
factam autem in hoc Regno deletionem hostium meorum, Boves illi tantùm
præsepia & reditus quæritantes, de Grege autem ad notitiam mei perducen-
do parum solliciti (*& hac in re à linguis Iesuitarum, populo meo venena pro-
pinantibus, diligentiâ se superari passi*) inviti etiam ibunt in cancellos Ordi-
nis boni, à me Ecclesiæ præscripti. 7 Qua in re tu quoque tuam commo-
dabis operam; tametsi nunc proprii tui sine causa contra te insurrexerunt.
8 Sed non perficient quod proposuerunt: [*de excommunicando illo propter
has Visiones*] finem enim litibus istis imponet responsô suô Adjunctus tibi:
cui tu hæc tibi recens tradita transmittes, sed custodita benè. 9 Tu autem
cave effervescas contra eos, qui insurgunt contra te: unum potiùs estote
Cor. 10 Quibus ego auditis, gratias egi Domino, misericordiam orans.

v.5. *deductio Sponsæ*) Nempe Henrittæ Palatinæ, quæ pòst in Junio adducta fuit.
Ibidem: Si ibit benè illi erit) Non ivit autem, itaque malè fuit ei. Vide Rev. LXIV.
& CII &c.]

REVEL. LXI. Maji 20.

[*Somnium de bono extraneorum erga Bohemos affectu, 2. in exhortationem ad concordiam do-
mesticam resolvitur, 3 &c. Opus DEI paratum est, procedet, 9, 13.*]

I*Terum ad me factus est Sermo Domini mei, 20 Maji, à precibus matutinis,
& quidem bis iteratus:* 2 *postquam mihi per somnum monstrasset Magnatum
quorundam peregrinarum Nationum Coronam, qui singularem quendam beni-
gnum erga me, & cæteros Gentis meæ, affectum, multâ cum affabilitate præ se fe-
rebant, testimonium exhibentes fidelitatis nostræ &c.* 3 *Expergefacto dixit Do-
minus*; Ejice virulentiam malitiæ è corde tuo contra eos, qui profundita-
tem judiciorum meorum agnoscere nesciunt: & ne zelaveris contra eos.
4 Nam & illi servi mei sunt, & homines sunt: quibus Ego suô tempore
aperiam oculos, ad clariùs prospiciendum in profunditatem abyssi judicio-
rum meorum: 5 sicut & cæteris Nationibus, qui magnis agminibus occu-
pabuntur in transscribendis, quæ Os meum loquutum est tibi, admirabundi
myste-

ysteria judiciorum & terminorum meorum. 6 *Ad quæ ego cum timore*:
) *Domine, da mihi facere voluntatem tuam, & patientiâ uti! intelligere etiam*
n illi à Te præfixi termini venerint? 7 *Ad hæc Ille*: Bonum est cohibere
e, & injurias committere mihi: quod dum tu facis, gratum est mihi. 8 Nam
on convenit omnia imponere iracundiæ lanci, ne ignominia fiat mihi quo-
que ab illis, quibus non datur tantum nosse de mysteriis meis, quia nolunt
dhuc intelligere abyssum judiciorum atque terminorum meorum: 9 qui
am cum horis, diebus, mensibusque suis advenerunt, Opusque meum to-
um jam in manibus est, procedetque. 10 Sed credere hoc multi nolunt,
ropter duritiem cordis sui, stuporemque mentis, priusquam viderint mira-
ile illud & horrendum opus meum: quod tandem etiam Simeon Balasdi
ræ cæteris intelliget. 11 Tu verò tantùm te permitte mihi, mansuetè in
mnibus & patienter te gerendo. 12 Ego enim providebo omnia, circa
e & alios, sincerè ad me, per fidem & pœnitentiam, conversos. 13 *Scri-*
e ista, quia tempus adest &c.

Revel. LXII. 8 Julii.

[*De Civitate magna obsidenda*, 1: *Revelationibusque hisce brevi variis linguis evulgandis, ad excitandum Gentes contra Babylonem*, 5, 9. *Judæorum alacritas*, 11.]

C*Irca Solis ortum indormivi, & vidi me in Civitate quadam magna constitu-*
tum, cum Adjuncto mihi, ubi & Cæsar fuit. 2 *Ad quam Civitatem*
bsidendam Exercitus ingens adventabat: Et factus est in ea tumultus discur-
entium huc illuc. 3 *Mihi autem adolescens quidam veniens tradebet episto-*
rum fascem, non ad me solùm, sed & ad alios, spectantium. 4 *Distribuebam*
rgò eas: illi verò receptabant cum gaudio. 5 *Meas autem quum evolverem,*
periquasdam typis scriptas, alias aquâ madefactas, variis variarum lingua-
um characteribus. 6 *De quibus quando cum Adjuncto tacitè colloquebar,*
derant foribus qui subauscultarent, sed nihil audiebant præter cantum. 7 *His*
vigilavi, & Dominus ad me: Multi erant qui revelata tibi sugillabant, quos
go dimisi è vita: & dimittam porrò etiam plures qui trahunt in dubium,
pud se & alios, Opus meum. 8 Tu autem noveris, me, quæ de Cæsare
t domo suâ loquutus sum, facturum esse: quem tinnitu variæ Musicæ deli-
iunt, & pollicitationibus solicitudinem adimunt, non venturum esse malum
lud à Me denuntiatum, & de quo tibi etiam loquutus sum. 9 Quod le-
ere jam incipient cum admiratione & gaudio, transmittentes sibi per varias
entes & linguas, ut in somno madefactas etiam epistolas vidisti; quia per

aquas etiam & maria sibi invicem ea missitabunt, & se invicem cohortabuntur, dicentes: Venite, operemur opus hoc quod nobis notum fecit Dominus. 10 Ibunt ergò exultabundi ad expugnandum Civitates abominabilium Idololatrarum: quas non illicò expugnabunt, quia hos isti falsis pollicitationibus remorabuntur; at in malum sibi. 11 Judæi tempore conversionis suæ alacres admodum se exhibebunt, strenueque opus conterendæ Bestiæ adjutabunt: sicut & gentiles Nationes, ad quos vox Tubæ meæ penetrabit. 12 *Tu surge, ora, & hæc scribe.* 13 *Surrexi igitur, adoravi, decantans hymnum, Misericors Pater, Omnipotens Creator &c.*

REVEL. LXIII. 19 Aug.

IUssus sum scribere ad Principem Sigismundum, verbis duris: sed exspectare tamen donec factum fuerit judicium.

REVEL. LXIV. 24 Septembr.

[*Visio de pueris duobus judicio obnoxiis, 1 &c. applicatio hujus ad filios Princ. Tr: 6. &c.*]

DIluculò somniabam, in Area quadam videre me intra cancellos stantes pueros duos, nudos. 2 *Vir autem honestus, senex, stabat è regione, aliique plures in cancellorum circuitu, sententias dicturi judicialiter super pueros istos.* 3 *Quorum alter decollatus est, alter verò prodiit cum Vexillo extra Cancellos.* 4 *Expergefactus, quid somnium istud sibi vellet, cogitare cœpi.* 5 *Et facta est ad me vox Domini dicens:* Malè res geruntur! 6 Tu tamen gaude; nam effectui dedisti (sicut & Adjunctus) quæ mandaveram ad illum, qui frustra audivit & audit vocem meam: cujus cor mutari incipit in deterius, siti avaritiæ & aviditatis opum, cum inobedientia. 7 Cujus solium, sicut & Fratris ejus, nisi adhuc obedierit, vacuum manebit inter Reges, sicuti mansit Saulis inobedientis, & à me rejecti. 8 Jam enim omnia dolosè incipit agere, plus fidei adhibens verbis Consiliariorum fraudulentorum, & ducum cæcorum, quàm mihi & iis, quæ per te, alterumque fidelem servum meum, loquutus illi sum, & loquor. 9 Tu cogita, ut te hinc transferas aliò. 10 *His ego auditis, cum horrore ac trepidatione dixi: Ah miserere Domine, propter misericordiam Tuam.* 11 *Respondit:* Quid illis magis clarè manifestari potuit, atque factum est? pollicitus sum benè facere illis, sicut & antea Patri eorum citra meritum eorum. 12 Sed sicut Pater verba mea reputavit pro nihilo, ita isti: quibus retribuam secundùm vias eorum, & dabo eos in contemptum sicut feci aliis immorigeris mihi. 13 Dederam huic Cimmelion pretiosum: sed

d auferam iterum, brevi id audies. 14 *Ego autem dixi: Et quid nobis fiet?* *ıſerere noſtri.* 15 *Resp.* Confidite, melius vobis providebitur ab aliis. 5 *Ego: Et unde id cognoſcam? Resp.* Indicabitur tibi brevi. Surge, ſcribe æc. 17 *Surrexi ergo horroris plenus, ſcripſique hæc cum lacrymis; orans*)*EUM, ut illi det Cor obediens, quale ſibi placet.*

[Cùm Videns per bimeſtre nihil communicaſſet Adjuncto, præter argumentum Revel. LXIII, Sigiſmundus verò apud hunc aliquoties (de urgendo illo, ut quicquid ſit ſcriberet) inſtaret, factum eſt ut Revelatio LXIV in Latinum tranſlata illi offerretur, 30 Octobris. Quâ ille perlectâ, quum ſibi hæc dici, comminationemque de cimelio à ſe auferendo impletam videret (ſublata n. morte fuit 28 Septembris Henrietta Palatina, Conjux ſua) ſolutus in lacrymas exclamavit: *Quid miſer faciam? Ego ex Decalogo honorem habere Patri & Matri didici. Nunc autem Celſiſſ. Princeps, Mater mea, contra Domum Auſt. conſilia ulla cum ullis extraneis inire nos, ſub maternæ maledictionis interminatione prohibet &c. Aut ubi media mihi ad rem tantam audendam? &c.* Tandem concluſit: *Orate pro me.* Idem poſtea dixit, cùm ſibi exhibitam Revelationem LXIX legiſſet.]

R e v e l. LXV. 29 Septembr.

[*Anni* 40 *evertendæ Auſtriacorum potentiæ attributi,* 3. *Dolium Gentium per Septentrionales aperiendum,* 7. *Operante hæc triunô DEô,* 11.]

Terum factum ad me Verbum Domini, poſt matutinas ad DEUM ſpiritu con- *ıritô fuſas preces, ſub ipſum Solis ortum.* 2 Malum, à me decretum ma- m, ut velox ſagitta veniet. *Ad quam vocem exhorrui, cogitans cui ma-* *ı iſtud denuntietur? annon fortè illis, de quibus nudius quintus.* 3 *Sed per-* *xit vox Domini:* Quadraginta annos deſtinavi operi meo, evertendæ do- ni Auſtriacæ! finiri eos oportet. 4 Ego verò cogitabam: Ah longè ad- ıc abeſt terminus: & reſpondit Dominus, Jam ſupra triginta tres annos egi in atterenda Domûs illius potentiâ: ſed quid fiat, neque illa neq; Con- ıarii ſui attendere volunt. 5 Tu exue calceamenta tua, & denuda pedes ıos: quibus illi oſtenſis dicito, Sic exutum nudatumque iri à ſublimitate ſua, ım poſteris ſuis. 6 Nam excitavi contra illam Unicornem ab Oriente, qui onſiliariorum ejus mutila cornua dejiciet. 7 Quod vividè aggredietur ım Septentrionali dilecto meo, mihi & verbis meis obedienti: 8 Qui nunc ɔerturam terebrat in dolium illud, de quo tibi dixi pridem, colligere me in lud varias illas Gentes, quæ veniendo aculeis ſuis perterebrent undiq; Do- ıum Auſtriacam, Terramque ejus. 9 Tu ne timeas: meus tu es, in vita in morte. 10 *Ego verò attonitus exclamavi: Miſerere mei Domine! jam* *ıtium ſermonis Tui oblitus ſum.* 11 *Ille itaque repetiit omnia, additô:* Ego ehova Creator, cum Filio meo JESU omnium authore & actore, & Spiritu noſtro

nostro æternæ potentiæ, egimus, agimus, & peragemus, cœptum hoc opus.
12 Surge, sermones istos conscribe, nihilque præterlabi sine eorum, quæ lo-
quimur tibi. 13 *Surrexi ergò, & hæc scripsi cum timore.*

REVEL. LXVI. 3 Oct.

[*Pr. Rakocii denuò monendi, 3,15,21,22,23: exemploque Iosua,9. & Regis à Septentrione, excitandi,11. Anabaptistæ, 2, 19.*]

ITerum ad me Verbum Domini factum est, ante Solis exortum. 2 Præces-
*serat autem Somnium, quò mihi constitutus videbar in congregatione Magna-
tum quorundam, in varia inquirentium: eratque præsens ex Anabaptistis (è
Moravia quoque exulibus) quidam, testimonium mihi exhibens bonum, exhor-
tansque tandem ut irem quò eundem est.* 3 *Vixdum evigilaveram, nec adhuc
satis sensuum compos, & ecce vox Domini in auribus meis:* Tempus est, jam
tempus est, ut ad se redeant Principes Filii Rakocii, opusq; meum incipiant
agere vividiùs, quàm egit illorum Pater. 4 Cui non tam clarè detexeram
voluntatem meam atque his detexi, per eum quem tibi auxilio misi, sincerum
servum meum, qui unus è mille gemit super contritionem Joseph. 5 Prin-
cipes autem isti intelligere hæc nolunt. 6 Quum tamen quis est, quis in-
quam est, qui eos ad statum sublimitatis per Patrem illorum evexit, præter
me Jehovam DEUM totius Terræ? 7 Qui vestio gramina, & condeco-
ro flores, & pasco aves Cœli, nihil licet merentes de me. 8 Sicut neque
hi à me promeruerunt ea quæ in eos contuli. 9 Nolunt tamen intelligere,
ut faciant quod electus meus servus Josua fecit: qui non respectando Urbis
Hai, diris à me devotæ, splendorem, evertit eam & delevit gladiò. 10 Hi
autem nolunt facere quod mandavi: & quidem tam manifestò, uti non est
factum ulli antè hominum. 11 Neque Septentrionali dilecto meo; qui ta-
men facit, & faciet, voluntatem meam opere ipso alacriter. 12 Currunt,
ecce currunt, disposita à me tempora: quod illi nolentes intelligere tardant
(*opus meum.*) 13 Scribe, scribe inquam, audenter & cum confidentia, ut
esse incipiant VELOCES SAGITTÆ! 14 Sciantque velint nolint, à me-
ridionali Sole sibi parari exitium: si tamen Me sequentur, benè fore illis; sin,
malè. 15 *Ego his auditis orare cœpi: Et mox uri sensi frontem meam, sicut
Anno 1643, cùm mihi dari peterem signum.* 16 *Perrexi igitur orare, ut
quicquid vellet mecum ageret, etiamsi occideret, paratum esse me ad omnia, modò
ut confirmaret Verba sua.* 17 *Quum autem Verba Domini abirent è memoria
mihi, dixit Dominus;* Surge, dictabo tibi omnia, mittesque ista properè.
18 Cum

18 *Cum hoc dicto rediit in mentem mihi Somnium, Anabaptistaque ille: respon-*
ditque Dominus. 19 Etiam isti sunt in angustiis, ardentque vobiscum zelô
ingulari, quos exaudiam. 20 *Ego verò pro Principibus orare cœpi, ut cordi*
llorum indat Dominus, ut faciant voluntatem suam. 21 *Responsum est:* Homi-
ies respectant, non me. 22 Quum tamen non homines in eos contulerunt
ıonorem quô coram Mundo splendent, sed Ego. 23 Amittere eum me-
uunt: sed quis eum auferat illis, si non Ego? Nemo: surge, scribe ista &c.

REVEL. LXVII. Octob. 16.

[*Sermo Domini de judiciis suis, quibus delere gaudet impios de terra &c.*]

ITerum factum est ad me Verbum Domini; *cùm evigilassem mœstus super epi-*
stolam I. Ch. Senioris exprobrantis mihi quòd non eveniant prædicta. 2 *Oravi*
igitur Dominum, ne servum suum super iis quæ nomine suo loquutus est confundi
mereretur. 3 *Respondens autem Dominus, multa judiciorum suorum, quæ un-*
quam in Terra exercuisset, commemorabat exempla: addens, Se, tanquam im-
pervestigabilem Sapientiam, exerere tum justitiam tum misericordiam suam
ta, ut homines vias suas non capiant. 4 Etiam hodie atterere Gentes & popu-
os, alios per alios: & cùm illi sese invicem affligunt, captivant, mactant, se
delectari processu justitiæ suæ. 5 Homines autem non intelligere, quàm
li volupe sit delere impios de Terra, vastareque & exscindere Regna &
Urbes, impietatum vepretis oppletas. 6 Suos è contra tueri, & ab oppres-
soribus liberare, tametsi & horum quosdam involvi patiatur, occasionibusq;
his ad se transferat in Cœlum. 7 Nolle autem homines attendere, suâ so-
ıus dispositione, eventuumque omnium determinatione, omnia fieri. 8 Ju-
ens me bonô esse animô, humanisque præjudiciis non moveri: gratiam
iam erga me & alios, tanquam filios & fratres suos, perstare. 9 Ita enim
in terris degentem appellasse amicos suos, qui se diligerent, & pro thesau-
ro cordis sui haberent: quibus Ille arcana sua revelare soleat, non Mundo &c.

REVEL. LXVIII. 19 Octob.

[*Pr. Sig. magnificè vestitus, dèque belli sumptibus sollicitus, in spem erigi jubetur, 3. Thesauri inveniendi, 13. Exsequutores Divini consilii beati, 15. Modus exsequutionis severus, 20 &c.*]

T*Riboriô ante Solis ortum factum est ad me Verbum Domini.* 2 *Videbar*
mihi per somnum adnavigare Civitati cuidam, ingentes per aquas, hine inde
acie obductas, quas superare volentes multi mergebantur. 3 *Ego autem elu-*

ctatus, Civitatemque ingressus, à viris quibusdam exceptus fui, & deductus in
Domum, ubi conspexi Principem Sigismundum Veste magnificâ indutum, vultu
ignitô, dentibus verò ut aurô radiantibus: qui mihi ostendit libellum numeris
plenum, legere me numeros istos jubens. 4 *Ego prætendebam Conspiciliorum*
defectum. Ille ergò imposuit mihi conspicilia, & ego numeros istos calculando,
reperi summam quindecim millium. 5 *Rectè supputasti, inquit Princeps: sed*
unde mihi tanta Belli impensa. 6 *Ego sermone istô attonitus, quid responde-*
rem non reperiebam. 7 *Accedens verò Adjunctus, ut responderem Principi*
hortabatur. 8 *Volui ergò Latinè loqui: nec aliud potui, nisi voce magnâ,*
Salve, salve in nomine Jehovæ, ô Tu alter Gedeon! 9 *Simulque evigilavi,*
& inter evigilandum eadem Verba sermone genuino sonare me sensi. 10 *Ple-*
nus itaque horrore quid ista sibi vellent cogitare cœpi. 11 *Et facta est ad me vox*
Domini: Ne metuas, non confunderis super sermones meos. 12 Signifi-
cabis Principi, ut faciat intrepidus voluntatem meam. 13 Duobus in locis
(*Tyrnaviæ & Nitræ*) quærat & inveniet thesauros: qui si non suffecerint
sumptibus Belli, supplebunt exteri, idque cum gaudio. 14 Præsertim
Corona Sueciæ, quàm primùm animum plenè declaraverit suum, quòd pro
Nominis mei gloria & oppressorum liberatione suscepturus sit Bellum.
15 Revocabis verò in memoriam illi vocem istius de turba fœminæ: Beatus
uterus qui te gestavit, & ubera quæ suxisti. 16 Ita enim ipsum prædicabunt
beatum Gentes illæ, quæ revelationem gloriæ meæ, & oppressorum ab An-
tichristo liberationem, expectant, clamantes ad me noctes & dies, ut mittam
quem missurus sum. 17 Tu autem vigila, & pro illo ora, aliosque ut orent
pariter hortare. 18 *Quibus ego auditis, anxietudine quâdam correptus fui,*
procidique ad pedes Domini IESV. 19 *Qui dixit,* Cur angeris? Brachium
meum conteret hostes meos & vestros. 20 *Ego autem cogitare cœpi, Quo-*
modo id futurum esset? Respondit Dominus: Spirituales dicti, omnium Or-
dinum, mactentur indiscriminatim absque misericordia: sed Politicis offe-
ratur Pax, si volent. 21 Sin, suô malô se furoris mei faciunt participes.
22 Exteræ verò Gentes audientes quid Ego hac in Terra facere incipiam, lau-
dabunt admirabundæ Nomen meum, manum & ipsæ admoventes Operi
huic meo. 23 *Ego igitur Domino gratiis actis, & plenum me sentiens horro-*
ris, indormire ut possem petii. 24 *Respondit:* Indormies, memento tamen
sermonum meorum, ut consignes quæ loquutus sum tibi. 25 *Mox itaque*
somnus me oppressit: expergefacto autem eadem iterans Dominus, considerare me
jussit, providereque mihi de pane. 26 *Cumque cogitarem intra me, Anne*
fortè requisiturus esset Princeps præsentiam meam? Responsum est; Ibis, nihil
metuens. Surge, & isthæc scribe. 27 *Surrexi ergò, & hæc scripsi.*

v. 5. Sigismundus hîc ut olim Philippus (Joh. 6. 7.) introducitur sumptuum defectu in desperationem agi: erigitur autem promissione thesaurorum inveniendorum, & à liberalitate Gentium v. 13, & 14. Ille tamen etiam his lectis, parum erigi visus decretoriæ adversus se sententiæ causam dedit: ut è sequentibus patebit.]

REVEL. LXIX. 27 Octob..

[*Lamentationes super inobedientiam Domûs Rac.* 2. *Comminationes Consiliariis eorum*, 10. *Videns obsignare os jubetur*, 16.]

Dies erat precum (*nobis jam dudum in exilio indictarum*); *quas ut horâ Ve-*
spertinâ peregi pro Ecclesia, facta est vox Domini ad me. 2 Omnes in-
...tiones meæ finem assequuntur, & assequentur, etiam apud illos, qui vo-
...ntatem meam frustra audiverunt, nolentes auscultare voci meæ: in quo
...oposito si perrexerint, ipsis malè erit. 3 *Quibus verbis exterrefactus ego*
...*ci*: *Ah Domine recordare miserationum tuarum! atque, si potest, da illis*
...*cor, ut emendati faciant voluntatem Tuam.* 5 *Responsum est*: Annon de
...s ultionem sumam, sicuti sumpsi de Arbore Fici fructum non ferente? quæ
...aruit, ego autem sine illius fructu en vivo! 6 Et Hedera Jonæ à verme
...rosa exaruit, emarcuitque, Jonas tamen vixit: ita & hîc foret. 7 Noli
...nere serve mi, nec ille, per quem meam illis clarè detexi voluntatẽ: etiamsi
...nc usque in diem illi nihil faciant. 8 Propter illos non deseram vos, ne-
...e hoc meum Opus quod orsus sum. 9 Quod agere si constanter nolue-
...t ipsi, alios reperiam, qui exsequantur voluntatem meam. 10 Consiliarii
...um seducunt eos: quos Ego judiciis meis aggrediar brevi. 11 Egone
...orem quid faciant illi? Mihi etiam qui benefeci illis, revelando eis tam
...rè voluntatem meam? 12 Sed quam mihi retulerunt gratiam? quid
...diderunt operæ? in quo mihi auscultârunt? quod gratitudinis suæ
...numentum ostenderunt: nihil, prorsus nihil. 13 Aliter David, aliter Sa-
...on! Nec vitæ David, nec auro Salomon pepercit, quid mihi esset
...tum cognito: ideò illis benedixit dextera mea. 14 His autem quid
...pliùs præstare debui? quæ autem de futuro promiseram evenire de-
...runt necessariò. 15 Sed apud illos evanescunt omnia, vitiô Incredu-
...tis & Avaritiæ, & duritiei cordis, cum inobedientia. 16 Tu pro-
...e jam obsigna os tuum! nec ampliùs responde, etiamsi te interrogent:
...s jam factum est, justificatus sum coram te & illis. 17 Et me suspectum
habeto, ac si injuriam ipsis faciam, aut facere velim. 18 Non feci Fico, cui
...ledixi: neque Hederæ, quam arefeci: neque his faciam. 19 Tu me audi-
& benè tibi erit. 20 Cùm tradidero in manus tuas quæ promisi, illis revela
...bus convenit. 21 Neque te capiat tædium sermonum meorum, sicut nec
...lescit me colloqui tibi: hæ enim illæ sunt delitiæ meæ cum filiis hominũ.

21 *Egi itaque gratias Miseratori meo: sicut & pro iis, quæ eundem in sensum nocte sequente repetita fuerunt.*

Revel. LXX. 9 Novembr.

[*Videns ob non servatum votum ægrescit, increpatur, sanitati restituitur.*]

Circiter decimam antemeridianam, cùm æger decumbens orarem, alloquentem me audivi Dominum, explicantemque morbi mei causam: immissum esse ob non servatum votum. 2 Si propitium mihi vellem, ut vota semel concepta solverem, neque vinum cum quoquam biberem, præter domi cùm necesse est, valetudinis causâ: eâ lege mihi reddere se valetudinem, & servaturum promissa sua. 3 *Egi gratias, ferventer culpam deprecans, neque mandati memorem promittens.* 4 *Jussit autem Dominus alligare me signum manui dextræ, monimenti locô: & significavit adventare ab Adjuncto literas solabiles.* (*quæ & venerunt* 16 *Novemb. quibus denuò Sigismundum Remollescere, & ad obsequia inclinari, nuntiatum fuit &c.*)

Revel. LXXI. 10 Nov.

[*De frumento pertusis doliis infuso,* 1. *Væ super Hungariam proclamatum,* 2, 9. *Deprecatio Videntis,* 6, 14. *Consolatio DEI,* 12, 13.]

Summô diluculô expergefactus, conturbatus fui de somnio, quô mihi frumenta videbar congestare in dolia quædam, totum illud frumentum transmittentia in terram. 2 *Et mox Dominus*: Ah væ! ah malum! peribit tota hæc Terra! volvunt se calamitates, de quibus pridem loquutus sum tibi: neminem enim reperio, in quo sinceritas sit, & rectitudo, & fides. 3 A septem itaque partibus volvitur malum ab Oriente, ab Occasu, à Septentrione, & à Meridie. 4 *Ego autem cogitavi: Ista sunt quatuor plagæ; ubi ergò tres adhuc? Et Dominus*: De Cœlo, de Terra, de Mari, prodibit venenum meum, & interibunt multi ex hac Gente, etiam è Vobis. 5 Onus enim Verborum meorum nihil profecit hactenus: onus itaque iræ meæ jam imminet eis, cui non prævalebunt, quanquam vafrè multa excogitant: Væ, væ, Terræ huic! 6 *Quibus ego auditis, supra modum fui exterrefactus, & dixi:* Ah Domine, ubi sunt miserationes Tuæ? ubi promissiones Tuæ? ubi Sapientia, ad illuminandum eos quibus hæc nuntiari jussisti? Væ mihi Mater mea! 7 *Sed fiat quicquid fiat, ego non desistam sperare Te mansurum veracem, nec derelicturum*

m eos qui confidunt in Te. 8 *O IESU, Fili DEI, unicum solatium*
rum, & fidelium omnium! redeat quaeso misericors sanguis Tuus, quem fudisti
o nobis, in Cor Tuum! ne plenè super nos effundas iram furoris Tui! miserere
stri propter misericordiam tuam. 9 *Dominus verò dixit*: Sicut Silo & Sa-
aria erit Terra hæc, si perrexerint non obedire mihi. 10 Abripui Ego
iltos de potentia mea dubitantes, etiam eos de quibus tibi significavi, Non
pervicturos ut viderent liberationem, (L. J. Senior, & J. S. Consenior)
Ego ad hæc: Ah Domine, cur evocasti eos? poteštne fieri ut sciam? Resp.
olo hominibus, neque tibi, patere omnia, quæ ego facio, & cur ita faciam,
me peccantibus. 12 In futura vita id scies, nunc ne inquiras. Fidelibus
inebo fidelis. 13 Esto itaque tu etiam fidelis, & videbis brevi solatia
:a. *Surge, & scribe.* 14 *Laudavi ergò nomen DEI, orans pro me,*
rraque hac, & pro nobis hîc peregrinis.

Revel. LXXII. 18 & 21 Nov.

[*Videnti latebra, ubi se à procella abdat, ostenditur,* 3. *Sig. R. incessum tentat, sed trepidanter,* 5. *Auxilia illi unde expectanda,* 6, 7, 8. *Conversioni Turcarum servientia parari jubentur,* 9. *Usus viri frugalis,* 10 *&c.*]

T vesperi ante somnum, & mane evigilanti mihi, multa loquutus fuit Dominus,
aqua retinere non potuit memoria mea; donec tertiâ die repeteret omnia, scribere-
e juberet, dicens: 2 Fidenter exspecta responsum, quod erit consolabile. Fe-
nant enim ad metam suam, eamque attingent, omnia tibi à me prænuntiata.
Tu, si tibi non providebitur hîc, redi in Patriam, in montana illa, ubi te
nno 1628 servavi, cùm Cardinalis insidiaretur vitæ Tuæ: ibi te servabo,
nec ira transierit mea. 4 *Ego autem de promisso Sigismundi (cujus jussu*
iptam ad me epistolam, quòd me ad se evocare, & istic alicubi sustentare vel-
acceperam 16. Nov.) cogitare cœpi. 5 *Et Dominus ad me*: Sigismun-
s incipit discere per vias incedere meas: sed ita, quomodo infans parvus,
mnum tenens, cum tremore incessum tentat. 6 *Ego igitur oravi pro illo*
denter: ad qua Dominus, Sagitta Velox dilectionis à Corona Suecica ad-
labit brevi: 4000 de Exercitu suo submittent illi, Turca verò 30000. 7 In
egno autem quantum volet, modò patefaciat consilia sua Incolis, etiam
Balasdi, & per ipsum Palatino: sinceritate tantùm in se invicem, & fidu-
i in me, illis opus erit. 8 Quando illi in nomine meo aggredientur opus
um, felici successu ibunt omnia: Terraque hæc brevi ut virens pratum
t, emundata ab Idololatris, cum ingenti habitatorum exsultatione: etiam

 illorum

illorum qui metu adacti assentari necesse habuerunt Bestiæ. 9 Quin & Turca mirabitur Opus hoc meum! ideò scribe Adjuncto, vasi gratiæ meæ, cogitet ille quomodo Lex Verbi mei, Psalmíque & Hymni, cum Ordinis Ecclesiastici Idea, transferantur in idioma Turcicum, mittanturque ista Imperatori Turcarum. Exsultabo Ego in hoc opere meo, quod per illum revelabitur Gentibus. 10 Bono esto tu quoque animo! acquiescens manuductione meâ, quâ te ducam. Me tantùm time, & meam ut Creatoris voluntatem exsequere. 11 Ne patiare te ab ullo hominum abduci, ad faciendum aliquid adversus voluntatem meam. 12 Vinum ne bibas in gratiam cujusquam, nisi refectionis causâ ipse, non ultra semiquartarium. 13 Quo ire cogitas, ito: laboriosum erit, sed fructuosum, hoc iter. 14 *Ego autem cecini &c.*

[v.6.) Quod de auxiliis Suecicis & Turcicis dicitur, de eò intelligendum est quod tùm futurum erat, si obsequi voluisset S.]

Revel. LXXIII. 25 & 26 Nov.

[*De harum Revelationum modo divina informatio.*]

P*Er utramque hanc diem dignatus me alloquiô Dominus, multa de præteritis & futuris rebus enarrabat.* 2 *Mihi autem die 26 in mentem veniebat,* Videre me nihil, audire tantùm Vocem semper, & sentire circa me mirabilem quendam lenis auræ motum. 3 *Ad quas cogitationes meas respondens Dominus, dixit*: Ne mirere, meliùs Ego novi quid & quomodo cum aliis, antiquis etiam, testibus & servis meis egerim. 4 Illi propter debilius lumen opus habebant (*visibilibus præsentiæ signis*): in te plus lucis contuli, ut istis non egeas. 5 Neque nosti, quomodo majestatem meam sufferret timiditas tua: Ego autem nolim inhabilitas tua offendat me Terribilem, aut etiam servos meos Angelos. 6 Acquiesce tu iis mediis (*quibus utor*) reliquumque serva tibi in æternitatem: auscultaveris tu mihi tantùm, omnia rectè habebunt. 7 *Et egi gratias Creatori meo, Litaniæ cantu implorans misericordiam. &c.*

Revel. LXXIV. 27 Nov.

[*Signum petere Videns pergit,* 2. *Et cur illi negatum sit,*4. *Ruptura Dolii, ad effundendum Gentes,*5,6,7. *Prandium Gentibus paratum,* 12 *&c.*]

A *noctis meridie, horâ circiter secundâ, expergefactus sensi mihi frontem uri, sicut olim quum mihi Dominus signum missionis meæ daret* (*Annô* 1643.)

2 *Ego*

Ego autem orare cœpi Divinam clementiam, ut ad confirmationem operis sui me dignaretur facere sicut Iesaiæ, cujus labia tetigit candente prunâ ad emun-dandum eum. 3 *Aut sicut fecit Mosi, cui signis & miraculis confirmare de-: ad liberationem populi Israëlitici missum fuisse.* 4 *Respondens autem Do-minus dixit*: Cessare jam signa ejusmodi volui: ad emundationem verò tuam at guttæ sanguinis Filii mei, quo Ego ablui os tuum. 5 *Unde cùm cor-& spiritui meo ingens exsurgeret lætitia, quiddam tanquam fragore dissi-ns, infra fenestram meam crepuit.* 6 *Cogitanti autem mihi quid istuc esse oreeat? Respondit Dominus*, Disrumpitur Dolium illud, de quo tibi m loquutus, congregasse me in illud Gentes, ad unanimiter perden-um Meretricem. 7 *Cogitavi ergò an ultrà crepiturum esset: sed Dominus*, ufficit modò: brevi veniet tempus, ut dirumpatur vento zeli mei. 8 *Et avi, decantans hymnum, tandemque ut redormire possem rogavi: & Dominus*, ndormi, & ostendam tibi singularia quædam. 9 *Indormivi ergò: & vidi e appropinquare cuidam eleganter structæ Civitati, in terra Patria, ubi multi-udo populi magna exspectabat me: me verò sequebatur Exercitus agmine binô, antecedebant duo Equites splendidè ornati, sicut ad nuptias invitaturi solent.* o *Et vidi me ferre mandata sigillis obsignata, ut in patria mea* (Strasnicii) *ulla militum esset statio, sed per vicina oppida*, Kijow, Bsenetz, Ostrow. 1 *Hoc ergò mandatum tradebam præsentibus, Bohemis & Moravis; indu-s ipse veste decorâ, & calceamentô pulchrô.* 12 *Cùm evigilassem diluculô, ixit Dominus*: Invitatores mei, quos vidisti equis vehentes, eunt ad invi-ndum Gentem Turcicam! Prandium enim meum instructum est, quod aravi Nationibus. 13 Ecce dilectus meus venit ad te, ut te consoletur, estem secum ferens! *Ego autem cogitavi, quis ille?* 14 *Et mox vidi Ad-nctum mihi, nitidè amictum, veste violaceâ: de quo ad me Dominus*, Com-issionem fert ad illuminandum Gentes, ut & filios Patriæ. 15 Tu surge : hæc scribe! *Surrexi igitur & scripsi.*

Revel. LXXV. Decembr. 1.

[*Rex Germaniæ futurus Videnti ostenditur: cum exhortatione ad modestiam in scrutandis Divinis judiciis.*]

A *nocte mediâ vidi me per somnum in magna populi mihi ignoti frequentiâ constitutum: quô & adventabat ingens satellitium, quibus omnes præsentes dendo viam faciebant.* 2 *Hos insequutus Vir staturâ haud altâ, speciosè pal-atus, cui omnes exhibebant honorem: mihi autem referre Friderici* (*olim oh. Regis*) *effigiem visus fuit.* 3 *Quæsivi ergò: Quisnam iste esset? sed ne-*

mo

mo præsentium respondebat quidquam. 4 *Evigilavi ergò, & Verbum Domini factum est ad me, dicendo:* Quem tibi per Somnium exhibui, Filius est Friderici Regis, statura humili, sed zelò plenus. 5 Hic tempore à me destinato Rex fiet Imperii Germanici: pro quo tu cum aliis ora, ut me timeat. 6 *Mirabundus ego, oravi, ut Dominus confirmaret Verba sua: Ille autem* ô quàm distantia sunt judicia Vestra à judiciis meis! impossibile vobis est evestigare Opus meum. 7 Præstat silere, & fidere mihi, quàm quid Ego cum hoc vel illo, & cur, faciam, & cur non tùm cùm homines volunt, indagare. 8 Nam neque Angeli servi mei, licet mecum sint, & Spiritus sint, plus nôrunt quàm ipsis revelo. 9 Tu tacitè age! brevi Ego perficiam opus meum. 10 *Miratus ego sermones istos occinere cœpi:* O increata Sapientia! ô immensa Bonitas! ex te, per te, in te, facta sunt omnia, &c.

[v. 3. *nemo respondebat*) Nemo enim hæc intelligit: proinde silere jubemur v. 6, 7.]

Rev. LXXVI. Eâdem die.

[*Sig. Rac. turbatur variè, 2, 4. Recolligit se per intervalla, 7. DEUS arbitrio humano vim non infert, 8. Vienna, 9. Quidam liberationem non visuri ob incredulitatem, 12. Solatia, domestica in cruce, Videnti, 16.*]

EOdem die, *post preces pomeridianas, factum est ad me Verbum Domini, dicendo:* 2 Miraris nihil venire à tibi Adjuncto, & Sigismundo? Noli mirari: multi sunt qui impediverunt, & impediunt, odiò & suspicionibus te involvendo; sed non prævalebunt, videbis. 3 Tantummodò tu patienter expecta, perveniet ad te solatium illud promissum tibi, Nb Nb. S; fac solùm quæ mando! 4 Pr. Sig. contristatus est super literas Affinis sui: cui videtur fieri non debuisse, ut ille Sororem haberet suam, quæ tamen nihil fuit nisi creatura mea, sicut & alia. 5 Cogitat Affinis, ejus aliquâ culpâ sororem non vivere: quia non intelligit consilium meum, cur Ego subduxerim eam. 6 Satisfactum est decreto meo: ut Sigismundus non habens jam quod respectet, erectiore capite sequatur ductum meum: confirma illum! 7 *Ego autem cogitare cœpi, jussum me fuisse obsignare os meum: ad quas cogitationes meas Dominus;* Jusseram, sed quum ille timens me inquirit in voluntatem meam, paratus eam sequi, gratum id habeo. 8 Scias autem, me significatâ hominibus voluntate meâ, neminem crinibus trahere invitum. 9 Exercitus ejus gravis erit Terræ huic: festinet igitur Viennam versùs, quò & Septentrionales & Occidentales convolabunt ut Aquilæ. 10 Si Viennenses tradiderint eum qui quæretur, non tam horribiliter super illos effundetur,

r, ut antè minatus sum (A. 1643) ira mea: nam & ibi Cultores meos
abeo, quos bonum esset à te quoque præmoneri. 11 Aliâs, si contumaces
:unt, ut antè dixi ita dico, sicut Jerusalem evertentur: sed tu hæc in præ-
:ns tacitè habe, nemini communica, cautione opus est, 12 *A. Klobusicius*
on provivet, ut videat opus meum totum, quiddam tantùm animadvertere inci-
iet: apprehendet illum malum à me, sicut & affinem suum N.N. tyrannum ege-
orum; qui Equo lapsus cervices franget brevi, illud enim in manu habeo. 13 *Ab*
odierno die retrò ibunt omnia ejus, etiam opes, manu prædatoriâ, & per captata
munera, collecta. 14 *Imposui Ego finem Palatino, & Paratsai, afflictoribus Ve-*
ris: imponam & his, qui Adjunctum tibi turbant, & te contristant; sunt enim
ui eum turbant multi, sibi similes. 15 *Si te ad se vocaverit, ibis, & Ego te-*
cum ero: mea solatia expecta. 16 *Miserebor & Uxoris tuæ, eamque morbô le-*
vabo, sicut & filium: pro quo ora, ut evadat ipse quoque vas gratiæ ad serviendum
tibi in Evangelio, sicut tibi prius de illo, non autem de altero, loquutus sum.
7 Mihi confide, serve mi! rarò exi, domi reside, hominum consortio pa-
um utere: sunt enim ex iis quoque qui ad te visunt, multi hostes tui, sed
gmina Angelorum meorum tecum erunt, dum tu in opere meo. 18 *Qui-*
us ego auditis, lætitiaque perfusus, cantare cœpi laudes DEI. &c.

[v.12. A. Klobusicius fuit Vir nobilis, doctus & pius, Politicus in sua gente summus, Principi matri à consiliis intimis: per cujus manus ad Principem Transf. (post Sigismundi mortem) transmittebantur omnia. Hic non semel Adjuncto fassus fuit, agnoscere se hæc ab altiore virtute venire: & tamen consilia Principum non secundùm hæc, sed secundùm ratiocinationes humanas, dirigebat. Quare quod hîc minatus est Deus, implevit opere ipsô Anno 1655, illô (cum filia & filiabus duabus) peste peremtô, 19 Nov. De quo infrà.]

REVEL. LXXVII. 3 Dec.

[*Quô sensu Henritta incubuisse statera dicta fuit.*]

D*Ies erat Dominicus; ubi post fusas ad Dominum matutinas preces, tristis*
eram valdè super ludibriis, quæ mihi ob Henrittæ mortem fiebant; respondit
Dominus dicens: 2 Frustra te maceras cogitationibus tuis de incubitu Hen-
rttæ in stateram: jam enim incubuit. 3 Idque, primùm, conjunctione cum
.acociorum Domo, quæ per illam magnis Familiis juncta magnum in se
diversorum convertit respectum. 4 Deinde, incubuit abitu rursum suo,
: ille eam respectans segnis esset in opere meo, sicut cœperat; de quo tibi
m ante dixi. 5 Tertiò incubuit metum illi concitando, ad evitandum
.teriores plagas, quas ob inobedientiam inflicturus essem illi. 6 Tu tran-

 quillo

quillò es animò! Gloria mea ſplenduit ſemper in operibus meis, ſplendereque neceſſe habet. 7 Vigila & ora.

Revel. LXXVIII. 5 Decemb.

[De ſubita rerum mutatione, 3. *Betulleti ad mandata DEI tandem obſequium præfiguratur, 6, & prænuntiatur, 7. Ioſua mittitur ad Ioſuam, 9. Signum ſumere jubetur, ustenus occultum, 15 &c.*]

ITerum factum eſt ad me Verbum Domini, diluculo: quum præ animi tædio totam noctem inſomniâ & ſuſpiriis (tum in lectulo recubans, tum exiens ſub dium) transegiſſem, peteremque ut indormire poſſem. 2 *Indormivi enim, & vidi me tranſire per pontem & aquam ponte altiorem, rapidéque fluentem.* 3 *Excepit autem me Vir quidam, & introduxit in domum hominibus refertam, colloquentibus de ſubitâ rerum mutatione: mihi verò adductus fuit Equus generoſus, quem conſcendere graviter tentans, evigilavi.* 4 *Et vox Domini illicò ad me:* Currunt, currunt tempora mea, de quibus tibi loquutus ſum! Rediit dilectus meus, para te; videre enim te geſtit, & alloqui. 5 Ne timeas, providebitur tibi à me: tantummodò confide mihi. 6 *Et cum hoc dicto apparuit coram me Vir honeſtus, canitie venerabili, geſtans ore candidam pulchrè floreſcentem Roſam; & cum illo mox alii graves viri, à quorum conſpectu exhilaratus fui.* 7 *Et Dominus ad me:* Gaude, jam enim effloruit in ore meo Roſa Betulleti mei, ſpargitque & ſparget gratum naribus meis obſequii odorem. 8 Germinant & Orientales ramuſculi: Septentrionales itidem ut Balſamum, & ut Lilium, odore ſuavi afflant Occidentales. Jam exhilarabor in operibus meis. 9 Tu Joſua dilecte mihi ibis, vocatus ab illis. 10 *Ego verò cogitare cœpi, Quis iſte Ioſua? quum priùs Dominus Sigiſmundum Gedeonem appellaſſet.* 11 Tu illius eris Joſua: ad quem ubi veneris, dices, Ut convocet intimos Conſiliarios, quibus fidit, & qui diligunt me, duos trésve: cum illisque ineat conſilium de velociſſima conſilii mei exſequutione; ductu Pſalmi 96, & 149, & Jer. 51: v. 12: & totius capitis 50. 12 Tu verò conſiliò initò reverteris domum: & illi adjungant tibi comitem Virum præſtantem, cum quo per ſingulas majores Urbes tranſeundo, ſiſtetis gradum apud Paſtores, inquirendo in Viros graves, pios, Evangeliique mei amatores, fervidos, duos vel tres. 13 Quos deinde conveniendo informabitis de voluntate mea, quid per dilectum mihi Betulletum effectum velim hac in terra: illi autem forment, cum votis ad me, de celeri exſequutione operis mei, judicium tam candidè, quàm fervidè animæ ſuæ ſalutem amant. 14 Obſtringantque quiſque Virorum iſtorum fidem ſuam, manu ſuâ, mihi DEO

Crea-

eatori, DEO Redemptori, DEO Sanctificatori, & illi quem Consilii
i constituo Exsequutorem. 15 Sumes verò tecum signum, pro confir-
ndo in fiducia erga me Sigismundo, & teipso (*rem occultò tibi revela-*
t) quòd Ego Jehova loquutus sim. 16 *Exporrectâque ad me manu Do-*
nus, dixit: I dilecte, quò te mitto (*ad cognoscendam rem illam occultam*).
untô Nomine meô tecum! neque metuas. 17 Dic: In nomine Jehovæ
io quod facio! & in nomine Domini JESU, sedentis ad dextram vir-
is DEI! & in nomine Spiritûs Sancti! 18 Et ecce, legiones Angelo-
m meorum tecum erunt! Dextra mea tecum erit! *porrexitque iterum dex-*
am mihi clavô perforatam, quam osculatus sum. 19 *Et addidit Dominus*: Ne
liviscere Nominis mei, quò Ego concutio maria, rursumque tranquillo;
dimoveo terras & rupes locô suo; & facio quicquid volo, quando volo.
Surge & isthaec scribe, nullâ adhibitâ dilatione.

v.7,8.) Nihil horum videre adhuc erat humanitùs, tum temporis: vidit autem id qui omnia videt eminus, quod nos quinquenniô demum exactô videre incipimus. v.15. *rem occultò revelatam*) Thesaurus Videnti certo loco indicatus, suo tempore eruendus.]

REVEL. LXXIX. 14 Dec.

[*Visio de Idololatris diffugientibus; Domoque Ecclesiæ diruta, sed restauranda.*]

Vidi per somnum ipsô diluculô (*post peracta matutina vota redormiens*) *in-*
troiisse me in Aream quandam, plenam Sacrificulis Pontificiis, Ceremonias
s, quisque Ordo locô suô, peragentibus. 2 *Quos quum lustrarem, jamque ad*
mos venirem, ortus fuit, nescio unde, terror quidam, & tumultus, & clamor,
diffugium, ut momentò dissipati essent omnes: ego autem steti attonitus. 3 *Tum*
spiam manu me prehendens, ostendit mihi Domum magnam, cujus conclavia
peristylia olim speciosa, jam autem destructa erant: quam admiratus sum.
Cùm verò evigilassem, dixit ad me Dominus: Tum ecce velociter fugita-
at ex hac Terra Idololatræ! 5 Domus autem quam vidisti dirutam, est
tata nunc Ecclesia mea, quam vos restaurare, ac in ordinem redigere, de-
bitis. 6 *Et ego laudavi Dominum.*

REV. LXXX. 16 Decemb.

[*Conjecturæ humanæ vanæ, 2. Stagnum peccatorum nostrorum eluitur mari misericordiæ DEI, 6.*]

Redieram pridie ab amico peregrè, ubi de his colloquebamur timidè. 2 *Di-*
luculo igitur Dominus ad me; Conjecturæ humanæ omnes sunt frustraneæ
hoc opere meo, quod impossibile videtur. 3 Hominibus utiq; impossibile:

K 2 mihi

mihi facillimum erit, simul atque terminus à me positus venerit, æquè ut facilis fuit dextræ meæ Mundi creatio. 4 Dummodò servi mei ita procedant, uti jam mandavi: non peccantes, tecum unâ, in me obstinatè. 5 *Ego itaq; humillimè culpas deprecatus, condonari mihi & aliis petii.* 6 *Et Dominus* : Stagnum peccatorum tuorum, aliorumque mihi se humiliantium, & ductu meo acquiescentium, eluetur mari misericordiæ meæ. Tu expecta solatia mea. 7 *Ego itaque occinere cœpi ex hymno Ecclesiastico* : Emunda immunditiem nostram, & emenda pravitates nostras &c.

REVEL. LXXXI. 18 Dec.

[*Visio Librorum compingendorum, & compactorum,* 2, 3. *Opus DEI si non procedat, cujus sit culpa,* 5. *Vrgendi jam Exsequutores,* 10. *& cur* 11 *&c.*]

ANteluncanò, post peracta ad DEUM suspiria, indormivi demùm. 2 *Et vidi me eximio cuidam viro colludere super scamno quodam : & allata mihi fuerunt Volumina chartarum typis descriptarum, ad compingendum, & postea distribuendum.* 3 *Sed hæc prima non adeò fuerunt accepta, ut allata mox, pellibus odoratis intecta: de quibus dixit, qui ea mihi tradebat,* Ne differas, mitte illa! 4 *Cum hoc evigilavi, & Dominus ad me* : Gratè acceptant Gentes ea quæ per te, & Additum tibi, revelavi. 5 Mirarique incipiunt sapientiam meam, Cur Ego annis superioribus opus meum, destruendi spiritualem Babylonem & Meretricem, non peregerim per eos quos excitaveram, Regem Sueciæ, & Principem Transylvaniæ, 6 Sed apparebit non meâ culpâ, sed suâ, evenisse: consilium enim meum neque intelligere, neque credere, voluerunt, decurrisse terminos Bestiæ. 7 Non mea culpa fuit (ut te exemplo instruam) quòd Adam fuit lapsus, quem Ego perfectum, & de omnibus rectè informatum, feci : sed ipse sibi fuit reus, qui mei, & mandati mei, oblitus, Arborem vetitam adiit, & de illa edit. 8 Ita hos inobedientia sua, incredulitati juncta, seduxit. 9 *Mihi verò in mentem veniebant Halberstatensis, Mansfeldius, VVimariensis, & alii : ad quæ Dominus,* Omnes hi eodem laborârunt morbo, sua tantùm quæritantes. 10 Tu proinde dic illis, quibus loqui mandavi, unà cum illo quem tibi auxilio dedi, tibi mihique charo; Suadeat illis, non cunctari ampliùs, neque differre opus quod peragere habent. 11 Scis enim brevem tibi terminum esse à me detectum, intra quem consummari opus meum necesse est. 12 Hac in Terra leviùs procedent omnia, alibi asperiùs, cum sanguinis profusione, quamdiu Orbis habitatores non in se redierint, ad exsequendum hoc opus meum. 13 Noli mirari, nihil ab illis venire hucusque: veniet, ne metue: illi verò mirantur te nihil

hil scribere. 14 Sed novi Ego quòd per te non stet: Tu tantùm esto pa-
tus, dumque vocabunt, ito in Nomine meo &c.

REVEL. LXXXII. 23 Dec.

[*Periculum Videnti prænuntiatur*, 2, 3. *Initium exsequutionis ubi faciendum*, 4: *& ubi Reformationis*, 6. *Promissio singularis ad tempus occulta*, 7, 8.]

Visus mihi fui secundùm quietem apud amicum quendam, cui præsentia mea grata fuit. 2 *Sed interveniens tertius quispiam, staturâ brevi, dixit ad e*, Ne moreris hîc diu, periculum instat tibi! *Ego autem*, *Quorsum ibo? si-ulque evigilavi.* 3 *Et Dominus ad me:* Gratè excipiunt Gentes vocem ubæ meæ, emissam per te, unde tibi periculum suborietur: Quare si te vo-verit Princeps, ibis, apud illum in tuto futurus. 4 Dicesque illi, in vo-ntatem meam inquirenti, eam esse, ut initium ipse faciat in Dynastiis suis. Terra hæc facillimè repurgabitur: Bohemia, Moravia, Silesia non æquè cilè. 6 Vos Patriæ redditi reparate Ordinem Ecclesiæ, ut sitis aliis Na-onibus speculo! *Ego autem oravi, ut Dominus confirmaret Verbum suum, nfortaretque servos suos.* 7 *Cùm autem redormivissem, vidi eundem Amicum itiantem mecum in Horto arborum & fructuum pulcherrimorum pleno: ille rò deducebat me ad quendam peculiarem locum, dicens, ostensurum se mihi ureum lectum.* 8 *Experrecto mihi dixit Dominus:* Attende! ostendam i quæ promisi, tuum & aliorum in usum, &c.

REVEL. LXXXIII. 31 Dec.

[*Dolium Gentium dissilit*, 2, 4. *Videns Posonium mittitur cum Vexillis*, 5. *Vrbibus per Hungariam liberis nomine trium Regum quid indicendum*, 8. *Ladisl. Rakoci*, 10.]

Ecundâ post noctis medium obdormiens vidi Currum, vehentem impositũ sibi, beneque obtectum, Vini Dolium magnum, per montis quendam clivum. 2 *Ecce tem eversus est, & perversus aliquoties, Doliumque infractum! & emanabat ultùm vini, valdè clari.* 3 *Præsentes igitur devolutô è curru Doliô, circum-cere illi tentabant circulos: sed frustra, Vinô indesinenter profluente.* 4 *Exper-ctus, quid sibi Visio ista vellet cogitare cœpi. Et Dominus:* Dolium in quod o congregavi Gentes, dissiliet brevi! *& oravi pro istis Gentibus.* 5 *Di-ulô appropinquante relapsus in somnum fui, & vidi me cum duobus Legatis tti Posonium, dataque sunt nobis Hastæ, quas præferendo elevatas, incessimus Urbis plateas in forum usque, ubi explicuimus Vexilla hastis circumplica-*

ta, cum Insignibus per illa depictis. 6 *Ego verò meum altiùs erigens Vexillum ita vibrabam, ut conspici undique posset: inquisivique in Urbis præsidem, Iudicem Regium.* 7 *Quem responderunt habitare in platea, ubi Carnificis quoque habitatio est: & mirabar cur isthic.* 8 *Et mox vocem Domini audivi* : Celerrimè fiat significatio Urbibus Cæsareis hoc in Regno, nomine trium Regum, ut juvent exsequi opus meum citò. 9 *Cogitavi ego, Quinam isti Reges? Et Dominus*; Svecus, Danus. *Tertium non nominabat, sed mox*: Princeps Vester, dilectus meus, faciat initium per ditiones suas. 10 Quô visô,& quid atque cur suscipiat intellecto, adjunget se illi cum timore patruelis, Pauli Racoci filius, auxilio. 11 Tu hodie ista ne scribas, donec tibi plura dixero.

[v. 6. *Iudicem Regium*) Civitates enim Hungariæ non Consules habent, aut appellant, sed Judices.]

Incipiunt REVELATIONES factæ Anno M. DC. LII.

REVEL. LXXXIV. Januarii 1.

[*Visio frugum ad messem maturescentium & demessarum: sine dilucidatione.*]

INsomnis vidi Campum frugibus ad messem maturescentibus plenum: & mox Septentrionem versùs jam demessum, terramque quasi rubricosam, arari denuò. 2 *Ex opposita verò parte indemessæ stabant fruges, spicis prægrandibus, maturrimisque: à tertio denique latere frumentum jam extritum.* 3 *Expergefactus de somnii significatione cogitare cœpi: sed elucidatio facta est nulla, neque vox ulla.*

REVEL. LXXXV. Jan. 2.

[*Explicatio hesternæ Visionis de imminente magna Messe,* 2, 3. *Zizania exterminanda.* 4. *Et doctrina prava cum Imaginum Idolis,* 5, 6. *Lux accendenda Gentibus,* 8 *&c.*]

COntinuabam, tertiâ jam nocte, descriptionem ad mundum priorum Visionum: sub diluculi verò horam animi tædium irrepsit, reposuique me, & lucescente jam die obdormivi, nullam videns visionem. 2 *Sed ut fui expergefactus, sensibusque plenè redditus, insonuit vox Domini binâ vice*: Ne metue dilecte mi, quem postremo hoc seculo elegi è numero servorum meorum in terra, per quem, ceu Tubam meam, exultabundus, atque cum delectatione, notam faciam Gentibus & Populis voluntatem meam, antiquumq; decretum meũ

ut

ſe congregent contra Beſtiam, Meretricem Babylonicam. 3 Nam ecce
aturuit jam ſeges Gentium, ſicut oſtendi tibi heri! Meſſis adeſt, ad con-
egandum omnes ſub vexillum regiminis mei. 4 Exite, Meſſores mihi
ariſſimi, ad exterminandum de agro meo abominabilis Idololatriæ Zizania
:r Orbis Gentes! ut ne ampliùs veneno doctrinæ pravæ inficiantur Oves
eæ. 5 Doctrina enim prava, ab humanis commentis mihi & legi meæ
ntrariis orta, venenum eſt animabus: 6 Ut & totus ille apparatus Imagi-
ım, imaguncularumque, quibus populi mei ſeductores impleverunt per tot
egna Mundi, Templa, Domos, Libellos: à collo etiam illa geſtantes, &
lorantes, in mei & nominis mei contemtum, à quo me jam vindicabo, per
entes quas in facie Terræ habeo. 7 Quæ ut jam congregentur volo, & in
ɪculum Meretricis refundant afflictionem, quâ Meretrix affligebat meos,
ıpliciter. 8 Tu vade in Nomine meo ad dilectum mihi Betulletum, ac-
:nſáque in conſpectu ejus face, dic: Ita Jehova DEus totius Terræ per vos
:cendet lucem Gentibus! 9 Excutite ſcintillas in fomitem, & ſuſcitate ignē
ìc in Terra! accurrentque ad lucem hanc Gentes, & renovabitur, dealba-
tur, emundabiturque Domus Eccleſiæ meæ ſuper Terram (*oſtenſaque mihi*
it eo momentô ſplendens admodum) 10 Exhilarabor in operibus meis,
in facinoribus manuum mearum: meſſis enim mea venit. 11 Vos
tem extrudite, extrudite Meſſores, ad implendum lumine meo Ha-
tatores Terræ! Gaudete & exultate in DEO Salutari Veſtro! annuntiate
populis ſalutem DEI Veſtri! 12 Gaude & tu ſerve mi! Ibis enim an-
ıntiatum Nomen meum! Et Ego tecum ero, faciamque ut oculi tui videant
cultum opus meum, revelatum tibi. 13 Jam ſurge, & iſta ſcribe! *mihi*
rò jam exciderat initium quoque ipſum. 14 *Et Dominus*: Inter ſcribendum
ɜgeram tibi omnia: *atque ita factum eſt.* 15 *Ego verò laudavi Nomen DEI,*
mnô è Pſalmo 95. deſumtô.

Revel. LXXXVI. Jan. 3.

[*Viſio Theologorum antiqua volumina evolventium, 2. Effigierumque & Vaſculorum pul-*
cherrimorum, 4, 6. Et laſcivæ turbæ, 11: & Portæ abyſſi, 13, 21. Examen conſcientiæ, 16.
Videns ſpiritum recipere jubetur, 23.]

TErtiâ poſt noctis meridiem, fuſis ad DEUM precibus, redormivi; appetente
verò luce, evigilavi & non evigilavi, velut in ecſtaſin raptus. 2 Et appre-
uſâ neſcio quis manu meâ introduxit me in Conclave, ubi congregatos vidi vi-
Theologos, notos mihi & ignotos, luſtrantes libros Scripturarum, & anti-
orum Patrum, Hebraicè, Græcè, & antiquo-Bohemicè ſcriptos. 3 Porrige-
bantque

electa, quomodo gaudeant gaudiò ineffabili. 9 *Ego autem dixi* :
minc meus, & Rex meus, cur ego tollere unum illorum non potui, ut haber
que unde gauderem ? 10 *Respondit* : Impedit te vas mortalitatis Tuæ,
adhuc in sinu gestas, hâc depositâ invenies omnia quæ vidisti : sed
misce iterum, & ostendam tibi alium hominum statum. 11 *Indorm*
tur ; *& mox experrectus , ac in ecstasin raptus , introductus fui in loc*
multitudo erat mulierum & puellarum formâ eleganti, sed moribus fœdis
bant enim ad me protervè, & me tangebant lascivè, ut eas metuerem , &
rem inde. 12 *Deductus iterum alium in locum, vidi tantùm Viros & ad*
tes, parvos & magnos, sed nudos, aspectu tetros , ac ob corporum & morum
tatem abominabiles, quos etiam intueri dissuadebat. 13 *Cùm verò ad me*
sem, dixit Dominus : Ostendi tibi duo hominum genera detestabilia
me. Veni porrò, & deducam te ad portam Abyssi, januamque
14 *Interim filiolus meus Andreas, mihi accubans ac dormiens, flere cœp*
rei cogitare cœpi causam. 15 *Et Dominus* : Te plangit, ostendi e
te mortuum. Tu autem redormi ! *& oppressit me illicò sopor , sed & i*
servit. 16 *Abreptum verò à sensibus deduxit me Dominus in locum se*
ibiq; Conscientia mea habito examine ostendit mihi omnia peccata & err
ab infantia. 17 *Ob quæ rubescens, & illacrymans, oravi Dominum ut*
ret sanguine Vulnerum suorum, effusò in cruce, &c. 18 *Et Dominus*:
quàm nihil me lateat, quid, ubi, quando, quis mortalium agat ? qui

21 *Ego vero stans ad Portam illam, vastæ magnitudinis, & quasi ferro obdu-
ctam, rogavi Dominum, ut Inferni abyssum ostenderet mihi.* 22 *Respondit*: Non
ferres, nec tempus est. Sufficiat tibi ad portam Mortis deductum fuisse, ut
censereris inter eos qui redeunt in pulverem, corrosi à vermibus (*Fuit autem
status tunc meus mirus, ut ubi essem, & quid mecū fieret, penitùs nescirem, præter
quòd Dominum haberem præsentem.*) 23 Tu recipe in te Spiritum meum, &
vive porrò etiam. 24 *Factumque est, nescio quomodo, ut ter adapertô ore, ter in-
tromitterem Spiritum, recreatumque sentirem animum meum.* 25 *Addidit
Dominus*: An demeministi, quid Ego in terris agens testatus fuerim? Fieri
non posse, ut qui abysso Inferni mersi sunt, transire ad nos queant in Cœlum:
nec ii qui apud me in Cœlo sunt, descendere deorsum. Ergò & tu semel eò
deductus non exires in æternum. 26 Fac tu quæ ego mando, etiam ra-
tione occultæ illius rei quam tibi revelare promisi: tecum Ego sum. 27 Tu
esto vigilans, & misericors erga proximos, etiam in eo quod in manum tibi
tradam: sed novi cor tuum ita affectum, ut animam quoque dividere cum
proximo sis paratus. Surge & hæc nullâ interpositâ morâ scribe. 28 *Scripsi
igitur, admirans profunditatem Sapientiæ DEI, oransque cum Salomone Sapien-
tiæ augmenta, è Sapientiæ libro capite nonô.*

[v.27. *animam dividere cum proximo*) Verissimus hic est Videntis nostri character: nihil erga quenquam invidiæ, aut odii, aut avaritiæ vel tenacitatis, in illo notari potest humanitùs. Quod non fucatè ab illo fieri, sed ex animo, testimonium hîc est Omniscii.]

REVEL. LXXXVII. Jan. 12 & 13, & 14.

[*Solatia de implendis promissionibus*, 1, 2. *Obsessio Cæsareaneorum*, 3. Sig. Rac. in domo Patris sui quærendus, 4, 5. *Vita Nazarei*, 6. *Salus ex Iudæis*, 7, 8. *Messis Dei adest*. 9.]

B*Iduò primô, sub diluculum utrinque, ostendit mihi Dominus multa & va-
ria, solatio mihi.* 2 *Alterâ verò die (Sabbati fuit feria) jussit vigilare,
expectaréque promissiones Ecclesiæ factas, ut & mihi, impletum eas iri; obstrin-
gens me ad obsequium mandatorum suorum.* 3 *Tertiâ verò die, quæ Dominica
fuit, audivi fragorem displosorum tormentorum in aëre: quô cessante, allatus fuit
fascis ingens epistolarum, quibus Exercitûs Cæsarei à VValachis obsessio nuntia-
batur: quam & videre visus sum.* 4 *Ut evigilavi, & de P. Sigismundo cogi-
tare cœpi, quid rerum nunc ageret; respondit Dominus*, Molarem lapidem
parat, quia molendi tempus est. 5 Tu autem para te, ut illum edoceas de
voluntate mea, ne quid in te desideretur; invenies eum in domo Patris sui,

6 *Cogitabam autem: an ibi vinô uti licebit? Et Dominus*: Apud tibi Adjunctum utere ad necessitatem: coram Principe autem Nazarei vitam age. Mihi enim gratum est obsequium ab iis quibus voluntatem revelo meam, sicut & tibi. 7 *Et mox me occupavit somnus: & vidi quendam mecum, & cum Episcopo Ilaviensi, disputantem* de SALUTE, *unde nam esset? eratque hoc actum in præsentia multarum Nationum, etiam Iudæorum.* 8 *Ego igitur exclamavi, Scriptura dicit*, Salus ex Judæis est, *voce tam vehementi ut expergiscerer.*
9 *Et Dominus:* Messis mea, Messis mea, appropinquat! Parent se Messores, & ne cunctentur! 10 Tu autem confide mihi, & fac alacriter quicquid mando: Surge & hæc scribe!

[v. 5. *invenies eum in domo Patris sui*) Prima hîc est, sed tecta, appropinquantis Sigismundi mortis indicatio: qui in Transylvania hiemem agens, ibique 4 Febr. mortuus, paterno Sepulchro inferri debuit.]

REVEL. LXXXVIII. 18 Jan.

[*Consilia conscribuntur*, 2, 3. *Sigism. R. lugubriter vestitus*, 4. *Filii Racoci conducti ad agendam causam DEI*, 6. *Exercitus illis unde*, 7, 8. *Coronatio*, 11. *Mensa ex Idolis conflanda*, 13. *Concorditer agendum*, 16.]

I*Terum factum est Verbum Domini ad me, quum surgere volentem in quiete esse jussisset Dominus, exhibiturum se mihi quiddam.* 2 *Et indormivi: visusque mihi sum ingressus conclave quoddam, jussusque assidere mensæ, & scribere: scripsi igitur, donec non superesset charta, præter frustulum.* 3 *Ad me verò scribentem accedebant, & recedebant varii, utriusque sexûs, consilia suppeditantes quid esset scribendum.* 4 *Tandem accessit Virgo elegans, & sequutus illam* Pr: Sigismundus, Veste Germanicâ lugubri indutus, *quid consulendum esset requirens.* 5 *Cui Virgo linguâ Slavonicâ respondit, illeque pariter Slavonicè loquutus, mensam contegi jussit: & accubuimus unà pransi &c.* 6 *Expergefactus verò audivi vocem Domini*: Mercede conduxi Filios Racoci, ut causam agant meam: nunc unà sunt, Sigismundúsque miratur nihil venire à te.
7 Paratus esto ire, ubi te vocabunt, dicesque: Sic ait Jehova: Gentes exteras mercede conducite, non autem domesticos. 8 Incolæ gratis consurgant ad opus meum: & Ego illis ero merces. 9 Extra Patriæ limites egrediatur nemo, antequam vocati fuerint: qui exire tentaverit, maledictio mea recidet in eum, & domum ejus. 10 Multi enim exire Patriâ, & adjungere se sui similibus, mala machinando, volent, sed suomet malô: at viarum transitus occludendi erunt maturè. 11 Festinentque occupare Posonium: ubi coronabitur Princeps, sicuti Patri ejus fieri debebat, in præsentia

Lega-

Legatorum trium. 12 *Et cogitavi, Quorum? respondit Dominus*: Primus erit Turcicus; reliqui Confœderatorum, de quibus ante dixi. 13 Posonium comportentur Idola fusilia, aurea & argentea, quantùm eorum fuerit repertum hac in Terra: inspectantibusque omnibus confletur ex illis Mensa, cum fulcris suis, ad quam futuris temporibus consideat Rex cum Consiliariis suis, in sempiternam Idololatrarum ignominiam. 14 Reliqua de thesauris & spoliis eorum convertantur in bonum publicum: sicuti & de Spiritualium bonis confiscatis exsolvi debebunt stipendia mercede conductis. 15 *Ego autem cogitavi, Dictum antea fuisse mihi, Exercitum Principis gravem fore Terræ huic, aliò ut festinaret.* 16 *Ad quas cogitationes respondens Dominus dixit*: Compositis domi rebus vocabuntur, lubentesque sequentur: sed qui se ultrò separabunt, & ante alios exibunt, execrabiles habebuntur ab aliis Terræ habitatoribus. 17 Tu hæc omnia habe parata, ut dum vocaberis ire possis. 18 Surge, scribe hæc, ne differ. &c.

[v. 4. *veste lugubri*) Altera mortis Sigismundi significatio. Mandata tamen *Filiis Racocii* dantur (v.6.) quasi uterque Divini consilii exsequutor futurus esset, quum alter voluntate tantùm, alter opere, servire debuit DEO.]

REVEL. LXXXIX. Jan. 19.

[*Videns esse anxius, & curiosus, prohibetur.*]

POst preces matutinas, antelucanô, orabam ne me desereret DEUS propter misericordiam suam, sed porrò etiam quid à se fieri vellet manifestaret: sicuti fecisset olim servis suis, Mosi, Danieli, Apostolis. 2 *Jussit ergò me indormire Dominus: & cùm evigilassem, die jam lucescente, dixit*: Desere morem istum exquirendi à me, & quid Ego manifestare tibi debeam anticipandi. 3 Meliùs Ego, quid te aut alios scire vel ignorare expediat, novi, quàm tu cogitare potes. 4 Tantummodò tu voluntatem meam fac, & in meo ductu acquiesce, non derelinqueris: novi Ego necessitates tuas. 5 Difficile tibi videtur illa exsequi quæ mando: sed ostendi tibi per visum hodie, mihi non fore difficile quicquam eorum, de quibus tibi loquutum est os meum. 6 Omnia precibus intentus age, & experieris me nihil frustra loquutum. 7 *Oravi igitur, decantando,* Cur tam tristis es anima mea &c.

REVEL. XC. 20 Jan.

[*Opera DEI, & nomen Filiorum Racoci, celebranda per Orbem totum.*]

L*Ucescente die, factus est ad me sermo DEI*: Euge serve mi! 2 *Ego autem, ad quem ista Verba sonarent, cogitare cœpi:& Dominus,* Ad te. 3 Ita enim te amabunt & compellabunt Gentes, ubi ad eos pervenerint ea quæ per te, & dilectum mihi, Adjunctum tibi, loquutum est Os meum. 4 Qui non ob mercedem aut retributionem humanam,operam ponit in hoc opere meo, sed gloriam meam dilatandi desiderio: quamobrem charum habebunt illum etiam, qui illius promotione hæc in lucem ire intelligent. 5 Ultra ultimos Oceani terminos diffundet se splendor Betulleti mei dilecti, nomen filiorum Racoci: quibus tu manifestabis omnem voluntatem meam. 6 Hîc autem ista nemini revela: *Surge & scribe &c.*

REVEL. XCI. 25 Jan.

[*Clavis aperiendorum Consiliorum,* 2. *Non otiandum,* 5,6. *Sigismundi Aulicus cum pileo atro,* 7.]

P*Ost ordinarias preces, quas anxius spiritu effuderam, indormivi mandante Domino, & dicente*: Mitte volaticas istas cogitationes, potiùs te quieti da. 2 *Obdormienti ergò venerunt in occursum tabellarii, quorum unus tradens mihi clavem, dixit,* Para te ad referandum consilia. 3 *Cumque mox expergefierem dixit Dominus*: Venient literæ, varia judicia (de rebus tibi revelatis) ferentes. 4 *Simulque redormivi, & me sub Arce Lednicensi conspexi stantem cum Viro quodam, ad nosque ex Arce descendentem Capitaneum ante has,* Andream Rezi, *qui nos alloquutus fuit humanissimè*: 5 *Ecce autem Vir quidam adventabat, senex, albô vectus equo: cui Rezi, cur non trahâ venisti potius? Me autem manu prehensum abducens dixit*: Nos quid agimus? cur otiamur? 6 *Respondi ego:* Judæi non otiantur: legunt enim Legem, & orant. 7 *Et mox accessit quidam ex aulicis Pr. Sigismundi, pileum atratum gestans sub axilla, exquirens Principis nomine,* Quot millibus hominum opus erit? 8 *In hoc evigilavi, & Dominus ad me*: Dic ei, Bis mille sufficient initiò: Civitates præterea singulæ dabunt 150, & Habitatores Terræ adjungent se. 9 *Tu dices Principi,* Mandet Posoniensibus ut custodiant Coronam &c.

[v.7. *ad finem*) Adhuc Dominus ludit cum servo suo: mandata dans quasi ad Sigismundum, ejus tamen obitum tectè iterum indicans v.7.]

REVEL.

REVEL. XCII. Februarii 2.

privilegia distribuens, 1. Salus DEI annuntianda omnibus Terræ Nationibus, 2: ... jam, 3. Confessio Videntis, 5, 6, 7. Revelationes hæ non diutius occultandæ 8 (ad 13.) ... nes Gentes Terræ hæreditas Domini, melioribus erigendæ promissis quàm Israel olim, ... 15. Non silenda hæc ampliùs, 16. cooperandumque DEO, 17; fidem requirenti; & ... mittenti, 20.]

m à noctis medio factus est ad me sermo Domini, postquam visio præces- de Pr. Sigismundo Immunitates & Privilegia distribuente: quorum ... ad me quoque, & posteros meos, spectabant, magnô meô gaudiô. 2 *Red- ibi ad me dixit Dominus:* Ecce servi mei, vos duo non mercede condu- mihi gratis & ex amore servientes! quos Ego excitavi, Ego inquam ator Terræ Jehovah, Creator montium, Pater, Filius & Spiritus S. ..., ut annuntietis salutem meam omnibus Nationibus Terræ. 3 Nam es mei venerunt, ut exultem & glorificer in Operibus meis, in facie Terræ! 4 Igitur accingere, & para te ut nunties hæc tibi concre- n ulli priùs quàm illi quem tibi auxilio dedi, gratis mihi parato, omni- Gentibus servire avido, pro gloria mea. 5 *His ego auditis, præ gaudio dixi: O Iehova DEUS deorum, Dominator Cœli, Terræ, Ma- mnium! Ecce sto in conspectu Tuo & ministrantium Tibi Angelorum ..., & in conspectu servorum Tuorum Patriarcharum, Regum, Prophe- Apostolorum, & in conspectu totius creaturæ Tuæ!* 6 *Confitens, & Te s testem, nunquam me vel cogitatione proposuisse aliud, in omnibus quæ à te Tua accepi, quàm Sanctissimi Tui Nominis gloriam, ad solatia & salu- tionibus Terræ: ut videre possent oculi mei quæ promisisti, & servo Tuo tes, olim & jam.* 7 *Ah indignus ego sum, pulvisculus Tuus, tantâ & quid promereri de Te potui, ô mi Creator? Iam igitur supplex oro ..., & adjuta famulos Tuos!* 8 *Respondit:* Jam tempus est, jam hora nit, ut non sub modio detineantur, sed in lucem eant, revelata à . 9 Ideò scribite & imprimite quarumvis Gentium linguis, & di- ad Nationes Terræ. 10 Audite Reges, audite Dominatores po- n, jam esse tempus ut faciatis voluntatem meam, & dejiciatis de hu- vestris jugum Meretricis, jugum aggravans! detisque gloriam Illi et in throno. 11 Notum facite per Gentes, remotas etiam, exple- e mensuram abominationum Babylonis, ut accipiat è manu Vestra ..., ultionis Sanctorum occisorum servorum meorum! 12 Ecce novem ... is loquutus tibi sum, non mercede conducte serve mi! Et nolo, nolo hova Dominator Terræ silentiô diutiùs premi revelata tibi. 13 Sed

dimittite illa inter habitatores totius Terræ, ut repleatur Terra cognitione mei & voluntatis meæ: 14 Sciantque omnes sub Sole Nationes, non solum Israëlem fuisse populum meum: quem mercede promissæ Terræ, fluentis lacte & melle, conduxeram mihi, promissionéque Filii mei: quæ & promissa exsolvi, cùm temporis plenitudo venisset. 15 Modernis autem habitatoribus Terræ, per universum ambitum Orbis ejus diffusis Gentibus & Linguis, credentibus in me & invocantibus Nomen meum, Sancti Israelis, promitto Domum meam, Thronumque meum, & Hæreditatem æternam, quam Cœli cœlorum non capient, neque terminabunt: idque gratis, absque pecunia & pretio. 16 Ne silete igitur, ne silete ampliùs, ó Vos duo servi mei! jam enim tempus est. 17 Convolate etiam, & congregamini ad prælium, Vos Orientales, Septentrionales, Occidentales & Meridionales, Visca lignorum meorum, jam efflorescentium! 18 *Ego ad hæc veluti consternatus: O Domine Iehova, annon inde periculum exsurget nobis? Nam Tu Omniscius nosti paratum esse Cor meum.* 19 *Oro itaque, robora & sanctifica nos, ne confundamur! tibi enim possibilia sunt omnia.* 20 *Et Dominus porrectâ mihi dextrâ, quam vidi clavô perforatam, dixit*: Tantummodò fidelis esto, & mihi obsequens! non deseram Ego opus meum, de quo pridem loquutus sum, atque etiamnum loquor. 21 Surge, & scribe magnalia hæc! *ego autem iterari ea mihi petii, quod & factum.* 22 *Surrexi igitur & scripsi, decantans Psalmum, qui in mentem venerat, septimum.*

[v. 1.) Privilegiorum à Sigismundo distributione Testamentum fortè ejus, hâc (circiter) die conditum, denotatur: quô & Drabicianum debitum exsolvi jubebatur: sed quod Aulicorum perfidiâ interceptum est. Vide infrà, Rev. CIII. v. 4 &c.]

REVEL. XCIII. 3 Febr.

[*Diluvium adventans nemo sistere poterit*, 1, 2, 3, 4. *Protestatio ad Filios R.* 5. *Tam Hung. sentibus iniquitatum obsita*, 8. *Signum ad Principes*, 11. *Frumentum purum*, 14.]

V*Idi* (*redeunte mihi inter matutina ad DEUM suspiria somnô*) *& ecce Diluvium adventabat.* 2 *Cui obsistendo multi accurrebant, moles objiciendo, etiam integrarum arborum: sed frustra.* 3 *Senex enim Vir honestus obambulans designabat alveum, quâ fluxum continuarent aquæ, licet sensim ab initio.* 4 *Evigilanti mihi insonuit vox*: Non cohibebunt proluviem, tametsi venenatis sagittis hinc inde impetant dilectum meum, Adjunctum tibi: à quo asperæ ad te veniunt literæ. 5 Quibus tu cave turbari: adi potius eum, unâque cum illo dicite: Vos Filii Racoci, si non obedieritis mihi, sed exemplum Patris Vestri, qui voluntatem meam exsequi recusabat, sequi voletis,

tis, malè vobis erit: si autem Mihi DEO vestro auscultaveritis, benè
›bis erit. 6 Oleum benedictionis meæ super vos erit, & super posteros
:stros: in alterâ namque manu mea Benedictio est, in altera Maledictio.
Ostenditque mihi Maledictionem in manu dextra, & Benedictionem in sini-
·a: quæ res conturbavit me, cogitantem nescire me à quo Domini latere pepen-
·rit latro in Cruce, cui dixerat, Hodie mecum in paradiso eris. 8 *Per-*
·xi: autem Dominus: Terra hæc obsita est iniquitatibus Politicorum & Ec-
lesiasticorum, oppressorum pauperum meorum, inter quos & perversi (A-
ostatæ) sunt. 9 Minatus sum illis, & minitor adhuc: væ mundo si torren-
:m effudero iræ meæ! 10 Nam periit justus, periit, de hac Terra: non
eni sunt, nedum centeni aut milleni. 11 Tu acquiesce ductu meo: atque
i Principes à te signum petent, signo habebis rem occultò tibi promissam.
2 Multi sunt qui malè volunt tibi, clam palam; sed Adjunctus memor tui
st. 13 Indormi dilecte, & te cogitationibus tuis fatigare desiste. 14 *In-*
ormivi igitur, & vidi me purissimum frumentum infundere vasis: Experre-
'usque scripsi hæc.

REVEL. XCIV. 4 Febr. [qui Pr. Sigismundo emortualis fuit.]

[*Telam DEI texentes servi ejus (1 & 5) evocantur ad æterna Convivia,* 10. *Opus DEI notificandum Gentibus,* 13: *etiam Græcis,* 14, 15. *Sociniani,* 16. *Videns confidere jubetur,* 29 *&c.*]

C*Onspexi me, per Visionem, in Domo quadam multis cum hominibus, notis*
& ignotis mihi. 2 *Et venit ad nos visum Dominus ædium illarum, distri-*
·ens inter nos stamina quædam, ad illa colore tingendum. 3 *Tingebamus igi-*
·r omnes: sed succus meus tingebat reliquis faciliùs, & amœniùs. 4 *Peractâ*
·ncturâ, extendebamus eadem stamina, texebamusque pannum, non latum, sed
·lchrum valdè, colore cæruleô & viridi refulgentem. 5 *Adolescens verò*
·uidam adventabat, intertexens aurum & alia pretiosa filamenta, attexensque
·mnisciorum instar: sed ita ut sub finem texturæ nihil præter amœnissimam videre
·let viriditatem. 6 *Ut autem detexuimus, ingressus ad nos ædium Dominus*
·ixit: Venite jam ad mensam! *sequuti ergò sumus.* 7 *Erant verò inter nos*
·uidam tetrici, facie & moribus inamabiles de quibus ego ad mihi proximos (pri-
·ùm Germanicè, mox Latinè) Quàm portentosi sunt isti! *dixi, simulque*
·igilavi. 8 *Et Dominus ad me:* Vidistine opus Servorum meorum, quod
li operantur in Terra? suntque mites & mihi morigeri: ad quos Ego sub-
·de viso, & quod illi agendo peragere nequeunt exorno. 9 Etiam quod tu
ı opere, quod tibi agendum dedi, perficere nescis, Ego complebo: tantùm
gere

gere te integrè, unâ cum illis quibus voluntatem meam exſequendam manifeſtas. 10 Cùm autem abſolveritis penſum ſuum quisque, exhilarabor Ego viriditate finis operarum Veſtrarum, & jubebo vos ingredi Domum æternitatis, ad menſam meam. 11 Non excluſis etiam quibuſdam illis moroſis, emendantibus tamen, conſiliumque & ductum meum & Verbi mei ſequentibus. 12 *Quibus ego auditis, ineffabili gaudiô perfuſus fui, intermiſcentibus ſe ſuſpiriis & lacrymis: egique Miſeratori meo gratias, cantu & oratione.* 13 *Quibus finitis, Dominus ad me iterum:* O Betulletum Betulletum mihi charum, fac omnium tibi annuntiatorum notitiam Septentrionalibus! *hi* autem Occidentalibus, & Cantonibus. 14 Jam equidem his innotuit aliquid: ſed Græci ignorant omnia, quos nolite celare quid Ego fieri velim. 15 Tu eos conjunge & colliga, ut brachiô unô agant opus meum, annuntiatum per te: quoniam tempora decurrunt, ut ſignificavi antè. 16 *Hæc ubi dixiſſet Dominus, venit in mentem mihi ſermo cum Paſtore loci pridie habitus de Socinianis, divinitatem Chriſti negantibus.* 17 *Reſpondit autem Dominus:* O inſipientia & incredulitas filiorum hominum! Annon acquieſcere vos æquum erat teſtificationi meæ tam claræ, quâ me Vobis unum eſſentiâ, trinum perſonis, exhibui? 18 Annon clarè dixi, Me in Patre, & Patrem in Me, & Spiritum Sanctum in nobis, qui ſumus unum, habitare? 19 Quod clariùs etiam expreſſit Mariam alloquens Angelus, cùm dixit: Spiritus S. deſcendet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideò quod ex te naſcetur Sanctum, vocabitur Filius DEI? 20 Ecce tres, quos nominat Gabriel; Spiritus deſcendens! Virtus Altiſſimi! Filius DEI! myſterium Trinitatis plenè detectum. 21 *David autem:* Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dextram meam! *Ecce,* Dominus, Domino, de Domino ad dextram. 22 Ventus quò vult ſpirat, Vocem ejus audis, ſed neſcis unde veniat, & quò vadat. *Ecce,* Ventus ſpirat! Vocem audis! Venit & vadit! 23 Ne turbetur Cor Veſtrum: creditis in DEUM, etiam in Me credite! In domo Patris mei habitationes multæ ſunt. Abeo ut Vobis parem locum, rediboque & vos ad me ſumam. *Ecce,* Domus Patris! Habitacula! Veniam & Vos aſſumam. 24 Et cui dictum eſt, Filius meus es tu, hodie genui te? *Ecce,* Filius meus! Ego hodie! Genui. 25 Et quid de ſe Sapientia loquitur, Proverbiorum octavo? quid Jeſaias, Conjux tuus erit opifex tuus Jehova! 26 O vanitas obtuſæ humanæ rationis, acquieſce tu iis quæ Ego de me revelavi! 27 Terrena vobis loquutus ſum, & non creditis? cœleſtia quomodo credetis? Nempe ſic, ut Ratio acquieſcat in me. 28 *Et demiratus intra me ſum tam amabiles Sermones Domini: Dominus autem,* Scribe iſta ſtatim à precibus, antequam ad Concionem ibis. Uxorem tuam quoque

reſti-

restituam,surget post preces (*atque ita factum fuit.*) 29 Confide mihi, ser-
ve mi! ne metue, non te deseram. Fruere pusillô illô quod superest, be-
nedicam tibi, farinæque & cado tuo: memento tantùm admonitionis meæ,
ut donis meis utaris cum reverentia & gratiarum actione. Surge scribe.
30 *Ego verò indormivi momentò: & ecce ante me paratam mensam, cum appo-
sitis lautis cibis!* 31 *Cùm autem evigilassem, iteravit Dominus omnes sermo-
nes suos.* 32 *Ego autem surrexi, cantans Psalmum 36, à versu 6, ad finem;
& ista scripsi,*

[Apertè hîc docetur, Sigismundum Racoci, tametsi morosulum, & Deo non satis morigerum, non morte ad pœnam raptum, sed ad requiem & gaudia vocatum, fuisse. Betulleto tamen Dei (Domui Racocianæ) opus Dei pertexi mandatur, v. 13. Ubi *Cantonum* fit mentio, voce Videnti non intellectâ: interrogatus enim cur vocem illam posuisset, ita fuisse prolatam dixit. Procul dubio intelliguntur Helvetii, quippe quos Itali sic appellant.]

REVEL. XCV. Februarii 11.

[*Visio triplex, non explicata.*]

EXhibita mihi per Visionem fuerunt; Primùm Lux inusitati splendoris,
in qua puerulum vidi candidè succinctum. 2 Deinde Piscatio lacûs cu-
jusdam, *aut Piscina, cui superambulabat puer itidem.* 3 Tertiò Cæsar, ve-
ste pullâ indutus, *qui à me consilium requirebat, quid sibi faciendum esset? Re-
spondi, Consilium facile est. Sed quia obambulabant Episcopi, ego hos metuens, ab-
debam me. Et mox conclamatum fuit ad arma, Cæsarque subitò se subduxit.*
4 *Et cogitabam, num aliqua de his informatio ventura esset, orabamque. Sed Do-
minus:* Hodie nihil exspecta!

REVEL. XCVI. Febr. 12.

[*Explicatio hesternæ visionis, cum aliis quibusdam particularibus.*]

SOmnium vidi, *& in eo computationes numerorum: ego autem projeci num-
mos quosdam improbæ monetæ in mensam.* 2 *Inter evigilandum autem, cùm
vixdum plenè sensum recepissem, dixit ad me Dominus:* Improbus clangor
sermonum humanorum de rebus tibi revelatis invalescit, perturbans dile-
ctum tibi & mihi, Adjunctum. 3 *Cogitabam igitur: Quæ recens illi submi-
seram per I. Ef. num perventura essent ad illum integrè? an verò hic resignatu-
rus esset?* 4 *Et Dominus:* Ne sis solicitus, venient: E. autem si resignave-
rit, suô malô faciet: gravabit enim sibi conscientiam, & conciliabit malam

famam, castigatioque mea illum urgebit acriùs, quàm nunc. 5 Nescit ille cur Ego ipsum affigam lecto, Ego scio: maximam ille sui & suorum habet curam. 6 Tu mihi confide! perveniet enim ad te quod promisi; unde pro necessitate sumes. 7 Ostenderam tibi heri fulgorem gloriæ meæ, tu verò expavisti, metu alicujus diabolicæ fascinationis: sed noli id suspicari. 8 Non est ille pater lucis, sed tenebrarum: Angelus fuit meus, quem tibi aquis etiam inambulantem ostendi. 9 Vidisti & Cæsarem, consilium exquirentem: nam evulsi pennas ejus, & evellam brevi. 10 Cogitabit ille adhuc malè Vos tractare: sed velox Sagitta veniet auxilio vobis: Vos tantùm vigilate & orate! 11 Tu omnia hæc nondum revela omnibus, ad preces eos solùm hortare; ipse autem tibi attende, & renova hodie signum in manu tua, secundùm ante hâc tibi factum mandatum: 12 Superattendens Ilaviensis, & Barones Ostrozicii, cum aliis multis multa de potentia Domûs Austriacæ sentiunt: cautè nunc age coram illis, meâ in sinu gaudens gratiâ. 13 *Ego autem decantavi Psalmum 61. &c.*

Revel. XCVII. 15 Febr.

[*Visio Sacrifici blandè se habentis, 4, explicata 5 &c.*]

T*Empore antelucanô vidi per somnum Vasa aurea fulgida, quasi ad me spectantia.* 2 *Evigilanti autem dixit Dominus,* Attende tibi & rebus tuis! malum enim de te, & vobis, cogitant: sed Ego ero protectio Vestra. 3 *Egi ergò gratias Creatori meo, orans ardenter misericordiam, etiam foras exiens sub aperta Cœli: (juxta factum mihi antea indicium, exemplô Christi, qui exire solitus ad orandum Luc. 6: 12.)* 4 *Indormivi autem denuò, & vidi me apud Pastorem Pontificium, opulentum & delicatum: qui se mihi valdè blandum exhibebat, etiam Concionis à se habendæ ostendens conceptus.* 5 *Ut evigilavi, dixit Dominus:* Vidisti Cimmelia & splendorem Sacrifici Idololatræ? Assentabuntur tibi, & præ metu mentientur: sed ne illis fidem habe! 6 *Mihi autem nescio quomodo cogitare venit,* An interficiendi sint? Interficiantur, *respondit:* At non à te, sed ab alio quem elegi. Ille irruat: te virum sanguinis esse nolo. 7 Pr. Radivilius cùm videbit quid faciant Vestri zelô gloriæ meæ, faciet idem cum aliis &c.

[v. 17.) Princeps Radivilius (Janussius) paratus erat Operi, eôque fine aliquoties ad Principem Trans. legatione factâ cùm nihil seriò agi, omnia procrastinari videret, non aliud egit quàm quod per rerum statum potuit, ad mortem usque.]

REVEL. XCVIII. Febr. 18.

Mysterium Conceptionis Christi, 1. Apparatus Convivii, 3. Interitus filiorum Meretricis, 5. in specie Iesuitarum, 7. Terminus inchoatæ Orientalium fœderationis. 9. Ædificia Monasteriorum, 11. Moraviæ quidam proceres extremæ ruinæ obviaturi, 14. Hiems transibit, 20. Videns jejunare, & se majoribus præparare, jubetur 23.]

P*Ridie hujus diei de multis ad me loquutus fuit Dominus*, etiam de sua in Virginis utero conceptione, quomodo eam dispensaverit Spiritus S. *Nempe* quòd inflammatò in ea erga Creatorem suum amore, attraxit velut ignis omnem seminis genitalis vim; ut à partu etiam omni semine destituta Virgo esset, nec antè nec pòst virum cognoscens. 2 *Postridie autem* (*fuit Dominica Invocavit*) *è somno expergefactus* (*horâ* 2) *tristitiâ & horrore plenus, multis gemitibus suspirabam, revocans in memoriam mihi Salvatoris nostri cum satana pugnam, decantansque Psal. XCI.* 3 *Et mox fui oppressus somnô: vidique apparatum quendam Convivii pro Ministris Evangelii, quos ad accumbendum ordine collocabat dilectus N, Adjunctus mihi, cum gaudio.* 4 *Evigilavi, & Dominus ad me*: Convivium delitiarum mearum, serve mi, jam paratum est Gentibus! Vosque Mannam Evangelii mei etiam in Patriam rursum inferetis. 5 *Et mox vidi personam quandam faciei supra modum terribilis, ulcerosa, scabra ac fœda: quumque hæc transisset, obvenit alia species Viri moribundi, præceps deorsum ruentis, & cum illo multi de Papalibus religiosis, utriusque sexûs.* 6 *Et Dominus ad me*: Vidistíne impuram faciem filiorum Meretricis Babylonicæ, quam Ego jam Nationibus detegere incipio? & quomodo illa jam ruat in interitum. Sed veni! ostendam tibi Jesuitarum quoque exitum. 7 *Veni ergò ad flumen, quô illi navigabant: & mox procella veniens subvertit unô momentô Navim illam, illis hinc inde aut natantibus aut mergentibus; Navi etiam resupinatâ seorsim natante.* 8 *Viri autem quidam, ignoti mihi, venientes è nubibus percutiebant Virgis ferreis Iesuitas, donec submersi essent omnes.* 9 *Hac visio ut transiit, vox Domini facta est ad me*; Exsulta, jam à 23 Januarii, post conclusum consilium, congregari incipient Orientales populi, cum Turcarum natione, mactaturi hostes illos meos, Idololatras, hac in Terra. 10 Zelus & candor Principis Vestri placebit omnibus, etiam Ostroziciis: de quibus tu ne dubita, postquam intellexerint quid fiat, & cur, redituros ad sese, obviamq; ituros &c. 11 *Interea mihi veniebat in mentem: quid futurum esset tot Monasteriis & Collegiis, etiam recèns fundatis & splendidè structis, an quoque vastanda essent?* 12 *Et Dominus*: Omnia istorum latibula exsecrationi devovi. Tantùm quæ ad cibum & potum sunt, desumantur inde, cum thesauris: Ædificia

solo æquentur, nihil parcendo neque cunctando. 13 *Ego verò respexi adfenestram, num lucesceret visurus: & nondum animadversâ luce, oravi ut indormire adhuc possem, simulque somno mersus fui.* 14 *A quo expergefacto dixit Dominus*: Adventant Sagittæ meæ, obruituræ Vestram quoque Terram (*sc. Moraviam.*) 15 *Ego autem cogitavi, An ibi aliquis esset, qui intelligendo quid fiat quærat faciem DEI: Dominus autem respondit*, Erunt. 16 Nam Comes de Salm & Kaunitz requirent à Comite Hoditzio consilium: qui quid fiat, & cur, illis explicato, commovebit eò, ut ad se reversi veniant in occursum Hastis & Sagittis nationis Turcicæ. 17 Dominum Bilsky consolare, illum cum reliquis rediturum ad hæreditatem suam. 18 Tu quoque ipse bono sis animo, & confide mihi & protectioni meæ: exhilaraberis, cùm Ego reduxero te cum aliis in Patriam. Revocabunt enim Vos, sicuti ante tibi sum loquutus: surge & hæc scribe! 19 *Et fuit dies, déque montibus ruens unda edebat sonitum: Ventus enim pluviosus commoverat nives.* 20 *Ubi rursum ad me Dominus*: Transibit hiems, ut Terra gramen germinet pro Exercitu meo, qui colligitur ab Oriente & Septentrione. 21 Atque ubi hæc evenerint, amabunt te Gentes: quin & illi, qui causa fuerunt extendendæ in te disciplinæ, ut suspendereris ab officio. 22 Quod tu patienter ferendo places mihi: eoque alium tibi laborem injunxi, mihi aliisque gratum. 23 Cras cibo abstine, jejunio tibi indicto: & revelabo tibi quædam in futurum necessaria. *Ego autem collaudavi Dominum, Ps.* 117.

[v. 9.) Illa consilii conclusio, & Orientalium congregatio, eône annô (1651) an sequente aliquô fieri debuerit, non liquet: eventus erit expectandus. v. 16.) Comites de Salm, Kaunitz, Hoditz, illi quos intelligi putabamus, mortui sunt Anno 1653, 1654, 1655: sed supersunt alii de iisdem familiis. v. 21. *ut suspendereris ab officio*) Suspensionis causa fuit, quòd sub exilii primordia restitutionis desperationem fratribus instillans Drabicius, ne vanâ spe lactari, sed sibi quisque prospicere vellent suasit, exemplôque susceptæ Pannorum negotiationis præivit. Quæ res illi apud plerosque invidiam creavit: auxit verò, quòd politicâ illâ cum variis conversatione minùs compositè vivere inciperet. Factum ergò ut communibus suffragiis à consortio Fratrum, intra cancellos Theologicæ vitæ sese continentium, excluderetur.]

Rev. XCIX. 19 Febr.

[*Satan obstat consiliis filiorum Racocii*, 5. *Reformationis Nationum ordo, à Judæis*, 6. *Turcis* 8. *Anabapt.* 10. *Initium tamen ab Idololatria amovenda*, 12. *Palatinus Rheni*, 14, 17. Austriacæ Dominationis terminus (380 annorum) *decurrit*, 15. Reformatio Ministerii Sacri per universum Orbem, 18. Scholarum, 23. Statûs Politici, 24. Et de Scholis iterum 33. *Reformatio hæc è Scripturis ostensa*, 39, 40.]

Inter

r animi anxitudinem, exeundumque ad preces, petebam mibi somnum: &
vinus ad me, Obdormi dilecte mi! *obdormivique statim.* 2 *Et vidi me*
'ia eluvione circumdatum horrendâ, in Hungariaque ab Hodoßio pericula
: *ut pavidus evigilarem, quidque illud portenderet cogitarem.* 3 *Sed*
'us ad me : Nibil time, priora tua pericula tibi repræsentavi. Effude-
m satan in te torrentem inimicorum tuorum, domesticorum & alieno-
:d Angeli mei protegebant te. 4 *Egi ergò gratias Domino. Et Ille*
ı : Meministíne dixisse me heri, ut jejunares? diem hunc fore meum
n colloquii nostri? 5 Scias autem, hodie satanam effudisse turbidam
consiliorum contrariorum Filiis Racoci, ut omnia redigantur in nihi-
sed Ego illos roborabo. 6 Nam tempus venit innovandi faciem to-
erræ, apud omnes Orbis incolas, initio facto à Gente Judaica. 7 Qui-
lo per omnes Nationes, quâ eos dispersi, fabulosos illorum eripi atque
ıri Libros: ipsos autem ab Evangelii mei Ministris informari ad Fi-
)EI veram, precesque in Spiritu & veritate peragendas, & Ordinem
æ: pervicaces autem tolli volo penitùs. 8 Turcarum Nationi pro-
ır, ut libros Legis meæ, Preces, Cantica, Ordinisque Ecclesiastici
m, suâ linguâ descripta habeant: sicut & antea dixi, ut id sibi Adjun-
ıræ esse velit. 9 Nam qui ad pugnandum venient contra Babylo-
ı talia inquirent: quibus Princeps interdicat Christianorum in capti-
ı abductione, dum stipendiis conducti erunt. 10 Anabaptistæ bo-
communionem retinere possunt: sed ita, ut se à Corpore Ecclesiæ ne
ıt, cœtus frequentent, Ordinarios juxta ritum Apostolicæ successionis
:s audiant, totiq; Ecclesiastico Ministerio communicent. 11 Quod ut
ıgistratus cujusq; loci invigilabit: quia jam inter omnes mihi servien-
nimitatē esse volo in cultu, qui mihi DEO vivo præstatur, uno corde:
& dissidia non feram ampliùs in ulla Orbis gente. 12 Initium Re-
ionis meæ fiat in Idololatris, ministris Meretricis: qui ut antè dixi, at-
amnum dico, mactentur sine misericordia indiscriminatim, omnes re-
ii: Nolo enim ullam relinqui radicem Papalis doctrinæ, ulla in Gente.
ıod si erunt qui metu mortis promittant errores deserere, veritatemq;
re (erunt autem qui promittent terrore adacti, mentientes etiam): fi-
ciant vitæ amittendæ pignore, quòd priores in vias neque redire ipsi,
reducere alios velint. 14 Palatinus Rheni (quem in specie Bovis
ıreo cornu in pratum redeuntis exhibueram Cottero) parum acceptus,
Germania sua: is postquam intellexerit quid vester faciat, conjunget se
ıulque oppugnabunt Domum Austriacam. 15 Cujus dominationis
.us, annorum 380, jam exit: sicut Anno 1643 per numerum 70 tibi
M 3 osten-

ostenderam, & quòd adhuc essem prolaturus, indicâram. 16 Quoniam ergò secundùm calculum humanum Domus A. annis jam 379 stetit: vides quàm breve jam dominationis ejus tempus restet? 17 Subversâ autem Domô illâ, unus è Domo Friderici constituetur in Regem Imperii, at non Romani: quod non citra sanguinis profusionem fiet, Anglis & Hollandis illum adjutantibus. 18 Volo autem, ut post eversam Bestiam, per omnes Terras & Provincias constituatur ORDO ECCLESIÆ. 19 Ministri Evangelii mei unum sint, Doctrinâ, Vitâ, ritibusque Disciplinæ, ad formam Ecclesiæ Vestræ. 20 Episcopi & Pastores habentes Conjuges, sed non Dominia mundana cum reditibus, more Papæ & Papanorum; sed ritu Levitarum in T. V. quibus decimas & oblationes ordinaveram. 21 Ita nunc etiam fiat, ad honestam in quavis Ecclesia unius Pastoris sustentationem: qui sorte suâ contentus, nundinationibus ex administrando Baptismo, Neogamorum Copulationibus, Funerationibus, aliisque Sacris functionibus, in universum abstineat. 22 Odio id habui semper, ejeciq; è Templo vendentes & ementes, quia Domum meam Domum precationis esse volo, non mercaturæ. 23 Schola cuivis Ecclesiæ adjuncta sit una, ubi Juventus expoliatur Literis, Moribus, Pietatisque exercitiis: potiùs quàm Philosophiæ & sapientiæ mundanæ, quæ stultitia est apud me & cultores meos, rectos ac simplices, in hoc & futuro seculo. 24 Habetis Vos Ordinis Ecclesiastici constitutas Leges, in quas reducantur diligentes Nomen meum, etiam Reges, *Principes*, & Dominatus. 25 A quibus requiro, ut meo constituti loco gerant se juxta meam Legem, exemploque pietatis præeant, Sacros cœtus cum Conjugibus & liberis, familiaque sua, publicè frequentent, non autem privatim tantùm cultu meo defungantur. 26 Quò subditi, spectantes Regem, Principem, Præsidesque suos, Cultui meo vacare, & Verbo meo attendere, ipsi quoque tantò magis in zelum exardescant. 27 Sic David suis præibat, sic in Ecclesia primitiva Theodosius, & alii: quo tempore Sacerdotes erant aurei, & Calices lignei, beneque stabat Ecclesia. 28 Potestates item seculares ne ampliùs talibus pressuris exhauriant viduas & pupillos, subditos suos: sed libertatem præstent & securitatem omnibus, ut quisque sibi victum quærat honestè. 29 Constitui ego Magistratibus Vectigalia, aliosque reditus, Exactiones pro lubitu non constitui; deprædationes istæ sunt pauperũ. 30 Habeat suam Rex ab Incolis Terræ sustentationem, pro Se & Aula sua, ad tuendum Regalem statum suum. 31 Exercitu si opus est, non Rex sed Regnum, è contributionibus suis conscribat, fidelibus constitutis Quæstoribus: quicquid autem supererit, in Regni usus necessitatesque publicas seponatur. 32 Judices Terræ non secundùm munera jus administrent, sed secundùm

eundùm justitiam: ita Mundus benè stabit ad voluntatem meam, cum am-
pliatione honoris mei, gloriæque meæ, eritque Pax in Terra. 33 In omni-
bus verò his exemplò præeant Ecclesiastici, cum Scholis: quas ubique volo
aperiri ad exercitia publica: etiam in artibus Equestribus ac Heroicis. 34 Ut
ad exteros missitatione nullâ posthac sit opus, per quas nuperis annis tot cor-
ruptelæ ac noxæ invectæ sunt terris Christianis, Vestræ etiam. 35 Tu di-
lecte mi, exsequere mandata mea: Ego te non derelinquam, quemadmo-
dum tibi me jurejurando obstrinxi, suppositâ sinistræ axillæ manu meâ.
36 Labora in rebus tibi concreditis: & para te excipiendis illis, quæ ad te
venient brevi. 37 Atque ista sunt, quæ tibi nota fieri volui hodie! Surge
& hæc scribe! *Ego autem rogavi ea mihi iterari.* 38 *Iteravit ergò Dominus
omnia, & dixit,* Scribe, nihil excidet: 39 Ostendamque tibi hodie, quum
aperueris Prophetas, singulare quid, simile his quæ loquutus sum hodie.
40 *Factum autem est cùm aperuissem Librum, ut mihi se legendum offerret Ie-
saiæ Caput 62: Hallelujah.*

[v.14.) Ex Domo Palatina, Germaniæ suæ minùs accepta, prodire debuit qui Racocianæ Domui junctus mira patraret. Quod quid esset non intelleximus, nisi cùm eventu patescere incipit annô 1657. v.15.) Vide Revel. XII. v.2,3,4. v.16.) Dominationis Austriacæ terminus, 380 annorum, si à Rudolphi Habspurgici ad Imperialem dignitatem evectione (quæ anno 1273 facta est) incipit, decurrit necessariò annô 1653. v.35.) Vide Revelationem XXII. v.3.]

REVEL. C. Februarii 21.

[*Visio miranda Cæsaris,3. (Sigismundi mors tectè detecta,14,15.) Explicatio Visionis mira,16. Duo quidam Potentes concordiâ ligandi,22. Iosue & Caleb,27. Armiger DEI dandus Exercitui Orientali Dux,30: Racocianæ Domûs futura gloria, 31. Dolor hostium,32. Gaudium Ecclesiæ ineffabile cantu repræsentatur,35.*]

*A noctis medio horâ tertiâ lucta mihi fuit cum inimico tentatore; cui resi-
stens orationibus, obdormivi.* 2 *Et mox me vidi cum aliquot Fratribus
(quorum quidam apud Dominum jam erant ut* Paulus Hladik) *in ampla qua-
dam Domo, cujus splendidum Palatium ego lustrando amisi ex oculis Fratres
meos.* 3 *Et mox eôdem adventabant ministri Aulæ Cæsareæ comitatu magnô:
cumque ego pallium quærerem meum, ad me honestè amiciendum, oblatum est
aliud.* 4 *Imperator verò ingressus consedit, manu tenens gladium ingentem,
utrinque acutum, fulgidéque coruscantem: quem versando spectabat, dele-
ctatus eô.* 5 *Sed & mihi in manu conspexi gladiolum brevem, nonni-
hil latum, sed non æquè elegantem & fulgidum: alloquiôque suô me digna-
tus Cæsar fuit admodum affabili, quod adstantes mirati, eâque re delectati sunt.*

6 *Mox*

6 *Mox ornabatur Mensa: ego autem, metu ne fortè invitarer, subduxi me
foras.* 7 *Sed in ipsa janua obvius mihi juvenis offendit ad me, effuditque
edulii quod ferebat jusculum, increpans me quòd incautè ivissem, referens-
que quàm magni constiterit hoc ferculum: de quo edimus uterque, & ecce saporis
erat inusitatæ suavitatis.* 8 *Interea Cæsar egrediebatur, amictus palliô binô:
qui manu meâ prehensâ, gratiam promittebat & benevolentiam multam.* 9 *Cui
ego:* DEUS tibi reddat omnia bona! DEUS est qui dejicit superbos &
exaltat humiles. 10 *Ille votum accipiens gratè, dextram obtulit, multa polli-
citans: ego verò in genua provolutus manus ejus osculabar.* 11 *Et ille digre-
diens memoriale signum, quod manu tenebat, mihi ostendit, non oblitururum se pro-
missorum, ne sollicitus essem.* 12 *Ibat verò nobis à latere juvenis Armiger,
formosâ facie, attentè omnia excipiens quæ inter nos dicta fuerunt.* 13 *Et ego
à Cæsare digressus, gratias egi DEO, qui mihi gratiam invenire dedisset in ocu-
lis ejus: simulque evigilavi, & de Romanorum Imperatore cogitare cœpi, quòd
eum facie non nossem.* 14 *Et Dominus ad me:* Me vidisti, non Cæsarem:
Ego autem intra me; Quem igitur? Sigismundum recogitans. 15 *Et mox
spiritus exiit ore meo, cum gemitu tristissimo.* 16 *Dominus verò ad me:* Quiesce
immotus, tace, ostendam tibi quid videris. 17 *Et mox:* Ego in Impera-
toris persona tibi apparui: Quia mihi data est omnis potestas in Cœlo & in
Terra. 18 Et habeo GLADIUM magnum & fortem, splendoris validi,
VERBUM MEUM utrinque acutum: quô & illumino, & defendo, me
nomenque meum, cultoresque meos. 19 Habuisti & tu Gladiolum, meo
minorem: qui sunt sensus & sermones hominum Spiritum meum habentium,
interpretationesque Scripturarum, & Constitutiones Ecclesiasticas bonas,
afferentium. 20 Sed quæ non respondent Virtute Gladio oris mei, quan-
quam & illa suam habeant authoritatem; pondere tamen, & virtute, ac robo-
re, non æquantur Verbis meis, quæ & olim loquutus sum, & adhuc loquor
Mundo. 21 Dapes quas vidisti, sunt dona Spiritûs mei, de quibus etiam
tibi impertivi. 22 *His dictis conticuit, & mox iterum;* Ne te move, quietè
cuba! *Et adduxit me ad personas duas (quas puto fuisse Filios Racoci) ubi &
Adjunctus mihi præsens erat.* 23 *Et Dominus ad me:* Vidistine in manu
mea memoriale, symbolum dilectionis inter me & te, Seræ instar? 24 Ob-
sera tu hos quoque Duos, tibi & Adjuncto tibi charos, Servos meos (quorum
alter Germanico erat habitu) dilectione, unanimitate, fidéq; mutuâ. 25 Nam
per hos glorificabor in Nationibus Terræ, & effundam super eos, eorumq;
posteros in facie Terræ, oleum benedictionis meæ: dum illi mecum erunt
unum Cor, in exsequendo opere meo, quod per illos agi volo. 26 Et murus
meus igneus proteget eos ab hostibus: & non prævalebunt manui meæ nl-
læ

læ machinæ adverſus eos excogitatæ. 27 Vos autem Duo dilecti mihi,ſed
& illis dilecti, eritis à latere ipſorum ut Joſue & Caleb, orantes pro illis, &
conſilia ſubminiſtrantes in opere meo. 28 Nam Joſua & Caleb expugnâ-
runt Reges multos; expugnabunt & hi, neque conſiſtet, à conſpectu eorum
quisquam reſiſtere volens. 29 Tu Adjuncto tibi, vaſi meo electo dic, ut
feſtinet abſolvere labores ſuos Pataki! Illum enim & Te abeſſe à ſe nolent
iſti electi mei: quia Ille os tuum erit ad Eos, aliosque. 30 Vidiſtíne etiam
Juvenem illum robuſtum armatum, me ut Cæſarem comitantem? Angelus
meus eſt,quem Vobis & Exercitui Veſtro dabo Ducem, & cujus præſentia
territabit hoſtes Veſtros. 31 Magno amore flagrabunt in Domum Raco-
cianam longinquæ Nationes, firmabuntque gloriam Regni ejus. 32 *Inter
hæc obortus fuit in præcordiis meis dolor quidam, quod ab immoto illo decubitu
venire ſuſpicabar.* 33 *Cùm tamen quid doloris eſſet cogitarem, reſpondit Domi-
nus dicens*: Graves dolores invadent hoſtes veſtros, in hac & aliis Terris,
etiam patria veſtra: ſanationemque meam & veſtram implorabunt. 34 Vos
reſidebitis in Terra Patrum Veſtrorum: ſed pòſtquam peracta erunt hæc
in Terra omnia, de quibus loquutum eſt os meum. 35 Ineffabile [illegible]
gaudium per Orbis Nationes ſuper hoc Opus meum: & Vos celebrabitis,
Nomen meum, cantantes; Demitte Domine dona Spiritûs Tui effusè &c.
(*Hymnus eſt Eccleſiaſticus, de Spiritu Sancto; quem Dominus ipſe intonuit: ego
autem decantavi uſque ad* Gloria Patri & Filio, *&c.*) 36 *Abſolutâ illâ canta-
tione dixit ad me Dominus*: Hæc illa ſunt, quæ tibi ſub imagine Cæſaris oſten-
dere volui. Surge & ea ſcribe! 37 *Ego autem cogitabam, vix me omnia me-
miniſſe*: *ſed Dominus*, Et cordi, & menti, & memoriæ tuæ inſculpſi hæc.
Surge tamen,ſtatimque ſcribe. 38 *Cumque porro in mentem veniret, Cur mi-
hi mortuũ oſtendiſſet Hladikium, reſpondit Dominus:* Scis quàm ille honorificè
de rebus tibi revelatis ſenſerit,téque in morbo jam conſtitutus,ut fidelis eſſes
mihi, hortatus ſit. 39 Acceptum id erat mihi, eoque illum ad me aſſumſi
(*quartâ poſt factam illã exhortationem die.*) 40 *Surrexi igitur ſtatim de nocte,
& ſcripſi, lacrymis hæc irrigans: præſertim cùm ſcriberem hymnum illum, quem
intonuerat Dominus ipſe. Hallelujah, Amen, Hallelujah.*

[v.22.) Deſcribuntur hîc duo Heroës, nomine Dei peſſum daturi hoſtes Eccleſiæ: quos primùm ſibi exhibitos fatetur Videns putaſſe filios eſſe Racocii, Georgium & Sigiſmundum. Verùm quia Sigiſmundus jam in vivis eſſe deſierat (quod ignorabat adhuc Videns) & alterum fuiſſe veſtitu Germanicô teſtatur v. 24: palàm eſt illum opinione ſuâ hîc fuiſſe falſum. Et verò tandem res ipſa myſterium recluſit: cùm anno 1656 Georgius Racoci Carolo Guſtavo Palatino, Sueciæ Regi, fœdere junctus mox ineunte 1657 anno eidem vires & copias, adeóque ſeipſum, junxit, miráque patrari incipiant: evidens fit illos ipſos eſſe Joſuam & Calebum electos Dei, hâc Revelatione Videnti exhibitos. Vide infrà Rev. CCCIII. v. 11: ubi expreſsè nominantur.]

Revel. CI. Eadem die.

[*Mortalitatis nostræ imperfectio*, 2 *&c. Pro Racociis orandum, illisque voluntas DEI revelanda*, 6. *prouti jam detecta est clarißimè*, 7, 8. *in Orbis universi usum*, 9. *Res occulta*, 10. *Iejunium*, 12.]

HIs in hypocausto descriptis, redii in Cubiculum, reposui me, & inter suspiria ad DEVM obdormivi. 2 *Moxque me in Domo perampla vidi, ubi Mensa parata fuit instructa dapibus; accumbentesque viri honestissimi exspectabant me.* 3 *Sed accedere cupiens, non poteram: quia catarrhus quidam occupaverat pectus meum, quem ejicere prius volens tam violenter screabam, ut somno excitarer.* 4 *Ubi Dominus ad me*: Mensa mea parata est, pro te & aliis servis meis. 5 Sed quam tu accedere nondum potes, propter impuritates peccati, & nondum peractum opus quod tibi cum aliis peragendum adhuc in Terra est: Ubi peregeris, donabo te perfectione. 6 Interim tu ama Betulletum meum, Domum Racoci, & pro illis ora, revelans illis voluntatem meam, quam revelo tibi. 7 Nam ab Apostolorum meorum excessu cum nemine tam delitiatus sum, nec ita loquutus cuiquam ut tibi, dilecte mi. 8 Paulo meo pauca detexi arcana, nec illa aliter quàm sub parabolis (*quia non fuit tempus*:) tibi apertè omnia. 9 Mirantur, & mirabuntur filii hominum sapientiam meam, & ea quæ revelo per te: modò ne cunctemini hæc nota facere Orbi Universo. 10 *Atque hìc dispositionem simul Dominus fecit de re quapiam occulta, partim jam detecta, plenius autem brevi detegenda.* 11 *Cui cùm inhærere cogitatione vellem, dixit*: Mitte nunc ista, ne animò effluant ea de quibus loquor modò: debilem habes memoriam. 12 Scio te lassum, hodie itaque non jejunabis, sed postridie: *quod feci, eâque ipsa die* (23 *Febr.*) *ab Adjuncto mihi* de Morbo & Morte Sigismundi *tristes accepi*.

[v. 10, *de re occulta*) nempe Thesauro illo inveniendo, de quo Rev. LXXVIII. v. 15. Annot.]

Rev. CII. 24 Febr.

[*Sigismundi mors cur Videnti non detecta*, 1: *& cur immissa*, 6. *Pecunia Cæsari danda*, 9. Princeps Georgius fratris successor: cujus filius primò in Transylvaniæ Principem eligendus, 11.]

QUum ob Pr. Sigismundi mortem mœrore & animi tædiô insomnem agerem noctem, miratus cur Dominus non indicasset mihi, nisi tectè (per Visionem duorum puerorum, ipsiusque Sigism. lugubriter induti, & famuli ejus sine pilo) opta-

avique mihi somnum. 2 *Venit,cum somnio quodam, sed quale fuerit non recor-*
-, adeò turbato animo excussa fuerunt omnia. 3 *Dominus autem ad me:* Ec-
r tu adeò turbaris, quòd Sigismundum evocârim, nec indicârim tibi?
escis quid Paulus servus meus dixerit de me? Quis cognovit mentem Do-
:ni? aut quis illi à consiliis fuit? 4 Non cogitas, aliâs quoque me idem
isse dilectis meis, non omnia illis simul revelando? sicut non indicave-
n Elisæo mortem pueri. 5 Potiùs tu digitum pone super os tuum, ut &
:teri. 6 Nam revoluta jam erit moles ab ostio, quæ obstruebat Fratri
ioque suo januam, ne faceret ille etiam quod volui Ego: obsistens consi-
s suis, ne se jungeret Cosacis. 7 Quod si fuisset factum, non tantùm san-
:inis in Cosacorum terra fuisset fusum, nec tanta illis vastatio inducta. 8 In
olonia quòque mutatio jam fuisset facta, & debilitatæ vires hostiũ meorum:
:r Illum autem, & Matrem, stetit, ne fieret. 9 Tantam vim pecuniæ
ederunt Cæsari, suô damnô: in æternum nihil recepturi, nisi vi. 10 Sed
: illud pretium sanguinis fuit: Ego autem lætor administratione justitiæ
eæ. 11 Frater illius exire necesse habebit sui locô: sed priùs eligatur fi-
.is ejus in Transylvaniæ Principem. 12 Cui obviam ibis quum egredie-
ır: interea hæc nota facies Adjuncto tibi.

[v.1.) Vide Rev. LXIV. 3., & LXXXVIII. 4 & XCI. 7 &c. v.6,7,8.) NB. Æstate præteritâ (anni 1651) susceperant expeditionem in Polonos Cosaci: adjuti quidem Tartarorum armis, sed & Transylvanum (ut sibi à Polonis injustè oppressis auxilio esset) precibus solicitaverant. Quod fecisset fortasse, nisi Frater & Mater nuptiis tunc occupati obstitissent. Cosaci ergò præliô superati, & à Tartaris deserti, ab insequentibus se Polonis miserabiliter vastati; Evangelici verò per Poloniam ipsam tantò licentiosiùs divexati, fuerant. Cujus culpa hîc Sigismundo tribuitur: amovendum itaque fuisse. Mira hæc! (*judicia tua Domine abyssus*, Psal. 36.7.): magis autem quod sequitur v. 11, notabile admodum.

Principem Georgium fuisse Sigismundi locô prodituru, præostensum fuit Videnti integris quinque mensibus antè, Rev. LXIV, v. 3. &c. sed filium ejus in Transylvaniæ Principem eligi, non illius fuit arbitrii, sed Ordinum. Nec ulla fuit spes vivô Principe successorem eligi, puerum præsertim novennem: nisi sapientia Dei viã invenisset talẽ. A Sigismundi fratris morte (4 Febr.) incidit Georgius Princeps, mœrore nimiô, in morbum tam gravem, ut vitæ spes non superesset. Ordines igitur, per ipsissimum hoc tempus ad Comitia congregati, morte Principis extremam (ab Austriacis machinamentis) confusionem metuentes, ad inauditum delapsi sunt consilium, ut agonizante Principe filium ejus unicum, Franciscum (novennem tunc) eligerent Successorem, Gubernatore illi (ad completam usque ætatem) dato Magnifico *Ianoßio Kemenii*, rei militaris Præfecto Generali. Sed eâ lege, ut si forte Franciscus, per quoscunque seductus, Religionem mutaret, electio hæc irrita fieret, Ordinibusque aliter sibi consulendi plena libertas esset. Rata habetur unanimi omnium consensu electio, ordinaturque mox ad Ottomannicam Portam, pro impetrando assensu & investitura, legatio. Hôc peractô, restituit Deus Principem vitæ ac valetudini: qui quartô post hæc acta die sibi redditus, & de illis quæ facta

essent edoctus, sublatis in cœlos manibus Deum laudavit. Apertè contestatus, plus sibi Ordinum illam pietati junctam placere prudentiam, quòd annexa conditione Filii in Fide constantiæ cavissent, quàm quòd eum Principem creassent. Ivitque interim legatio Constantinopolim, & impetravit ut Legatus Turcicus veniret, Veste, Gladiô, Vexillôque allatis solemnissimè Principem novum inauguraret. Sic *Fata viam inveniunt, Deusque alios quod jubet ipse facit.* Cujus rei certitudo cùm ex Transylvania, in superiorem Hungariam afferretur, non potuimus non obstupescere nos, qui sic hæc Videnti (in Hungaria inferiore, centum ferè Germanicis ab Alba Julia milliaribus, agenti) ostensa fuisse, atque ut sic fieret mandatum, conscii fuimus. *Magnus Dominus noster, & sapientiæ ejus non est numerus!* Psal. 147. 5.]

REVEL. CIII. 27 Febr.

[*Opus DEI procedet, 2, 3. Dispositio Sigismundi, 4. Promissio DEI ritu humanô firmatâ, 6.*]

A*Cceperam 26 Febr. mandatum de jejunando eâ die, quod animô libenti feci.* 2 *Sequenti ergò mane factum est ad me Verbum Domini*: Solatio erit dilecto meo, Adjuncto tuo, aliisque ad quos veniet, de morte Sigismundi declaratio mea. 3 Nihil enim impedit opus meum, nec impediet, obitus ejus: Consilium meum procedet hac in Terra. 4 Fecit ille dispositionem de re tibi nota, ut exsolvatur promissum: Tu autem facies quod promisisti, partem inde distribues pauperibus, ut pro te orent. 5 *Ego verò in laudem veracitatis DEI quædam ex hymno Ecclesiastico cecini.* 6 *Atque ut desii, Dominus ad me*: Ne metue tu, serve mi! porrectâque mihi manu lævâ, dextrâ me amplexus est. 7 *Unde mihi ingens gaudium, egóque adorans manum ejus osculatus sum.* 8 *Rursus autem Dominus*: Adibis cras Florianam, ægrotat enim [*nobilis Matrona fuit, vidua, exul*]: & dices, ut bona pauperibus leget in sui memoriam, & retributionem meam. 9 Tu verò nuper, die jejunii, nihil eleemosynæ dedisti cuiquam? emenda hodie! [NB.]

[v. 4. Vide supra Rev. XCIII. 1. & infrà, CVI: 7. v. 9.) NB. Eleemosynam à pauperrimo etiam requirit Deus! Memorabile.]

REVEL. CIV. 4 Martii.

[*Diluvii torrens rapidus, 1. celeritatem Expeditionis bellicæ Principis præfigurans, 3. Scrupulus de morte Sigismundi adhuc hærens eximitur, 7. &c.* (NB.) *Cui hæc nondum revelanda, 23.*]

P*Luebat noctè totâ, venitque de Montibus torrens aquarum ingens: ut cogitarem annon domuncula mea noxam passura sit, sicut Anno 1644.* 2 *Et factum*

factum est Verbum Domini ad me, dicens: Quis hominum excitavit Elu-
viem hanc? Nemo præter me Jehovam, qui caliginosas educo nubes. 3 Et
qui nunc jam diluvium colligo Exercituum meorum, ab Oriente & Septen-
trione, ut inopinatò veniant, sicuti præsens hæc inundatio venit: Exi foras,
& specta illam! 4 *Exivi igitur, & fuit magna, rapidè fluens.* 5 *Ut me autem*
in lectum reposui, protectionemque à Domino petii, respondit: Torrens Exerci-
tuum meorum ibit per Terram hanc, ut inopinatò veniant ad Posonium: un-
de hostes meos terror invadet, nescientes quid fiat. 6 Expavefactique con-
silium quærent, nec invenient: mei autem Viennam inde petent. 7 Tibi ad-
huc scrupulus hæret, cur Ego Sigismundum evocaverim, tibiq; post obitum
etiam de illo (quasi vivo) loquutus fuerim: sed non est quod mireris, ad
hunc diem distuli super ea re informationem dare tibi. 8 Scias igitur, Vobis
illum esse mortuum, sed mihi vivere: de illo itaque vivo aut mortuo loqui mi-
hi perinde est, vobis non item. 9 Etiam ideò loquutus sum, ut pateret, Fra-
tri etiam ejus, te Illum dilexisse, & in corde ac memoria coram me habuisse.
10 Quod Ego tamen non respectavi: quando terminus meus ab æterno illi
positus venit, aggregavi Eum Patri suo, sicuti dixeram tibi, te illum repertu-
rum in Domo, non Fratris sed Patris sui. 11 Quod non intellexisti, nec
intelligunt alii filii hominum altitudinem judiciorum & consiliorum meo-
rum: sicuti nec Angeli ipsi, nisi quantum illis, quid cum hoc vel illo agen-
dum proponam, revelo. 12 Nam æternitas consiliorum meorum meâ vo-
luntate abscondita est, & abscondita manebit, in æterna secula. 13 Temerè
mecum egerunt Pater & Filius; temerè itaque rursum egi cum illis, ut tertius
ad se redeat. 14 Non frustra enim tibi ostendi Tabulam, & inscriptum illi
nomen, GEORGIUS RACOCI. 15 Quiesce igitur! Ego quod orsus
sum perficiam, etiam sine illo. 16 Scandalizetur quisquis vult, quomodo-
cunque vult: tu id solatio habe, quòd à me audieris & scripseris, non ab ho-
minum aliquo tibi æquali. 17 Estne verò qui Figulum incuset, si vas suum
conquasset? aut éstne quisquam, qui fractas testas colligat, vásque ad eam
formam quâ priùs fuit restituat? 18 Tibi hodie & cras non vacabit (exun-
datione illâ tibi facessente negotium) adire loca, quæ ostendi: sed con-
fide, non emanebunt promissa mea, tantùm in silentio & patientia perse-
vera. 19 Surge, scribe, nominis mei ne obliviscere! 20 *Mihi autem in*
mentem venit Psalmus 135: quem Dominus ad preces quoque matutinas, cum
familia habendas, decantari jussit, iterabatque omnia sua dicta. 21 *Quæ ut con-*
scripseram, revocabat mihi mandatum suum in memoriam, ut apographum
hodierni sermonis mitterem ad mihi Adjunctum: quod mihi exciderat.
22. *Descripsi itaque, & ad eum misi 7 Martii: quô die mihi Dominus illum*

ad me venientem in somnis ostendit. 23 *Ut autem evigilavi, ut hæc non tui-*
vis crederem, monuit.

[v.10.) V. supra, Rev. LXXXVII. 5: & confer Jeremiæ 18. v.6.]

Revel. CV. Martii 8.

[*De Principe Transf: vox memorabilis.*]

Transire mihi videbar, per quietem nocturnam, Pontes, quos subterfluebat
aqua magna, valdè turbida. 2 *Quum evigilassem, jamque diescebat, in-*
sonuit Domini vox, dicens: Verbum meum per te prolatum est sicuti malleus
discutiens petram cordis Racocii! 3 Si patietur discuti, exorietur ut ful-
gor auroræ lux gloriæ ejus. 4 Sin, subvertetur: nec erit remedio locus.
5 Pro quo tu ora: nam adhuc tempus est. 6 *Surge, & hoc inscriptum refer!*

Revel. CVI. 9 Martii.

[*Novus luctus in domo R. prædicitur, 2. propter novum Verborum DEI contemptum, 5. Zelus tamen DEI vertit se inde in Austriacos, 9. Ultimum Bestiæ Apocalypticæ cornu, 12. Væ Hungariæ, 13.*]

Iterum factum est ad me Verbum Domini, ipsô diluculô, dicens: 2 Luctum
novum luctum, infero in Racocianam Domum! Claudet post se ostiu
Princeps mater; brevi id audies. 3 *Quæ Verba cùm me reddidissent attonit*
iterum Dominus: Præ se ferebat in hominum conspectu, ac si me dilige
sed qui non diligit sermones meos, neque me diligit. 4 Voluptas ejus
opum coacervatio: & cui? quis ista possidebit? 5 Nam & Filius ejus, in
te tantùm esse optans, & à voluntate mea se avertens, sibi accersit m
Verba mea per te facta itidem parvi æstimare incipiens. 6 Noluer
mittere accersitum te, toties illis ea de re factò à me indicio: sed te i
turbet, serve mi. 7 Debitum tuum ut solveretur, disposuerat Sigism
sed inter se id premunt qui malè volunt tibi; quos Ego inveniam t
meo, neque te propterea deseram, tantummodo patiens esto. 8 *Eg*
conversus in latus dextrum orabam pro iis, & ut ne derelinqueret Dom
& reliquos Cultores suos. 9 *Ubi Dominus:* Ad votum Domûs A
factum est cum Domo Racoci! sed ignorat illa, quàm brevem E
num Ipsi posuerim. 10 *Dum autem ego, quis ille terminus esset c*
respondit Dominus: Decimo ab hinc die decurret terminus ejus.
novennium, ex quo tibi de Domo Austriaca loqui cœpi, transiit j

isque annus iniit: aderit itaque finis vitæ ejus. 12 Decem cornua vidit
hannes in Bestia, quorum hic est postremum: quod ubi deciderit, con-
itio erit inter Filium & Patruum de Vienna; cujus incolæ tristabuntur,
norantes causam. 13 Aufero Ego, & auferam, hac in Terra viros præ-
nuos: Væ, væ, Terræ huic! flammâ, ferro, peste, affligam perfidam hanc
ntem Hungaricam. 14 *Ego perterritus à voce iræ, orare cœpi, ut suos con-*
varet Dominus: cogitans, quid nobiscum à Principis (matris) morte futu-
m esset. 15 *Ad quæ Dominus:* Quid illa Vobis præstitit? Ne solliciti
ote, à me protegemini: Vigilate tantùm & orate. 16 Tu autem in meo
ctu acquiesce: prospexit tibi Adjunctus, neque desereris post hac. &c.
Omnia procedent secùs atque vos cogitatis, etiam apud vos. 18 Surge,
ista scribe, Tibique interim habe.

[v. 2,8,9.) Exaudivit Deus preces servi sui, Principemque matrem, tametsi gravi af-
flixerat morbô, Vitæ tamen restituit: ut ne plus gaudii conciperent hostes. v.10.)
Vide Rev. CXII. v. 3, 4.]

R e v e l. CVII. 10 Martii.

[*Lamenta super Domum Aust. descriptióque tyrannidis ejus, in subditos populos sævientis,* 2. *Idola peribunt,* 9. *Nationes (ipsiûs DEI voce) convocantur ad mactandum,* 11: *Avesque rapaces & bestiæ ad vorandum,* 12. *Verbum Evangelii promovendum ad omnes sub Cœlo Gentes,* 14. *Pax terris redibit ante Mundi finem,* 17. *Princeps Racoci an iturus?* 19. *Videntis ad hæc tarditas increpatur,* 22.]

Cùm evigilassem, diluculô, factum est ad me Verbum Domini, dicens: Ejula,
ejula, exsecrata Domus Austriaca! plora & lamentare! 2 Nam ecce
m super te volant sagittæ iræ meæ, quam effudi de throno meo ad ulciscen-
um iniquitates tuas, & tyrannidem quam exercuisti in tibi commissas Gen-
s & populos Terrarum tuarum, quæ te sustentârunt, & tanquam ulcus ve-
natum tot seculis tolerârunt. 3 Tu autem sorbuisti, ô Domus Austria-
, sanguinem eorum, Virorum insignium, illuminatorum, tibi servientium
rectè consulentium: 4 Quos tu è Terra & hæreditate Patrum suorum
pellebas, sæviens ut rabiosa fera inclementer omnibus diebus dominatio-
s Tuæ, usque ad diem & horam ruinæ tuæ, quam Ego Jehova, Sanctus
raëlis, destinavi tibi, & jam venit. 5 Nam tu inequitabas Bestiæ; & Be-
a, Meretrix Babylonica, inequitabat tibi: cogens te exitio dare populos
i addictos, destruere urbes, vastaréque regiones Terræ; sine metu DEI,
ulla commiseratione humana. 6 Non Gentes dico barbaras, remotas,
e & nomen meum ignorantes, quas habeo in vasto Terrarum Orbe: ne-
que

que Judæos, gentem mihi rebellem: 7 ſed tuos, tuos dico populos, Cul-
tores meos, exitio dabas, ad conſilia viperarum progeniei, Jeſuitarum, Capu-
cinorum, aliorumque inferni ſatellitum, cœcorum ducum, pſeudopropheta-
rum: quibus tecum unà paravi ſtagnum ſulfuris in æternum. 8 Ideò jam
venit tempus ceſſationis tuæ, & illorum, tyrannidis! Audivi enim, & exau-
divi, clamorem Animarum interfectorum propter Verbum meum, claman-
tium ſub Altari meriti mei. 9 Et exterminabo Idola tua, Sculptilia & Fu-
ſilia tua, aurea, argentea, ænea, lapidea & lignea: quæ te non eripient in die
iræ. 10 Nec eripient Sancti illi tui, quorum nomina publicabas, & cum
hinc inde vagantis populi catervis nequicquam invocabas: Invoca nunc
etiam, inclama eos! Ecce obmutuerunt! ecce non ſunt! 11 Vos igitur,
ó Nationes à me electæ, concurrite & convolate ad cœnam iræ meæ! Effun-
dite, effundite viciſſim ſanguinem eorum! 12 Convolate vos rapaces aves,
Corvi, Cornices, Picæ, Vultures, Beſtiæ feræ & domeſticæ! Vorate carnes
occiſorum ſine miſericordia: implevit enim Beſtia menſuram ſcelerũ ſuorũ
ſuper Gentes. 13 O vos Orientales, ó vos Septentrionales, ó vos Occiden-
tales, ó vos Meridionales, ne cunctemini! quàm primùm ad vos penetraverit
vox Tubæ meæ, ſicut ad quosdã jam penetravit. 14 Quum verò ab Idolis
repurgaveritis Terrã, glorioſam reddite Sanctam Legem meã, communican-
do cum populis Ethnicis, & omni ſub Cœlo natione: per duos illos teſtes,
quos Ego nunc Vobis conſtitui. 15 Alterum ignarum labii Gentium ex-
terarum, ſed habentem linguam Gentis ſuæ à me expolitam: alterum, qui
vobis exteris, ad promovendam inter vos cognitionem voluntatis meæ ſer-
viendo ſatisfacere poteſt. 16 Meæ dico voluntatis, quæ apud me Jeho-
vam Zebaoth, DEUM Gentium & Linguarum, ab æterno fuit, atque etiamnũ
eſt, immota. 17 Tum redibit pax Terris Veſtris, cum effuſa ſuper vos
omnes benedictione mea: uſque ad diem illum quô finem imponam Mundo
fervore ignis, ſecundùm verba Prophetarum & Apoſtolorum, cum obſi-
gnatione Abyſſi ſuper ſatanam & pſeudoprophetas. 18 Nam ecce Venti-
labrum in manu mea! & ſecuris ad radicem Arboris ponetur: quum (*priùs*)
ultionem induxero ſuper Beſtiam, & reduxero pacem inter Gentes Terræ.
19 *Quibus ego auditis, cogitabam, An Princeps Racoci eſſet iturus?* 20 *Et
Dominus reſpondit*: Ibit, ibit, nolens volens: præ horrore terribilis Nomi-
nis mei, cùm videbit reſiſti non poſſe Potentiæ meæ, Voluntate mea ſibi re-
velatæ. 21 Hæc ecce ſunt, quæ tibi manifeſtare volui hodie! 22 *Ego
verò cum pavore & ſuſpiriis dixi: Ah Dominator Iehova, non continui memoriâ
ſermones tuos! etiam initium ipſum excidit: ignoſce, obſecro, ſervo tuo.* 23 *Co-
gitanti tamen, an vel principium invenire poſſem: ſed nihil, penitus nihil, putà*

24 *Ubi*

24 *Ubi me alloquutus Dominus, dixit*: Hæc ecce est terrena illa corporis
Vestri in hac mortalitate indoles, ut facilè obliviscamini sermones meos, sic-
ut oblita fuit Eva, & Uxor Loti, malo suo: oblitæ enim Verborum meorum
transgressæ sunt mandata mea. 25 Quam vestram ad voces meas tarditatem
augetis in Vobis vanis de rebus aliis cogitationibus & colloquiis, præcipiti
iracundiâ, non necessariis curis, & corporis cibô & potu prægravatione: ut
labascat ac depereat memoria Vestra. 26 Surge, & ad scribendum te ac-
cinge! inter scribendum tibi suggeram omnia. 27 *Ego igitur decantans*
laudes DEI surrexi, precibusque cum familia finitis, hæc (Dominô in memo-
riam vocante omnia, postquam tentamine propriô ne principium quidem recordari
possem) conscripsi. Hallelujah.

Rev. CVIII. Martii 12.

[*Visio variorum populorum in Domo quadam &c. 3. explicatur de ultima Gentium in Ec-*
clesiæ Domum convocatione, 7. Initium in Hungaria, 11. Exules reducendi, 13. Videnti
plura promittuntur revelanda, 16.]

ITerum factum est ad me Verbum Domini, præmissô (ipsâ diluculi horâ)
somniô tali. 2 *Visus mihi fui inter Patria mea Vineta constitutus, meam*
quærendo vineam. 3 *Et factus mihi obvius Vinearum custos, clanxit tubâ;*
quem ut præterieram, in Domum veni habentem aream peramplam & elegan-
tem, ubi hominum ingentes catervas conspexi stantes, variô habitu, invitan-
tium me ad Convivium. 4 *Reperi autem in una illa caterva* Johannem
Kriz, *& in alia rursum* Johannem Solinum, *habitu Ecclesiasticô nitidè*
indutum: Dominus autem ædium veniens, attulit mihi quoque vestem Ecclesia-
sticam, induere illam jubens. 5 *Inter egrediendum autem Domô illâ, incidi in*
Fructum singularis saporis: venitque mihi obviam vir Eques, aves macta-
tas ferens, majores & minores. 6 *Expergefactus cecini quædam ex hymno*
de Trinitate, de admirabilitate Operum DEI. 7 *Paulò post facta est vox*
DEI ad me: Efficacia virtutis meæ, & operis mei, prodit se in illis ad
quos jam penetravit vox sermonum meorum per te prolatorum, idque in
bonum. 8 Accipiunt enim cum gaudio revelationem voluntatis meæ,
de perdendo & penitus evertendo Antichristo: putantque diem Judicii
extremi esse in foribus, ut Apostoli loquuti sunt. 9 Est, sed nondum tam
properè: nondum enim glorificatus sum in omnibus Nationibus Terræ, qua-
rum numerum in perampla mea Domo per somnum vidisti. 10 Oportet im-
pleri priùs, ut Domus mea convivis compleatur, ex omnibus sub Sole Natio-

nibus: atque tempus eſt, ut hoc opus meum urgeatur undique. 11 Et ecce,
Curſor curſorem inſequitur, ut hoc Opus meum in Hungaria incipiat cele-
riter! 12 Et cùm tranſmiſeris quæ ſcripſiſti, mirabuntur multi, & agni-
tâ voluntate meâ conſultabant quomodo ſatis fiat illi. 13 Parate vos, Tu
cum Solino, ad reaſſumendam Miniſterii functionem: appropinquant enim
tempora auferendæ à vobis ignominiæ, quâ affecerunt vos. 14 Induite
ſtolam juſtitiæ, & parati eſtote ad prædicandum Nomen meum in Patria
veſtra: quæ tametſi deſolata erit valdè, meos tamen Ego mihi ſervabo, qui
vos recipient cum gaudio. 15 Vos tantùm vigilate, & miſericordiam im-
plorate! & providete vobis de pane: ego autem providebo ut non deſit unde
(provideatis). 16 Tu verò diligens eſto in his quæ tibi committo: nam &
plura etiam oſtendam.

REVEL. CIX. Martii 14.

[*Viſio de Stamine dividendo triſariam, ad comburendum, ad coquendum, ad flumini immittendum,* 2. *ad Hung. gentem accommodatur,* 5. *Videns in fa iem procidit, & pr is orat,* 10. *DEUS excandeſcentiæ ſuæ cauſas reddit,* 13. *Principem tamen Tranſ. albus moneri vult,* 18. *Triſtantes eriguntur ſolatiis,* 19. *Videns ſolatia in Scripturis quærens, quid invenerit,* 24.]

ITerum factum eſt ad me Verbum Domini, quum, Sole jam ortô, peregiſſem,
matutinas preces, plenus triſtitiæ, reclinans me indormivi. 2 *Et vidi mihi*
dari tela Stamen ad texendum: de quo ſolicitus, quomodo id agerem, evigilavi.
3 *Domini autem vox inſonuit*: Partem ſtaminis illius combure; partem alte-
ram coque in olla; tertiam verò mitte per flumen. 4 *Quô ego non intel-*
lectô, quid ſibi iſta vellent cogitare cœpi. 5 *Dominus autem*: Sic Ego faciam
cum Terra Hungariæ, Natione illa mihi infida, ingrata, mihique & volun-
tati ac mandatis meis refractaria. 6 Partem Terræ illorum dabo ad combu-
rendum, partem ad diripiendum, & affligendum, & ceu in olla coquen-
dum; partemque Turcicæ Genti ad abducendum. 7 Ecce enim fruſtra
omnia recipiunt, quicquid illis tam clarè, per te & alterum dilectum mihi
vas, notificatum volui, quid ſua in Terra fieri ab illis velim. 8 Ecce autem
omnia pro joco & deridiculo habent! ideò illis non parcet oculus meus.
9 Confidunt illi ſuis libertatibus, quas non illi ipſi ſibi, ſed Ego eis paravi: at
hæ nihil proderunt in die iræ meæ. 10 *Quibus ego auditis, cordis dolore,*
& quodam mihi ad enarrandum impoſſibili horrore correptus, procidi in faciem
coram facie Domini mei, & cum gemitu exclamavi. 11 *O Iehova, DEUS*
& Pater mi! recordare propter miſericordiam Tuam, cujus pleni ſunt Cœli &

Terra

Terra, illos quoque homines esse, nihilque ex se ipsis habere posse, nisi Tu dederis. 12 *Oro itaque, oro, propter Sacrosanctum Nomen Tuum, da illis ut faciant voluntatem Tuam; alioqui voluntati Tuæ nulla Creatura resistere potest.* 13 *An verò Princeps nihil eorum, quæ Patri & Fratri ejus nuntiari jusseras, facere vult?* 14 *Responsum*; Incoctis Consiliariorum suorum rationibus seductus tergiversatur, neque resolutionem invenire potest. 15 Cùm tamen aliæ Nationes, quibus particula horum duntaxat innotuit, gratè accipiant, ad faciendum alacriter voluntatem meam sese accingant; 16 quanquam non apud eos, sed hac in Terra, per te & Adjunctum tibi Ego voluntatem meam tam clarè manifestavi, faciem eis obvertendo, illi verò mihi & sermonibus meis terga obvertunt. 17 O quàm benè esset illis, si meum sequi ductum animum inducerent! 18 Sed vos, ó succurrite adhuc, succurrite Racocio! fortasse adhuc redibit ad se. 19 Vos autem ne solliciti estote; Vos inquam duo dilecti mei, non ob mercedem mihi obsequenter servientes; quod & de Adjuncto tibi notum est mihi, qui nunc tristis angitur, incertus quid agat. 20 Ne solliciti estote, dico vobis! Ego vestri habeo rationem, & servabo vos mihi ad tempora mea præter spem vestram. 21 Tantummodò vos confidite mihi, meamque implete voluntatem, vigilantes & orantes. 22 Atque hæc sunt, quæ tibi per Stamen illud ostendere volui: Surge, scribe, nam retinebis omnia mente, corde, memoriâ, cum precibus. 23 *Quod simul atque Dominus cessavit loqui (orans inter surgendum & ex hymnis quædam decantans) effectui dedi.* 24 *Tandem aperiens Codicem Sacrum, primâ aperturâ incidi in caput V. Ieremiæ, illudque legens ac expendens lacrymatus sum; eadem nunc DEUM filiis Terræ hujus denuntiare videns, quæ tunc populo illi suo.*

REVEL. CX. 15 Martii.

[*Videntis preces*, 1: *Responsum ad illa oraculi*, 2 *&c.*]

IPsô noctis medio evigilavi, postque fusas ad DEUM preces, cùm somnus redire nollet, revocabam mihi Gedeonis, Davidis, aliorumque antiqua exempla, quibus DEUS dabat facere voluntatem suam: ut & his daret, eorumque flecteret corda. 2 *Respondit autem Dominus*: Ecquid manifestius volunt, super id quàm eis dè omnibus modis & mediis, quid, ubi, quomodo, quando, agendum esset, significavi? 3 Excusationem nullam habent; nisi fortè quòd illis auri acervos non ostendi, quod illi mallent, ut tibi in Castris à quodam dictum fuit. (*à D. A. Principis Medico.*) 4 Et meministi, quàm tibi

mea Verba ferenti Princeps tùm nihil humanitatis exhibuit, neque te alloquiô suô dignatus, nec ullô charitatis signô: recessisti ab illo ut homo vilis: quam duritiem alii quoque mirati fuerunt. 5 Tibi autem solatio sit, quòd non tuam sed meam tum temporis implebas voluntatem, satis etiam cum periculo: quod non clam me est. 6 Ergò & porrò in silentio & spe exspecta quid Ego acturus sim. 7 *Oravi autem cùm dormire non possem, pro me & aliis afflictis, & gente hac &c.*

R E V. CXI. 17 Martii. (Dominicâ Judicâ.)

[*Visio scalæ sine fulcris*, 2. *Irrisores non attendendi*, 5. *Mos DEI æternus, non abscondendi ab hominibus Opera sua; & quomodo ista excipere soleant mortales*, 6. *Hung. Gentis socordia*, 8. *Transmarinorum laus*, 11. *Comminationes adversus istos*, 12 *&c.*]

I*Terum ad me Verbum Domini factum est, cùm præcessisset somnium, lucescente jam die.* 2 *Videbam ante me* Scalam præaltam, *nullo fulcrô nixam: per quam ascendens, non sine difficultate ac labore valdè sublime perveni, plenus licet trepidationis.* 3 *Ut evigilavi, & quid visum illud portendere posset cogitavi, nihilq; invenire potui: facta est ad me vox Domini*, 4 Vides quid tu sine me possis? & quid scias, quod Ego non revelo tibi? 5 Nihil ergò morare irrisores istos, non tuos sed meos. 6 Operatus Ego sum opus meum in diebus antiquis, & operor adhuc, faciendo mortalibus indicia, licet inæqualiter, eorum quæ facturus sum: nec semper æqualiter homines invenio dispositos. 7 Alii erant alacriter voluntatem meā facientes: alii cum miris tergiversationibus. 8 Qualis & ista Hungarorum Natio est, fueruntque Racocii, Pater & Filius, quibus à me nihil dilucidiùs afferri potuit. 9 Sed ecce Oculi cœci, Aures surdæ, Linguáque muta, in illis reperta sunt! 10 Zelare solitus sum contra obstinatos: zelo & contra Gentem hanc. 11 O quàm aliter se transmarina gerit Natio! quibus exiguum tantùm affulsit eorum, quæ Ego Hungarorum Nationi detexi: & tamen ecce illi vividè se ad res movent, de quo brevi audies. 12 Sed Natio hæc semper talis fuit: quorum manus tantùm ad immanitatem, & cor ad perfidiam, instructa sunt. 13 Pallium tantùm habent Christianismi, veritatis parum: munera illis tantùm cordi sunt, non judicium cum justitia & misericordia. 14 Pertædescit eorum jam quoque illum, quem in prodigium dedi Terræ huic, inprimis autem Racocianæ Domui. 15 Sed protestatus sum, & protestor, non illum, neque te, culpam laturos neglectæ Salutis, sed ipsosmet. 16 Observatum pridem est aliis nationibus, Ungaro parum esse fidei: ideò opus meum, verbáque mea, exigui sunt

apud

›ud eos ponderis. 17 Bonum ipsis esset prospicere oculis propriis, sepo-
is perspiciliis, antequam dies furoris mei veniat! 18 Atque hæc volui
›dic: Scalæ visiq; quid sibi velit, scies aliàs.

Rev. CXII. Martii 19.

[*Domui Aust. luctus venit hâc die*, 2. *quem occultare diu, utut volent, non poterunt*, 8. *Atque tum isthæc Mundo vulganda*, 10.]

Ucescebat, quum ego inter matutinas preces obdormirem. 2 *Sed paulo post*
evigilans, & vixdum satis sensuum compos, vidi ante me transire faciem ad-
›dum formosi Iuvenis. 3 *Cumque præsentia ejus evanuisset, dixit ad me*
ominus: Ejulatus & lamenta Domui Austriacæ venerunt hodie. 4 Nam
›dic est dies decima, de qua tibi dixi, visitaturum esse me illam. 5 Ecce
im Sagittæ furoris mei irruerunt in Pharaonem, quibus trajectus effudit
elerata viscera sua, sicut effusa fuerunt viscera Judæ. 6 Unde fletus, cla-
or, lamenta & ejulatus, invaserunt Jesuitas, maledictamque illam Mere-
icis Babylonicæ colluviem. 7 Nam ecce decidit de capite Bestiæ cornu
ecimum, super quod illa stabat! nec amplius erit ullus Rom. Imperator
e Domo Austriaca. 8 Quod illi prement & occultabunt, nec tamen diu
oterunt. 9 Apud Vos maximè ejulabunt Kromerisenses, ob extinctam
nebricosam facem suam. 10 Vos autem duo dilecti mei, quàm primùm
obitu ejus fueritis certi, confidenter linguis quibusvis vulgate sermones
eos, ut eos legant & audiant omnes Terræ Nationes, ad incutiendum tan-
plus horrorum hostibus meis & Vestris. 11 Jam enim eversum erit
lcrum, quò nixi fuerunt pseudoprophetæ illi. 12 Vos autem securitate
n perfruemini, serviendo mihi secundùm beneplacitum meum, quemad-
odum tibi antea significavi. 13 Tu vigila, hodie domô nusquam exi, &
c scribe. 14 *Et feci ita.*

[v.3. &c.) Prima tunc inflicta videtur lethalis plaga Ferdinando III. putrescere enim pedibus cœpit circa hoc tempus, & dehinc intumescere hydrope. Quod si pertransiens illa juvenilis facies (v. 2.) Ferdinandum IV denotat (quem annô sequenti Cæsareo collocârant throno, Dominus autem rursum dejecit) interitum utriusque præfigurari non dubitandum: quod contextus præfigurare videtur.

v.10, *Vulgate sermones meos*) Ecce vulgamus, trepidantes licet hucusque: resisti diutiùs Omnipotenti non potest.]

Revel. CXIII. Martii 20.

[*Visio Auditorum Templa deserentium: cum dilucidatione.*]

Rofundâ adhuc nocte, visus mihi sum fuisse in Templis vicinis duobus: quorum alterum occupabant Auditores nostri, concionem ad eos habente Ioh. Solino,

 quem

quem illi quasi aversati exierunt omnes. 2 *Id cùm malè haberet me, dixi ad*
fratrem: Eamus questum ingratitudinem hanc Patri Lanetio, qui erat in con-
clavi ad Templum illud adstructo. 3 *Ingressi ergò reperimus eum scribentem:*
atque cùm ego deposuissem querelam, seponentem alteram epistolam, alteram
scribere continuantem. 4 *Cum hoc evigilavi, tristis super eô quòd nihil responsi*
accepissem. 5 *Sed Dominus:* Pristina vestra mala, nauseam Verbi mei, &
fastidium atque desertionem Vestri ab Auditoribus, ostendi tibi. 6 Sed
Ego jam scripsi epistolam unam ad Nationes; alteram scripturus adhuc sum
ad Vestros, ut vos recipiant iterum. 7 Quòd tibi Lanetius nihil responde-
rit, nihil te moveat: locô ejus en Ego respondeo! 8 Tu serve mi tacitus
esto, & patiens! deducam Ego in lucem causam meam & tuam. 9 Et cecini
Psalmum XXVI, totâ reliquâ nocte tristis & insomnis.

REVEL. CXIV. Martii 23.

[*Visio juvenilis ætatis Christi,* 2: *& consignatio peccatorum humanorum,* 5. *Sig. R, cùm morte abreptus,* 8.]

BIs factum est ad me, antelucanô hôc, Verbum Domini.* 2 *Primùm circa*
secundam horam obvenit mihi somnium, in quo vidi ad me venientem ado-
lescentem veste longiori, simplici quidem, decorâ tamen valdè, alloquentem me
humanissimè. 3 *Postquam evigilassem, & quemnam vidissem cogitarem, respon-*
dit Dominus: Ego me tibi ostendi simplici meo habitu, quô in terris ab anno
ætatis 12 obambulabam. 4 Quam ætatem meam Vos recolentes cantatis:
O imple nos spiritu tuo Domine Jesu Christe; *quem versiculum cantando*
absolvit Dominus, ego autem sequentem. 5 *Redormiensque paulò pòst vidi*
me in Atrio, ubi stabat Repositorium occlusum: quod recludens Iob. Efron ex-
traxit Membranam amplissimam, quæ fuit in medio perusta, & in illa descripta,
characteribus antiquis, peccata hominum. 6 *Quod Ego cùm legere vellem,*
dixit nescio quis, Sine, transierunt vetera. 7 *Ut autem evigilavi, dixit ad*
me Dominus: Vidistíne memoriale lapsuum humanorum, qui non sunt reco-
diti à me à seculis? sed ecce perusta sunt omnia, & dirupta sanguine meô!
quorum recordari, & in vobis posteris requirere nolo. 8 Requisivi ego
in Sigismundo inobedientiam Patris sui! qui recolligere se cœperat ut emen-
daret, sed & labi cœpit: ne ergò laberetur penitùs, assumere illum ad me
malui: 9 Ut Frater ejus metu territus & conscientiâ, errorem illorum emen-
daret: Videbisque tu brevi, quid ille sit acturus. 10 *Quô ego auditô, ar-*
denter pro illo cœpi orare: sicut & pro nobis, quibus tum de hostili Exercitu no-
bis

bis opprimendis immittendo fiebant comminationes. 11 *Dominus autem*: Va-
næ sunt hostium Vestrorum cogitationes, infatuabitur consilium eorum.
Ego enim ero igneus murus in circuitu Vestri. 12 Tu provide necessariis
domui tuæ, Ego benedicam tibi, & Angelicâ custodiâ cingam te &c.

REVEL. CXV. 25 Martii.

[*Visio Adjuncti aliò festinantis*, 1: *Explicatio Scalæ nuper visæ*, 3. *Revelationes hæ quàm extraordinariæ*, 5. *Dolium Nationum iterum dissilit*, 7.]

A *precibus matutinis redormivi, vidique Adjunctum meum in Domum
quandam adventantem spectabili habitu, & cum illo honestos aliquot viros
ignotos mihi: quorum ille labores mihi enarrabat.* 2 *Evigilavi, jucundatus
somniô illô, & Dominus ad me*; Veniunt literæ ab Adjuncto: neque ille
tardare volet reditum in Poloniam ad promovendum in lucem sermones
meos ad te factos, quos gratè acceptabunt Nationes. 3 *Mihi verò in men-
tem venit visa nuper Scala* [*Rev.CXI.2.*] *per quam sursum ascenderam, quid-
nam illa Visio sibi voluerit?* 4 *Et Dominus*: Quam vidisti Scalam, & con-
scendisti, stabat sine fulcris, quia Ego illi fulcrum eram: sic & tu meâ unius
protectione stabas hucusque, & stas, contra tuos, clandestinos & apertos
inimicos. 5 Ascendisti tu (*per me*) in altum; ut videatur in Nationibus
opera tua, cui similem nec vidit nec audivit ulla gens ab Apostolorum tem-
pore, de tam evidentibus præsentiæ meæ signis, tantisque voluntatis meæ
indicationibus, qualiter tibi factum. 6 Videbis tu id brevi, de quo Os
meum loquutum est: modò fidelis esto mihi, & obediens in exemplum cæ-
teris, ad recipiendum simplici confidentiâ sermones meos. 7 *Inter hæc le-
ctulus meus sub me crepuit. Et Dominus*: Dissilit Dolium, in quod collegi
Nationes, ascenduntque nubes procellarum iræ meæ! 8 Vos autem orate,
dicentes: Audi nos Pater ad Te gementes: *quem cantum ego pertexui, ex
Litania Ecclesiastica.*

REVEL. CXVI. 26 Martii.

[*Visio Privilegiorum*, 2. *ad Hung. & Moraviam accommodatum*, 3. *Molimina hostium in Hungariam dissipanda*, 7. *Georg. Racoci Rex nominatus*, 10. *primus inter exaltandos*, 13. *Ecclesiæ in Mor. restituendæ*, 14.]

F*Actum est iterum ad me Verbum Domini, post præmissam Visionem noctur-
nam.* 2 *Lustrabam cum honestis quibusdam viris Membranam, cui in-
scripta*

scripta erant Privilegia : quam in manus acceptam divisi in partes duas perfacilè, dedique alteram medietatem VVilhelmo Padiera Civi Prarensi, Moravo; alteram verò illis reliqui, apud quos hospitabar. 3 *Cogitabamque, expergefactus, quid somnii esset istuc? Et Dominus ad me :* Libertates Terræ hujus, quibus se effert, dividentur suo tempore, parsque illarum cedet Moraviæ, patriæ tuæ. 4 *Redormiique eodem momento, & vidi me in Campo dividere fruges nondum demessas.* 5 *Et mox in Horto, ubi sub Arboribus sparsa jacebant Pira inusitatæ magnitudinis & speciei : quorum sustuli duo pucherrima, sicut & qui mecum erant non multi :* 6 *Expergefacto venit versiculus ex hymno, de veracitate promissionum DEI : & Dominus ;* Finem assequetur quicquid apud me de Terræ hujus habitatoribus constitutum est. 7 In qua licet sibi nidos componant Hostes mei, cogitantes eo redigere Terram hanc, quò redegerunt Vestram : 8 Sed illi nesciunt dejectum jam esse de solio eum, super quem fundamentum posuerunt suum, dicentes, Domus Austriaca, Domus Austriaca! 9 Fuit utique gloriosa Domus hæc, sed non est ampliùs, nec erit : quemadmodum tibi sum loquutus. 10 Quam & Georgius Racoci timet, ligatas habens manus : Sed utinam rumpat vincula? dejecto de se onere & jugo Consiliariorum suorum, animum Illi turbantiū; 11 Nolentium intelligere, vel credere, voluntatem meam Patri & Fratri retectam, prodiisse ab ore meo. 12 Patrem ejus nominabam Principem, Fratrem ejus Sigismundum, sed hunc nomino Regem : faciamque, si obsequutus fuerit mihi. 13 Primus ille & ante alios, ad sublimitatem evehetur (*post Antichristi ruinam*) in Terra hac : demumque alii aliis in Terris, à Domo Austriaca nunc contemti. 14 Quod opus à Turcis promovebitur & Tartaris : ut vos etiam in Terram patriam reducti, recipiatis à Patribus partas libertates & Privilegia, quæ Vos adhuc hîc in Arce custodita servatis. 15 Non quidē turbatores adversùs Vos deerunt, sed nihil poterunt. 16 Tibi nominatim cedet Collegium Vestrum Lipnicense, cum omnibus pertinentiis : sed Tu Parochiâ contentus vendes illud loci Domino : atque tum ad te redibit fructus ille quem tibi per visionem ostendi. 17 Brevi benedictionem meam videbis : modò voti tui memor esto. 18 *Ego autem cogitavi, quid Adjunctus rescripturus esset: Dominus autem :* Scribit solabiliter, admirabundus ea quorum facta est significatio : requiretque consilium, quod erit facile. 19 And. Klob. habebis adversantem, ut cepit ita perget: sed desiste turbari, Ego tibi benedicam. 20 *Ego autem decantato hymno ista scripsi: sed cum majore ac aliàs hæsitatione, ut nisi dictasset Dominus, nihil potuissem. Illi laus!*

[v.19. *habebis adversantem*) Nempe ratione pecuniæ à Vidente (& aliis) obsessâ Led-

nicensi

nicensi Arce ad milites animandum mutuò datæ, à Principe verò pòst (ut & Sigismundi testamentô) reddi jussæ: quod tamen hic impediebat, eô prætextu quòd Arx non fuisset conservata, sed dedita ac direpta.]

Rev. CXVII. 28 Martii.

[*Catalogus Nationum variis linguis scriptus*, 1: *Pueri Patrem lugentes*, 2: *splendor Videnti affulgens*, 5.]

Vidi mihi porrigi Scripta quædam variis Linguis, continentia variarum
Gentium nomina mihi nunquam antè audita, ideóque valdè mira. 2 *Et*
mox venerunt pueri duo à meridie, plorantes, & mihi lamentantes, Patrem sibi
obiisse: quem ego videre volens, sequutus sum eos, lacrymabundus ipse quoque.
3 *Dominus verò ad me:* Majora audies lamenta super mortem Ferdinandi,
audiesque brevi. 4 *Surrexi ergò, & quia Concio fuit adeunda (feria quinta*
Hebdomadis magnæ) scriptionem distuli post Vespertinam concionem usque.
5 *Cùm verò de morte Ferdinandi scriberem, splendor quidam superfulgebat*
mihi chartam, ignis instar, idque vice binâ: attollensque caput nihil vidi (unde
veniret). 6 *Sed tertiâ vice feriit chartam & oculos splendor Cœlestis coloris, Sa-*
phiri instar: quid significârit nescio. 7 *Sed ego in cantum erupi, quem hymnus*
noster Ecclesiasticus de gloria majestatis DEI habet.

[v. 6, *quid significarit nescio*) Multò ergò minùs nos. Si tamen conjecturæ sit locus, aut dilationē adhuc Ferdinandeæ mortis, aut sequuturum eam gaudii Ecclesiæ jubar, significare possit.]

Rev. CXVIII. 29 Martii.

[*Visio Mulieris obsessæ, exsecrationi datæ*, 1. *Et Ecclesiæ Matris moribundæ, restituendæ vitæ*, 6. *Princeps denuò monendus, & quid*, 8.]

Ante noctis meridiem vidi in somnio venientem ad me Mulierem in forma
diaboli, quam per nomen Domini Iesu exsecrari cœpi. 2 *Factâque exse-*
cratione, ingressus sum conclave ubi res meas habebam: sed sequuti me Viri
quidam, diripuerunt omnia mea. 3 *Quum autem experrectus quid somnium*
illud sibi vellet cogitarem, respondit Dominus dicens: Exspoliationem quam
propter nomen meum perpessi estis, ostendi tibi. 4 Mulier autem quam
vidisti, non diabolus fuit, ut cogitabas, sed imago obsessæ à diabolo mulieris,
Meretricis Babylonicæ quam Ego per te quoque exsecratus sum, & illius

exsecratio nota jam fiet omnibus Nationibus totius Terræ. 5 *Ego verò surgens lectulò, procidi & adoravi Dominum: & cùm me reposuissem, momentò redormivi.* 6 *Ubi me ingressum vidi, cum paucis aliis mihi notis, domum Matris meæ, quæ ægrè decumbebat, tota sui dissimilis, constitutaque in agone: quæ mihi dextram offerens ultimum triste dicebat Vale.* 7 *Ubi evigilavi, Dominus ad me*, Vidisti ad mortem ægram, animamque agentem, matrem? Mater Ecclesiæ Vestræ est, derelicta à filiis patriæ: quam tu cum non multis curando restituere voles, sed id vobis laboriosum accidet. 8 Consolare tu Adjunctum tibi: qui moneat Principem, ut se accingat ad igne delendum Idololatrarum delubra hac in Terra, ipsosque exterminandum tanquam à me exsecratos. 9 Perstare enim de eo voluntatem meam, quam Patri & Fratri detexeram; neque muto. 10 Surge, & hoc in scriptum refer.

Rev. CXIX. 4 Aprilis.

[*Rationis humanæ duritiei obstat consilio DEI in aula. R. 1. Ecclesia delicium DEI, 3. Væ Antichristianis satellitibus*, 4. Mundus non vult intelligere morem DEI, 6.]

I*Llucescente die factum est ad me Verbum Domini:* Mirare, mirare obstinationem Rationis humanæ in Aula Racocii! 2 Verùm scito meum opus processurum: audiesque tu vocem consolationis meæ, quâ Ego consolabor mulierem in desertum profugam à facie torrentis, quem post illam effudit Draco super Terram. 3 Quæ est delicium meum Ecclesia, afflictata, mortibusque mactata, à Pharaone; cui Ego jam imposui finem secundùm destinatum consilium meum: quod tamen non tàm citò percipies. 4 Ah væ vobis, væ vobis, exsecrabiles Capucini, aliique violatores Pacis, & Legis meæ! 5 Nam igne furoris mei comburemini ut stipula, quum super Vos venient Armigeri mei, ad solandum exspectantes me. 6 Sed ecce non vult, non vult intelligere Mundus, me opus quod diebus antiquis egi, etiamnum agere per te, dilecte mi. 7 Tu exspecta patienter, dum venient solatia mea. 8 Metuit Racoci eum, quem jam timere non habet: Tu, quòd te non accersant ne cura; Vigila tantùm & ora.

[v. 3. *non tam citò percipies*) Nempe quia utut consiliô Dei jam fuit interemtus, reipsâ tamen quinquenniô demum pòst mori debuit.]

REV. CXX. 5 April.

[*De Transylvaniæ Principibus junioribus, matre & filio, 1. Tormentum explosum, 5. Adjunctus maculatus injuriis, jubetur solatiis roborari, 6 &c.*]

E*Xperrecto mihi ostendit Dominus personam sexûs fœminei, facie & vestitu decoram, ac erga me affabilem: qua ut à me discessit, ecqua illa esset cogitare cœpi.* 2 *Et Dominus*: Ostendi tibi Transylvaniæ Principissam juniorem, cujus Cor Ego rumpam, ad recipiendum vocem meam, Verbaque prolata per te: 3 Quibus illa fide adhibitâ, promotricem se dabit operis mei, contra omnium hominum spem: unà cum Filio suo, cujus Ego prorogabo vitam. 4 Hic odium concipiet zizaniorum, hostium illorum meorum, qui ut veneno inficiunt animas populorum & nationum, zelo meo accensus. 5 *Atque hoc ubi dixerat Dominus, intonuit explosi Tormenti fragor: quod ego admiratus, mox rursum obdormivi.* 6 *Et vidi in occursum mihi venientem dilectum Adjunctum meum, qui manum mihi porrecturus festinabat, lapsusque luto maculavit brachium sinistrum decora vestis suæ.* 7 *Quam extergere volebam, tristis ob eum casum: sed accedens quidam amicivit eum veste aliâ, istaque prior macula per se evanuit.* 8 *Expergefactus, quid somnium istud portenderet, anxiè cogitare cœpi.* 9 *Dominus verò ad me:* Maculant eum, non à facie sed à tergo, multi simulati amici; quasi ille laboribus suis se & sua, terrena nimirum lucra, quærat, injuriam illi facientes. 10 Sed adoriar Ego ipsos etiam à tergo, contorquendo eorum colla: Tu illum consolare: 11 *Ego autem orare cepi, protectionem illi Divinam optans.*

REV. CXXI. 6 April.

[*Gloria DEI exsurgere jubetur, 2. Nationes urgenda ad opus DEI, 3.*]

Q*Vintâ matutina, inter suspiria mea audivi vocem Domini*: 2 Exsurge, exsurge gloria mea! quam premunt etiam qui amplificare debebant, dum neque credere neque intelligere volunt opus meum, quod ago & agam in Terrâ. 3 Impedimento enim sunt dilecto mihi & tibi noti sui; tu autem loquere illi; Urgendo urgeat Gentes illas à me electas. 4 Non mea, sed sua, quærunt, quicunque aspernantur sermones meos, iisque resistunt: quos Ego inveniam. 5 Tu fac mandata mea! Surge, scribe hæc, & ad illum mitte: Occasio enim erit. (*Fuit etiam, tertia post die.*)

Rev. CXXII. 7 April.

[*Visio hostilium in Ministros Evangelii machinationum divinitùs disjectarum*, 2. *Nec ergo defore* DEO, *si quos primùm honoravit, nolint*, 10. *&c.*]

E *Expergefactus suspirabam ad Dominum, redormivique denuò.* 2 *Et vidi me in domo quadam constitutum, indutum veste Pastorali, quasi habiturus Sacras ingressique varii viri Nobiles egrediebantur iterum, usque ad unum, mihi notum, qui abducto mihi ad latus dixit;* Exue vestem hanc, & subduc te inde: periculum enim imminet tibi. 3 *Exui ergò, & ingressus in aliud conclave vidi istos mihi pericula struentes prostratos veluti mortuos.* 4 *Conspexi & filiolum meum lectulò jacentem, quem inclamavi,* Surge filiole, festinemus nos eripere! 5 *Et mox evigilavi pavefactus, orareque, & canticum de protectione DEI adversus tentationes decantare, cœpi.* 6 *Sed indormiens subitò, vidi Principem Matrem vestitu lugubri, à qua egrediebatur vir procera statura, ferens Insignia speciosissima, casside binâ: sub quarum unâ Sol fulgebat cum stellis, sub alterâ visebantur Leones.* 7 *Et mirabar pulchritudinem istorum, cogitans, Cujusnam essent imagines? simulque evigilavi.* 8 *Dominus autem cantare cœpit (melodiâ de Passione Christi nobis usitatâ) rhytmos in solatia mihi hôc sensu:* En omnes inimicos qui te angustârunt, criminationibus falsis maculârunt! quàm à me prostrati sint, ut sordes disjectæ, pavitare noli jam serve mi dilecte. 9 *Quod ego admiratus, gaudiòque repletus, succinere cœpi, ex eodem cantico nostro:* O sit gloria tibi &c. 10 *Finitô cantu meô, effulsit in pariete mihi opposito lucis splendor: & audivi vocem Domini,* Pœnitet me, pœnitet, novennium jam laborasse cum Gente Hungara, & Racociana Domo! qui noluerunt, necdum volunt, intelligere voluntatem meam, ut faciant. 11 Ideóque, si obstinatè negabunt obsequi mihi, ecce alios reperiam, qui gratiùs excipient vocem meam: quorum Insignia vidisti, & advolabunt ut vultures. 12 Scribe hæc, & mitte Adjuncto tibi; ut hæc mittat cum nuperis ad Aulam Racocii, in testimonium illis! 13 Nihil metuat! protectio mea illi & tibi præsens est, adversus omnes insidias inimicorum. 14 Fortassis adhuc se recolligent, dum Orientalium, sicut & aliorum, ad opus meum promptitudinem videbunt. 15 Illis Ego præ cæteris honorem hunc obtuli primariò: sed ecce ingrati reperiuntur, suô malô! &c &c.

Rev. CXXIII. 12 April.

[*Reditus ab Exilio typicè præfiguratur*, 2. *Videntis uxor* DEO *diffidens*, 5. *Lapilli pretiosi*, 7.]

Visus mihi fui Domum ingredi; è qua in occursum mihi prodibant Viri duo, alter juvenis speciosus, alter Senex honestus, arguentes me nescio cujus insinceritatis: allatique fuerant sacci tritico pleni, quod effundebam. 2 *Sed venerunt alii viri, hortantes me ut nostram domum rediremus: ivimusque valdè periculosè, per aquas paludosas congelatas, glacie sub nobis fragescente.* 3 *Me autem solicitudo incessebat, num habituri essemus ubi siccesceremus: sed ingressi Domum reperimus abundè spatii, non pro nobis solùm sed & multis, conclaviáque perpurgata & incalefacta, ut gauderem de tanta commoditate.* 4 *Evigilanti autem mihi respondit Dominus & dixit:* Ecce locus paratus est pro servis meis, mihi confidentibus! 5 Sed uxori tuæ non ita videtur: aliò illa confugit, alibi auxilia, contra interdictum meum, quærit: quod displicere tibi, æquè ut displicet mihi, scio. 6 Non acquiescit illa remediis à me commonstratis, fomentatione ex decocto vino & thure, inunctionéque oleo laurino & juniperino: si pergit aspernari, iram incurret meam. 7 Lapillis meis, tibi concreditis, fac ut cogitasti: ne tamen omnes divende (pretiosissimi sunt Sardius & Topasius) & cave ne in manus impias veniant, sed eorum qui nôrunt & honorant magnum nomen meum: 8 Plura Ego tibi ostendam, quum tempus venerit meum: tu vigila &c.

[v.7. *Lapillis meis.*) In caverna Petræ, ubi promissos quærere jussus erat thesauros, repererat tunc auri obryzi laminam, cum pretiosis aliquam multis lapillis: de quibus hic sermo, cum promissione majorum suô tempore.]

Rev. CXXIV. 15 April.

[*Deliberatio de exsequutione*, 1. *Gladius triacutus*, 4. *Transitus muniendi*, 6. *Hæc ad Palatinum Hungariæ referenda*, 8. *Aquæ à Iesuitis venenantur*, 10. *Quâ serie Terræ hæ libertati restituendæ*, 12 *&c.*]

Iterum factus est ad me, sub diei exortum, sermo Domini: Hodie Consiliarii Regis Transylvaniæ deliberare incipiunt de exsequutione eorum, quæ per te loquutum est os meum. 2 Sed & Adjunctus vocat Efr. ad referendum illi plura quàm ad te scripsit: pro quibus tu ora. 3 Nihil autem concludent sine te: quos proinde tu adibis, iisque sic loqueris, quomodo tibi mandavi antè: ut sua in Terra initium faciat Princeps, te præsente.

 4 Cu-

4 Cureturque confici Gladius triacutus, quem gestabit Armiger tuus ad perimendum, juxta mandatum meum, pseudoprophetas, meretricis Babylonicæ filios. 5 Priùs tamen fiat quod antè dixi, ut limitanei transitus muniantur præsidiô: quia ad primum rumorem initii facti ut nebulæ diffugere tentabunt, ac elabi alias in terras. 6 Collocentur ergò in Teloniis & transitibus viri fidi & jurati, ad intercipiendum bona in usum Regis & Regni; ipsosque transfugas mactandum. 7 Quam vos artem Jesuitæ docuerunt, Edictis hôc anno vulgatis suo malo. 8 Transylvaniæ Rex referat omnia, prudenter & occultè, ad Palatinum (Ille enim Patriæ suæ amans est): cum promisso, Nomen & Genus Palfiorum æternam inde consequuturum memoriam: expensasque tot & tantas, quas ille Domûs Austriacæ causâ fecit, nec pensatæ sunt, nunc pensatum iri. 9 Sic procedent expeditè omnia hæc in terra: sistetúrque, illis sic unanimibus, violentia Exercitûs Orientalis, ut ne ferro & igne, captivitatibusque, sic devastetur hæc Terra, quomodo minatus sum, & tibi per stamen Textorium ostendi: sed ibunt pacificè per Terram hanc. 10 Jesuitæ cum aliis sectariis volent ante hunc Exercitum aquas inficere veneno (quod jam parant) spargentes id in puteos per instrumenta inconspicua, mendicosque seminudos, quibus attendatur! 11 Utque id animadversum fuerit, injiciantur aquis & puteis panes in nomine meo, adimeturque vis veneni. 12 Atque sic Terra hæc omnium prima libertati restituetur, secundùm sermonem meum tibi antea factum. 13 Septentrionales si non usque in Terram hanc auxilia miserint, hoc ne moveat: satis illi festinabunt ad Viennam, multis cum difficultatibus. 14 Moravia & Bohemia horrendùm pervastabuntur, quia resistent! Silesii tempestívè prævenient, apud Regem Transylvaniæ gratiam quærentes. Verùm satis nunc. 15 *Ego autem cogitavi, Cur mihi ante abitum, I. Efr. non significârit hæc Dominus? qui respondit*, Habebunt interim quod meditentur, Ora pro illis omnibus, & hæc scribe &c.

[v. 8. Fuit tunc Hungariæ Palatinus, D. P. Palfi, Romano-Catholicus quidem, sed bonus Patriota, Jesuitarum osor. v. 9. *ostendi*) Rev. CIX. v. 13. *multis cum difficultatibus*) quas objecit Polonia, annis 1655 & 1656.]

Revel. CXXV. 20 April.

[*Preces cum jejunio indicuntur*, 2. *Vltio super Domum Austriacam*, 4. *Septentrionalium cum Occid. & Meridionalibus consensus*, 8.]

A*fflictatus dentium dolore noctem totam, post peractas preces matutinas audivi vocem Domini:* Ecce J.A.C. & J. Efr. expendunt sermones meos tibi

tibi factos, cum jejunio etiam! 2 Fac tu similiter, & jejuna hodie, orans pro illis & omnibus Opus meum tibi revelatum operaturis. 3 *Erectus ergo in singularem lætitiam orare cœpi: sed oppressit me illicò somnus.* 4 *Et postquam evigilassem, post horæ spatium dixit Dominus:* Ecce dies lætitiæ, & tempus jubilationis meæ advenit! inducendæ ultionis super Domum Austriacam. 5 *Cum his verbis advolavit, præter morem, fenestræ meæ Hirundo, mirum in modum suaviter cantillans.* 6 *Cessante illâ, iterum Dominus:* Ultio mea venit super ultimum Ferdinandum de domo Austriaca, cujus majores Ego præcipitavi in abyssum inferni propter iniquitates eorum, sicuti & hunc præcipitabo. 7 Super cujus ruina exultabunt Gentes ad proculcandum Bestiam Babylonicam à me electæ. 8 *Mihi autem, quid facerent Sveci, obvenit cogitatio: Et Dominus:* Jam illi fecerunt indicium Occidentalibus (Anglis &) Helvetiis; hi autem Meridionalibus, Græcis & Croatis. 9 Nam & Croatas evocabo: qui auxilia submittentes Cæsari (vanis ejus pollicitationibus allecti) seipsos exhauserunt viris & viribus, multis domo eductis paucis reversis. 10 Quod illi jam animadvertunt, & odium Domûs Austriacæ concipiunt: quod audies brevi. 11 Tu rarò exeas domo, precibus intentus, ut & alii &c.

Rev. CXXVI. April. 22.

[*Visio Cæsaris & filii ejus, expositorum odio Gentium.*]

Ut peregeram preces mane, apparuit mihi facies viri, admodum fœda: illaque transeunte alia juvenilis. 2 *Disparente utraque dixit Dominus ad me:* Vidistine fœdam Cæsaris faciem, & alteram filii ejus? quos Ego exposui odio Gentium. 3 Tu memento rei à me tibi revelatæ: ad dextram invenies solatia mea.

Rev. CXXVII. April. 24.

[*Videns prædictarum rerum successum sperare jubetur, exhibitâ sibi Sueciæ Regis personâ, 3. humiliat se coram DEO, 6. Convivium DEI Gentibus paratum 9.*]

Lucescente die, post preces ad DEUM fusas redormiens, vidi Adjunctum hilari vultu advenientem in aream, ubi parata erant permultæ Mensæ ad pascendum ingentem populū. 2 *Quod spectaculum cùm me exhilarasset, evigilavi, & ad preces redii: ubi mihi, evilanti jam, obveniebant multi viri nobiles, adeoque illustres, eâ intentione ut me captivum spectarent.* 3 *Inter quos fuit persona*

ſona decora, barbâ ruſiè nigellâ : quam fixè intuitus cogitavi, quisnam eſſet?
4 *Et Dominus ad me* : Svecus eſt, qui te propter Sermones meos per te patefactos videre geſtit, cum aliis pluribus. 5 Jam Ille voluntatem meam ſignificavit Occidentalibus & Meridionalibus : quorum multi mirantur, me in manifeſtanda hominibus voluntate mea morem meum nondū deſeruiſſe : pro quibus tu ora. 6 *Quibus Ego auditis, dixi : Dominator Iehova, Tibi ego ſoli optimè pateo, intus & extra, qui nihil ſum niſi pulvis tuus, figmentum manuum tuarum, minimus inter omnes ſervos tuos : diruptum tamen habens Cor ad diligendum te, & obediendum tibi factori meo :* 7 *Indignus vel micâ miſericordiæ tuæ : ſicuti David, Iacob, & alii ſervi & prophetæ tui, qui jam intuentur faciem tuam, quorum lacrymas abſterſiſti ab oculis eorum.* 8 *Ego verò cum aliis adhuc gemo ſuper me, & contritione Gentis meæ, cujus Tu ipſe teſtis es.*
9 *Dominus autem reſpondens dixit:* Jam Ego Nationibus Terræ paravi Menſas, ut compleantur gaudio, edant & bibant, tum hîc in Eccleſiæ domo, tum pôſt in domo Æternitatis. 10 O ſi tantummodò auſcultare vellent voci meæ! quâ nunc etiam eos per te ad exſequendum ſuper ſpiritualem Babylonem judicium meum invito. 11 Sed cruditas ineſt cordibus populi : ideò vigilate & orate! tu brevi audies, quid Ego facturus ſim. 12 *Ego igitur gratiis actis miſeratori noſtro DEO, pro Gentibus illis fervidè oravi : præcipuè pro Tranſylvaniæ Rege, gratioſâque protectrice noſtra Principe Matre &c.*

REV. CXXVIII. April 25.

[*Meretrix Bab. cadaveroſa*, 1. *Statteræ diu quæſitum æquilibrium jam invenit exitum*, 2. *Elector Saxoniæ*, 4. *Rex Tranſylvaniæ iterum monendus*, 6.]

OStendit mihi *Dominus*, *mane à precibus*, perſonam fœmineam, vultu cadaveroſo, fœdiſſimo : *quam intuens obdormivi.* 2 *Et mox vidi ſuſpenſam* Trutinam : *circa quam obambulabant multi, habentes libros, altercantesque an jam æquilibrium eſſet.* 3 *Viſi autem mihi ſunt nonnulli (datâ operâ) impedire, ne Libra ſe ageret quomodo debuit ; quos abſcedere juſſi, & Libra mox ſeſe commovit, præponderavitque pars dextra.* 4 *Ubi quum adſtaret* Saxoniæ *quoque* Elector, *dixit ad omnes præſentes* : Per ducentos jam annos rixati ſunt de Æquilibrio, & præponderatione. 5 *Hîc evigilavi, & Dominus ad me:* Jam quoque Saxoniæ Elector animadvertit tempus eſſe operi meo. 6 Nam everterunt Libram ſcelera Meretricis Babylonicæ, quam tibi oſtendi cadaveroſam : contra quam apud Principem Tranſylvaniæ, futurum Hungariæ

Regem,

Regem, concludetur consilium. 7 Timet enim jam Verba mea: & Con-
siliarii ejus cogitant, unde initium fieri possit. 8 Ibis ad eos, quum signifi-
cavero tibi, nihil tergiversatus, exponésque illis voluntatem meam. 9 Ad-
junctus eat tecum, nec prætendat labores suos, quod facere tentabit. &c.

R' E V. CXXIX. 26 April.

[*Videns coronandus coronâ triplici*, 2. Vera societas JESU, 6, 7. *Pseudo Iesuvitarum abominationes*, 8. *& pœna*, 10. Lux nova Mundo accendenda, 14. *Conjux Videntis*, 17.]

O*Rtô Sole, post matutinas meas preces, dixit ad me Dominus*: Redormi ad-
huc serve mi. 2 *Expergefacto autem mox iterum*: Euge serve mi, trinâ
tu coronaberis coronâ propter labores tuos! 3 *Ego verò cogitavi*: *Cujus-
modi ista corona? Et Dominus*: Primâ, hac in Terra. 4 Alterâ variis in regio-
nibus, remotisque Terræ Nationibus, quum ad eos pervenerit Verbum
meum, quod Ego Dominus Exercituum per te loquutus sum: multi enim
beatum prædicabunt uterum matris tuæ, & ubera quæ suxisti, admirabundi
gratiam tibi & aliis datam, per revelatam populis voluntatem meã. 5 Tertiâ
coronâ te coronabo in Regno Patris mei ad mensam meam, qualiter coro-
navi Abrahamum, Isaacum, Jacobum, cum Prophetis, Regibus & Aposto-
lis, aliisque testibus meis: quorum tu quoque unus es, & sunt multi adhuc in
terris constituti, noti & ignoti tibi. 6 Vos tantùm id estote solliciti, ut manea-
tis in me, & Verba mea maneant in Vobis: sicut Ego maneo in Patre meo,
& Pater atque Spiritus S. manent in me. 7 Atque hæc est Societas illa
Sancta: non autem illa exsecrandarum Terræ locustarum, Jesuitarum, ho-
minum caninis moribus, & lupinis venenatis linguis. 8 Qui ut canes discur-
sant per plateas Terræ, latrantes: & tanquam lupi rapaces devorare quæ-
runt aliorum, etiam suæ Religionis Ordinum, opes. 9 Dementantes
ipsô nomine meô (*IESV*) Reges & Principes Terræ, dominiúmque
super ipsos quoque usurpantes, ad seducendum eos à via veritatis, & indu-
cendum in idolomaniam contra revelatam voluntatem Legémque meam.
10 Quod Ego toleravi per Nationes tot seculis: jam autem non ferã ampliùs
honorem meũ transferri in Idola & Statuas, Sanctósve demortuos, quorũ sibi
tot constituerunt greges. 11 Antichristiana hæc doctrina est, habere quodvis
Templum peculiarem deum (Patronũ) suũ: & quemvis hominem peculiarẽ
Sanctum cujus nomine glorietur, quẽ colat, quo confidat: contra tã apertũ,
de nõ habendis alienis diis interdictũ meũ. 12 Quod & Turcæ nôrunt, Chri-
stianósq; ludibrio habent dicentes; Cuilibet eorum licere Deum habere, quẽ
& qualem vult: in contemptum mihi Cœli Terræque Creatori. 13 Scias
igitur serve mi, nolle me ampliùs idololatriam tolerare ullâ in Natione,

sed ut Idola & Idolorum cultores deleantur de Terra per eos, quibus voluntatem meam per Te & Adjunctum tibi manifestavi. 14 Qui lucubrationibus suis per concessam sibi à me intelligentiam accendet lucem, quam mirabuntur Nationes, cui similem nullus protulit præsenti Mundi ævo; quod videbis brevi cum aliis. 15 Pro quo ora, omnesque cantate, Mane nobiscum Domine Jesu, nosque Spiritu Sapientiæ Tuæ rege &c. (*Canticum nobis est de Christi annorum 12 ætate, quod Dominus ipse intonuit, ego autem exultabundus, mente & voce, accinui.*) 16 *Cantu finitô dixit Dominus*, In opere tuo ne cessa! 17 *Ego verò pro uxore mea, adhuc languida, oravi, peccatorum illi & castigationis veniam petens.* 18 *Ad quod Dominus;* Miserebor, gratiamque illi faciam: sed ut mihi fidat magis.

REV. CXXX. Maji 10.

[*Visio Sacrificulorum Pontificiorum, 2: aliarúmque Gentilium turbarum, vana vel abominabilia patrantium, 3 &c. Explicatio hujus, 9.* Instans reformatio Mundi, 17.]

Ascensionis Dominica die, expergefactus à somno sensi quendam animi angorem, mœstissimus spiritu: converti me igitur ad preces, simulque indormivi. 2 Et ecce vir quidam introduxit me in Templum, ubi catervas vidi Sacerdotum Papisticorum, varii ordinis, ceremonias peragentium per omnes Templi angulos, populô nullô præsente. 3 Quos satis intuitus, indéque egressus, incidi in populum ignotæ mihi Nationis, & aspectu ingratos, quorum quisque suum agebat opus variè: ut exire hinc festinarem. 4 Egressus autem inveni alium populum magis etiam insuavem mihi, ob vultus & habitus monstrosos, vanitatésque quas dissolutè edendo, bibendo, ludendo, exercebant, DEI & Religionis, ut apparebat, ignari & incuriosi: ad quos per rimas quasdam Sol promicabat. 5 A quibus exire avidus, rogabam ut me aliquis educeret: quod cùm nemo vellet, ego foramine quodam repertô elapsus sum pavitans. 6 Rursúmque alium inveni populum, magis etiam mihi abominabilem, propter lascivos gestus, quos sine Numinis reverentia cum invicem exercuit, ut me horror invaderet: nemo enim eorum quicquam honesti agebat, aut loquebatur, turpia omnia. 7 Nescius igitur quô me verterem, plenusque anxietatis, oravi DEUM ut liberari ab eis possem: factúmque est, ut nescio quomodo elaberer, admirans quomodo isti plus tenebrarum quàm lucis haberent. 8 Horrore istô oppletus evigilavi, tristisque admodum, & suspirans, quid somnii esset cogitabam. 9 Et Dominus ad me, Vidistíne Domum Mundi, quam Ego Nationibus & Populis variis, per propinquas & remotas Terras, refertam habeo? quibus licet

cet elucescat lux mea, non tamen ita clarè ut vobis. 10 Illi enim parum de illa
intelligunt, viventes tantùm, & opera sua ad naturæ impetum peragentes, &
me Rerum omnium Moderatorem ignorantes, nullámque salutiferam cogni-
tionem mei habentes: cogitant solummodò, Edamus, bibamus, quia cras
moriemur. 11 Quorum mens nonnisi terrena est; unde illis terrena & car-
nalia veniunt desideria & opera. 12 Quibus Ego de luce Legis meæ, cui-
que Genti partem, misi: sed quæ illis tam curæ est, ut fuit Evæ in Paradiso,
licet huic ipsum Os meum loquutum sit. 13 Nunc autem quales sunt illi
etiam, qui se in luce ambulare dicunt? Qui legem meam nôrunt, interim
nonnisi mercedem amant, seipsos pascunt, gregis nullâ curâ tanguntur.
14 Cùm tamen Legis meæ doctores tùm ipsi ambulare in Lege debent, tùm
illuminare alios, Reges etiam & Principes: mentes suas ad me rerum omniũ
Rectorem sursum elevando. 15 Sed vidisti quomodo Papistici Sacrificuli,
multòque magis Gentiles illi, quos variè deformes vidisti, nullum ad me
respectum habent. 16 Sed & alii, qui mihi propiores videri volunt, Po-
puli mei curam negligunt: quod Ego ægrè tolero. 17 Adeóque Ordi-
nem Mundi per Orbis Nationes renovari volo, per vocem Tubæ à te in te-
stimonium emissam, antequam veniat dies Iræ in habitatores Terræ: quorum
ó quàm pauci sunt, qui me quærant! 18 Atque ista nunc sufficiant: Tu
in sorte tua sta, & eorum quæ ostensa tibi sunt modò, ne obliviscere. 19 Scri-
be hæc reversus è cœtu sacro. 20 *Laudavi itaque Dominum, pavescens &
trepidans in ejus conspectu, quòd me, cum Religionis vera consortibus, luce collu-
strârit suâ. &c.*

REV. CXXXI. Maji 15:

[*Exultatio DEI de appropinquante judiciorum suorum termino*, 1: *quorum* initium mandatur Transylvano, 4. *Ad quem de his docendum Videns ire jubetur*, 5.]

A *Noctis meridie, quùm evigilassem, facta est ad me vox Domini*: Exsulto
Ego, exsulto ecce! exsultáque tu pariter serve mi! 2 Appropinquant
enim dies, in quibus opus meum, tibi & aliis detectum, procedet palàm.
3 Jam etenim Sagittæ meæ, à me politæ, volant, ut se figant in Cordibus ini-
micorum meorum! celerésque Nuntii cursitant à Gente ad Gentem, illam
etiam quæ ad Ortum est. 4 Si futurus Rex, Transylvaniæ Princeps, initium
facere recusaverit, Turca faciet, sed malò Terræ hujus. 5 Quò autem
locò nunc ibi res sit, Adjunctus te docebit brevi: Te verò istuc ire necesse
erit, postquam expedieris quod expediendum est (NB. S.) mea dextra
proteget te. 6 *Quibus ego auditis, singulari lætitiâ perfusus fui; quia solitò*

celeriùs, clariùs, ista extulerat Dominus. [*in signum scil. celerrimæ exsequutionis.*] *Laudavique Creatorem meum.*

Rev. CXXXII. 19 Maji.

[*In Aula Racocina cur hæc suspecta*, 2. Deus fulmina sua minatur si homines instrumenta se dare Deo renuent, 4. *Messis Gentium instat*, 6. *Coronatio Videntis explicatur*, 8.]

I*Psô Pentecostes die expergefactus, precibúsque peractis, Quid Princeps & Consiliarii ejus agerent, cogitare cœpi.* 2 *Et facta est vox Domini ad me*: Omnia illis suspecta sunt, primò, propter personam tuam: secundò, non completa quædam prædicta: tertiò, propter impossibilitatem rerum à me demandatarum, tum inceptu, tum continuatu. 3 Ego verò semel sum loquutus, Voluntatem meam fuisse, & esse, ut hac in Terra initium fiat à Domo Racociana, quum hora venerit mea. 4 Quam voluntatem meam si nolent intelligere, Ego fulmine meô Delubra eorum disjiciam: mittámque Gentes alienas in Terram hanc, quæ eam vastabunt. 5 Et intelligent tandem serò, suô & Terræ suæ malô, Me loquutum fuisse. 6 Vidisti per somnum Segetes messi maturas: Ecce messis mea appropinquat, ad colligendum Gentes! ubi Messoribus opus erit Spiritualibus, quorum paucos vidisti. 7 Appropinquat & benedictionis tuæ messis: Vigila tantummodò & ora! 8 *Ego verò cogitare cœpi, Quid istuc esset, quod mihi Dominus de coronatione mei loquutus esset nuper: nec me scire quid porrò mecum, & sermonibus omnibus istis ad me prolatis, futurum esset, misericordiam implorans DEI.* 9 *Et Dominus ad me*: Coronatio tui hac in terra est coronâ spineâ, quâ te coronant tui, & alieni multi, contemnentes te & omnia hæc. 10 Coronatio aliis in regionibus gloriosior est: gloriosissima verò erit in vita futura, quam præpedire poterit nemo. 11 Ego enim quod semel dilectione sum complexus, diligere non desino in æternum: gaude hâc veracitate meâ, me nixus, non confunderis in æternum. 12 Et laudavi miseratorem meum.

[v. 3. *cùm hora venerit mea*) Observandum: Non ideò tot admonitiones, interminationibus mixtas, tot annis ad Racocianam Domum fuisse factas, quasi jam tùm verum & consiliô Dei destinatũ peragendi Operis Dei fuisset tempus (indicaverat enim Dominus, destruendæ Domui Austriacæ 40 annos fuisse assignatos, Rev. LXV. 3.) sed ad præparandum animos, formandámque dispositionem: ut cùm veniret hora Dei, effundi possent super Babylonem unà die omnes plagæ, & mors, & luctus, & igne exustio, Apoc. 18. 8.]

Rev. CXXXIII. 3 Junii.

[*Sagittæ furoris adversus Babyl. jam emissæ*, 4. *Videns ire jubetur, adversus pericula promissionibus munitus*, 7. *&c.*]

Eractis matutinis precibus redormivi, & me inter amicos constitutum vidi, sermocinantes de iis quæ in Mundo fiunt. 2 *Ingressus verò ad nos meus junctus quæsivit, num à se accepissem literas? respondi, Modò allatæ sunt. Ille, Tardas, quòd non venis, plus enim erit quod tibi referam: simúlque evivi.* 4 *Et Dominus ad me:* Sagittæ furoris mei ab Ortu, à Septentrione, Occasu, & à Meridie, surgent ut ignis, ad intellectam vocem meam jam illos penetrantem. 5 Ut exsequantur judicium meum contra spiritua-n Babylonem: consentientes in eo, tempus esse ut audiatur super Babyiem clamor, Væ, væ, væ nobis, qui fornicati sumus cum Meretrice! 6 Nam cidit Columna cui innitebamur: venítque dies plagarum iræ Dei, effunndarum ab Orientalibus & Borealibus primùm, & mox quoque celeriter Occidentalibus & Meridionalibus. 7 Tu itineri te para, ut vocatus eas quam juvencus ad mactandum: cras enim literas habebis. 8 Sed tu metuas, serve mi! Servabo Ego te ut Abrahæ filium servavi à morte, am à Jesabel, Danielem à Leonibus, Sidrachum & Misachum à flamma nacis, Johannem dilectum meum in oleo, Petrum in carcere, Paulum in ri: tantummodò fac voluntatem meam. &c. 9 Provide domui tuæ pan, & benedicet tibi dextera mea, quemadmodum expertus es hactenus: or quoque tua recipiet paulatim vires. 10 *Et celebravi bonitatem DEI, antatô etiam Psalmô XVII.*

Rev. CXXXIV. 7 Junii.

[*Contemnentes contemnentur*, 3. *fidentes DEO confidenter agere jubentur: & de editione Bibliorum linguâ Turcicâ*, 5.]

Cceperam pridie literas ab Adjuncto, quibus quàm nihil proficiat Verbum Domini apud eos, quibus nuntiatum est, edocebar: Tristis ergò admodum debam ad Dominum suspiria. 2 *Qui me à matutinis meis precibus alloqu-, prohibui: admirari duritiem cordis humani, & ea quæ in aula Domûs Racona fierent, dicens:* 3 Vocavi Ego eos Betulletum, mihi tibique dilectum: dum agnoscere hucusque me nolunt, neque se, quòd indigni sint solvere rigiam calcei mei. 4 Sibi ecce nocebunt, reputati à me ut pannutium terndis pedibus meis indignum! 5 Quorum tarditate Adjunctus remorari se patiatur, sed quomodo demandatum sibi opus, in adornanda Translatione gis meæ in linguâ Turcicâ promovendũ sit, cogitet. 6 Cui rei locũ magis ido-

idoneum, quàm ubi nunc est, non reperiet, quâ statione Ego ipsum locavi.
7 Noli timere serve mi, non confunderis. 8 *Ego ferventer gratiis actis*
DEO, petii roboraret nos ad opus suum &c.

[v. 5. & 6.) Frustra fuit ea de re loqui, frustra tentatum est, eò loci ubi his fides negabatur, & ubi metalli amor omnibus antehabetur.]

Rev. CXXXV. 10 Junii.

[*Domûs desertæ Visio ad Domum Rac. applicatur*, 1. *Subsannare Prophetas DEI, usi vorum in Mundo*, 9.]

A Precibus matutinis rediit mihi somnus, quô videbar curru vehi montem
præaltum versùs, cujus cacumen occupabat Arx quædam. 2 Hanc in-
gressus perpaucos reperi homines, lustránsque conclavia, vidi Virum habitu
Germanicô, cum accinctô gladio spatiantem solitariè. 3 Ego autem per omnia
conclavia nihil præter varii generis vasa, satis quidem pulchra, sed vacua, vi-
dens, egressus sum. 4 Experrectúsque oravi pro Ecclesia, cantu etiam ad-
ditô &c. 5. Quô finitô, de Adjunctô cogitare cœpi, an recepisset mea 3 Junii
missa, & quid responsurus esset. 6 Et facta est ad me vox Domini mei, dicens:
O Tricæ incoctorum judiciorum humanarum ratiocinationum, quæ in Aula
Domûs Racocianæ, de sibi aliisque per te revelata voluntate mea proferun-
tur! 7 Jam enim Mater & Filius determinârunt consilium, nihil in his age-
re; sicut nihil egerunt mortui eorum (Pater & Filius.) 8 Ideò relinquitur
Domus eorum deserta, sicut vidisti: nam interibunt brevi propter inobe-
dientiam suam, & è Germanorum Gente quidam succedet affinitatis jure.
9 Reperiebantur jam olim, in Regum Principúmque Aulis, quibus deri-
diculo erant Prophetæ mei, perque illos prolati sermones mei: nec desunt
hodiéque. 10 Sed te id nihil offendat, nec alterum illum servum meum:
ad quem ibis, cùm significabitur tibi &c.

[v. 8. *interibunt brevi*.) Non factum: quid dicemus? Respondeat pro se Deus, Jerem. 18. v. 6, 7, 8. Et hîc Revelatione sequenti, v. 16.]

Rev. CXXXVI. Junii 19.

[*De mutabilitate & immutabilitate DEI*, 2 &c. *Imperfectionum aculei Sanctis relicti*, 10. *DEUS promissa præstat*, 22. *Locus ubi hæc dicuntur sanctificatur*, 28.]

R Eddita mihi fuerant 15 Junii ab Adjunctô, significantes vivere eos qui-
bus mors denuntiata fuit, 9 Martii & 10 Martii: eôque ipso dubiis in-
volvi apud conscios omnia reliqua. 2 Ego itaque angi variè, & recogitare quid
illud

illud sit, quod DEUS toties de se jam olim per Prophetas, & ad me, testatus sit, Se non mutari, neque verba sua. 3 *Ad quas solicitas cogitationes meas Dominus hâc die respondit, dicens:* Non mutor in rebus æternis, & ad æternitatem spectantibus; mutor in temporaneis, mutationem adhibens in iis quæ fiunt, æquè nunc ut olim. 4 *Ego timore perculsus, annon offenderim curiositate meâ Majestatem DEI cogitare cœpi, deprecarique si offendi, ego vel alii.* 5 *Ad quæ Dominus:* Offendisti heri, proponens animo jejunium, quod non servasti: quum tamen ultrò id elegisses, à me non mandatum. 6 *Erubui, conscius mihi facti: & mox nescio quomodo somno mersus sum.* 7 *A quo expergefactus orare cœpi, & Dominus ad me:* Intellexistíne, quod antea de mutabilitate & immutabilitate mea dixeram? 8 Immutabilitas mea æterna est, respectu essentiæ, personæ, proprietatúmque mearum: imò & Angelorum meorum, eorúmque quæ Ego de Hominum æternitate decrevi ac prædestinavi, in salvandis illis quibus paravi locum, rejiciendisque impiis: hîc nunquam fui mutatus, neque mutabor in æternum. 9 In rebus autem temporaneis, an nescis quàm fuerim mutatus in Adamo & Eva? quàm in Mose? cui promiseram terram promissionis, [Exod. 33. v. 1, 2. Levit. 14. v. 33, 34.] quam tamen duntaxat ostendi ei? & ex tanta multitudine nonnisi duos in eam introduxi. 10 Quid autem in aliis? innumera habes exempla; nam aliud est opus meum æternum, aliud temporaneum. 11 An non muto æstum frigore? tempestatem intempestate? hominúmque, & omnium viventium, vitã morte? omnis rebus mutatio à me, liberáque voluntate mea, venit. 12 In quo quis agnovit mentem meam? quid Ego, cur, & quando, cum Creatura mea egerim, & agam? aut cujus exquiram consiliũ Ego liberrimũ agens? 13 Cùm tempus à me decretum ulli rei advenit, fieri eam necesse est: cùm præterit, cessare. 14 Cùm tempus Diluvii venit, venit diluvium: cùm abiit, abiit. 15 Ubi sunt Sacrificia mea, & Ceremoniæ Veteris Legis? nusquam sub Sole sunt: nedum ibi ubi eas ordinaveram. 16 Noveris ergò me in rebus temporaneis mutationem sæpè induxisse, & inducere: quia misericors sum, quem pœnitet mali, ut ne quis nisi suâ culpâ pereat. 17 Sed in æterno opere meo, & in Meipso, Angelisque & Electis meis, circa æternum bonum, neque mutatus sum unquam neque mutabor. 18 Si quid circa Principem & alios non evenit, quod eventurum dixi, causæ notæ sunt mihi, detexíque nonnullas tibi: alia verò multa, quæ dixi, annon evenerint cogita! 19 Contemni personam tuam (cur ægrè feras?) nescis (quid egerim) cum Hodoffio, aliisque jam mortuis, non expendentibus opus meum? 20 Ego enim etiam in dilectis mihi servis meis reliqui hîc à carnis corruptela venientes imperfectionis aculeos: ut in Elia, Jona, Davide, aliisque sub nova Lege

Lege, dummodò illi ad me provoluti errata sua agnoscunt & emendant.
21 Noli proinde mirari, Opus quod mando illis impossibile videri: incredu-
litas, inobedientiæ juncta, illuc eos impingit. 22 Non immemor es, quam
Ego Principi defuncto assistentiam promiserim: si me sequi voluerit, amo-
turum me ante ipsum, & Exercitum ejus, saxa & moles. 23 Fuítque ita:
exivit Transylvaniâ, rediítque sospes: quô nisi me Jehovâ duce? 24 Quòd
Consiliarii moderni attendere hucusque nolunt, non aliter eventurum hîc
fuisse, nec eveniet, si illi ductum consilii mei sequantur, quàm ut fugiant
à facie illorum, velut nebula, Idololatræ. 25 Non quidem deerunt furo-
res: sed sciam Ego quomodo protegam voluntatem facientes meam. 26 Tu
ad obsequia promptus esto, in omnibus ad quæ mihi placet operâ *uti tuâ*.
27 Jejuna hodie & ora, pro te & aliis. 28 Et detrahe calceos de pedibus
tuis, quia locus in quo tecum loquor sanctus est: Ego enim illum sanctificavi
nomine meo, & tu sanctificasti cum precibus. 29 Sufficiat nunc: Tu verba
hæc mea scripto consigna: Benedictio mea tecum erit, cui tu innitere. 30 *Et
collaudavi Dominum.*

REV. CXXXVII. Junii 23.

[*Hostes DEI secretò consultantes, adversus consilium DEI nihil valent.*]

H*Orâ matutinâ quartâ, fusis ad DEUM precibus redormivi, méque cum
Viris quibusdam primariis, secretò consultantibus, vidi.* 2 *A quibus con-
silium quæsivi apertè*, Quomodo mihi hæreditas mea, in terra patria relicta,
postliminiò esset repetenda. 3 *Responderunt illi, Consilium in præsens est
nullum: & mox evigilavi, Dominique vox insonuit*: O scientia, scientia!
4 *Quum verò vocem illam mirarer, perrexit Dominus*: Scientia consiliorum
humanorum, & scientia Jesuitarum, nihil valebit adversus scientiam meam,
quam in Mundo introducenda mutatione demonstrabo. 5 Tu requisivisti
consilium de recuperanda hæreditate: quæ ad Te redibit facilè, postquam
dejecero superbos de soliis, & dispersero crudelia corda hostium meorum
& vestrorum. 6 Et scies me promissi tibi facti esse memorem: sed & nunc
an nescis me tui etiam dormientis habere curam? 7 Mansuetè age & cir-
cumspectè: sermonum meorum memor.

REV. CXXXVIII. 2 Julii.

[*Visio Domûs vastata, reparataque & repurgata, ad Magnam Orbis Reformationem applicatur*, 6. *Quam promovent adversum invicem concitatæ Gentes*, 14. *Turcica Gens primum illuminanda*, 17.]

P*Ost matutinas preces incessit me animi mœror, quò angustatus indormivi.* 2 *Et
vidi me ingressum Domum quandam, ubi sedebat I. Ef. decorè vestitus: præ-
sentes verò ad me conversi, petebant ex me audire Verbum DEI.* 3 *Sed ille
eum aliis prohibuit, & sermonem quendam ipse habuit, quod ægrè tuli.* 4 *Qui-
dam verò ingressi vocabant me ad lustrandum interiora Domûs illius: & ecce
fuerunt conclavia diffracta, & pleraque omnia adeò diruta, ut me spectare mise-
resceret.* 5 *Sed ecce paulò post comparuerunt, qui eam repararent ac dealba-
rent: accedentésque ad me viri honesti quærebant, an rectè sic fieret? consolati
me, ut despectu ab I. E. mihi facto ne moverer: qui & ipse ingressus epistolam
mihi quandam tradebat.* 6 *Tum evigilavi, & Dominus ad me:* Ecce Do-
mus mea, domus Mundi, inquinamentis oppleta est, per omnes angulos
Nationum variarum & longinquarum, Domum meam Mundum inhabitan-
tium! 7 Qui tametsi lucis naturalis ab Adamo partem habent omnes; alte-
ram tamen lucem meam, quam soliloquiis meis cum hominibus, Patriarchis
multis, promulgationéque Legis meæ cum terrore ac horrore accendi, ne-
sciunt, nec scire volunt: quia iis media, per quæ plenum assequerentur lu-
men, non subministravi. 8 Et quanquam à duobus seculis, & ultra, clangor
Tubæ meæ, fulgórque Lucis meæ, innotuit per aliquos angulos & ter-
ras operâ Virorum ad hoc à me electorum: qui & alios multos post se reli-
querunt voluntatis meæ à fundamentis gnaros. 9 Quid tamen juvat, cùm
Bestia Babylonica, & complices ejus, veneno inventionum suarum, & do-
ctrinis Idololatricis suis, omnia inficiant & conspurcent? evertereque ad-
huc quicquid boni est laborant? 10 At ego non ampliùs feram rationalem
Creaturam meam, Hominem, tam irrationabiliter tractari: 11 sed ut exeat
sonus vocis meæ, & doctrina vera Evangelii mei, in omnes fines Orbis Ter-
ræ, per viros quos jam hinc inde habeo in facie Terræ, & quos illi ipsi inter
quos habitant, & labores impendunt, æstimare nesciunt. 12 Volo igitur
ut hi jam surgant, & cum salutiferis meis cimeliis exeant in omnes Orbis pla-
gas, ad omnes feroces mihi nondum subjugatos: 13 Ut repurgetur Domus
mea, & repleatur Convivis de foro, & de plateis, & de viarum compitis, &
de repertis inter sepes, inquinatis fœtore sterquiliniorũ, & morticinis putri-
darum ratiocinationum humanarum corruptarum. 14 Quod opus meum

promovebo concitatione omnium Gentium adversus invicem: ut quicquid mali est, & idololatrici, mihique & voluntati meæ contrarii, corruat priùs, & evertatur funditùs. 15 Accinge igitur te tu quoque vividè operi meo, cum iis qui se tibi auxilio dabunt! 16 Atque id utrâque manu hac in Terra incipite subitò, antequam Orientalis Sol veniat cum robore suo, subvertátque cardines Terræ hujus: quod serò deplorarent illi, quibus opus meum revelo maturè, ac demando. 17 Simul verò ac illi manum operi admoverint, Turcica Natio prospicere incipiet, ut illuminationem accipiat primò è Libris illis, quos eorum in usum parari volo: intelligántque opus meum illi etiam de Gente vestra, qui Verba mea per te prolata fecerunt nihili. 18 Tu autem, serve mi, promptus esto ad omnia, & paratus! Benedictio mea tecum! 19 *Quibus ego auditis exclamavi*: O gloria cœlestis extende dexteram tuam &c. (*Cantus est Ecclesiasticus pro auxilio* D E I *in persequutionibus.*)

R E V. CXXXIX. 9 Julii.

[*Mandatum primum de adeundo Adjuncto.*]

A *Matutinis precibus factum est ad me Verbum Domini, dicens.* 2 Etiam tua spes, serve mi, vacillat, de rerum per te nuntiatarum completo eventu. 3 Verumenimverò tantummodò mihi obsequere! prospectoq; uxori & liberis, para te ut exeas in nomine meo, ad locum unde literas accipies (*venerunt* 11 *Iulii.*) 4 Ibi verò expeditis rebus, & facto initio cum viris decem &c. redibis, ut domi tacitè liberationē exspectes. 5 Orationem quam formare cœpisti absolve: sed lamentum Jeremiæ (super diem nativitatis tuæ) omitte. 6 Non imposui tibi, nec imponam, tam grave onus, ut imposueram illi, tametsi ad impatientiam prono: nec ille tantum habuit lucis, quantum tu dono meo habes. 7 Vale, & prudenter age! 8 *Mihi verò cogitatio subiit de mulieribus veneficis, in oppido nostro captivatis*: *& Dominus respondit*, Incalefacient scelestæ campos vestros: *quod & quadriduo post factum.* 9 *Ego autem rogavi auxilium Domini & confirmationem Verborum ejus, cantillans*: O Auxiliator spes mea &c. (*Sunt Cantici de Tentationibus versiculi extremi duo.*)

R E V. CXL. 20 Julii.

[*Filius* D E I *ut Sponsus apparuit*, 2. *explicatio*, 4. *Terræ Moravæ vastatio*, 8: *reliquiæ* servatæ in concordiam redigendæ, 9: *Adjunctus adeundus*, 10: *In Ieremia locus ostensus*, 13.]

Cum

Cum preces peregissem matutinas, pro me & Ecclesia, rediit mihi somnus. 2 *Ubi sponsam procare videbar Iuveni formoso, togâ violaceâ amicto, quem Senior Lanetius comitabatur: Adjunctus verò me quoque amiciebat veste.* 3 *Tum videbar colligere Triticum, ex quo paratos panes candidissimos scindens distribuebam.* 4 *Ut evigilavi, facta est ad me vox Domini:* Serve mi, annuntiata tibi pridem veniunt, & evenient! Appropinquant enim nuptiæ conjunctionis meæ cum Gentibus. 5 *Ego verò cogitavi Lanetium, quem conspexeram, quid hoc sibi vellet?* 6 *Et Dominus:* Pater meus in forma Lanetii, Ego in forma Sponsi, apparuimus tibi: Opus enim nostrum est quod agimus, & agemus, super faciem Terræ. 7 Tu vide ut eas, vocatus, ad Principem, illícq; ostendas omnia quæ indicavi tibi. 8 Nam & Turca & Tartarus cum illo ibunt: per quos tua quoque Terra horrendùm vastabitur propter Idololatriam. 9 Atque tum redibis eò tu, cum non multis superstitibus: adjungéntque se vobis alii Evangelii Ministri, quos in Ordinis cancellos (tametsi quosdam invitos) redigere laborabitis, tu cum Adjuncto tibi. 10 Ad quem tu iter capesses, consignatis iis quæ tibi exsequenda ibi mandavi: videbis benedictionem meam, quàm tibi triticô & pane ostendi. 11 Sed ibi ne diu morare; diluvium enim iræ meæ advolvi incipiet super Terram hanc. 12 Bonô esto animô, serve mi, & hæc, precibus cum familia peractis, consigna. 13 Perlecturus autem è Bibliis caput (*quod pro exhortandi ad preces materia ex ordine sequitur*) quàm primùm aperueris Prophetarum librum, verso folio ostendam tibi quiddam, quod te expendere ex usu erit. 14 *Aperui ergò, & inveni caput XLII Ieremiæ, ubi Principes Iuda consilium quærunt à DEO, quod tamen datum per Prophetam rejiciunt: præcedenti autem capite (v.8.) vidi describi viros decem deprecantes occîdi, & promittentes thesauros.* 15 *Quod quô fine mihi ostenderit Dominus, nescio: explicatum enim non est.* 16 *Ego autem implorabam Spiritum Sapientiæ, mihi & omnibus quos ad opus suum vocat Dominus.*

REV. CXLI. 13 Augusti.

[*Silentii redditur ratio*, 2. *Dolium denuò crepat*, 3,4.]

Cogitare subibat, Quid rei sit quòd integro ferè mense voluntatis suæ nullum indicium faceret Dominus. 2 *Qui respondit:* Nihil necesse est, satis indicavi quod volui, modò tu fidem habe & patientiam. 3 *Et mox crepitus auditus est, seu fragor quidam, ut & ante hac.* 4 *Et Dominus:* Dissilit Dolium meum! opus intentionis meæ procedet, brevi id audies.

Rev. CXLII. 25 August.

[*Videns sperare contra spem jubetur.*]

EXpendebam quæ novissimè scripserat Adjunctus, quàm vana sint de rebus revelatis judicia hominum, melancholicis phantasiis ista adscribentium: 2 *Et facta est vox Domini ad me*: Tantummodò tu fidelis & patiens esto, non derelinqueris. 3 Nihil istorum à me absconditum est: novi Ego arcana omnium cordium, & qualis mens eorum quoque sit, qui Adjunctum tibi turbant. 4 Sed enim non aliter evenient omnia, atque decretum est in consilio meo, contra spem omnium hominum. 5 Silentium esse ajunt undique: sed tu brevi audies aliud: taciturnus duntaxat esto, & patiens, sermonésque humani te nihil turbent. 6 *Et laudavi DEUM meum; qui addidit*, Exi hodie, & conclude cum Præposito de itinere tuo. *Quod factum est.*

Revel. CXLIII. 27 Aug.

[*Visio piscium captorum, & Mulieris parturientis, explicatur*, 2. Orbis Reformatio instat, 5: *diffidentes increpantur*, 6. *Dictator horum*, 11, 12.]

MAtutinis ad DEUM fusis precibus vidi, per immissum mihi somnum, extrahere me hamô è flumine Pisces duos (alterum alteri insidentem): Videréque fœminam parturientem. 2 *Ut verò evigilavi, Dominus ad me*: Ecce mulier quam mihi duxi, variis è Nationibus, parturit, pareréque necesse habebit, eos, qui inter illos fœdati sunt inquinamentis crassæ ratiocinationis, cæcorúmque judiciorum humanorum, ignorantium me Dominum Exercituũ. 3 Qui quicquid destino, & ore meo profero, ad exitum perducere, quando & quomodo volo, possum, cùm termini veniunt mei: 4 sicuti cùm in utero matris ematurescit fœtus, contineri non potest ab illa. 5 Ecce tempora à me operi meo posita venerunt! ut Nationes tanquam impuri lapides repurgentur, ad ædificandum Domum meam toto in Orbe: quam impuravit satan Religionum multiplicitate, juxta varietatem opinionum ratiocinationis humanæ, & tricarum humanarum adinventionum, mihi & Legi meæ adversantium. 6 Scito autem, nunc etiam seducere Spiritum illum eos, quibus Ego claram voluntatem meam per te quoque, & Adjunctum tibi, manifestavi: ut in dubium trahant verba mea, sicut ea traxit Eva. 7 Sed malè cessit Evæ incredulitas sua: malè cedet & his, tam obstinatis adversus vocem voluntatis meæ illis detectæ. 8 Vivo Ego in æternum, & vivunt sermones mei!

quibus

quibus illi fidem adhibere nolunt, propter metum Arboris cui insidet Aqui-
la: 9 Quam tamen Ego (Arborem) jam ad ruinam inclinavi, & evertam
diluvio, & exuram igne, quem adducam longinquè: etiam super hos quibus
loquutum est Os meum. 10 Quibus tu serve mi non aliter loquere, quàm
os meum esse loquutum, & Benedictionem & Interminationes dudum illis
denuntiatas. 11 *His auditis ego cogitare cœpi, An retinere ista memoria*
potero. 12 *Et Dominus ad me*: Inter scribendum suggeram tibi omnia,
infundámque menti. 13 Nunc satis esto: plura loquar pòst. 14 *Fa-*
ctúmque est, ut nonnulla triduo illo de iis, quæ ad capessendum iter faciebant,
moneret me Dominus: Illi gloria.

REV. CXLIV. 31 Augusti.

[*Consultatio, an citra violentiam exsequutio suscipi possit*, 1, 2. *Initium unde faciendum*, 5.
Principissæ quid loquendum, 8, *&c.*]

V*Idi per somnum matutinum D. Andream Klob. sedentem inter duos viros*
grandævos tacitè consultantes: ego verò è regione illorum sedebam, librum
habens ante me. 2 *Ubi alter istorum Senum ad D. Klobusicki conversus voce*
clarâ dixit: Detur modò opera, ut res procedat sine violentia & pressuris.
3 *Qui respondit, mecum unà, Viro illi:* Rem impossibilem requiris, sine vio-
lentia res peragi non potest: *simúlque evigilavi.* 4 *Et facta est vox Domini*
ad me: Serve mi, Ego dirigam vias tuas, ut quo festinas delatus, deducas
plenam in notitiam voluntatem meam, de exsequendo Opere meo, quod
agi volo. 5 *Ego verò de initio, unde inchoandum esset opus, cogitare cœpi:*
& Dominus, In Provincia sua initium faciat Princeps, ut ante dixi: Unde
terror invadet Idololatras. 6 Deliberent de eo illi, ad quos factus est
Sermo meus; quibus tu non aliter loquere, quàm os Domini loquutum esse,
& loqui, per te. 7 Fiat autem initium priùs, quàm Terra hæc Gentium
alienarum terebrâ terebrari incipiet. 8 Cum Principissa ipsemet loquere,
me Racocianæ Domui, posteritatíque suæ, denuntiasse tum benedictionem,
si facere volent jussa mea; tum interminationes, si non audient vocem meam:
nam in manu mea utrumque istud est. 9 Dic insuper voluntatem esse meam,
ut impensas faciat in Libros ab Adjuncto adornandos in usum Nationis
Turcicæ. 10 Id si fecerit, memoriam Nominis ejus fore sempiter-
nam in Terræ Nationibus, dilectionémque meam erga se & progeniem
suã. 11 Ne pigeat igitur impendere aliquid pro glorificando me, & nomine
meo, coram Mundo. 12 Atque hoc est, quod tibi adhuc significare volui:
Surge, scribe, protectióq; Angelorum meorum tecũ esto. 13 *Egi ergò gratias*

Miseratori meo cum lacrymis : decantans, O clementissime, ó benignissime, ó dulcissime JESU, fili castæ Virginis Mariæ, miserere nostri oramus! *Amen & Amen.*

REV. CXLV. 14 Sept. (Patakii.)

[Examini subjiciendus Videns, quid respondere debeat instruitur.]

EGressus itaque Septembris die secundâ, cum via comite N.N. iter meum roborante me Dominô pedibus confeci (milliarium quasi 40,) locúmque mihi designatum attigi Septembris 11. 2 *Ubi cùm Principissæ innotuisset (per confidentiores) adventûs mei causa, nec tutum videretur me in persona admitti, propter Aulicorum turbam: jussus fui chartâ consignare, quid loqui vellem.* 3 *Consignavi igitur, ut hîc subjungetur : Princeps verò Illustrissima his cognitis, commisit negotium audiendi mei Consiliariorum suorum intimo, A. Klobusicio, cũ duobus Theologis, Francisco Vereci, & Iohanne Tolnai ad diem* 14 *Septembr.* 4 *Cujùs diei exortu alloquutus me Dominus dixit* : Serve mi, sta in defensione coram iis, in quorum oculis Sermones mei per te prolati in dubio sunt, quasi non mei essent, sed alieni: Ego tecum, & post te, stabo. 5 *Ego verò dixi: Ah Domine quid loquar ? & quid respondebo ? Dicunt te non ampliùs ita loqui ut olim; & non impleri omnia; deceptionem subesse metuunt.* 6 *Sed respondit Dominus* : Dic eis, Quis ponderavit molem Terræ ? & quis posuit terminos seculorum ? & cui pares sunt viæ meæ, ut evestigare illas possit ? si non Ego determinata ab æterno consilia mea detego filiis hominum. 7 Quis tanti est, qui cogitare aut loqui sine me possit quidquam? Ne Dominus Jesus quidem (dicere) inquit Paulus. 8 Interroga eos, an Arbor mala ferre queat fructus bonos ? an Tenebræ queant ex se ipsis edere lumen, quod non eliciam Ego. 9 Pariétne illa cujus uterum Ego occlusero ? Mihi soli, mihi, non alicui, possibile id est, eritque in æternum. 10 Te proinde Ego è multis hominum millibus elegi, per cujus os proferam arcana consilii mei, de iis quæ fieri volo à Terræ habitatoribus his jam diebus, etiam ab illis ad quos factus est sermo meus. 11 Quam voluntatem meam si renuent sequi, ecce malum præ oculis est, quod se jam jam advolvet: Onus enim meum grave illis erit. 12 Pone hæc illis in stateram ad eligendum: Faceréne libeat an secus, hodie vobis eligite! Ego Jehova operabor opus meum etiam sine vobis. 13 Quicquid autem tibi responderint, refer in chartam. 14 Confide Serve mi, tecum ero, & cum utroque Vestrûm Testes mei, quos ad manifestandam voluntatem meam elegi: adero inquam, protectioni & auxilio Vobis. 15 *Surge mox, & hæc scribe &c.*

[NB. Con-

NB. Convenerunt autem prædicti Triumviri, præsentéque Adjuncto Videntis remsummariter audiverunt; dimissóque rursum Vidente, deliberarunt biduô sequentia. I. *An post Apostolorum tempora, obsignatúmq; Scripturarum Canonem, ullæ Revelationes extraordinariæ agnoscendæ & admittendæ sint*: Repertúmque è testimoniis Scripturæ, antiquorum Patrum, recentiorúmque Doctorum, Prophetiæ donum ab Ecclesia non esse sublatum, etiamsi rariùs excitentur jam Prophetæ. II. *Inquisitum in signa & notas, per quas Prophetæ veri dignosci possint?* Conventúmque in eo, tria esse palmaria (1) Humilitas personæ, si constet nihil suum quærere, gloriam tantùm DEI, ex Joh. VII. v. 18. (2) Doctrinæ puritas, & cum antiquo DEI Verbo harmonia, ex Deut. XIII. v. 1-4. (3) Prædictionum eventu comprobata veritas, ex Deut. XVIII. v. 21, 22. III. *Tertiò deliberatum, si vera prophetia nostrô tempore agnoscatur, quid esset faciendum?* Conclusúmque recipiendam esse, & retinendam, mandante id Spiritu S. per Apostolum 1 Thess. V. v. 19, 20, 21. *In applicatione verò notarum ad hæc nostra tres reperti scrupuli.* 1. Quòd intermisceantur privata negotiola. 2 Quòd non omnia comprobentur eventu (ut de Regno Principis Patris, de morte Cæsaris &c.) 3 Quòd prophetia hæc sit sine efficacia, DEO cor illorum quibus loqui jubet (Principum) ad obsequia non flectente. Dilata tamen ad ulteriorem deliberationem Conclusio.]

(Sermo Videntis ad Principem matrem, scriptô oblatus.)

Llustriss. atque Celsiss. Princeps, Domina mihi jam per annos 24. Clementissima, Domina & Parens Rakocianæ Domûs,

Faxit DEUS ut sis Esthera quoque pia, Ecclesiæ DEI, non tan-m in hâc Gente, sed & in aliis cum Celsiss. Rakociana Domo ederejunctis, aut jungendis! Ego minimus servorum DEI annis jam novem à Cœli Terræque Domino, mirabili & mihi rmone inexplicabili modo adductus eô fui, ut Verbum Domini EI Exercituum ad me factum Celsiss. Principi Domino meo, m in Christo quiescenti, annuntiare, & sequentia significare, ecesse haberem.

Primò, *DEUM sibi ex Gente hac Racocianam Domum elegisse, uæ populis Septentrionalibus consilia & vires jungendo, destruere ju-aret Meretricem Babylonicam exstirpando hac in Terra Idololatras nditùs.* 2 *Quod facere si animum adjecerit, adfuturam Illi Maje-atem Divinam, impediturámque omnes malas contra Illum machinaones, & pessum daturam omnes Ejus hostes.* 3 *Quin imò coronatum Illius obedientiam eô honore, ut regnaret hac in Terra, tum Ipse, m posteritas ejus.* Quod ego Suam Celsitⁱⁱ non celavi, scriptô

pri-

primùm, deinde coram, ad Illustr. Celf. Suam periculosissimò itinere in castra, tunc in Moravia sita, profectus. Cujus rei testes sunt, qui internuntii ac interpretes erant, *Generosus D. Dalmadi*, *Doct. Ascanius*, *D. Czulai*, quin & *Aulæ* tùm *Magister*, *D. Franciscus Bethlen*, per quos Sua Celsitudo mihi renuntiari curavit: *Pacem jam esse conclusam, sed optare felicitatem illam, si placeret DEO, Filiis suis.* Ego igitur ab obitu Serenissimi Principis eadem loqui jussus sum Illustrissimo filio, Sigismundo, per virū quem se Deus huc missurum promisit: & factum est contra omnem hominum spem, quē C.V. adhuç præsentem habet. Postquam a. Ille quoque, propriis vel alienis obsequutus consiliis, renueret, Deúsque illum etiam abduxisset: jussus sum, iteratísque aliquoties mandantis, & immissi morbi castigatione coactus, per tantum hoc, & mihi seni molestissimum iter, ipsam Illustriss. Celsitud. Vm. adire & coram loqui: *Non mutari Divinæ Majestatis propositum, nec de hostibus Ecclesiæ horrendùm puniendis & evertendis, nec de Racociana Domo ad opus hoc DEI adhibenda. Quæ si volet sequi, sibi benè fore: sin, malè; ut & toti Hungarorum Genti, quam DEUS Turcis & Tartaris tradet devastandam penitùs. Velle itaque adhuc, ut Illustriss. Transylvaniæ Princeps illis populis, quos jam convocat, & super Babylonem adducet Dominus, sese jungat, & Opus DEI adversus Ecclesiæ hostes exsequi, Patriam à barbararum Gentium gladio, extremâque ruinâ præservare, ab Antichristiana verò illuvia repurgare juvet.* Si fecerit, promittit Omnipotens eandem protectionem ac benedictionem, quam promiserat Patri: nec permissurum se Illum confundi, sicut non permisit Patrem, tot aliâs cinctum hostibus. Præterea, jussus sum Cni Væ loqui: *Velle Divinam Majestatem Libros Legis & Evangelii, Psalmorúmque, in Linguam Turcicam transferri, & typis descriptos in lucem dari: idque Celsis Væ impensis, ut ministeriô Racocianæ Domûs Gens Turcica primam illuminationis suæ accipiat occasionem:* quandoquidem mercedis loco Deus, pro præstita in destruendo Antichristo opera, illos ad agnitionem sui jam jam vocare decrevit. *Promittit Divina Majestas, velle hoc obsequium benedictione suâ pen-*

sart,

ſare, nomenque C. Vᵃ, & Racocianæ Domûs, per Nationes Terræ gloriosum reddere.

Hîc ſto in conſpectu Dei, & Angelorum ejus, horúmq; præſentium C.Vᵃ. Miniſtrorum: recipiens in animam meam, & in Sacroſanctum Evangelii Miniſterium, quod mihi concredidit Jeſus Chriſtus, & ad jacturam æternæ Salutis: me non meâ causâ, neque propriô motu, aut cujusquam mortalium ſuaſu, ſed Omnipotentis Dei juſſu, huc venire, & hæc loqui: Vitâ & morte obſignare paratus, me nihil hîc ſpectare aut quærere, præter primò Gloriam Dei; ſecundò Eccleſiæ ſalutem; tertiò Racocianæ Domûs perpetuam, hac ratione ſtabiliendam, incolumitatem.

REV. CXLVI. Septemb. 20. ibidem.

[*Viſio Terræ ad ſementem aratæ*, 1: *& Mulieris gemellos parturientis*, 2. *Inſtructio de re inchoanda*, 4. *Væ proclamatum ſuper Sodomam & Bab: quia tranſeunt anni ejus*, 166. 5. *Evocantur undæ Exercituum, & venti furoris*, 8. *Meretrix deſperabunda perit*, 9. *Numeri 166 datur clavis*, 18.]

I*Terum factum eſt ad me Verbum Domini, poſt nocturnam primam, cùm evigilaſſem à ſomno, quô mihi viſus ſum ſpectare Terram arari ad ſementem faciendam.* 2 *Interveniens autem quidam nuntiabat, Iam peperiſſe infantem unum illam, quæ nondum pariebat: alterum verò expectari, ſed neſciri quando.* 3 *Mox experrectus, oravi ad Dominum; cúmque ſuſpiria peregiſſem, facta eſt vox Domini ad me*: 4 Trans-Danubiani hamum injiciant in terram Turcicam, ad turbandum aquas Orientis: Racoci autem immittat hamum in cor Terræ hujus, ad educendum poſt ſe Balænam cum gentibus Orientalibus, quæ ſe ab illo capi patietur. 5 Et ibunt veluti diluvium horrendum ſuper Montes illos excelſos, ſuper quos ſedit Mater ſcortationum 166 annos, in regionibus & provinciis Occidentalibus, Hiſpania, aliisque multis, progignens filios abominationum gentilium. 6 Qui effundentes ſanguinem habitatorum Sionis, & eorum ſuper quos invocatum fuit nomen meum, complebant menſuram, & adhucdum complent, tyrannidis ſuæ, clam & palam. 7 Quod Mundus intelligere non vult, præ metu eorum qui ſcortantur cum Meretrice Babylonica, gignente filios contumaciæ, & filios gehennæ. 8 Quapropter volvite vos Undæ Exercituum meorum! Flate venenati venti iræ meæ, & implete plagis Sodomam, ubi habitat abominatio deſolationis: 9 Ut clamet,

Væ, Væ, Væ! Jam enim deseruerunt me filii fornicationis meæ, quicum
effundebam sanguinem filiorum Sion! Horror circumdedit me! Dolores
oppresserunt me! aperuit se mihi fovea sepulchri, hiavit rictus Inferni!
10 Nihil auxilii ferre mihi jam possunt Sancti, quos invocabam: neque deastri & idola, quæ circumgestabant filii mei.
11 Infundite, infundite mihi
& filiis meis ocyus calicem! ut citiùs ebibam furorem sedentis super Thronum, quem lacessivi blasphemiis, dicendo; Sedeo Regina & ruinam non
videbo.
12 *Hîc tacuit: sed mox rursum insonuit vox Domini,* Vos filii
Sionis, qui cognoscitis Nomen meum, jam ne cunctemini!
13 Numerus
namque 166, numerus meus, non humanus, jam adventat, ut efflorescat gloria mea in Nationibus Terræ, & exsultent lætitiâ filii Sionis, serviendo mihi
æternùm viventi.
14 Nam ulciscar sanguinem Sanctorum meorum, & impingam in infernum illam clamantem Væ, Væ, mihi & filiis meis!
15 Vos
autem mei, agite, agite hoc opus meum, de quo sum pridem loquutus Vobis! Opus ultionis quod promulgavit Os meum.
16 Satis autem tibi nunc,
serve mi: surge, & ista scribe. *Surrexi ergò & hæc scripsi, laudans Creatorem meum.*
17 *Atque ut me reposui, ingemiscens cum dolore super sermones
hosce,* oravi DEUM, ut quid sibi numerus 166 vellet, significaret mihi.
18 *Qui respondit:* Adde numero huic 52, & numera! *Numeravi ergò, &
repertus est numerus 218, quem æquè ignorans admiratus sum, & redormivi.*
19 *Ut verò die lucescente evigilavi, redibant cogitationes, quid jam hîc essem
facturus? Respondit:* Accendant illi quibus loquutus es facem, & scribant
ad Principem, ut illicò de mea & sua voluntate certiores reddat Septentrionales, qui ad opus meum unanimiter agendum advolare non intermittent.
20 Utrique autem faciant voluntatis suæ indicium Turcæ, quid & quô consiliô suscipiant.
21 *Ego verò his Patakini expeditis, redii molestissimè itinere ad locum meum.*

[*Conjectura super Visionem CXLVI.*

Anni 166 quid? Addita clavis, 52, recludere mysterium debet. Videamus ergò, quid ab anno 1652 (quo hæc dicta sunt) detractis primum 166: deinde 218 (tot enim faciunt 166 & 52) prodibit? nempe Annus Christi 1486; & annus 1434. Jam si historias consulimus, quid circa hos duos annos cum Austriaca Domo actum sit, reperiemus initia Monarchiæ Austriacæ. Nam Anno 1438, electus est Albertus Austriacus in Romanum Imperatorem; à quo tempore Imperatoria dignitas in sola Austriaca resedit familia, fuitque ille inter postremos decem (in Apocalypsi prædictos) Reges primus, hâc serie. I *Albertus.* II *Fridericus tertius.* III *Maximilianus primus.* IV *Carolus quintus.* V *Ferdinandus primus.* VI *Maximilianus secundus.* VII *Rudolphus secundus.* VIII *Mathias.* IX *Ferdinandus secundus.* X *Ferd. tertius.*

Quid autem 52bus annis pòst factum? Nempe anno 1490? Philippus Austriacus,

Maxi-

Maximiliani primi filius, desponsatâ sibi Ferdinandi Magni Hispaniarum Regis filiâ unicâ, Johannâ, fit Hispaniarum hæres: cujus successores hactenus regnant, Hispaniarúmque Regna cum novi Orbis vastis provinciis, possident. His ergò Monarchiæ Austriacæ primis initiis si addimus expressos hîc characteres (166 & 218) prodibit Annus Christi 1656 inclusivè: terminus eversionis istius Monarchiæ: exspectandus omninò, si oracula hæc verè divina sunt. Aut si quid temporis accesserit, cogitandum etiam nuptias Philippi prolatas fuisse, in annum (ut aliqui ponunt) 1496.]

R E V. CXLVII. Oct. 12.

[*Diluvium Exercituum super Hungariam*, 2. *Lapis in mare projectus*, 3. *Querela de incredulitate multiplex*, 4. *Videntis preces rejiciuntur*, 11 *&c.* *Desolatio sequutura*, 19.]

E*Xpergefactus somnô, peractisque precibus, cogitare cœpi quid futurum sit in Mundo? Factúsque est ad me Sermo Domini his verbis:* 2 Fieri oportet ut veniat diluvium Exercituum meorum ab Oriente ad operiendum Terram hanc cum incolis suis. 3 Jam enim lapis molaris projectus est in Mare, quem hominum nemo extrahet ullâ prudentiâ, consiliisque vanis. 4 Nolunt habitatores Terræ hujus, quibus dudum revelavi voluntatem meã, exsequi mandata mea: ne illi quidẽ ad quos Te misi, cum Principe Transylvaniæ.
5 Non penetrat in cor eorum Verbum meum, ut auditô illô timeant me, voluntatémque faciant meam. 6 Ore quidem me profitentur; speciem præ se ferentes quasi voluntatem meam facere parati: sed re ipsâ tergum obvertunt mihi, plus metuentes homines quàm me, me inquam Creatorem suum. 7 Ecce illi etiam ad quos te misi, & quibus ut loquereris mandavi, præ metu hominum non permiserunt Te Principissæ loqui. 8 Te fuisse paratum novi Ego: sed hominibúsne potiùs fuit auscultandum quàm mihi?
9 Excidit hoc illis, sicut & ipsi Principi: qui mirè se torquet, quid agere debeat. 10 Sed sciat, offendere sic me Creatorem suum, suô & Terræ hujus malô. 11 *Quibus ego auditis, procidi ad pedes Domini Iesu dicens: Ah Domine, Dominator Terræ, ignosce si loquar.* 12 *Atqui Tu dixisti:* Sicut rivos aquarum ita esse Cor Regum in manu tua; 13 *Cur ergò non das illis, ut omnes illi nolentes volentes faciant, & facere cogantur, voluntatem Tuam? Da ergò illis hoc propter misericordiam Tuam.* 14 *Dominus autem respondit:* Ne incesse me tu quoque, cogitationibus, sermonibúsque tuis suspectum me habens: (*quam vocem exhorrui.*) 15 Ecquid ampliùs loqui eis debui, aut debeo; incredulis, & contemnentibus mandata mea? 16 Novi Ego, novi, omnes illos extimescere Domum Austriacam, frustra. 17 Nam si tantùm inciperent obsequi voluntati & mandatis meis, viderent illicò quid facturi

essent hac in Terra, illi etiam qui se incurvarunt Bestiæ, receperuntq; chara-
cterem ejus: 18 quàm juvarent utrâque manu destruere, exterminaréque
malam illam progeniem, servandi sui & Patriæ causâ. 19 Sciant autem hi
qui irritant me, & mihi terga obvertunt, etiam me obversurum illis dorsum,
donec desolata reddatur Terra hæc. 20 Tu cautè age! Ego quod inchoavi
opus peragam. 21 *Et laudavi Creatorem meum, orans pro illis de quibus
sermo fuit,*

REV. CXLVIII. 21 Oct.

[*Stamen operis Divini ægrè in Hung. procedens,* 1. *Dominus ipse faciet Opus suum, sed cum deluvio incredulorum,* 7. Numerus DEI (166 & 52) non fallet, 9. *TransDanubiani de his informandi,* 11.]

*HOrâ post noctis meridiem tertiâ expergefactus ad preces me converti: sed
mox rursum somno mersus, vidi me super officinam Textoriam distendere
Stamen, magna cum sollicitudine, mea & adstantium, quomodo texi poterit? de-
fuit enim nobis licium.* 2 *Ecce autem præter spem pars bona istius Staminis sub
manu mea texta fuit, perelegantì texturâ: & mox aliunde allata longè major.*
3 *Ego tamen circumspectare non intermisi, quomodo reliquum detexi posset, donec
cum solicitudine ista evigilavi tristis, & metu plenus.* 4 *Mox autem Dominus
ad me*: Ecce, ecce serve mi, Stamen operis mei ægrè texitur, & texi patitur!
5 Hac in Terra texi cœpta est tela mea per vos duos Testes meos, id quod
placet mihi. 6 Sed alii quàm habitatores Terræ hujus, quibus Ego primùm
opus meum mandaveram, vividiùs agent: Vos tantùm ne parcite labori.
7 Inclamatis me, ut Ego meum opus agam? Agam, sed cum deluvio pro-
pter duritiem cordis eorum, quibus loquitur, & loquutum est, os meum.
8 Nam onus Verborum meorum, ante jam prolatorum, recidet in eos.
9 Numerus meus 166, cum additis 52 (*quos Dominus ipse ob oculos pingebat
mihi*) non fallet. 10 Quò comprehensum mysterium tametsi (jam) intel-
ligant, qui accendere debebant facem: deest tamen illis Cor fidens mihi,
magísque me timens quàm homines. 11 Scribe tibi & mihi dilecto, ut
cogitet quomodo TransDanubiani conscii reddantur citò de iis, quæ fieri
volo hac in Terra: Méque & Patrem meum operatos esse, operari, & ope-
raturos, opus olim & nunc denuntiatum. 12 *Surge, & hæc ad illum mitte,
adjunctis nuperis.* 13 *Surrexi igitur, & hæc scripsi, cum dolore cordis &c.*

REV-

Rev. CXLIX. 24 Oct.

[*Leo de tribu Juda*, 2, 3. *cujus brachium revelabitur Gentibus*, 6. Renovatio Ecclesiæ pulchra, 7, 8. *Aquis diluvii reversis Pax erit universalis*, 9. Filii Ecclesiæ progeniti sine matre, 10.]

D*Iluculò, post peractas preces, redormivi.* 2 *Et ecce juvenis formosâ faciè, capillisque decoris, manu ferens Insignia, quæ intuitus ego mirabar quidnam esset?* 3 *Et mox in clypeo isto vidi Leonem, duobus pedibus erectum: & ex adverso nobis oppansum Velum quoddam perpulchrè depictum.* 4 *Quod cùm intuerer, quid sibi vellet, animadverti me non dormire: & vidi peramœnum ibidem campum, per quem Equis incedebant variæ Gentes, magnâ inter se familiaritate.* 5 *Quæ Visio ut evanuit, ego ad preces conversus, & quidnam ista sibi vellent meditatus, in somnum incidi, sed mox rursum evigilavi.* 6 *Et Dominus ad me*: Vidisti Leonem de tribu Juda, radicem Davidis, cujus robur: brachium revelabitur Nationibus Terræ, quas vidisti ex omnibus orbis angulis, postquam deleuero multitudinem habitantium super Terram, nolentium agnoscere Nomen meum. 7 Nam Ego, Dominator Terræ, agam opus meum novum, renovando Leges meas per Nationes, ut exsultet Sion, & ædificetur Jerusalem: 8 Ubi sine idolis & idololatris mihi servient filii ei, quos progenerabo in locum eorum qui nunc blasphemant me & Nomen meum, abominationem patrantes cum Meretrice, Reges illi Terræ qui abominationes gentiles progenerarunt super Terram. 9 Recedent enim aquæ diluvii jactantes Arcam, in qua servabo Vos dilectos meos, exiguô numero, ad diem Pacis, cui nulla similis fuit à rerum exortu. 10 Nam filii mei venient è longinquo, quos progenerabo mihi super faciem Terræ: quod mirabimini, undenam veniant hi filii geniti à Viro sine fœmina, enutriti sine matre. 11 Tu serve mi obsigna hæc, quæ tibi loquutum est os meum hodie: sive ista acceptabunt sive non, ad quos te missitabam. 12 Vos autem exspectantes me vigilate & orate! erga me Creatorem Vestrum confidentes, erga vos invicem simplices & sinceri. 13 Servabo Ego vos, diluviò autem delebo istos meos & vestros hostes. 14 Surge, & hæc scribe &c.

Rev. CL. 7 Nov.

[*Visio Equorum duorum*, 2, 3. *& Campanarum duarum*, 4: *Numerisque* 70.]

OStendit mihi mira quædam Dominus, voce additâ nullâ. 2 *Primò* Equũ permagnum, *quem Eques insidens ei calcaribus adeò confodiebat, ut sanguis*

multus profluerct. 3 Alter Equus *dejecit super me parietem, ut me oppressum putarem : sed evasi, mihi & aliis admirationi.* 4 *Mox vidi* Campanas duas recentes : *quarum altera per se ipsam agitata edebat sonum ; altera, priore major, à me tracta, ad mei usque defatigationem : rotabat enim se circumcirca.* 5 *Reversus ad parietem, qui me obruerat, vidi inscriptum illi numerum LXX: qui quid sibi vellet nescio.* 6 *Venit tantùm in memoriam, Annô 1643 jussum me fuisse numerare 45 & 25, quæ junctim faciunt 70.*

REV. CLI. 9 Nov.

[*Currus ad asportandum Videntem. Dies 27, Cæsar, Egra.*]

V*Idi per somnum ad me venientem Adjunctum, cum aliis aliquot viris eximiis, curru vectis.* 2 *Expergefacto mihi dixit Dominus* : Solicitaberis ad Principem. 3 *Quem & mox vidi, tanquam ad illum jam delatus.* 4 *Et Dominus ad me iterum* : Viginti septem! Cæsar Egræ! Post revolutos 27 dies mira fient!

REV. CLII. 11 Nov.

[*Vis fidei, 1. Cur differatur exsequutio in hostes, 2, 3, 4: appropinquat tamen, 4.*]

T*Empore diluculi veniebat in mentem vis fidei in antiquis Sanctis, etiam Jairo & hemorrousa ; orabámque Dominum, ut & Nationibus quæ nunc sunt fidem daret, suósque per me etiam nuntiatos confirmaret sermones.* 2 *Ubi Dominus ad me* : Omnia sunt possibilia credentibus ; quòd verò nondum veniant quæ loquutus sum, ne mirere, venient. 3 Sed oportet prius fieri conspirationem Nationum, de quibus tibi dixi : quæ nondum facta est, ut Orientale Betulletum meum detectâ aliis voluntate suâ unum cum illis fieret. 4 *Oravi ergò pro Principe, Principissa, Consiliariisque eorum* : *Et Dominus*, Adibitis Vos mei Testes porrò etiam illos, ubi Gladius ultionis meæ sine tua cura paratus erit adversus Idololatras. 5 Jam etenim, jam transit tempus dominationis eorum super faciem Terræ : Bello ergò parent se hac in Terra. 6 Vale, & signum quod mandavi, alligatum manui meæ gesta! hostes habes multos.

REVEL.

Rev. CLIII. 15 Nov.

[*Fenestræ duæ*, 3. *Flumen exsiccatum*, *cum Aquila elumbata*, 6. *Flumen turbidum cum Imagine fœminæ barbatæ*, *Meretricis Babylonicæ*, 7. *cujus tyrannis describitur & perditio*, 8. Templum Ecclesiæ gloriosiùs reædificandum, quàm fuit Solomonicum, 15. *Septem stellæ*, 18. *Solatia quædam*, 20.]

E*Xactis matutinis precibus redormivi.* 2 *Et vidi vasa quædam conduplicata* (*ubi asservabantur res abstrusæ singulares*) *quæ mecum Viri quidam graves aperiebant.* 3 *Et mox ingressus est ad me Dominus meus, Princeps Transf. aliquis autem, nescio quis, inclamavit me,* Ostende Fenestras duas Domino, ut prospectet! 4 *Stabant verò duæ illæ fenestræ ante me*: *& vox illa me inclamantis tam fuit sonora, ut expergiscerer.* 5 *Et Dominus ad me*: Ecce Fenestræ duæ, per quas volo ut prospectent Gentes, Tuúsque simul Dominus, Princeps Transf. 6 Ad videndum flumen desiccatum, sine ullis meis aquis, ubi stat Aquila cum demissis alis, derelicta (*Vidi etiam oculis meis Flumen illud exsiccatum, & Avem languore fatiscentem*) sine viribus, propinqua morti: derelinquent enim eam rivi sui, blanditores ante hac sui. 7 Atque hæc est fenestra una: sed & alteram aperiat, ad videndum aquas turbatas: ubi conspiciet imaginem Mulieris barbatæ, sexum mentientis virilem. 8. Quæ dispandebat manus, alterâ tenens Gladium, quô occidebat; alterâ Ignem, quo urebat, Nationes. 9 Coronas imponens capitibus eorum, qui thesauros suos ad illam congestabant: quos illa deponens ad pedes suos conflabat inde Imagines sine spiritu, & dabat illis honorem & virtutem, quam non habebat ipsa. 10 Exhalans ore suo terrores, Gladium & Ignem in populos inobsequiosos verbis suis: dejiciénsque Potentes de soliis, qui recusabant gestare frontibus characterem suum, quem auro & argento venundabat per Europam totam. 11 Super quam Ego (*Gentibus*) aperio ostium, quod nulla occludet vis aut prudentia humana, quin eam prehensam invertant pedibus sursum, ut appareat turpitudo ejus populis, & abominationi fiat omnibus Terræ Nationibus. 12 Meridionalis Armiger meus, cum Orientali, detrahent illi larvam virilis habitûs: Septentrionalis ictu immittet sagittam in Cor ejus. 13 Occidentalis verò eam dejiciet de solio cum fragore, quem expavescent habitatores Terræ, attonitíque accurrent ad me insidentem throno, inquirentes in lucem meam, & potentiam meam. 14 Qui in solio sedens meo, alterâ manu ostendo gratiam & dilectionem, cum benedictione; alterâ potentiam cum æterna justitia, contra eos qui nolunt agnoscere me & nomen meum, Jesus Nazarenus Domi-

NATOR

NATOR TERRÆ! 15 Qui me revelabam & voluntatem meam manifestabam, Patriarchis, Prophetis, Regibus: quorum sapientissimus exædificavit mihi Templum gloriosissimum super Terram, è ligno, lapide, gemmis, auro & argento: sed transiit. 16 Ego verò Rex Regnantium, & Dominus dominantium, exædificabo nunc jam mihi Jerusalem novam ex Nationibus, quibus septem Stellas per Evangelistas & Apostolos in signum posui, in Templo Ecclesiæ meæ. 17 Quas nôrunt jam Servi mei, & ostendunt habitatoribus Terræ, cum timore & tremore operantes salutem suam: sed propter caliginem, quam à se spargit Meretrix, pauci sunt ambulantes in luce stellarum mearum. 18 *His ego auditis cogitare cœpi*, Quid essent septem illæ stellæ? 19 *Et Dominus*: Sunt septem Beatitudines à me indicatæ, cum potestate Clavium mearum, & Sacramentis. 20 Hæc in præsens tibi sufficiant, serve mi: surge, ista scribe, & dilecto tuo & meo significa, me agere opus meum occultè apud eos, cum quibus ille agit apertè. 21 Et ne metuat sagittas hostium! indui Ego illum loricâ, quam non transverberabit ulla vis aut vafrities humana: & sciat, me dominatorem Terræ loquutum esse, nuper, & jam. 22 Surge & scribe! inter scribendum commemorabo tibi omnia; *& factum est, Hallelujah.*

REV. CLIV. Eâdem die.

[*Occidentales Meretricis hostes, inter quos Domus Fr.* 1,2,3,11. *Rex Hung. coronandus*, 3,4, 5,8. *Poloniæ cavendus*, 6,7, *Germania propter Frid. punita*, 10. *Roma evertenda*, 12.]

A *Precibus pomeridianis cogitare cœpi*, Quis ille Occidentalis esset, de quo mane loquutus erat Dominus? 2 *Et Dominus respondit*: Jam est, & sunt in procinctu, quem Meridianus Sol obumbrare vellet vanis promissis. 3 *Ego verò submissè petii nomen indicari mihi*: *responsúmque est*, Etiam Friderici Regis filius, cui subveniat Princeps Transylvaniæ, futurus Hungarorum Rex. 4 Huic autem Ego, si meum volet ductum sequi, viam parabo Posonium, amotis omnibus quæ multi opponunt & opponent, repagulis: sed ego & lapides & ligna de via removebo: sicuti feci Patri ejus, quem in expeditione sua è Transf. duxi & reduxi, in pace. 5 *Mox apparuit mihi species vultûs fœminei*: *de quo Dominus ad me*, Principissa Transylvaniæ est, tangit cor Principis. 6 Sciat autem Princeps, Regem Poloniæ sibi occultum esse hostem, & nisi ante se Cosacos haberet & Tartaros, jam Transylvania in pace non esset. 7 Cor enim ejus fraudulentissimum est, quo totam suam progeniem superavit, etiam erga propriam gentem Regnúmque

suum: cujus actionibus attendat Princeps cum Consiliariis suis. 8 Quum adveniet tempus Posonium subigendi, etiam tu ibi eris: Coronatio verò peragatur in Templo summo, præsente Legato Turcico & Suedico. 9 *Quô ego auditô, oravi successum felicem, decantans Psalmum vigesimum: recogitans tamen apud me tacitè, etiam Friderico nos talia decantasse, electo & coronato, postea tamen rejecto.* 10 *Sed responsum est:* Et quid inde retulit Germania, totáque penè Europa, quòd deseruerunt eum? 11 Non defuit illi animus finem inferendi Romæ: sed filiis ejus dabo honorem hunc, si animum induxerint ambulare in luce mea. 12 Magna fuit Babylon, à Dario subacta tamen: magna Jerusalem, cujus propugnacula fossæque ad miraculum erant, subversa tamen. 13 Sit ergò magna Roma quoque, evertetur tamen funditùs, juxta numerum annorum meorum: ut per ejus ruinam terror super Nationes Terræ veniat. 14 Tu hæc ne occulta, prodiérunt enim ab ore meo: ut ista resciant quantocyus omnia Ligna mea, de quibus tibi loquutus sum antè.

Rev. CLV. Nov. 21.

[*Dies memorialis, 2: Domui A. terminus à 6 Decemb. notandus, signô firmatur, 5. Regis Hung. Equus rufus & albus, 3, 7. Angli, Hollandi, Palatinus, 8.*]

ITerum ad me *Verbum Domini factum est, pòst preces matutinas, dicens:* 2 Ecce dies memorabilis tibi èst hodie (*fuit autem, quia eô die ante annos 35 matrimonium inieram*) quô Ego tibi quoque memorabo, appropinquare mutationem temporum consiliô meô destinatam ab æterno. 3 Fuit quum Transf. Princeps equitaret in Equo nigro: sed tempus appropinquat quô equo rufo & albo inequitabit. 4 Volo enim eum in Regem coronari Terræ huic; & scribe Adjuncto, illum fore unum de illis, qui Regio Capiti coronam imponent, te quoque præsente; modò ille incedat per vias meas. 5 Dissolvuntur jam montes iræ meæ super Domum Austriacam, à 6 Decembris: quod memento! & juxta mandatum meum memoriale signum gesta in manu tua 6 *Mihi verò in mentem venit D. Comitis de Hoditz recèns tristis casus mortis; & Dominus,* Hoc illi attulit temeritas, & non acquiescentia in loco quo ei prospexi hac in Terra, & vitæ prodigalitas, collusione cum venenatis hostibus in terra vestra, super quam Ego effudi iram meam. 7 Nec finis erit, nisi cùm novus Rex hac in Terra erit, equitans in albo & rufo Equo. 8 *Quumque iterum Anglicani belli cogitatio incideret, dixit Dominus:* Ultus Ego sum sanguinem Friderici per alienos; cujus Filio auxiliabuntur Hollandi ad gloriam, quam destino illi, si mihi Deo dabit gloriam. 9 Pauci recogitant, quomodo Ego ad finem deducam opus meum &c.

Rev. CLVI. Nov. 22.

[*Hungari abominationes exſcindere detrectant, niſi ferrô & igne adacti*, 1, 2, 3, 4. Gentium præcus commotio in excidium Hiſp. & Romanæ monarchiæ deſitura, 5 &c.]

V*Idi per ſomnum inter Papiſtas me verſari, non ſine metu.* 2 *Et tradita mihi fuerunt ſcripta eorum quædam, quæ acutô conſcindens cultrô projectabam in ignem: ſimúlque evigilavi, triſtis valdè.* 3 *Et Dominus ad me:* Tergiverſatur Natio hæc exſequi voluntatem meã, in exſcindendis & igne abolendis abominationibus, donec ignis iræ meæ ſuper capita eorum ardebit. 4 Quid autem dices, ſi jam ardet? Turca enim jam illum excitat primordiis irruptionum ſuarum. 5 Quis verò habitatorum Terræ hujus cogitat tempus appropinquare, ut factis per Gentes variis ſciſſuris educam agmina Exercituum meorum ſuper Hiſpanum, & Civitatem illam ubi Abominatio ſedet? 6 Quæ Roma eſt: Roma fundamenta habens ſuper petram lubricam, perfuſam ſanguine infinitorum Martyrum, quem fuderunt Romani Senatores cum Papis & ſpurio Clero. 7 Quibus Ego retribui, & retribuam, in conſpectu Mundi: nec enim fruſtrà loquor, ſecurim jam eſſe poſitam ad (radicem) arboris. 8 Nihil, nihil juvabit robur Equorum & Exercituum, quos congregabunt, in die ruinæ ejus. 9 Tu fac voluntatem meam fidenter, labora ſicut bonus miles Chriſti &c.

Rev. CLVII. 23 Nov.

[*Videntis patria refloreſcens*, 1. Exhibentur illi Prophetæ antiqui, 7. *Miraculorum loci quid nunc opus*, 10. *Libri Turcici urgendi*, 13.]

O*Stendit mihi Dominus Oppidum mihi natale novô circumdatum murô, & vineas meas admodum excultas, cum abundantia botrorum, aliorúmque fructuum, ut nihil ſimile unquam viderim.* 2 *Cœpi itaque orare, poſtquam me ad hæc talia complacuiſſet adhibere, ut miſereretur mei, ſicuti miſertus fuit* Eliæ, Amoſi, Jeremiæ, Samuelis, *aliorúmque: ſignô datô, unde cognoſcam me quoque ſervum eſſe ſuum.* 3 *Dominus autem reſpondit:* Tu tibi omnia fieri vis quæ petis, ipſe tamen non omnia facis quæ Ego mando tibi cum aliis. 4 Sed exſpecta tantùm horam meam, dum veniat: veniet enim, & jam venit. 5 Pauci erant Prophetarum etiam tempore, qui ſermonibus eorum, tametſi per miracula firmatis, fidem adhiberent. 6 Dubitabant nihilominus à me fuiſſe miſſos, ſicut & nunc: ſed utinam gloriam dent nomini meo! 7 *Hæc ubi dixiſſet Dominus, momentô indormivi; & mox rurſum evigilans, conſpexi ante*

me

me Virum ætate ac staturâ mediocrem, de quo Dominus, Hic est Amos Thecoensis, qui dixit Dominum nihil facere, quin revelet secretum suum servis suis Prophetis. 8 *Mox prodibant alii post alios, usque ad* Eliam: *tandem Senex grandævus, sedens, de quo Dominus,* Samuel est, *addiditque.* 9 Severitas, severitas iræ meæ semper fuit adversus ingratitudinem hominum: qui si paterentur meô ductu duci, prosperè omnia cederent in Mundo. 10 Miracula mea tã diu densè veniebant in oculos, quamdiu agnitio mei non circumfulsit filios hominum: uti factum post Apostolorum tempora vobis, clarâ fidei acie me, operáque & sermones meos, intuentibus. 11 Nunc miracula id genus patriari opus non est, sed in memoriã revocari & explicari ea, quæ dudum à me facta & dicta sunt. 12 Ego te ad mea facta & dicta admisi gratuitò: tu ergò mihi servire memento animo grato. 13 Et scribe tibi mihíque dilecto Adjuncto, ut ille ne parcat labori, admonendo Principissam, ne in ventos mittat verba mea de subministrandis in editionem librorum Turcicorum impensis. 14 Meam hanc esse voluntatem dicat, ut Illi, & Nomini ejus, Posteritatíque toti benedicat dextra mea. 15 In Germania quid fiet, brevi audies. 16 Hæc interim consigna, & mitte Adjuncto: ad quem, cùm venerit hora mea, denuò ibis. 17 *Et laudavi Dominum, exultans in corde meo.*

REVEL. CLVIII. 25 Nov.

[*Splendor Operum DEI appropinquat,* 3. *Solis meridiani, Domûs Austriacæ, ultimus splendor,* 8. *nux frangenda,* 9. *Usus horum,* 10.]

I*Terum ad me sermo Domini factus est: & fuit ita.* 2 *Post evigilationem primam tædium quoddam turbabat animum meum, usque ad diluculum propè.* 3 *Ubi cùm indormissem, claritas quædam circumfulsit me, ut expergiscerer, viderémque diescere jam.* 4 *Et Dominus ad me:* Natio hæc est ut lignum contortum in vertice montium. 5 Sed utinam sint terra bona, bibens super se venientem imbrem, germinánsque herbam cum fructu suo! 6 Ecce claritas diei Operis mei adventat! quod homines intelligere nolunt. 7 Pergite Vos dilecti mei eos informare, dum tempus est: tu verò memento diei sextæ Decembris, & dehinc vigesimæ quartæ. 8 Ecce enim in Imperio fulgorem splendidum à se dabit Sol meridialis, Domus Austriaca, ad seducendum multos! 9 Moravos & Bohemos prætendet obvelandæ multiplici tyrannidi suæ, quam patravit: sed Ego spiritum dabo illuminatum illis, qui fractâ nuce invenient nucleum. 10 Tu hodie nusquam exeas, & hæc tibi

revelata mitte ad dilectum meum : addent lucis aliquid tergiversantibus, & sua potiùs quàm mea quærentibus. 11 *Feci igitur, ficuti mandatum fuit, decantans Psalmum* 20.

Rev. CLIX. Dec. 10.

[*Fœmina Videntem ad judicium trahens condemnatur ipsa, suppliciòque afficitur,* 2. *Applicatio horum ad meretricem Bab.* 5: cujus perdendæ initium in Hungaria fieri oportere, 7, *nisi perdi velint ipsi,* 8.]

ANte diluculum obveniebat mihi somnus, videbárque mihi inter multos Generosos constitutus; quorum unus ad me, Accusaris à fœmina. *dixit.* 2 *Et mox prodiit illa, actionem in me instituens, quòd malam ei texuissem telam.* 3 *Ego verò exhibui fila neta pessima, planè putrida, quæ dederat, judicium à præsentibus petens: qui re cognitâ, sententiam mortis in eam tulerunt, ductáque est ad supplicium.* 4 *Quò ut ventum est, jussus ego sum palum infigere capiti ejus: & feci, licet cum horrore, eámque palo transverberabam tantâ vehementiâ, ut evigilarem.* 5 *Dominus verò ad me*: Factum est, jam factum est! Infixus jam est palus furoris mei capiti Bestiæ Babylonicæ, juxta sententiam verbis meis, & dudum & per te, enuntiatam, arcanò consiliò meo ab æterno decretam : ut effundatur sanguis eorum qui fuderunt sanguinem sanctorum meorum, Romæ & alibi, hunc usque in diem. 6 Jam etenim orietur lux mea Regibus Terræ, ut agnoscant deviationem à veritate Legis meæ. 7 Ecce Ego Dominator Terræ mercede conduxi mihi Domum Racocianam, ad exsequendam ultionem contemptûs mei ab Idololatris hac in Terra. 8 Tartari & Turcæ facient initium, si detrectaverit Princeps obsequi mandatis meis, per Te illi nuntiatis, verbóque meo comprehensis. 9 Tu indue tibi villosum Turcicum gausape, & perterrefac Idololatras. 10 Sona Campanâ magnâ, ut per universum Orbem audiatur vox clamantis, Exite, Exite, popule mi, Exite de tenebris Babylonicis! ut ne participetis de plagis quas infudi in Calicem Meretricis. 11 Plagas ejus nemo in Terra sanabit: quia tempus à me constitutum venit. 12 Tu patiens esto : brevi accipies informationem de aliis, &c.

Rev. CLX. Dec. 12.

[*Vltionis adesse tempora Videns signô visibili confirmare jubetur,* 6. *Sed &* Deus signa in Cœlo promittit, 10. [Fuitque octiduò pòst Cometa &c.]

CIrca matutinam quartam, post peractas preces, redormivi: Et ecce vidi fulgorem, & montes super me & alios sese volventes. 2 *Et attonitus clamabam,* Mise-

Miſerere, miſerere noſtri DEUS! *à quo & clamore evigilavi, tremebundus, DEUMque orans.* 3 *Et ecce oblatæ mihi ſunt ſpectandæ auri maſſæ valde friabiles.* 4 *Dominus verò quiddam loquutus, quod non intellexi, paulò poſt voce intelligibili,* Omnia quæ tibi loquutus ſum, *inquit*, dudum & nuper, vera ſunt. 5 Tum quòd ultionis tempora venerunt Babyloni, tùm quòd tibi veniet id, quod per auri maſſas præſignificatum volui, ut per ſomnium vidiſti. 6 De quibus accipies & mittes ad Principem, ut roboretur in fide, & fortiter agat, ut illi benedicat dextera mea. 7 Ineat verò his diebus conſenſum cum Turca & Tartaro, ad faciendum demandatum ſibi opus. 8 Quod non humanum erit opus, ſed opus DEI determinatum pridem conſilio meo, ad conterendum venenata Jeſuitarum cornua, & coronas capitum eorum, cum ſculptilibus & idolis eorum. 9 Brevi accipies ab Adjuncto quàm diſpliceant iis coram quibus ſtabas inſtantiæ veſtræ: ſed experientur illi tandem quoque, veros eſſe ſermones meos. 10 Nam & ſigna Cœleſtia Aſtronomis, aliiſque vobis, oſtendunt imminentes mutationes: ſed quas illi non intelligunt, conjectant tantùm futurum eſſe quiddam &c.

REV: CLXI. Dec. 13.

[*Confuſio in Hung. ab obitu Principis Racoci invaleſcens,* 1, 2, 3. *& cur illum, Filiúmque Sig. evocaverit DEUS,* 4, 5. *Comminatio modernis,* 6.]

A *matutinis precibus factum eſt ad me Verbum Domini, dicens*: Valdè malè res habent hac in Terra! 2 Queruntur Domini & Sacerdotes de ſubditis, & ſubditi de Sacerdotibus & Dominis: pace licet fruantur, quâ non fruuntur alia Regna. 3 Servabam enim eos ſub conſiliis & dominatu Racocii Senioris à metu Turcæ, & exterarum Gentium; quod non contingebat aliis Nationibus. 4 Sed cùm expanderem manus meas, ut inter illos, & per illos, initium facerem operis mei (adverſus Babylonem) ecce non ambulavit Ille quoque integrè coram me! 5. Sigiſmundo ejus Filio non defuit animus, ſed vires erant languidæ: impoſuerat enim ſibi ſarcinam auſcultandi aliis plus quàm mihi: quieſcere itaque juſſi utrumque. 6 Si modernus eâdem incedet viâ cum Conſiliariis ſuis, ecce Ignis aquarum mearum tumeſcit! in ſanguine piſcabuntur filios ſuos, ſi Ego per alienigenas agere occepero cauſam meam hac in Terra. 7 Deſinant pòſt lamentari, ſatis ego circa illos impendi operæ: ſed illi vanis ſeducti conſiliis nihil agunt, intuentur tantùm ſe invicem, & titubant, ebrioſorum ad inſtar &c. &c.

Rev. CLXII. eâdem die.

[*Babylon in Hungaria diruenda,* 3. *aut ruinam patientur habitatores ipsi, si aliis committatur operis hujus exsequutio,* 8 *&c.*]

Q*Vum hæc exarassem, oppressit me inopinatò somnus,* 2 *Et vidi me Cassoviæ domum emisse, ingressúmque Templum simplicis structuræ: ubi magnam inveni populi frequentiam, sedentésque inter eos venerabiles Senes, gravitate Lanetium referentes.* 3 *Peractis à me sacris cùm egrederer, vidi proximam Templi domum dirui, vetustam & semiputridam, spectante variorum hominum ingenti turbâ: simúlque evigilavi.* 4 *Et Dominus ad me:* Accensa est fax hac in Terra per vos duos servos meos, cujus scintillæ volitant per externa jam Regna. 5 Ratisbonæ etiam: ubi arrigunt velut asininas aures, num citò ignis exarsurus sit hac in Terra. 6 Sed Racociana Domus nondum movetur ad sermones meos, prodigia exspectans. 7 At non habebit aliud nisi Fulgura & Tonitrua Orientis, emittentis sagittas suas. 8 Et contremiscent Civitates Terræ hujus tanquam viscera palpitantia; & trepidabunt Arces attonitæ, propter obdurationem cordis ad sermones meos. 9 Vivo Ego Jehova, si perrexerint non obedire, futurum ut illis eveniat sicuti priori Mundo, & Sodomæ, subitò ruent: Ignis & Gladius devorabit eos, sicuti visione Staminis ostendi tibi (*Rev.CIX.*) 10 *A quibus ego verbis horrore correptus, exclamavi: Ah Iehova Dominator Terræ, DEVS mi, DEVS mi, miserere nostri servorum tuorum!* 11 *Et Dominus:* Verba mea quæ per te loquutus sum, tam innotescent Orbi atque per Nationes innotuerunt scripta Prophetarum, Daniëlis, Joëlis, Abdiæ, Jeremiæ, & aliorum: per Viros à me electos. 12 Ne metuite igitur Vos duo servi mei: tametsi tu frustra tot jam annis operam ponis in alloquenda verbis meis Gente hac: illi autem nolunt agnoscere vocem meam. 13 Cùm tamen illis præ aliis benè esset si diruerent putridum illud, & jam jam dilabile, abominandæ mihi Idololatriæ ædificium. 14 Si extraneis opus hoc meum commisero, væ Genti huic! Vobis autem servi mei prospicietur à me, tantummodò fidite mihi &c.

Rev. CLXIII. Dec. 14.

[*Exhortatio ad obsequii simplicitatem,* 2. *Gladius ad mactandum Ferd.* 7. Renovatio Mundi instat, 9. *Pr. Racoci admonendus obsequii,* 11 *&c.*]

E*Vigilavi, post somnium quô videbar cum confratre, Tobia Ieffon, dissertationem habuisse* de Simplicitate, *quidnam illa esset?* 2 *Et Dominus ad me:* Tan-

Tantùm tu labora simpliciter,sincerè ac fideliter, serve mi, in opere ad quod
Ego te hisce diebus Mundi vocavi. 3 Non enim omnia simul peragere so-
leo in vobis lapsu corrupta Creatura mea: sed gradatim promoveo ab humi-
lioribus ad altiora. 4 Quod sapientia Mundi, & hebetudo rationis carna-
lis, nec intelligit nec admittit. 5 Te quòd nondum eò deduxi, quò pro-
misi, culpa est partim tarditas tua cum inobedientia, partim malitia tibi ad-
versantium. 6 Sed appropinquat hora, quæ patefaciet, quò Ego mihi te &
alios servem. 7 Nam ecce in manu mea est Gladius justitiæ, exacutus ad
diem mactandi Ferdinandi. (*Interim cecidit quiddam ut lapis: & Dominus*)
8 Ecce jam cecidit lapis de manu mea! quem nemo de filiis hominum tollet,
neque quisquam omnium Imperii Electorum, frustra de retinendo eo con-
sultantium. 9 Nam conversio rerum toto in Mundo instat, atque jam adest:
ut è tenebris in lucem exeant omnes Nationes Terræ, post factum deluvium
ingentis hominum multitudinis. 10 Vos autem parate Manus ad colligen-
dum! parate Ora ad enarrandum & benedicendum iis, quos erepturus sum
è labyrinthis idolomaniæ: non tantùm longinquos Gentiles; sed & Christia-
nos me & Nomen meum non agnoscentes, qualiter vos me nostis, dilecti
servi mei. 11 *Interim sensi lapidem rursum volvi, sed non decidere: &*
Dominus ad me. 12 Racoci paulatim se volvit, volens priùs intelligere du-
ctum meum: sed utinam non serò! ne lapis interim meus decidat in eum
ad conterendum eum. 13 Propositum consilii mei de illo, enuntiatum per
te, stabile est: sed si non defuerit fides, simplicitas, & obsequium erga me &
vocem meam. 14 Sauli tria ista quia defuerunt, excidit Regno, tametsi
jam coronatus: meus enim ductus volentium est: quid mihi cum carnali
prudentia populorum? 15 Apud me nihil valet nisi Timor cum fiducia,
Obedientia cum alacritate, & Simplicitas cum patientia: quicunque his
insistebat unquam viis, habitabat in excelsis terræ securè. &c.

REV. CLXIV. eâdem.

[*A.Kl. vigilat*, 3. *Legatus Sept. securim acuit*, 4. *Saxo & Brand. juvant*, 5. *Orientalis cum Aquilone conspirat*, 6. *Refugium N.N. ubi*, 8. *Scripturæ legendæ*, 9.]

POst hæc in chartam relata reposui me, & indormivi: atque post exiguum
somni expergefactus, audivi Dominum dicentem. 2 Adjunctus tibi ex-
pendit sermones meos per te prolatos,sed est plenus ambigui consilii. 3 A.
Kl. excitat Principis mentem ad perpendendum quanta se volvant pericula:
attendens inprimis Germaniæ, qualia ibi fiant. 4 Sed scias tu Septentrio-
nalem

nalem Legatum exacuiſſe ut ſecurim linguam, ad ſuccîdendum arborem ſuper quam ſedet Aquila. 5 Saxo materiam ſubminiſtrat: Brandenburgicus incubuit Stateræ, quâ ſtaterâ non detrahent ullis funibus Electores Eccleſiaſtici, mirabundi unde Iſti fortitudo ad opus hoc. 6 Quærent pacem: ſed neſciunt quid acturus ſit Orientalis, conſilium habens cum Septentrionalibus unum, illi duo præ cæteris contra domum Auſtriacam. 7 Ego Jehova agam cauſam meam ad terrorem Terræ huic, & aliis Nationibus. 8 Principiſſa quòd ſe ad locum tranſtulit tutiorem, & commodiorem, rectè factum: cùm ſagittæ meæ ibunt, ſecedat eòdem Adjunctus, quietem non dans Principiſſæ de adornanda editione Librorum meorum. 9 In quibus legendis ac meditandis tu quoque remiſſior es; diligentior eſto, & exerce in his ſenſus, reducam enim Vos ad labores in Natione Veſtra, iis qui vos deſiderant, quorum ah pauci remanſerunt, & remanebunt. 10 Sume tibi ad revidendum & ruminandum libros Regum & Machabæorum. 11 Cumque incipiet fluctuare Terra hæc, proſpicite vobis tempeſtivè: protectio verò mea vobiſcum erit, cui non prævalebunt adverſarii, &c.

Rev. CLXV. 15 Decemb.

[*Videns egenus ſolatiis erigitur*, 1. *Labores pii commendantur*, 7. *Domus Auſtr. malè auditura in Nationibus*. 11.]

Somnium vidi: & in eo uxorem meam accumbentem Menſæ opiparè ſtructæ: & ante illam vaſa aurea vini plena. 2 *Expergefactus cogitare cœpi, habuiſſe nos clenodia, nunc autem eſſe pauperes & egenos, amicósque ac benefactores deceſſiſſe.* 3 *Et reſpondit Dominus dicens*: Deceſſerunt amici, ſed vivo Ego, & vivam in æternum. 4 Ira mea irruit ſuper vos, ſed miſericordia mea non receſſit à vobis. 5 Perſeverate in timore meo, & benè vobis erit ſupra neceſſitatem. 6 Tu quòd panem tuum ne ſic quidem negas egentioribus atque ipſe es, rectè facis: novi Ego quâ quis re ſervire queat proximis. 7 *Mihi verò in mentem venit* Regulas Vitæ (*ab Adjuncto Latinè ſcriptas*) *transferre in vernaculum, ut exſtarent utrâque linguâ*: *& Dominus iterum*, 8 Multi fuerunt, etiam in Eccleſia Veſtra, qui dona mea non impenderunt, nullâ honeſtâ ſui relictâ memoriâ. 9 Fac ut cogitas, ede tractatulum, ut & meditationes tuas de Electione. 10 Non vixiſſe præſtat, quàm vitæ nullis honeſtis actionibus transactæ reliquiſſe memoriam: tametſi non multum aut magnum quid ſit, modò bonum. 11 *Rurſum mihi occurrebant, quæ de Auſtriaca Domo loquutus erat Dominus pridem: & audivi poſt januam cubiculi decidere quaſi lapidem, binô ſonitu.* 12 *Et Dominus*: Excidit Domus Auſtriaca

ſtriaca ſine bono nomine: Nemo tamen eorum pejus audiit, & audiet, in Nationibus, atque Ferdinandus ſecundus & tertius. 13 Appellaveris tu eum quocunque nomine: quod ex me audiviſti Verbum eſt meum, profectum ab ore meo veraciter. 14 Ego Jehova loquutus ſum, & faciam: quia nihil apud me impoſſibile eſt. 15 Ad te quoque redibit benedictio mea ubertim: tantummodò fidelis eſto, patiens, manſuetus, & in omnibus frugalis; etiam hodie videbis curam pro te meam. (*Atque ita fuit, miſit mihi N. N. aureum nummum, & alius vir nobilis obſonii aliquid.*)

REV. CLXVI. Decemb. 17.

[*Domus Auſtriaca in foveam incidit*, 1. *Seductores ejus Ieſuitæ coronandi*, 2: *quemadmodum Phariſæi*, 4.]

L*Uce factâ, dixit ad me Dominus*: Jam Ego mercede conduco habitatores etiam Hungaricæ Terræ adverſus Domum Auſtriacam, quæ in foveam incidit, unde illam nemo liberabit. 2 Jeſuitæ huc eam deduxerunt: qui loco aureæ & argenteæ coronæ (*quam affectarunt*) plumbeum jam geſtabunt cucullum (*& vidi cucullum iſtum, ſub quo lapſabat geſtans eum, terribilis enim fuit*) 3 Gravis illis erit corona hæc, depreſſans eos in profundum inferni, propter peſſimas eorum ſeductiones. 4 Faciam illis ut Phariſæis, qui me quoque ſpineâ coronabant coronâ, quam geſtavi ad horam uſque ſextam, cum ludibrio quod inferebant mihi in conſpectu Mundi: & inferunt hi etiam hunc in diem. 5 Ultus ſum iſtos, ulciſcar & hos, malam ſimiliter progeniem, mihi & vobis cultoribus meis ſub Sole opprobria exhibentem. 6 Ah quàm titubabunt, quàm lapſabunt, in die ruinæ ſuæ! 7 Tu exſpecta, informaberis quid facto ſit opus. 8 A. Klob. conſilium erit, ut excedas è Terra hac: Tu verò non prius ibis, quàm in ea evenerit quod os meum loquutum eſt. 9 Interim vigila & ora.

REV. CLXVII. 22 Dec.

[*Stamen tripartitum*, 2. *Moravia repurganda*, 3. *Sed priùs Hungaria, initiô Nitræ factô* 4. *Bohemia quomodo reformanda*, 7. *Tempus adeſſe, non celandi Potentes*, 11. *nominatim A. Kl.* 13.]

V*Iſus mihi ſum per quietem, cum viris quibusdam honeſtis, inducere officinæ Textoriæ ſtamen tripartitum: evigilánſque quid iſtuc eſſet cogitabam.* 2 *Dominus verò ad me*: Quid eſſet niſi ſtamen operis mei, quod Ego triunus Je-

V hova

hova in facie Terræ operaturus sum? id tibi tripartitò illo stamine adumbravi.
3 Moravia Vestra tanquam caput abradetur à fœditate abominabilis mihi Idololatriæ: in quam reducti, collocate per Civitates & loca præcipua viros pios.
4 Repurgatio tamen incipiat primùm hac in Terra: præsertim Nitræ, ubi nidus abominationum est. (*5 Inter hæc deciderunt tanquam Nummi complures, sed ambusti, sonitu bonô destituti: cúmque cogitarem Quid hoc esset? respondit Dominus:*)
6 Malum de se dabant sonum Episcopi Nitrenses: malâ ipsis reddite mercedem, internecioni devovete illic omnia, usque ad mingentem in parietem: ne commiseramini!
7 Bohemia erit tanquam terra Zabulon, cùm reintroduxero Regem ejus.
8 Pragæ effusus est sanguis Testium meorum: ita rursum fiat iis qui deprehensi fuerint in ea.
9 Idola verò, aurea, argentea, ænea & lignea, comburantur in foro Civitatis, cinerésque combustæ abominationis projiciantur in flumen, in æternam memoriam & opprobrium.
10 Et habitabit ibi Rex tanquam in horto Eden observans Legem meam, quam nescire volunt moderni Reges: sed accipient mercedem suam.
11 Vos, Vos testes mei, efficite ut Potentes Terræ intelligant jam esse tempus: quod & prodigiis meis ostendo, jam protrudi germina.
12 Surge, & isthæc scribe!
13 Klobusicio hæc omnia ostende, ut exacuat aciem ad videndum quæ fiant, sciátque pariter illuminare alios: ut illi benedicat dextera mea, & nunc & postea, cùm collocavero Regem in throno ejus: nam tunc & illi benè erit.
14 Nihil trepida serve mi! & cùm dedero in manus tuas quod promisi, dabis illi quoque partem, & Principi: ut inde quoque agnoscant Os meum esse loquutum &c.
15 *Et laudavi Miseratorem nostrum, &c.*

Rev. CLXVIII. Dec. 24.

[*Visto vasis vetusti terrâ eruti, sonori*, 1. *de complemento omnium antiquorum DEI promissionum explicatur*, 5. *Domus Austr. mortua*, 7. Monstrorum excludendorum nidus Roma, 12. Gog & Magog mactandi, *sed diversimodè*, 15, 16. *Gentes convocandæ celeriter*, 20, 22.]

Expergefactus noctis meridie, suspirabam ad Dominum.
2 Sed rediens somnô, vidi me in turba hominum varii Ordinis, spectantium vas quoddam mediâ sui parte terrâ obrutum.
3 Et venientes duo quidam exemerunt id, & ecce fuit vetustum!
4 Alii verò duo venientes cum malleis fabrorum prægrandibus, tundebant id ictibus robustissimis; unde sonus exibat ingens, Vas tamen contundi non potuit: & mirabamur omnes, quid vasis hoc esset.
5 Evigilanti verò mihi dixit Dominus: Antiquæ promissiones meæ à me factitatæ Gentibus,

ms, de congregandis illis ab omnibus Mundi cardinibus ultimis diebus, qui
am sunt: his Ego me jam circumdabo tanquam torque. 6 *Quibus ego au-*
litis ardenter orare cœpi, ut impleat misericordiam suam Dominus, decantans
n eum sensum canticum Ecclesiasticum: O gloria cœlestis exsurge &c. 7 *Cùm*
edormiissem, vidi hominum multitudinem Domum quandam ingredientem,
rimùm habitu Germanicô, capillis super faciem demissis, præ quibus nec intueri
enè poterant, quærentium an tempus jam esset? 8 *Hos sequuti viri quidam*
docti, quibus ego me adjunxi: & ecce aperta fuit janua, conspectùsque mortuus
quidam impositus pegmati. 9 *Quem cùm intuerer, cognoscendi desideriô quis-*
nam esset, animadverti me non dormire. 10 *Et Dominus dixit*: Vidistine
mortuum illum? Ecce mortua est, mortua est, Domus Austriaca, diuturnus
Tyrannus. 11 Nam obruerunt eam torrentes iræ meæ, quemadmodum
pridem loquutus sum, me illam eversurum esse radicitùs (*Et vidi Arborem*
eversam cum radicibus humi jacentem: de qua Dominus:) 12 Cecidit ecce
Arbor, unâ cum Nido Corvos & Picas ingratæ mihi crocitationis & garri-
tionis excludente, multis jam seculis. 13 In quo & nido Ranæ, Angues,
Viperæ venena spargentes nascebantur. 14 Qui nidus Roma est; contra
quam convocate, convocate ò vos Testes mei, à quatuor Mundi plagis Na-
tiones, ut convolent ad diem & horam! 15 Sagittas veloces acutas emit-
tat Orientalis cum Tiaris: tùm Septentrionalis, Meridionalis & Occiden-
talis, manu gestantes Ignem & Gladium super Gogum Occidentalem.
16 Ut mox etiam mactetur Magog Orientalis, sed Spiritu oris mei, & ver-
bis Legis meæ instar gladii penetrantis; quò ille se mactari permittet, eò
ut vivat vitâ gratiæ, mihi & vobis agnoscentibus nomen meum. 17 Quod
ille ignorans errabat per montes, sine luce mea: sed confitebitur deinde vo-
biscum, JEHOVA JUSTITIA NOSTRA. 18 Hæc illi veniet ex
alto benedictio, ad auferendam ab illo maledictionem. 19 Sed Gog quas-
sandus est gladiô & igne, sine commiseratione ullâ. 20 Vos igitur, ò Gen-
tes ac Populi, audite & intelligite! Date vos mihi Dominatori Terræ ad
opus hoc meum velociter peragendum! Jam tempus est, decurrerunt omnes
termini Horologii mei. 21 Tu verò serve mi surge, & isthæc scribe! 22 *Ego*
verò horrore correptus exclamavi voce altâ: Væ mihi mater mea, jam oblitus
sum omnia! Miserere mei DEUS (lacrymæque largiter profluebant ab oculis
meis.) 23 *Et Dominus:* Revocabo in memoriam tibi: surge, scribe, mitte di-
lecto meo & tuo! Et quod facitis festinatò facite! tempora enim mea ve-
nerunt, Amen. 24 *Quô ego auditô succinui quoque*, Amen, Fiat! *plenus*
horroris gaudio misti.

Rev. CLXIX. Dec. 25.

[*Videns Patriarchas videt: Abrahamum, 2. Isaac, 3. Iacob, 4. Mariámque Virginem, 6. Vnde orta gaudia, 7 &c.*]

IPsô die Christo Servatori natali, ut mox à noctis medio evigilavi, meditari cœpi de Patriarchis, Messiæ adventum fide prævidentibus & prædicentibus. 2 Inter has cogitationes obvenerunt oculis meis Viri graves: quorum primus, grandævus fuit senex, statura infra mediocritatem, de quo ad me Dominus: Hic est Abraham, pater fidelium! 3 *Post hunc prodiit procerior & speciosior: de quo iterum Dominus,* Isaac est! 4 *Tandem tertius facie liberali, robustus, totúsque decorus: & Dominus iterum,* Jacob hic est! *& celebravi nomen Domini. 5 Cùm verò denuò in mentem venisset Mariæ Virginis, quanta illi contigisset gratia ut mater fieret Filii DEI, Domini & Servatoris mei: 6 Et ecce prodiit, & mihi apparuit, persona fœminea, formosâ rotundâ facie, amœnóque aspectu: de qua Dominus,* Ecce mulier, Maria mater mea! 7 *Quô ego auditô, & gaudii cujusdam plenus, collacrymavi: agens amantissimo Servatori gratias, illúmque tanquam in præsepi fasciis obvolutum osculans: 8 Et simul orans, ut mihi Mariam alósque Sanctos in Cœlis videre, & cum illis DEVM laudare in æternum, concederet: decantabámque hymnum &c. 9 Et quia nocturni sacri Cœtûs instabat tempus, surrexi, Ecclesiámque ingressus sum:* Hallelujah.

Rev. CLXX. Dec. 26.

[*Velocitas Operis DEI præfiguratur cursu rapidissimô, 2. Gentes, Principes, Reges, inclamandi, ne tardent, 5. Abominatio stans in loco sancto emovenda 6. Iter ad Principem, 10.* Prædicta evenient ad apicem, 11. *Gentes seductæ revocandæ in viam rectam, 12 &c.*]

CUm surgere vellem, mandatum mihi fuit indormirem adhuc, occupavitque me somnus momentô. 2 Et visus mihi sum insidere essedo, bigâ præjunctâ, ac volare potiùs quàm proficisci, per montes & valles, campos & aquas, ut horror mihi esset ne everteremur, præ incredibili pernicitate Equorum currentium. 3 Attigimus tandem locum, ubi multi effodiebant thesauros, elargiebantúrque mihi etiam, ut mirarer quid fieret. 4 Quum verò inter evigilandum vix dum ad me rediissem, alloquutus me Dominus dixit: Velociter currunt, & jam decurrunt, tempora decretorum meorũ, per alios & per te, serve mi, promulgatorũ. 5 Inclamate igitur vos duo testes mei, inclamate Gentes! sonet vox ab Oriente ad Septentrionem, & ab Occasu in Meridiem, Parate viam Domino! Exæquate valles incredulitatis & inobedientiæ! 6 O Vos Principes & Reges, quibus

jam

jam aperui propositum consilii mei, quid facere vos velim cum abominatione modernâ, stante in loco sancto, sicuti stabat Jerosolymis tempore meo. 7 Ecce Ego expurgavi illam, omnia redigendo in rudera! quod neque credere voluerunt neque intelligere, Pharisæi, & tamen factum est. 8 Verbum meum impletum est, & implebitur id etiam quod per te jam quartum & decimum in annum annuntio &c. 9 Sed plenum eventum nondum (*tunc etiam*) sortientur omnia in Terra & Natione vestra, nisi intra biennium adhuc. 10 Tu brevi ad Principem ibis, assumto alterô teste meô: quem ne pœniteat laboris in his transferendis, & ad Nationes Terræ dimittendis: nam messis mea appropinquat. 11 Tu hæc revelabis Calesio (*Minister V.D. est*) qui adhuc quid fiat ignorat: & scitote apud me in memoria esse ad apicem omnia, quæ de præsentibus Mundi mutationibus loquutus sum, & loquor: nec emanebit quidquam non impletum. 12 Acuite igitur, acuite, Falces vestras ad messem meam agrorum sterilium, ubi nihil nisi spicilegia remanent in Terra Vestra, irâ meâ perfusa. 13 Et dicite Nationibus, vestris & alienis: Novate vobis novale, & nolite serere inter spinas contumaciæ adversus me, & vocem meam, cum incredulitate cordis. 14 Venite ad fontes aquarum viventium, quos impurârunt cœci duces vestri: ac redite ad vias Legis DEI! 15 Nolite sequi ampliùs duces cœcos, & vanam Idolomaniam, quibus imponi finem volo, constitui verò Ordinem tibi jam antè denuntiatum, in Proceribus, Pastoribus, ipsóque Populo. 16 Ecce os meum loquutum est! qui sum Via, Veritas, & Vita. 17 Sciántque omnes, ME esse qui constitui, & constituo, in quavis Gente jura. 18 Statuta mea, & non adinventiones humanæ observentur. 19 Domus mea domus laudum mearum sit & orationis: Vivarúmque imaginum, non mutorum & mortuorum truncorum.

REV. CLXXI. Dec. 27.

[*Fatales numeri Domûs Austriacæ exeunt Annô 1653. Futuri Regis H. unctio præscribitur*, 6: *& Concio*, 11. *Buda Regni sedes reddenda*, 14.]

Visio nocturna fuit de apparanda Sagena quadam ad piscandum, cujus sinus nimis fuit angustus, desiderans ad justam amplitudinem (*omnium adstantium judicô*) *octodecim adhuc maculas.* 2 *Expergefacto verò mihi veniebat in mentem numerus, de quo Patakini loquutus fuit Dominus.* 3 *Ad quod Dominus*: Meministíne fuisse 218? Ad 18 (*hujus seculi*) utcunque ordinata & pacata fuit dominatio Austriacæ Domûs: sed annô 18 bellum inchoavit suam in ruinam. 4 Inde sunt elapsi 35 anni: quibus adde 18, facit 53, prodibítque nu-

malum, immittens Vobis vertiginem, ut concipiatis aridum gramen & pariatis stipulam, Vos ipsi inter Vos ipsos Terram redigentes in desertum. 23 In-
tueor Vos, & dolores mulieris parturientis invadunt me, ut ex utero iræ ju-
stitiæ meæ Gladium emittam, qui vos interimat, & Ignem qui consumat Do-
mos & palatia Vestra! redigátque omnia in rudera. 24 Sed utinam redeatis
in Vos! & cum Rege Ninive ad me conversi quæratis me, per observan-
tiam Sanctæ Legis meæ, & exsequutionem judicii & misericordiæ super
subditos Vestros: 25 qui exemplô Vestro, ó Pastores gregis, ó Magistra-
tus, corrumpunt vias suas: persimiles homini cui rupta flava bilis faciem de-
colorat, luridámque facit, & ore tetrum exhalat spiritum putidorum sermo-
num. 26 Me enim Creatorem suum, voluntatem meam & vias meas, sta-
tutáque & judicia mea, nec sciunt nec intelligunt, luce Verbi mei non irra-
diati, in viam scientiæ non directi, putrida tantùm & putida vanitatum agere
adsueti. 27 In negotiis verò vitæ nonnisi fraudulentur & dolosè cum invi-
cem agunt, nullo metu mei, Creatoris sui, omníq; conscientiâ vacui. 28 Vo-
rant, nec saturantur; æstate ac hieme se fatigant, nec pinguescunt; decedunt
hinc ut pecora, cur in Mundo fuerint, aut quò hinc è caligne Terræ eatur,
ignari. 29 Largitus Ego sum, & largior, hac in vita filiis & filiabus homi-
num bona temporaria, ut edant & bibant de rore benedictionis meæ: at non
hîc finis. 30 Sed ut illi me Creatorem & largitorem suum agnoscentes toto
corde, totâ animâ, totísque viribus diligant, & mihi cum timore & tremore
serviant: scientes Gladium iræ in manu mea, & Ignem zeli in accensa face,
ad ultionem super omnem Gentem idolis & non mihi servientem, mendacia
pro veritate loquentem, immanitatem loco misericordiæ exercentem, & se
ipsam supra me Factorem suum diligentem. 31 O utinam qui nunc inha-
bitant Terram recordari velint antiquorum servorum meorum, Patriarcha-
rum! qui licet tot seculis sine litera Legis, scriptisque statutis meis viverent,
nec lumen aliud quàm quod illis Natura, mea dispositione dederat habe-
rent, quomodo tamen vixerunt? 32 Erectâ inter se lege Morali ardenter
mihi servierunt, promptéque obsecundârunt, benè sibi & aliis consulendo.
33 Quos Ego, Terrâ in Cœlum translatos, collocavi ad mensam meam, per-
fruituros mecum suavitatibus meis in omnem æternitatem. 34 Quapropter
ó vos Ecclesiastici, & vos Dominatores, vósque subditi, videte, videte, vi-
dete Gladium evaginatum! Videte Ignem iræ meæ accensum! Exterminate
à facie mea Idola & Idololatras! Renovate faciem Terræ luce Legis meæ!
& resipiscite antequam vos dies caliginis opprimat & contegat. 35 Exar-
descite zelo, & facite pœnitentiam! Nam securis, ecce, jam apposita est
Arbori! & ventilabrum in manu mea ad expurgandum aream Mundi!

36 Vos

36 Vos igitur servi mei, stantes in muris, attollite voces vestras! & omnia
quæ nunc loquutum est Os meum, deducite in notitiam Consiliariorum &
Ordinum, omnium Nationum. 37 Os enim meum loquutum est, & lo-
quitur, verbum verax, de rebus consilio meo decretis, de ultione & be-
nedictione, deque Opere meo temporario & æterno. 38 Tu autem surge
mox, & ista scribe mox! quia tempora adventant. 39 *Ego autem inge-
mui, metu non posse ista retineri memoriâ.* 40 *Et Dominus in memoriam revo-
cabat omnia. Hallelujah.*

[De securitate Mundi, corruptelisque omnium Ordinum querelas effusurus Dominus, producit effigiem Johannis Hussi martyris Bohemi, gladio Turcicô armati, v. 2. Fortassis quia ille inter omnes Reformatores zelosissimus fuit adversus Vitæ profanitatem in Clero, & Secularibus, totóque Christiano Populo. Cujus zelus oris & spiritûs quia parum hucusque profuit, jam se iræ zelô acturum, gladióque deleturum idololatras minatur, v. 30, 34, 35.]

REV. CLXXIII. Dec. 31.

[*Visione de Concione joculari* (1) *onerèque delapso* (5) *docetur videns, quàm jeculariter excipiat verba DEI Terra hæc* (7) *suô malô*, 11. *Testes DEI exire jubentur excussô pulvere*, 14. *Injuria committenda DEO*, 20.]

I*Nter matutinas preces invasit me somnus: & vidi me à Superattendente quo-
dam introductum in Ecclesiam, ubi honoratissimi Auditorii fuit frequentia
magna, jussitque me Concionem habere ad populum.* 2 *Sed interveniens qui-
dam audaculus conscendit suggestum, & inordinatissimô habitô sermone, sine
Verbi Divini fundamento, ad risum potiùs comparato, disparuit.* 3 *Cùm autem
ipse quoque egredi vellem, retinuerunt D.* Comes Eleshazi, Berkesi, *& alii
aliquot, increpantes me cur non ipse fuerim concionatus.* 4 *Mox adductus est
iste jocularis Concionator, cui cùm ego legitimæ Vocationis meæ ostenderem testi-
monia, ille obmutuit, Theologicúsque habitus de illo decidit, ut veste curtâ,
natibúsque nudis abiret.* 5 *Hîc evigilavi: & ecce quiddam crepuit ad lectulum
iteratò! foris autem in platea decidit veluti onus.* 6 *Et Dominus respondens
dixit:* Mea præsentia est, pulsans. Non tuas res primùm quære, serve mi,
cum tibi & mihi dilecto; sed meas, de quibus per Vos his postremis tempo-
ribus Mundo & Habitatoribus ejus loquor, ad agnoscendum me & arcana
mea. 7 Sed nolunt in cor & animum admittere verba oris mei; suspectos
habentes vos, quasi proprium aliquid hîc requiratis. 8 Quos tamen Ego non
mercede conduxi, ad patefaciendum per vos consilium, apud me ab æterno
determinatum, de Terra hac, aliisque Mundo eventuris. 9 Novi Ego,

novi non deesse, qui honorem hunc mihi auferre, Vobisque testibus meis
obstruere ora volunt, ut ne proferatis hæc quæ ab ore prodierunt meo.
10 Ita semper eveniebat Prophetis qui fuerunt ante vos, & Apostolis: adversus quos insurgebant pseudoprophetæ, & pseudodoctores. 11 Sed retulerunt ignominiam, & nudas nates: Ego verò cum testibus meis justificatus sum in judiciis & sermonibus meis: quia Cœlum & Terra peribunt, Ego
autem, mecúmque verba mea, æterna sunt. 12 Vos duo annuntiate illis
in testimonium diem, non adventantem, sed qui jam advénit, ultionum mearum Idololatris reservatarum, & quæ fieri volo ab Incolis Terræ hujus: quibus parati estis revelare voluntatem meam, sicuti tu paratus eras *in visione*
somni habere concionem. 13 Si renuent illi, fiet ut abeant post patres suos
cum confusione & lamentis seris: Vos autem Ego Jehova Dominator Terræ
non deseram. 14 Adjunctum tibi revocant Poloni, & alii, timentes illi:
qui si senserit non prodesse sermonem non acceptum fide, excedat ab illis, &
redeat unde venit. 15 Tu quoque ibis ad locum, quem tibi antè indicavi,
excusso pulvere de pedibus Vestris: qui cùm in eos recidet, sentient super
se labi onus grave, quod audivisti delapsum. 16 Ego bis pulsabam: quia
jam tempus est ut Habitatores Terræ hujus faciant opus meum. 17 Quibus
tu dic verbis meis: Scitote, scitote, ô Hungara Gens, Jehovam misisse me
annuntiatum Vobis diem ultionis ejus! 18 Ex ore illius prodiit (*verbum*)
de accensa ira contra eos, qui sibi parabolam faciunt verba mea, quæ audiunt:
sive audiant sive desistant. 19 Hæc sunt quæ tibi significata volui hodie.
20 Tua tibi detineri ne ægrè fer: da mihi honorem, posse te committere
injurias tuas mihi. 21 *Et laudavi Creatorem meum, surrexi, scripsi.*

REVELATIONES factæ Anno M. DC. LIII.

REV. CLXXIV. 13 Januarii.

[*Rectoris cujusdam abitus, 4. Obsequium DEO præstandum.*]

A *Precibus matutinis vidi Generosos querulantes de discessu à se Rectoris; quorum unus mihi pulchrum pileolum dabat in manus.* 2 *Quum
quid Rectoris esset cogitarem, respondit Dominus: Non dicam tibi
hodie, res ipsa tibi adferet explicationem.* 3 *Iterum cogitabam,*

Non

Non me missurum nunc jam ea quæ loquutus fuit Dominus: *& Dominus*, Hoc fac & vives, Jejunium tuum differ in feriam quartam, & ora. 4 Milita ut bonus miles, & eris dilectus mihi servus, secundùm electionem & vocationem; laborem impendens in iis mihi, ad quæ adhibere te volo, (etiam S. NB:) non deserêris. 5 *Et laudabam Dominum.*

Rev. CLXXV. 14 Januar.

[*Duo mortui, Domus Austr. & Papa, quorum possessiones Nationibus diripiendæ*, 4. *Visio de filis netis, & Avicula cantillante, ad Videntem & Domum Rac. applicatur*, 9. *Ionas Mednianski*, 12.]

V*Idi me cum Viris Generosis, curru proficiscentem, ingredi Domum magnam, ubi mortui duo jacebant.* 2 *Præsentes autem colloquebantur, Ecquis istorum bona hereditaturus esset? Et ecce Magnates ea inter se dividebant mihi quoque assignatâ parte.* 3 *Ut evigilavi, deciderunt ponè parietem, ad caput mihi, lapides duo, ut terra contremisceret.* 4 *Cogitanti mihi quid utrumque istud sibi vellet, respondit Dominus*: Ceciderunt, & apud me jam mortui sunt, Domus Austriaca & Papa; quorum facultates inter se divident Habitatores Terræ. 5 Ne obliviscere horum, quæ nunc loquor. 6 *Et oravi pro me, & Adjuncto mihi, recogitans (hesterna) annon ille esset Rector ille, qui à nobis abiit?* 7 *Et indormiens momentô, vidi me tractare fila neta, quorum subtiliora tradebam aliis, crassiora servabam mihi.* 8 *Quod fuit in Horto, ubi super Arborem sedebat avicula, Acanthis, cantillans, & rostrô alvear fodicans, melláque eximens, quam circumvolitabant apes.* 9 *Et mox evigilanti mihi Dominus:* Dulces sunt sermones mei per te prolati, & suaves: sed quid quum eos detrectant audire modò ii, quibus facti sunt? Convolant, consultant, quid faciant nesciunt. 10 Tradidisti tu eis fila neta pro stamine pulchro, modò texere vellent. 11 Memento hujus etiam sermonis mei. 12 *Ego verò cogitabam adire D. Ionam Mednianski, & cum illo de his conferre aliquid.* 13 *Et Dominus:* Abstine, nondum tempus est; cùm venerit significabo tibi. 14 Oravi ergò, ut Dominus glorificaret nomen suum, nostríque misereretur, decantans hymnum, *O gloria cœlestis, extende dexteram tuam &c.* 15 Cùm surrexissem, precésque cum domesticis meis haberem, prælegendum fuit Ezechielis Caput 33, mirabárque ultima illîc verba, versu 32 & 33.

Rev. CLXXVI. 17 Jan.

[*Principissa Transylvaniæ compedibus suis liberanda.*]

I*Terum factum est ad me Verbum Iehovæ: quum diluculô redormiissem, vidissemque Principem Matrem ad me venientem, & solicitudinem suam de puero*

quodam, ne à Iesuitis seduceretur, exponentem. 2 Cui ego: Provideat igitur
C.V. ut id preveniatur. 3 Princeps autem consedit, jubens sibi pedibus demi
laminas quasdam ferreas, incessum impedientes. 4 Quas ego intuitus mirabar,
quomodo incedere potuerit: simúlque evigilavi. 5 Et Dominus ad me: Tan-
quam compedibus vincta incedebat hactenus Princeps, sed jam decidens
pedibus ejus: tantummodò tu tempus exspecta. 6 Literas hodie accipies,
quibus parùm exhilaraberis. 7 *Et factum, reddita sunt: è quibus nihil sola-*
tii, admirationem tantùm super obstinationem humanam, concepi; orans pro Prin-
cipissa &c.

REV. CLXXVII. 19 Jan.

[*In authorem harum Revelationum inquirentibus quid respondendum 2. Protestationes con-*
tra Gentem H. 4. Vindices contemtûs DEI aliunde venturi, cum obtortis collis, 7. E-
pitome harum Revelationum, 10. Scriptio ad Principem, 13.]

I*Terum factum est ad me Verbum Domini, ipsô diluculô: quum diu antè somnium*
habuissem, quô vidi Principem Transf. in multorum præsentia à quodam accu-
sari, ab alio verò defendi, culpam illius esse nullam. 2 Super hâc re cùm diu
cogitassem, respondit Dominus & dixit: Quærunt, quis loquutus sit sermones
per te, serve mi, dudum & nuper prolatos? 3 Sed frustra ex te quærunt:
quærant ex me, quis olim fuerit loquutus Patriarchis & Prophetis? & quis
per dilectissimum meũ Filium, illóque hinc digresso per Apostolos? 4 O stu-
piditas mentis, refractaria mihi & consiliis meis! 5 Volui ego, ut illi audi-
tô vocis meæ sonitu conciliarent sibi memoriam æternam: sed ecce indignos
faciunt seipsos. 6 Ut Gallina pullos suos congregat sub alas suas, ita illos
congregari volui in die procellarum iræ meæ: sed ecce hunc usque in diem
frustra! 7 Dispande illis adhuc (ob oculos) & dic: Nodum de ligno & la-
pidem de muro clamaturum contra eos, cùm super eos misero Gentem alie-
nigenam, cum obtortis cervicibus, qui occipitô suo ferient frontes horum.
8 Imponam eos statêræ, & dispergam in Terram alienam, & filios eorum,
propter contemtum factum mihi: idque die quam non sperant, & horâ quam
nesciunt. 9 Vos autem servi & testes mei ne pavescite, vigilantes & orantes.
10 *Ego verò dixi: Ah Dominator Terræ, mittámne nuperos sermones illos*
tuos (habebam enim penes me adhuc à 10 Decembris omnia): responsum, Mitte:
sunt enim velut epitome omnium quæ per te loquutus sum. 11 Mitte inquam
in testimonium (hæc enim Natio intelligere se & sua non vult) dum adhuc
tempus est: Tu autem ipse custodi fidem corde tuo, & patientiam. 12 *Ego*
verò cogitabam: Annon ipsi mihi esset scribendum ad Principem, si fortè se
per-

permoveri posset. 13 *Dominus autem* : Nihil nunc ampliùs quæras ; suffi-
ciant interim , tibi & illis, quæ jam loquutus sum pridem & modò. 14 Sur-
ge, & ista scribe &c.

Rev. CLXXVIII. 15 Febr.

[*Preces & labores piorum Angeli deferunt in cælos* , 3, 4. *Christus quomodo nobis in Terra
præsens vel absens*, 5. *Humilitas & obsequium commendantur Angelorum exemplô* 9.
Sagittæ in Domum Austr. 13. *Factæ per Cotterum Revelationes quomodo exceptæ* , 14:
an impletæ, 18. *Homines semper Deo refractarii*, 20. *Vis Fidei* , 21. *Irrisores puniun-
tur*, 23. *Videntis simplicitas quibusdam scandalo*, 26.]

E*Xpergefactus noctis meridie secundâ, suspirabam ad Dominum.* 2 *Et mox
rursum somno mersus, vidi me in conspectu multorum , qui concionem meam
audituri convenerant, exspectantes cum desiderio: sed evigilavi.* 3 *Et Dominus
ad me:* Noti mihi sunt labores, operæ, precésque tuæ, quas fudisti, & adhuc
in nomine meo fundis. 4 Meô enim dono id habes, ut scias ubi, quando, &
quomodo, orandum sit : Angeli verò mei, tibi semper præsentes, deferunt o-
rationes tuas ad me. 5 Quanquam & ipse tametsi in cœlos ascendi, & corpore
n Terra præsens non sum (quod Vos rectè confitemini) nec tamen loco uni
um inclusus, sed deliciæ meæ sunt ambulare in medio servorum meorum ,
icut & post Resurrectionem meam in Terra feci , ubi me mare quoque &
iquæ sustentabant. 6 Divinitate autem meâ cum Patre & Spiritu S. semper
ıbique in Cœlo & in Terra præsens sum , gubernans omnia secundùm consi-
ium voluntatis meæ. 7 Vidisti tu in somno te diligentes , & libenter te au-
lientes amicos, qui te jam in cœlos præcesserunt, atque ibi etiam te diligunt,
& desideriô exspectant tuum quoque reditum eô, unde ego te, inspirato tibi
piraculo vitæ, emisi. 8 Quibus aggregaberis, ubi numerus dierum tuorum,
ibi, ut & aliis servis meis demensorum , completus fuerit : quod nemo nisi
uce meâ collustratus intelligit. 9 Multi sibi plus videntur habere lucis,
uàm reverà habent, ideóque aspernantur cæteros: sed nemo me meliùs no-
it, qui quantum in quemque conferre vellem ab æterno decrevi, temporéq;
uo in lucem profero, ut manifestum fiat hominibus & Angelis. 10 Nam
ıeque Angeli arcanis meis consiliis intersunt : sed quæ sciunt & faciunt, jux-
a ordinem & mandata sibi revelata sciunt & faciunt , in Cœlo & Terra.
11 Acquiesce tu illuminatione meâ, spretis hominum cavillis: inservito mihi
ebus iis, ad quas mihi adhibere te libuit, obsequenter, confidenter, patienter,
on derelinquêris. 12 *Quibus ego cum ineffabili quodam gaudio auditis,
escio , quomodo rursum momentô indormivi , somnúmque in diluculum usque
ontinuavi. , orans tamen etiam per somnum.* 13 *Utque evigilavi ,*

iterum Dominus: Vivo ego Jehova, Sagittæ meæ acutæ, audum prænuntiatæ,
super Austr. Domum jam volant. 14 Quas inter alios servo quoque meo
Kottero, verbis & præfigurationibus variis ostendi, loco & tempore non
uno. 15 Cujus sermo inhæsit nonnullis, exceptus reverenter; ab aliis verò
pravæ mentis ludibriosè: à quibus ego me nube obtexi, ut videndo non
videant & audiendo non intelligant. 16 Quia noluerunt agnoscere con-
silia mea, quæ per illum denuntiabam, sed recipiebant & interpretabantur
sermones meos ad normam judicii opinionum suarum. 17 Cùm tamen
quis cognovit mentem meam? & quis penetravit in consilia mea? qui consi-
lii nullius egeo, nec aliud quàm æterna decreta mea sequor. 18 Ita est
fanè: ab illo etiam prænuntiata non omnia sic eventum sortita sunt, ut vel-
lent homines. 19 Sed cujus culpâ? meâ an hominum? quorum indoles
ingenii nunquam ferè acquiescit iis quæ revelo aut mando. 20 Percurre
mente seculorum cursum ab Adamo usque: non aliud reperies, quàm homi-
nes semper consiliis suis quàm meis duci maluisse, ut cùm illi se perderent,
ego manerem justificatus. 21 Quoties autem erant, qui sermones meos fide ac
obsequiô exciperent, fiebat ut nullum Verbum meum caderet in Terram,
ut fuit Samuelis quoque tempore (1 *Sam*. 3. 19.): Id autem unde, nisi à fide,
& obedientia? 22 Ecce terra, quæ recipit imbrem corde puro, reddit semen
fructuosum! quales ô quàm rari, & olim, & nunc! 23 Nam inter eos quo-
que, quibus per te prolati sermones mei innotuerant, quàm multi *fuerunt*,
qui sua phantasmata sequuti, meos sermones contumeliosè tractârunt?
24 Quorum vitam abbreviavi: & abbreviabo etiam illorum quos tu amicos
vocas, persuadere sibi, quòd Virtus mea in infirmitatibus perficiatur, ne-
queuntium. 25 Judicantiúmque secundùm visionem oculorum & audi-
tum aurium, non autem secundùm liberam voluntatem meam: quô ipso non
tibi sed sibi nocent. 26 Novi ego simplicitatem tuam, & erga quemvis
apertum pectus, tibi nocere: quod illi capere sic non possunt, quomodo
ego illos, illorúmque cogitationes, capio. 27 Attende igitur tibi & sermo-
nibus tuis, quicquid agis; & jejuna hodie, tecum ero & Angeli mei. 28 Sur-
ge, scribe &c.

REV. CLXXIX. 22 Febr.

[*Babylon cecidit*, 2. *Hominum cor ferreum*, 3. *Mundus cæcus*, 6: *tametsi lux ei magnalis accensa*, 7: *dennóque* (*sub Mundi vesperam*) *accenditur, per omnes Mundi angulos*, 8. *Gentes convocandæ*, 10.]

A *Precibus matutinis fui tristis spiritu.* 2 *Et factum est ad me Verbum
Domini*: Cecidit, cecidit Babylon, cum filiis contumaciæ, obsequiosis

mam

matri fornicationum, deditis vanitati & abominationibus. 3 Nam ecce
sagittæ furoris mei expolitæ, evibratæ sunt Arcu iræ meæ adversus Gentes,
habentes cor ferreum, obductum ferrugine doctrinæ falsæ. 4 Non tan-
tùm in longinquis Nationibus, sed & qui contra interdictum meum recepe-
runt characterem Bestiæ, spe vanâ terrenorum bonorum. 5 Adversus quos
jam exæstuavit mare iræ meæ, dudum à me per Mosen & Prophetas præ-
nuntiatæ. 6 Cœcus autem Mundus, unde exæstuatio hæc surgat, adver-
tere non vult: neque quòd ipsi contra se & cudunt & acuunt gladium ultio-
num mearum, sicuti primus ille mundus, quem aquis delevi. 7 Destituti
luce illâ, quam ego, ad manifestanda consilia, voluntatem, decretáque mea,
bis Mundo accendi; per Mosen & dilectum Filium meum. 8 Sed & nunc
denuò manifesto per viros illuminatos fulgore lucis, mentibus infusæ: qua-
les nondum habuit Mundus, nunc autem exsurgunt per omnes ferè Mundi
angulos. 9 Quia Sol super occasum est, & messis mea ad colligendum fru-
ctus Terræ appropinquat. 10 Clamate Vos duo servi mei, & vociferamini
ad Gentes! quod tempus præstitutum advénit, & verbum exiit ab ore meo;
Congregamini ad prælium, & expurgandum Terram à dominatu Bestiæ su-
per conscientias Populorum. 11 *Hìc conticuit, dicens*: Satis nunc, surge
& scribe &c.

Rev. CLXXX. 26 Febr.

[*Somnium Videntis* (*de excusso sibi calamo*) *explicatur de temerariis hoc de Opere Dei judiciis*, 3: *cùm præstaret obsequi*, 7. *Comminatio nova Hungaris*, 9. *Videnti jejunium injungitur*, 12. *Ploratus ejus* 14. *Obduratio Hung*. 19, 20. *Spes in Racociis*, 21. *Pontificii Baalitæ*, 25. *Princeps Transf. junior*, 31. *Exules restituti spectaculum Gentium*, 35, Deus antiquo more nunc loquitur, 38. *Finis Mundi*, 39. *Æternitas*, 40.]

P*Ost matutinam sextam, quum peregissem preces meas, jussit Dominus redor-
mirem.* 2 *Et vidi me de rupe quâdam descendere, relictis ibi scriptis meis:
cùmque aqua limpida afflueret rivus, & ego transire hunc vellem, excidit mihi
calamus quoque in aquam: sed alius quispiam porrexit mihi mox alium.* 3 *Cùm
autem evigilassem & orarem, Dominus ad me:* Acuunt, acuunt contra me
verba ratiocinationum suarum habitatores Terræ: post quorum terga ego
stans, ad valvas oris eorum ausculto sapientiæ sermonum eorum. 4 Qui
sermones sunt sermones terreni, volentium me aliter loqui, quàm solita est
æterna sapientia mea; aliquid apertè, aliquid sub symbolis, aliquid prorsus
tectè, ad tempus. 5 Nolunt autem intelligere illi, sermones meos esse ser-
mones æternos; distantiámque Cœli à Terra, & Terræ à Cœlo, majorem
esse

esse quàm ut quisquam assequi possit. 6 Ego enim tametsi multis filiis hominum acuo judicium, ex parte tamen: ex toto verborum meorum intellectum reservans mihi soli: 7 ab hominibus hoc requirens solùm, ut Natio mea, habitatores Terræ, exuant calceamentum duritiei suæ, & indumentum inobedientiæ suæ, faciendo tantùm ea quæ prænuntiat os meum, sine tergiversatione. 8 Ecce autem aversio à me quò non abducit filios hominum? qui tamen pridem sum loquutus, Terram quæ venientem bibit imbrem & profert fructuum, accipere benedictionem; quæ autem spinas profert, esse maledictioni proximam. 9 Dicito illis adhuc, serve mi: Flatum ventorum meorum adducturum diluvium à Solis ortu in Terram hanc. 10 Quod ubi peregerit opus suum, venturos à Septentrione afferentes dona: sed non erit cui ea distribuantur, propter rarefactam Gentem, cui ego frustra revelabam voluntatem meam. 11 *His ego auditis cogitabam, quomodo hæc memoriâ complecti possem.* 12 *Et Dominus:* Complectêris. Sed hodie & cras cibô abstine: venient enim singularia tibi. 13 Mane in lectulo seu insuetum quid passus: vesperi tantùm refocillationis causa jusculo utere, nec ampliùs quidquam. Surge & scribe. 14 *Postquam scripsissem, reversus in lectulum (juxta mandatum) ploravi ploratu magno, dolens frustrà impensos labores meos, magis autem ob comminationes factas obduratis.* 15 *Clamabam quoque:* Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut possem deplorare interfectos Terræ hujus! *Et:* Væ mihi mater mea! 16 *Dominus verò ad me:* Noli flere, redormi potiùs. *Et indormivi momentô; sed & evigilavi illicò.* 17 *Et Dominus iterum:* Currunt, currunt, ut velox tabellarius dies Operis mei, de quo per te loquutum est Os meum. 18 Subobscurè priùs, ut visum est Genti huic, & aliis: nunc autem, postquam interpretem tibi misi adeò clarè, ut hebetissimus quisque jam intelligere queat, Babylonis adesse ruinam. 19 Demortui multi sunt hac in Terra, ignari quid ego fieri vellem, hîc primùm. 20 Ecce Linter incurvatus est, & transiit in Arcum, ex quo prodibunt Sagittæ meæ! meæ inquam, si moderni Filii non suscipient mandata mea: existentes ut murus lapideus ignitus, super quem cadentes guttæ imbris mei non discutiunt lapidem, sed fumum tantùm excitant, malè mihi fœtentis inobedientiæ. 21 Tres ecce fuerunt de Racociorum Domo, per quos glorificari volui, patefactâ illis jam ab hâc die annis decem [NB. *prima enim de Principe Racocio mentio fuit 1643, 26 Febr.*] voluntate mea. 22 Nunc duo solùm supersunt, fluctuantes ut Arboris folia: tertius remotior, itidem Racoci, [*Ladislaus, patruus*] est ut buculus masticans non admissus ad præsepe, unde odor voluntatis meæ adhalare illum posset. 23 Atque sic rursum essent tres ad opus hoc: modò eos non

obum-

obumbraret eclipsis Solaris diluvii Exercituum Viennam tendentium.
24 O Vos Nationes à me electæ, ad quas emisi, & emitto, sonitum Tubæ vocis meæ, attollite Vos ut caliginosæ nubes, ad opprimendum meretricis Babylonicæ ministros! cœcos illos cœcorum duces ad foveam fundo carentem. 25 Clamant illi hodie (*erat Pontificiis dies Cinerum, ut vocant*) contra Vos testes meos, ut olim Baalitæ clamabant contra Eliam, conspergentes se cinere, & invocantes Deos mortuos, nec videntes nec audientes. 26 Sed non incendent illi Altare, compositum è lapidibus, non lignis: non enim apud illos est cinis juvencæ & sanguis hircorum; multò minus sanguis Agni mactati ab origine Mundi. 27 Frustra igitur, frustra vociferantur, lanceolis suis sese incidentes: recedent cum pudore, delendi de terra tanquam maledicti. 28 Jam enim nube me obtexi, ut pluam super eos furorem iræ sine commiseratione, ut Eliæ tempore, ad exscindendum eos. 29 Tu autem serve mi fac quod mando, invocando me viventem in secula: conscribe hæc, & mitte cras tibi mihique dilecto. 30 *Surrexi igitur & hæc in scriptum retuli, laudans hymnis nomen Dei.* 31 *Ut verò me in lectum reposui, inter continuum capitis dolorem (à fletu, credo) indormivi: rursumque mox expergefactus Iuniorem Transylvaniæ Principem recogitare cœpi.* 32 *Ubi Dominus ad me*: Nepos Racocii magno in honore est, eritque, si non incedet per viam fœdæ avaritiæ, me timens Creatorem suum. 33 Avus ejus suscepit Vos pro nomine meo oppressos, & rectè fecit: sed non imitatus Abdiam, impertiendo Vobis vel frustum panis. 34 De mea tantùm procuratione panem edistis, præter Vestram & multorum spem, edetísque donec Vos reliquias reduxero post emundatam ab impuritatibus Terram Vestram. 35 Ut spectaculo sitis Gentibus, ad nota faciendum Opera mea, quæ olim egi, & jam quoque peragã: Terror enim meus recidet in eos, qui Vos odio habuerant frustra. 36 Acuite, acuite, ô Gentes, Vos etiam transmarinæ, sagittas & hastas Vestras! ignaræ tamen Vos etiam ipsæ, quid & cur faciatis, & facturæ estis, eo usque, donec Vos circumfulgebit lux clara Legis meæ, quam Vobis ministrabunt servi mei. 37 Atque inter hos tu A. vas meum, cujus opera mihi grata est: nec mihi soli, sed & illis qui æstimare nôrunt opus meũ. 38 Ecce, totam hanc diem tecum transegi serve mi! notum fieri cupiens habitatoribus Terræ, me Orbis Dominatorem non destitisse opus meum agere in Vobis filiis hominũ: nec desistam dum Sol suum super Vos aget cursum, serviendo bonis & malis. 39 Cui postquã imposuero finẽ, ut cursum suum sistat, demum Vobis apud Patrem tradam Regnũ, plenũ lucis & perfectæ cognitionis viarũ mearũ: quas intelligere nunc non potestis, quia eam Vobis reservo in ipsam æternitatẽ. 40 Ubi Vos qui mihi hîc serviistis fideliter, erudiistísq; alios, gau-

diis perfruemini sempiternis. 41 Qui autem contemptum inferendo mihi, Vos contristabant, acceptâ condemnationis sententiâ, lugebunt in æternum. 24 Surge, & scribe. *Surrexi ergò, dilaudans Dominum.*

Rev. CLXXXI. 27 Febr.

[*Somnium de Patre, & matrefamiliâs frumentum distribuentibus, 2. Querela DEI de Mundo, 3. Omnes Creaturæ ordinem servant, exceptô Homine, 5. Væ impiis, 7: conficiant se bellis ut locus maneat piis, 10. Apocalyptici 24 seniores quomodo numerandi, 13. Religionum difformitas, 16. Idolorum (etiam Imaginis Crucifixi) abominatio, 17. Ultimus Evangelii lux, 19. Idololatræ delendi, 22, si converti nolint, 25, Satan ligandus. 27. Somnii demùm interpretatio. 29.*]

E*Xpergefactus somnô, & fusis ad Deum precibus, cœpi admirabile hoc DEI opus, ad quod me miserum totô jam decennio adhibitum voluit, expendere: idque multis cum lacrymis, ut & præteritis diebus.* 2 *Factum verò est ut circa Solis ortum indormirem: & vidi Ecclesiæ Pastorem cum conjuge sua (virili utrúmque habitu, sed mundô, licet simplici & atro, indutum). distribuentes frumentum inter liberos suos: ubi & mihi albissimi panis frustum contigit.* 3 *Evigilavi, Dominúsque paulò pòst ad me:* Negligit, ah negligit, Mundus vias meas! ambulans in via consiliorum suorum, non autem in via statutorum Legis meæ. 4 Tu autem flere desiste: nam nihil tibi accidit præter id, quod olim jam sustinuerunt servi mei. 5 Queruntur homines de Mundo, sine causa: Mundus enim Ordinem suum, qualem in Creatione disposui, servat; abit dies, redit nox; oritur Sol & occidit: Ventus perflat aliter hiemem, aliter æstatem; fructus profert Creatura quæque secundùm speciem suam. 6 Solus Homo, quem ad imaginem meam formavi, ordinem suum deserit! si eum voco, tergum mihi obvertit; si percutio, in os mihi maledicit; voragines abyssorum maris obsequentiores sunt mihi. 7 Væ, væ, væ Nationibus Terræ! Si cum illis intravero in judicium, quis ab illis stabit? cùm intravero inquam in judicium, omnia erunt in testimonium contra illos: 8 quos adipe frumenti saginabam, oleóque & vinô potionabam abundè, benè illis faciens citra merita cujusquam. 9 Tu verò serve mi tristari noli, quòd parùm profecerint sermones mei per te pridem prolati. 10 Volui ego ante Solis adhuc occasum renovare antiquum morem meum, & antequam vas iræ meæ, quod in manu mea est confringerem super habitatores Terræ. 11 Ut conficientes illi sese mutuis gladiis, locum faciant cultoribus meis sicuti tempore Diluvii. 12 Si quis interea moritur morte justorum, in vitam transit æternam: si morte impiorum, infernus aperit os suum. 13 Certè

rit, currit, Sol meus, circumiens 24 horarum spatiô omnes fines Orbis: currunt & 24 horæ meæ, illis viginti quatuor Senioribus (in Apocalypsi) figuratæ: numera eas, si habes intellectum. 14 *Cogitabam ergò quomodo essent numeranda: & Dominus*, Quatuor sunt secula, & quatuor tempora, Mundi. 15 In primo fuit Noë, cum aliis quinque: in secundo Moses, Aron, Josue, Caleb, & alii duo: in tertio Filius meus cum Apostolis: in quarto Johannes Hus, Martinus Lutherus, & Vos eorum posteri, adhærentes luci veritatis Legis meæ. 16 Contra quam Legis meæ doctrinam, quàm variæ sunt doctrinæ ac Religiones per plagas & regiones Mundi? his Soli, illis Lunæ, aliis Stellis & creaturis variis, servientibus. 17 Sub Evangelio autem, inter eos qui baptizantur nomine meo, ecce Imagines & sculptilia sanctorum & sanctarum! quorum tamen nemo nemini, utpote mortuus, profuit, aut proderit unquam. 18 Sed & meam ipsius Imaginem inverecundè sculptam distendentes, clavísque ut carcerarium affigentes, non tantùm in Templis, sed & per compita viarum, abominabili spectaculo nudam exponunt, in contemptum mihi Creatori suo. 19 Ne igitur aliam Mundus lucem exspectet ad agnitionem mei, voluntatísque meæ, præter illam quam postremis hisce diebus ex verbo revelavi meo. 20 Nam ecce omnia, omnia jam invenire dedi vobis filiis hominum, quæ ad agnitionem mei, & nominis, cultúsque mei, spectant! 21 Ostensâ æternitatis viâ, bonis bonâ, malis & immorigeris malâ, & relicto cuique libero (*eligendi*) arbitriô; cum obtestatione in utramque partem, ut qui nemini vellem fieri injuriam. 22 Sed quid est, cùm Cultores mei ab Idololatris, uti semper ita nunc, sic premantur, quasi nullus Deus, nulláque in Mundo justitia, esset, omnia violentiæ & tyrannidi licerent! 23 Volo itaque Idololatras deleri jam de Terra, priusquam occidet Sol & obscurabitur Luna: 24 Ut exhilarer super Terram in Cultu puro mihi, non alii cuiquam, exhibito: utque efflorescat Justitia, & Fides germinet, amotis Idolis. 25 Si tamen Idolis quoque servientes agnoscere volent me Jehovam, & ambulare in luce mea, ambulent; sin, pereant de Terra, ut temporibus Ezechiæ, Josiæ, aliorúmque Regum, & servorum meorum, mihi & voci meæ morigerorum. 26 Nam dies meus prope est, ut læter super Terram in medio Cultorum meorum, quibus adversatus est Diabolus cum suis complicibus, non servantibus mandata mea. 27 Multi erant potentes spiritus cum Satana in Cœlo, victi tamen sunt: potentes sunt & errores cum erroneis spiritibus in Terra, sed cadent similiter. 28 Quia ligari oportet Draconem, ut ne noceat Terrâ vel Mari: tempus enim, & tempora, & dimidium temporis, exeunt. 29 *Quum verò somnium recogitarem meum* (*quid esset quòd Pastorem Ecclesiæ cum uxore, habitu simplicissimo tectos, intér-*

que filios frumenta distribuentes, viderim) respondit Dominus: 30 Me vidisti,
& Ecclesiam uxorem meam, antiquâ meâ inconspicuâ simplicitate: 31 quam
vani & fastuosi omnium temporum Idololatrici doctores, nec scire nec intel-
ligere volunt: me esse qui superbis resisto, humilibus autem distribuo dona
mea, idque gratis ut pater filiis. 32 Quibus donis quicunque rectè utitur,
cum imitatione vitæ meæ, mecum habitabit in æternum. 33 Atque hæc sunt,
quæ tibi hisce jejunii tui diebus indicata volui. 34 Parabis hodie omnia,
& mittes ad dilectum tibi mihique: confide, non te deseram. 35 *Ego verò co-
gitare cœpi: poteróne alteram edurare sine cibo diem? & Dominus*: Poteris,
me te roborante. 36 *Atque ita fuit, etiam tertiam eduravi citra molestiam:
ubi me denuò alloqui dignatus fuit Dominus, uti sequitur.*

Rev. CLXXXII. 28 Febr.

[Per Ignem & aquam agendum Idolum Accaron, 5. Finis Mundi appropinquat, 7: sed Mundus priùs convertendus ad fidem Triunius DEI 8. Mysterium Trinitatis in Creaturis abiconditum revelandum, 14 ut fiat Ecclesia una, 27, eversis falsis Cultibus in Christianismo primùm, 32: Quod opus si promovere nolent homines. Christus fulmine dejiciet Babylonem, 35: Ecclesiámque renovabit antequam Regnum tradat Patri. 38.]

*TOtâ penè nocte gravibus mentis agitationibus transmissâ, lucescente die in-
dormivi.* 2 *Et vidi me apud Magnatum quendam, qui me à se abi urien-
tem candidissimô pane donaverat.* 3 *Evigilanti dixit Dominus*, Prospicietur
tibi à me. 4 *Ego verò expetiscebam (vigiliis fatigatus) indormire: & Dominus*,
Excutiendæ tibi sunt solicitæ cogitationes. 5 *Quum autem fugeret à me somnus
(etiam quia pluvia cadebat, & per pavimentum ad caput mihi stillabat) dixit rur-
sum Dominus*: Per aquam & ignem agam Idolum Accaron, cum Idololatris.
6 Per Ignem, ut eos comburat; per Aquam, ut eos absorbeat, priusquàm ve-
niet dies mea quâ Mundo imponam finem. 7 Vulgatum est hominum judi-
cium, appropinquare Mundi finem, & appropinquat certè: sed ubi est Defe-
ctio à fide, juxta sermonem meũ, quòd non inventurus sim Fidem in Terra?
8 Terra enim non est una Regio, vel Natio una, sed totus ambitus Orbis,
omnésq; illius habitatores quibus opplevi Terrã. 9 Quorum nũ omnes Fidẽ
Dei habent? ecce multi adhucdum eâ destituuntur! Quomodo ergò amit-
tent quod non habent? 10 Et quomodo habere possunt, de quo nondum
sciunt? quid nempe sit vera & salvifica Fides Dei. 11 Habent equidem
omnes Nationes Fidem aliquam, sed sterilem: profitentes propemodum
omnes jam unum esse Deum, sed Triunum esse, Patrem, Filium, Spiritum S.
multi negant. 12 Idque non in Gentilismo tantùm, Turcæ, Tartari, &
variæ sub Sole barbaræ Gentes, sed & inter Christianos, dispersique inter

Vos

Vos Judæi, Mosen & Propheras jactitantes. 13 Qui omnes renuunt credere
quod ego credendum docui, Unum Essentiâ Deum & Personis tri-
num, Patrem, Filium, & Spiritum S. 14 Tu ergò serve mi ostende
illis, tecúmque credentes alii, unum esse Cœlum, unam Terram, unum Mare,
& non plura primitùs à me producta : quorum singula annon triunitatem
quandam in se habent divisam? 15 Cœlum enim habet essentiam æternam,
& immensè æternam, & hoc est primum : deinde habet claritatem lucis im-
mensam & in comprehensibilē, atque hoc est alterum: tertiò habet gaudium,
pacem, & voluptatum torrentem ineffabilem. 16 Quæ omnia tanta sunt, ut
hîc nihil simile oculus videre, nec auris audire, nec in cor hominis ascendere,
queat: quia hîc nihil nisi ex parte cognoscitur. 17 Tria verò illa tametsi di-
stincta sint, ita tamen simul conjuncta sunt, ut nulla ingenii vis penetrare illa
queat, quia æterna sunt. 18 Terra similiter, tametsi una, annon tria in se
continet? Primum est Ignis, omnia Terrâ nascentia fovens, illisque incre-
menta conferens: 19 Secundū Ventus, de occultis ejus thesauris egrediens,
& omnia nascentia vivificans, sine quo nulla respiratio esset super Terram.
20 Tertiò Vis spiritualis, totius Mundi Creaturas, metalláque & stirpes pin-
guedine sua saginans, ut nihil desit ulli viventi Creaturæ, ad conservandum
genus suum, nec finis erit, quamdiu Sol & Luna, Stellæq; cursum agent suū.
21 Quid autem Mare? Mare dico peramplum & terribile? annon illud quoq;
tria quædam in se occultat? 22 Primum est moles congregaturum aquarum,
tam densè cohærens, ut cuiq; intuenti faciliùs sit obmutescere, quàm quidquā
de eo loqui. 23 Deinde fluxus ejus sursum & deorsum, intumens & detu-
mens ita, ut videant id omnes, & tamen quid fiat ignorent omnes. 24 Tan-
dem vis conservativa sui & aliorum, ut rebus quas intra se fovet, & extra se
conspergit, nihil deesse possit, quamdiu beneplacitū est mihi, qui omnes illinc
aquas educo, eôdemq; omnes reduco. 25 Hæc ecce vanissima humana ratio
vides, neque negare, quamvis eorum rationem non assequaris, potes! & cur
igitur non attendis, quid similiter de me ipso ego, qui Essentia essentiarū sum
in Lege mea tester? 26 Testanturq; ipsi cœlestes mei testes, Angeli, cantantes
Sanctus, Sanctus, Sanctus. 27 Nolo igitur, nolo, ampliùs tolera-
re tenebras, in quibus ambularunt, & ambulant, sine viva in Me
fide, filii hominum in facie Terræ. 28 Sed ut confiteatur omnis
Lingua, & omnis sub Cœlo Natio, unum essentiâ Deum, &
tres in Deitatis indivisa Unitate personas : 29 habentes unam
meam, bino tempore datam Legem, & facti omnes una Ecclesia
per Verbum, Baptismum & Eucharistiam : 30 redactique

in unum Disciplinæ Ordinem, stabilitum puro, & mihi accepto cultu, quo se juxta Evangelium meum soli mihi Deo, Patri, Filio & Spiritui S. spiritu & corpore devinciant omnes. 31 Ecce defessus sum ferendo Nationes me & nomen meum ignorantes! mihi & nomini meo ignominiam inferentes. 32 Volo idcircò jam tandem ultimis diebus exterminationem fieri omnium Hæresium, & Idolomaniæ, omnisque erronei Cultûs; & quidem primùm in ipso Christianismo. 33 Ut visò extranei quid ego faciam in Domo mea, convertant facies suas, quas nunc super tergum gerunt, redeántque illis ad pectus, per virtutem sanctæ Legis meæ, fidémq; inde promanantē ad salutem. 34 Quod opus promovebunt ipsimet, ignari (ad tempus) quid & cur faciant quod facient: dummodò Vos Populi Christiani à me electi, manu admotâ Opus vobis demandatum inchoaveritis seriò. 35 Quod si ad exsequendum hanc Vobis manifestatam voluntatem meam vos ipsos judicabitis indignos, eámque exsequi recusabitis, ecce Ego Jehova Dominator Terræ, radix Davidis, in testimonium Vobis loquor, Me ipsum de cœlo missurum esse Ignem & Fulmina, ad disjiciendum Idololatras, nomine meo dudum & jam interitui devotos. 36 Sed (id fiet) vestro malo, qui mandata mea, antiqua & nova, pertinaciter contemnitis: rem tamen eo deducente me ut fit una Arca (Noæ) in quam ante Mundi finem introducam Animas ex omnibus Nationibus per lucem meam, & viros ad hoc opus à me electos; quos nondum novit Mundus: 37 Numerum inquam mihi soli notum Fidelium, ex Judæis, Ethnicis, & Christianis, compellendo intrare in Arcam Ecclesiæ meæ veræ, attollam super omnes altissimos montes Terræ: 38 adducámque ad me ipsum, ut reddam Regnum meum Patri, ad habitandum mecum, & cū Angelis meis, in gaudiorum amœnitate æterna. 39 Obsignabóque abyssum inferni super filios contumaciæ inobedientes, meque & nomen meum ignominiâ afficientes, in omnes iterum æternitates. 40 Atque hæc sunt quæ hodie tibi non reddere volui, serve mi! Surge & scribe, ut habeas parata. Protectio mea tecum sit.

Rev. CLXXXIII. Martii 1.

[*Catena (in Babylonem) cuditur, 2. Consilia Ferdinandi exstincta, 4.*]

Post preces matutinas cogitare cœpi, Quid Ratisbonæ (in Comitiis Imperii) fieret. 2 *Et Dominus ad me*: Quatuor sunt qui cudunt catenam quatuor

tuor articulorum, firmissimam. 3 Vos brevi poteritis securè in patriam itare; nondum autem redibitis. 4 Februarii 22 malè res cecidit Ferdinando: mortuus est in consiliis suis. 5 Tu scribe quæ mandavi, ut innotescant Præfecto etiam. &c.

Rev. CLXXXIV. 2 Martii.

[*Tubæ ad Gentes Occidentales & Meridionales ab Oriente sonaturæ formula præscribitur.* 4. *Aquilonares, jam prodeunt,* 12. *Orientalium dux,* 14. *Terminus Domus A. exit.* 18.]

T*Ransmissâ sine somnô totâ nocte, indormivi mane.* 2 *Et ecce afferebatur mihi epistola! quam ut aperui, vidi scripturam literis prægrandibus, ut à quovis legi vel eminùs posset.* 3 *Cùmque legere vellem evigilavi, eôque momento insonuit Vox Domini, his verbis:* 4 Tubæ ab Oriente prodeant, Sonitus Vocis redactus in chartam, Epistola aperta ad Occidentem & Meridiem. 5 Reges Terræ, Principes & Domini, ut Nubes Vos attollite de locis Vestris! 6 Convocate Populum de regionibus & regnis contra Meretricem Babylonicam! 7 Percutite Moabum fustibus, dejicite Imagines aureas & argenteas: sculptilia & picturas, per Templa, per Domos, per compita! 8 Ipsósque vanos sacrificos, Idololatriæ ministros, à quibus non prodibat lux, sed tenebræ; non veritas, sed mendacium; non misericordia, sed immanitas dolis juncta. 9 Explicate Vexilla per Urbes! movete Castra! exscindite eos è Terris Christianis! pertingite usque ad caput Meretricis! 10 Nam ecce imposturas exercuit, & blasphemias, tot seculis! vendendo chartas, pileolos, pallia, dementans potentes Terræ, sui lucri causâ. 11 Non connivebo ampliùs Ego, qui Diabolo victo dixi, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli servies. 12 *His ego auditis cogitare cœpi, Dominum Septentrionalis mentionem facere nullam: & Dominus.* 13 Nubes Aquilonaris jam surgit, unde Tonitrua prodibunt terribilia: adducet enim secum Balænam transmarinam super filios Babylonis. 14 *Cùm iterum cogitarem, Quisnam esset facturus initium? respondit:* 15 Is faciat ad quem vox Tubæ meæ pridem penetravit, Racoci, cui foveam parant: sed ego illum obvallavi repagulis firmissimis, ne nocere illi queant. 16 Adjunctus impeditè progreditur in hac mea causa, parum adjutus ab amicis, quos & tu paucos habes:

sed

ſed non prævalebunt potentiæ meæ. 17 Vos perſiſtite, bonam habetis cauſam: para hæc, & ad eum mitte. 18 Dixi 22 Febr. exſtinctam vim conſiliorum Ferdinandinorum: hoc enim annô exeunt 380 anni, Domui Auſtriacæ à me demenſi; & mox quoque Papæ ipſi, quod illi ignorant, &c.

Rev. CLXXXV. Marttii 7.

[*Viginti quatuor Viri conſtituendi ad deliberandum de reparando Ordine.*]

Dies erat publici in Eccleſia jejunii & precum: ubi poſt preces ad Deum pro omnibus Ordinibus redormivi. 2 Et vidi me inter viridia ſata ambulantem, literas paraſſe ad Viros viginti quatuor: ſed quærebam ex adſtantibus, quônam primùm eſſent mittendæ? Illi verò ſuadebant ad Septentrionem. 3 Evigilanti mox dixit Dominus: Scribe ut eligantur Viginti quatuor Viri, ad Conſultandum de erigendo Ordine bonô: inter quos Tu eris, & Adjunctus tibi. 4 Reliqui autem ſint Viri candidi & pii, non novitii, timentes Mei, & amantes veritatis. 5 Viridia ſata deſignant futuram benedictionem meam. 6 *Surge, & iſthæc ſcribe &c.*

Rev. CLXXXVI. 9 Martii.

[*Somnium de Convivio & dono (2) tranſit in iteratas promiſſiones de reductione diſperſorum, 4. Pauci & ignobiles cur huc ſervantur, 7. Opus hoc DEI aperiet Gentibus oculos, 10. Conſtantes reperti ut angulares lapides habendi, 16. Solatium illis, 17. Iubentur acuere linguas ſcientiâ Legis DEI, 21. Videnti perſonaliter promiſſio. 22, 23.*]

ITerum factum eſt ad me Verbum Domini. 2 Diluculò expergefactus, ſuſpirabam ad Deum, & mox mihi ſomnus rediit: quô mihi videbar conſtitutus apud mei amantes, multa fercula mihi apponentes, de quibus ego rurſum impertiebar aliis. 3 Et adductus mihi fuit valdè ſpecioſus, & mihi morigerus Equus: de quo adeò gaudebam, ut Deum laudarem, & ardenter invocarem, donec & expergiſcerer, adhuc Deum celebrans. 4 Ut autem ceſſavi, reſpondit mihi Dominus meus, & Deus meus: Annuntiate, annuntiate, Vos ſervi mei diem lætitiæ meæ, qui advenerat! ut exhilarer in Nationibus (quæ ſunt opus manuum mearum) propinquis & remotis. 5 Faciámque vos dilectos meos reſpirare, redditâ Vobis ſerviendi mihi, & nomini meo ſancto, libertate, pro qua vota fudiſtis in diſperſione veſtra, fundúntque etiam reliquiæ mihi notæ fidelium in terra (Veſtra). 6 Quinimò ad me clamant rudera quoque Templorum, in quibus ſerviebatis mihi: nunc vacua, & quaſi orba Vobis hære-

hæredibus Sionis,qui serviistis nomini meo in majoribus Vestris. 7 Paucos
vestrûm eò reservavi: in testimonium, me id eligere quod ignobile est co-
ram Mundo,non politum scientiâ ratiocinationis humanæ,sed in simplicitate
serviens mihi ex fide. 8 Talia me diligere, & conservasse, Vos: sicut &
Te Serve mi, ut tu quoque conquiras dispersos, & sanes ægrotos, à Satana
& Antichristo convulneratos, filios & filias meas. 9 Ut rursum illi Vo-
biscum introeant in Tabernacula mea, exultabundi decantantes; Mane no-
biscum Domine Jesu, rege nos Spiritûs Tui sapientiâ, & nos per fidem ac
dilectionem, deduc in æterna tua Regna [NB. *Versus est cantici Ecclesiastici,
quem Dominus ipse cantabat,ingenti meo gaudio.*] 10 Complacuit enim mihi
per Vos, & exemplo Vestro, testificari aliis quoque Nationibus mirandam
illam scientiam Operis mei, me non oblitum esse Vestri, promissionúmque
mearum. 11 Neque rationalis cultûs vestri, mihi etiam ibi quâ Vos di-
spersi per fidem vivam exhibiti: 12 Aut promissi mei,quòd Vos reducere
vellem (quanquam non multos jam) in patriam vestram. 13 Ut lætemini
coram me, & inserviatis ad agnoscendum me aliis, qui nondum agnitionem
Nominis mei habebant, è Nationibus domesticis & exteris. 14 Quibus
ego jam occasiones offeram adamandi mei, & admirandi opera mea super
Terram, illuminando eos Lege ab ore meo profectâ. 15 Quam ignora-
bant multi, duces habentes cœcos, nihil intelligentes: quos non ampliùs to-
lerabo inter Vos servos meos, & in populo per me redempto. 16 Sed volo
ut Vos fideles Mihi, & fideles Auditoribus Vestris,sitis velut angulares La-
pides in renovando cultu meo in Nationibus vestris & extraneis. 17 Si quid
tamen hîc etiam adversi Vobis obveniet à Mundo, nolite mirari! Tolerate,
& sufferte insipientes, cùm sitis ipsi sapientes. 18 Ego merces Vestra sum
& ero, cùm vos è labyrinthis Mundi eduxero, & in throno meo locavero, ad
cohabitandum mihi quem dilexistis, & cui fideliter serviistis, in æternum;
spectandúmque faciem meam, quam non vidistis, fide tamen intuemini &
exultatis: sicut mecum jam sunt qui Vos præcesserunt, majores vestri.
19 Ecce,exhilarabor ego adhuc in opere meo, propter Nationes remotas,
quas lætari faciam de Vobis: quin & eos qui afflixerunt Vos, admiraturos
potentiam & misericordiam meam super Vos. 20 Exhilarare igitur tu quo-
que serve mi! & labora in eo, ad quod vocavi te cum aliis! 21 Et acuite
Linguas vestras scientiâ Legis meæ, quâ consolemini mœstos, sanetis æ-
gros, resuscitetis mortuos, fide ac spiritu elanguentes, de se & Vobis à me
consolandis desperantes. 22 Ad te, serve mi, multi cum donis venient ut
videant Te: admirabundi opus hoc meum, quod egi & ago in te, ac per te.
23 Invenies: cunctari noli, tuâ & aliorum causâ. [NB. *Hîc mihi singu-*

lare quid dictum est, quid consolabile nobiscum fiet ante reductionem nostram: sed additum denuò, Non multi redibitis.] 24 *Et cantavi Psalmum LXVII. &c.*

Rev. CLXXXVII. 14 Martii.

[*Canticum Revelatoris, Trinitatis mysterium detegens: & universalem Gentium coalitionem, ad serviendum DEO humero unô, prænuntians.*]

I*Terum ad me Verbum Domini factum est.* 2 *Antelucanô somnium habui, bis iteratum, de allatis mihi Epistolis obsignatis.* 3 *Cùm evigilassem, dixit ad me Dominus*: Redditæ sunt literæ tuæ Adjuncto, optanti procedere opus meum, ut agnoscant Nationes Terræ me Tri-unum, & coalescant Vobiscum in unum spiritum Fidei, Charitatis, & Spei, ad serviendum mihi æternùm viventi. 4 *His dictis ita loqui cœpit Dominus* [Nb. *Rhytmi sunt, quos Latinè reddemus verbotenus.*]

5 *Majestas mea adoranda*
ab æterno imperscrutabilis
6 *Mea, in Trinitate Unius*
potentiâ, sapientiâ, admirandi;
7 *Patris Filio unius,*
cum Spiritu essentiâ æqualis;
8 *Regnantium in excelsis*
in plena gloria & gaudiis.
9 *O Vos omnes Nationes*
rationales meæ Creaturæ!
10 *Noveritis jam advenisse tempus*
ut mihi congregem Vos
11 *Sub Sceptrum Legis meæ*
luce splendoris præfulgidi
12 *Quâ hactenus destituebamini*
existentes à me remoti.
13 *Rationis ductum sequuti*
& me Creatorem ignorantes
14 *Notitiâ illâ salvificâ*
Angelis meis primùm datâ,
15 *Dein Populo electo*
ex gratia adamato,
16 *Qui me in Trinitate Unum*
coluerunt corde integro,
17 *In fœdere mecum inito*
spiritu cordi inscripto:
18 *Pleni spiritu ardoris*
ad serviendum mihi cū alacritate.
19 *Mihi dico æternùm viventi*
in Trinitate indiviso
20 *In Spiritu Patrem, in Patre Filiū*
colentes: hæc mea Essentia unica.
21 *O agnoscite ME SOLUM,*
desistite ab Idololatria Vestra!
22 *Et venite ad Me solum*
Creatorem unicum!
23 *Accipientes Vobiscū quod est meū,*
spiritum à me datum!
24 *Cum Fide, Charitate, Spe,*
quæ Vobis ad salutem proderit.
25 *Habentes Baptismum, vestrum symbolum;*
doctrinam meam, firmum gubernaculum,

26 *Quæ fert absolutionem,*
Peccatorum in remissionem.
27 *Et Mensa mea accubitionem*
Carne, sanguine, recreationem.
28 *Sumite hæc omnia de meo*
merito, parto gratiâ.
29 *Hoc in me Pater paravit*
Ut Ego Vos in me nutriam
30 *Spiritu Sancto collustrem*
ad serviendum mihi roborem:
31 *Et non cuipiam alii*
præter me Deo, nulli
32 *Ex Idolis: quæ non sunt dii*
sed humana factura
33 *Ex auro, argento, lapide,*
ære, ligno, ad fascinandum. (*di,*
34 *Linquite omnes superstitiones Mū-*
Et venite ad datorem Vitæ!
35 Eja Vos Servi mei
Adjuvate hanc Pacem!
36 Ut fiat Coadunatio (viendū;
omnium Nationum ad mihi ser-
37 Occidentalium & Aquilonarium
Orientalium, & tandē Meridialiū.
38 Hæc est mea voluntas unicè,
ultimis diebus revelata.
39 *Sic mea Majestas adoranda*
acceptè à Vobis coletur,
40 *Nunc & pòst in secula:*
Amen Amen. Gloria semper
41 Patri & Filio dilecto
itémque Spiritui Sancto.
42 *Cum quibus est æterna habitatio*
(*in gloria cui nullus finis*)
43 *Cum Iesu Christo Vestro Domino*
qui sum Verbum & Deus, Amen.

44 *Ubi & ego accinui, Amen, Amen, Amen: & Hallelujah, Hallelujah,*
Hallelujah! 45 *Et Dominus:* Tu Serve mi scribe hæc! *Et scripsi.*

Rev. CLXXXVIII. 19 Martii.

[*Solus DEUS Cordium scrutator, 3. Comminatio contemptoribus, 6 &c. Rhytmicè cur loquutus Dominus, 15, Os obsignandum. 17.*]

I*Terum factum est ad me Verbum Domini, binâ vice.* 2 *Primùm à meridie no-*
ctis, videbam in Civitate quadam habere me multitudinem Communicantium,
quibus ministrabam cum gaudio. 3 *Et Dominus expergefacto mihi multa de*
opere suo in filiis gratiæ, & in filiis contumaciæ, loquutus, dixit, Cor hominum
neminem nosse, præter se solum. 4 *Quô ego auditô, & admirabar omni-*
scientiam, & pavescebam, & orabam pro me & omnibus Deum timentibus.
5 *Redormivi pòst, & cùm evigilassem, ecce jam dies erat! ubi rursus me allo-*
quutus Dominus, dixit: 6 Diffidentia cordium durorum & lapideorum,
non recipientium simpliciter sermones meos, dolet tibi serve mi. 7 Ecce
putamina illi contrectant, ad nucleum verborum meorum non penetrant!
8 Carpunt ea quæ ad rei essentiam nihil spectant Doëgi, ludibrium
Vobis servis meis quærentes. 9 Habui & ipse tales qui observabant ser-
mones meos, & signa de cœlo quærebant: ideò ne mirêre, neque cogita de-

fendere me, te solummodò. 10 Idque non alio (*argumento*) nisi ab ore meo
fuisse progressum, quod de exitu inde vestro (Testium) loquutus sum condi-
tionaliter, Si non obedierint (illi) sermoni meo. 11 Ego (*in terris habitans*)
quæ à Patre audieram loquutus fui, & à me ipso nihil sum loquutus: & quis
Pharisæorum, qui sibi sapientes videbantur, credidit? sicut & antiquis illis
Prophetis meis, quibus Mundus non erat dignus. 12 Ecce gladius meus,
iræ meæ, pendet super capita contemptorum! quem ille non timet, qui non
timet me, qui sum ignis consumens. 13 Bis illis adfuisti, & quid effectum?
tertiò ne abeas, nisi mandavero tibi. 14 Græci mei ignorant opus meum:
6 si ad illos quoque penetret clangor tubæ hujus! 15 Admirabitur Adjun-
ctus tibi, me decimâ quartâ hujus stylum mutasse: at non in re. 16 Ita verò
placuit mihi; cui volupè est deliciari cum servis meis, loquendo illis quando
volo, & quomodo volo. 17 Obsignet ille nunc os suum, & hæc illis ne re-
velet: acquiescant interim iis, quæ antè communicata sunt sibi. 18 Aliæ ve-
niunt literæ, meliùs adferentes solatium [*Acceperam pridie, 18 Martii,
datas 3 ejusdem, tristes;* Omnia esse frustra, neminem audire velle: *& Dominus
prædixerat,* Accipies literas, sed nihil solabile. *Atque ita factum fuit.*]
19 Tu sta in sorte tua, vigila, ora! & protectio mea tecum erit. 20 Surge,
scribe, & mitte dilecto meo & tuo. 21 *Surrexi igitur, & scripsi.*

Rev. CLXXXIX. 24 Martii.

[*Dolor DEI de inobsequiosis, 3. Increpatio Videntis 5. &c.*]

I*Terum ad me Verbum Domini factum est, post Solis ortum.* 2 *Eram adm-
dùm anxiâ mente, fundens ad Deum pro me & aliis Dei cultoribus preces.*
3 *Dominus autem interloquens dixit*: Dolore discrucior, serve mi, super iis
ad quos converti os meum per Vos duos servos meos, quòd nolint ad cor ad-
mittere id, quod ego illos & intelligere volo & facere. 4 Sed intelligent
serò, quum ignis iræ meæ cadet super cervices eorum: ubi demum quærere
volent refrigerantia emplastra, utinam non post tempus! 5 Excutiunt illi
Adjuncto tibi sermones meos ex animo: & tu pariter inde scandalum conci-
piens offendis me. 6 Nam ne ipse quidem obsequeris mihi semper, & in
omnibus, domo exeundo contra interdictum meum, in gratiam hominum.
7 Attende tibi meliùs, ut quod mando agas, quod interdico vites: optimum
tibi est domi, silenter, ad postes meos sedere. 8 *Quibus ego cum dolore au-
ditis, confessus sum peccata mea, oblivionem mandati causatus.* 9 *Oravique ut
misereretur mei, & me ne desereret ductu Spiritûs sui. &c.*

Rev. CXC. 26 Martii.

[*Æternus Sponsus desponsat sibi jam totam DEI progeniem, totum humanum genus; cujus ardens in eo zelus describitur variè, 2 &c. And. Kl. distribuens officia, 32. Princeps Tr. monetur quædam 35, Ferdinandus tenui pendens filo, 38. Occultanda hæc ad tempus, 33, 34, 42.*]

D*Ennò factum est ad me Verbum Domini.* 2 *Præcesserat somnium, quò mihi videbar interesse pactioni connubiali, inter personas duas sponsalia contrahentes.* 3 *Quibus peractis, prodiit Vir quidam, dirimi ea volens.* 4 *Ego verò, cum aliis ibi præsentibus, defendebam, ad indignationem usque, non posse tam spontaneum pactum, & coram tot testibus initum, violari.* 5 *Expergefactus cogitabã, quid insomnii esset istuc: & mox factum est Verbum Domini & Dei mei, dicentis.* 6 O Vos Nationes & Populi, habitatores Terræ meæ, qui per omnes plagas Mundi magnô numerô inceditis, palantes ut Pastoribus destitutæ Oves, per fora, plateas, & compita! 7 quærentes, ut proci amorem fœminarum, amorem mei: sed quærentes me ibi ubi non sum, in variis institutis, non è sapientia mea, sed è figmento cerebri humani ortis. 8 Nec ambulare vultis in Luce Legis meæ, ex æterno consilii mei decreto Vobis datæ, sed figmenta sequi Vestra Vobis libet: Perindè ac si liberum Vobis esset, voluntatem meam, me agnitô, facere aut omittere. 9 Quod ego Jehova satis jam diu cum dolore cordis toleravi, quæ Vos insipienter ac temerè, ambulantes post figmenta Vestra, patrastis. 10 Scitote igitur, ô Gentes, me Deum Vestrum, Dominum Cœli & Terræ & Maris, & omnium quæ in illis sunt, in quo Vos etiam vivitis & movemini, nolle Vos progeniem meam errare ampliùs, ambulantes in cœcitate, vacuos notitiâ meâ, & dilectione Filii mei. 11 Qui secundùm propositum meum tempore certo, operatione Spiritûs sancti, Vobis Hominibus sese junxit, frater Vester factus: ut per illum Vos amici mei fieretis in æternum. 12 De quo multi vestrûm, ô Nationes, nihildum cognovistis, neque (*mysterium Redemptionis Vestræ*) sine fide existentes, intelligitis. 13 Jam ergò volo ut ambuletis in luce meâ, quam ego ut facem ardentem accendi ultimis diebus, manifestando præfulgidè voluntatem meam Mundo. 14 Volò itaque, ut ne agnoscatis, habeatisve, ullum alium Deum præter me: observantes ea quæ duabus Legis meæ Tabulis, nunc figmentis ratiocinationis humanæ confractis, ipsemet exaravi. 15 Ardet ecce ut Lampas (*lux mea*) quam per viros illuminatos accendi, ad illuminandum Vos omnes, ô Nationes Orbis, diebus hisce sub Mundi finem: 16 Eô fine, ut Vos introducam in Fœdus revelatum per Filium

treum, Deitatis honore mihi æqualem. 17 Qui me novit, & vult ut Vos
quoque cum Illo me cognoscentes, non tantùm noveritis, sed & ametis: mis-
sis Idololatrarum tenebris, variarúmque superstitionum ritibus: quos inter
Vos non tolerabo ampliùs. 18 Ecce Vestri causâ patientiâ utor, ignémque
qui comburet & dissolvet Mundum (quod Petrum meum, propter Vos
etiam, manifestare jussi) differo. 19 Hoc volens, ut Vos ó Nationes cor
ripiamini igne Spiritûs S. inflammati in amorem mei. 20 Qui nunc jam in
Vos amore fœminarum exarsi, propter Filium meum quem vestri causâ in
mortem crucis tradidi: ut Vos cum Illo, quemadmodum Ille Mecum, jus
vitæ habeatis. 21 Posuit Ille animam suam pro Vobis, ut animæ *Vestræ*
vitam habeant, & abundantiùs habeant. 22 Qui clamavit, Venite ad me
omnes! & invenietis requiem animabus Vestris. 23 Scitote igitur, ó filii
Hominum, jam apud me Creatorem Vestrum non aliud agi, quàm ut in
Domum Ecclesiæ meæ per fœdus Baptismi introducamini: 24 Ad *audien-*
dum Vocem meam; & vescendum pane Vitæ, de me grano frumenti; & *bi-*
bendum in mensa mea vinum, de me radice Vitis; tum hîc tum in æternitate,
cum Abrahamo, Isaaco, & Jacobo, totáque multitudine (quam nemo nume-
rare potest) servientium mihi. 25 Quod si nolueritis, ecce gladius Ge-
deonis, & gladius Jehovæ, conficiet Vos! cùm diffregero vas iræ meæ, im-
pendens capitibus Vestris. 26 Ecce Vos fruiti estis & fruimini *bonis*, de
providentia mea Vobis in Terra affluentibus! quasi ex Vobis ista essent, &
non à Me: 27 qui Vobis hæc omnia ideò impertio, ut agnoscatis me Deum
esse Vestrum, agnitúmque diligatis corde toto: abjecto à Vobis jugô erro-
rum & superstitionum, Legi meæ, magnæque illi Luci meæ, contrariorum.
28 O quantô zelo, æternô zelo, contra Vos ardeo, Gentes ignaræ mei! cu-
jus majestas tam læditur cœcitate vestrâ! 29 Ut ne cogar, oblitus maternæ
erga fœtum uteri storgæ, pluere super Vos iram meam in omnes æternita-
tes: & Vos conjicere in abyssum, & obsignare sigillo immutabilitatis meæ,
in secula seculorum. 30 Atque hæc sunt quæ Ego Dominator Terræ si-
gnificata volui hodie tibi, serve mi: ut hæc tempore suo legant omnes Natio-
nes Terræ. Surge & scribe! 31 *Surrexi ergò; sed lychno destitutus, credi*
scripsi per tenebras in tabula, mensa, cistis (quod manè ægrè potui relegere.)
32 *Peractâ scriptione, reposui me, & cùm lucesceret et indormiens*, vidi D. Andr.
Klob. distribuentem officia inter Incolas Terræ: *quibus loquutus est quiddam,*
quod non intellexi. 33 *Evigilanti mihi, & ad preces converso, dixit Dominus:*
Etiam hæc mitte Adjuncto tibi. 34 Sed faciat ut antè dixi, nihílque de
his (*postremis*) communicet nunc: respondeat solùm, ut ruminent priùs,
submissa priùs. 35 *Mihi autem cogitare venit de Principe; & Dominus,*
Atten-

Attendat sibi! Nam & Chmielnicius & Polonus attendunt illi. 36 Cogitat ille de obmoliendis repagulis, per quæ Terra hæc tuta sit à Turca. 37 Et Incolæ cogitant de Comitiis, ad quæ Princeps quoque se sistat, relictô domi Filio. 38 Ferd. unâ jam tantùm pendet chordâ, quam ventus ab Aquilone dirumpet facilè. 39 Tu hostes tuos ne formida: provideant modò tibi panem, quemadmodum petiisti. 40 Sed vigila, ora, surge, scribe, & cras hæc Rownam defer. 41 *Ego verò laudabam nomen DEI hymnis: & transiens ad preces cum meis habendas, decantandum ex ordine habui Psalmum XCVII; & legendum Ierem. Caput VII.* 42 *Ubi Propheta prohibitus fuit orare pro impœnitentibus (v.15. 16): nos autem prohibemur loqui.*

Rev. CXCI. 27 Martii.

A *Precibus matutinis factum est ad me Verbum Domini.* 2 Memoria tui est apud me: memento tu quoque mandatorum meorum, & ego providebo tibi. 3 Domo rarenter exeas, temporis plùs impende mihi quàm aliis, mala de te cogitantibus.

Revel. CXCII. 30 Martii.

[*Visio futuri Cæsaris Christiani, 1 &c. Papa abominatio 8: adversus quem undique conclamabitur, 12, 14, 15. Videntis dies pauci, 4: ne ullum verbum Domini in terram cadere permittat monetur, 13. orat. 17, 18.*]

V*Idi me per somnium in palatio quodam, quô & mox ingressi sunt Viri duo insignes, alter provectioris ætatis, alter junior: de quo mihi dictum erat*, Cæsar est. 2 *Atque hic Cæsar cœpit mecum colloqui, De mysteriis & virtute Fidei, petens sibi ea declarari.* 3 *Et evigilavi, plenus tristitiæ super ærumnas meas; & orans Dominum, ne me desereret.* 4 *Dominus verò, aliquantò pòst:* Non multi erunt dies tui; depone tædia, ora potiùs, & tibi attende, 5 Vidisti per insomnium Cæsarem: at non modernum Romanum, sed futurum Christianum. 6 Qui enim hactenus fuerunt, tot numero, Romanos se appellarunt, cùm non essent, rerum ibi non potiti. 7 Nam ibi Papa regnat, cujus & nomen abominabile est, eritque; Filius contumaciæ, Pater mendacii, Filius perditionis, & Homo peccati: cujus, & dominationis ejus, finis jam adest. 8 Ne dubita, morte sublatum iri brevi illum, qui eum fulcit, Cæsarem: audies id. 9 *Ego verò cogitare cœpi: an hæc meminisse potero: & Dominus*, Surge, scribe, plura loquar tibi. 10 *Surrexi igitur, horâ noctis primâ: & postquam scripsissem, reposui me.* 11 *Sed*

mox,

mox, inter me operiendum, facta est vox Domini: Ecce ego facio opus, quod
non intelligunt filii hominum, quorsum tendam; donec fuero ultionem ex-
sequutus in Domum Austriacam, cum qua & Idololatræ cadent: 12 Ab
omnibus quatuor Orbis plagis conclamabitur adversus sceleratas actiones
Papæ, & complicum ejus. 13 Tu repone hæc in corde tuo, ut facias quæ
mando, neque permittas ullum verbum meum cadere in terram: omnia se-
cundùm mandata mea, roboraberis. 14 Veniet ad te magnis de rebus in-
formatio: omnia enim clamant vindictam. 15 Væ Mundo! Ignis ardet,
cui exstinguendo nemo manum admovet. 16 Tu sume in animum timo-
rem filialem, & benè tibi erit. 17 *Et laudavi miseratorem meum, orans pro
omnibus Gentibus; maximè iis, quibus me in testem revelata sua voluntatis de-
dit.* 18 *Ut & illi metuant Eum, facientes voluntatem & mandata Ejus, in
bonum sibi & Terra huic.*

REV. CXCIII. 31 Martii.

[*Torrens iræ DEI super Domum Austr.* 1, 3. *Dolium Gentium dissilit*, 2, 5. *Fletus Idolorum & Inferni*, 4.]

D*iluculi tempore somnium habui: & vidi turbulentum torrentem irruere in
rupes quasdam.* 2 *Et advehebatur Dolium vini, cujus circuli dissiliebant,
& vinum effluebat: ego verò cum metu eosdem circulos reducere tentabam, si-
múlque evigilavi.* 3 *Et Dominus ad me:* Ne metue, serve mi! turbata iræ
meæ aqua jam se volvit super Domum Austriacam. 4 Quam deflebunt Ido-
la & abyssus Inferni, in quem Illa ut aquas turbatas pellebat populorum
agmina. 5 In Dolium, quod vidisti, conclusi ego Gentes pugnaturas adver-
sus Idololatras. 6 Cujus circuli ecce jam dissiliunt, secamenta hiant: brevi
audies, &c.

REV. CXCIV. 2 Aprilis.

[*Visio fulgoris* (1) *& ardentis pilei* (2) *ad Princ. Tr. accommodatur*, 14. *Revelationum DEI modus* 3 *&c. Anni 40 judiciis DEI destinati* 5, 6, 7. *Humana sapientia lutum, DEI aurum*, 8. *Ratisbonæ ignis accenditur, exiturus in Majo*, 16, 17. *Revelator bonum quis*, 18, 19]

L*Ucescebat, & vidi ad januam cubiculi lumen Solis instar, binâ vice.* 2 *Et
mox indormiscenti apparuerunt Magnates quidam, quorum uni fascia pi-
lei ardebat igne.* 3 *Ut verò evigilavi, venit (nescio quomodo) in mentem mihi,
Pharisæos de Domino Iesu dixisse*: Nos scimus Mosi loquutum esse Deum,
hunc

hunc autem nescimus unde sit. 4 *Et mox alloquutus me Dominus, dixit*: Loquutus ego sum Mosi, facie ad faciem, ut mihi tunc visum: tibi autem, serve mi, loquor postremis diebus, ostendendo tibi per somnum personas vario statu. 5 Filiis Israel ea quæ per Mosen loquutus fui non completa sunt, nisi post annos 40, cùm illis traderem promissam illam terram. 6 Jerosolymæ subversio itidem post 40 demùm annos (à facta ejus denuntiatione) sequuta. 7 Ita & nunc est: appropinquant tamen tempora determinata Operi meo novo, ad renovandum Mundum cum Nationibus & populis. 8 Quorum ratiocinatio, & sapientia, sic distat ab æterna Sapientia mea, ut lutum ab auro. 9 Luti humanarum ratiocinationum satis ubique est, auri sapientiæ meæ parùm, nec alibi quàm in locis (*à conspectu Mundi*) abditis. 10 Parum (*inquam*) ejus habent extra Christianitatem tot Nationes super faciem Terræ habitantes. 11 Nunquam ego quidem sine testimonio me reliqui coram mundo: sed homines suismet cogitationibus sese fascinantes, sermonibus meis rarò fidem adhibuerunt. 12 Quomodo adhibuerint Noæ, & Lotho, notum est: & nunc quàm perplexum sit de rebus per te revelatis judicium apud Principem quoque, brevi scies. 13 Quanquam ego jam quibusdam dedi, ut corticem frangere incipiant, percutiensque gravi malleo comminationum mearum eos, discutio corda eorum, ad videndum tandem nucleum veracitatis meæ. 14 Profectò si Rex futurus timebit me, & fulgorem obsequii à se dabit ad opus meum, quod hac in Terra agi & peragi me velle, jam novit, flammescet ignis amoris mei erga ipsum. 15 *Quibus ego cum gaudio auditis, quid mihi faciendum esset cogitavi, & Dominus*, Ora, tu & alii, dicentes; O largitor donorum pretiosorum, salutis plenorum, largire, & edoce nos scientias tuas (*est pars hymni de Spiritu S.*) 16 *Ubi desiit Dominus, ego altâ voce continuabam, ad finem usque*: & mox cogitatio incidit, Quid Ratisbonæ fieret? 17 *Et Dominus*: Quatuor sunt qui accendunt ignem, sed is non exibit nisi in Majo: hîc agi causa mea incipiet. 18 Tu ista scribe, vigila & ora: & percurre omnes sermones meos, tibi pridem à me dictos. 19 Nam ecce EGO, testis verax & fidelis, cujus nomen est AMEN, sum qui loquor tibi. 20 *Et ego dixi, Amen, Amen, Amen.* 21 *Et surrexi metuens ne ista non recordari possem: sed Dominus, præter spem, revocabat in memoriam omnia.* 22 *Ego autem laudavi cum fletu Deum, orans misericordiam.*

Rev. CXCV. 9 April.

[*Squamæ de oculis Nationum cadunt, 5. etiam Consiliariorum Principis, 6. Misericordia in Meretricis filios prohibetur, 9. Iesuitarum Ratisbonæ actiones, 12. Iterum Princ. Consiliarii.* 13.]

I*Terum factum est ad me Verbum Domini.* 2 *A precibus matutinis, cùm diescéret, indormivi: & vidi me in magna frequentia concionem habere*, de Opere admirandæ Providentiæ Dei, circa omnia. 3 *Et fuit præsens Adjunctus quoque meus, sed tristis: cui suadebam ut profectionem susciperet aliquò, animi causâ.* 4 *Præsensque alius quidam, habitu Germanicô, suasit idem, indolens languori ejus.* 5 *Expergefacto verò mihi dixit Dominus meus, & Deus meus:* Ecce jàm ego squamas detraho de oculis Nationum Terræ, ad videndùm quid fieri velim ultimis diebus Mundi: & incumbo veluti talentô in corda eorum, quibus per Te revelavi voluntatem meam. 6 Conferunt capita, consultant, & quisque ibi hæret maximè, quomodò suscipi possit tantùm opus. 7 Requirent à te, ut ad eos venias: at non ibis, nisi postquam apertè animum declaraverint, velle facere voluntatem meam. 8 Adjunctus tibi sat habet laboris, ad languorem usque: à quo exspecta responsum. 9 *Oravi itaque ardenter, ne nos desereret Dominus: venitque cogitatio, Quomodo à me, qui tenero sum corde, res agi aut spectari poterunt?* 10 *Et Dominus:* Auferam ego tùm à corde tuo, & Armigeri tui, commiserationem. 11 *Et ego rursùm; Quid cum Monachis, & illorum habitu, si mactabuntur, agendum. Dominus verò*, Ita cum suo habitu sternantur, ubiubi deprehensi fuerint. 12 *Ego rursum quid Ratisbonæ fieret, cogitare cœpi; & Dominus*, Acuunt Jesuitæ linguas pro Austriacâ Domo, minas proferentes adversus eos qui attendunt mihi. 13 Sed utinam Consiliarii Racoci non titubarent, velut ebrii! memores, meam esse causam quam agent: lassescit Adjunctus tuus cum illis. 14 Surge & scribe: *surrexi igitur, & Dominus repetebat verba sua.*

Rev. CXCVI. 12 April.

[*Terminus brevis Visionum complendarum*, 2: *ipsiúsque Videntis*, 3.]

A *Matutinis precibus alloquutus me Dominus, dixit*: 2 Brevis est terminus rebus, de quibus tibi sum loquutus, complendis positus: tu jam quiesce, jam manifestata sunt omnia, tantummodò nota reddantur Mundo per eos, quibus mandavi. 3 Brevis & terminus vitæ tuæ: fidelis esto, & ductum meum sequere placidè. 4 *Quô ego auditô, & tristitiam concepi, & gaudia rur-*

rursum: orans ut de me disponeret Dominus pro beneplacito suo, me paratum esse ad subdendum me voluntati ejus. 5 *Addebámque vota pro Adjuncto mihi: de quo Dominus:* Et ille satis fecit voluntati meæ : reddet te certiorem his diebus, quid effectum sit. 6 *Ego verò pro illis etiam orabam (ut & sequentibus diebus, tristis valdè) per quos opus suum agi vellet Deus.*

Rev. CXCVII. 18 April.

[*Revelationes clauduntur,* 2 *obsignarique jubentur,* 3. *Ferdinandus confundi incipit,* 4. *Oratio Revelationum obsignatoria.*]

FEriâ sextâ Paschatos, horâ ante meridiem decimâ, orabam in secessu ardenter pro felici exitu vitæ meæ, & Operis per me denuntiati. 2 *Ubi Dominus me alloquutus, dixit:* Concludo sermones meos, sufficiant mundo ista, quæ manifestavi ei de voluntate mea, æternóque decreto meo. 3 Obsigna tu eos Oratione illâ, quam fundere solebas coram me. 4 *Mihi verò cogitare venit de Ferdinando Cæsare* : *Et Dominus*, Erubescit, confunditur intra se, pavescit, perplexus consilii, quia illi dura obveniunt; cognosces id. 5 Hodie nusquam exito, Orationem conscribito, signum gestato, tametsi rideant, ne curato: *Et feci &c.*

ORATIO.

6 ÆTerne Deus, alme Pater, incomprehensus sapientiâ, judiciô, consiliô, gratiâ & justitiâ, Creator, Redemptor, & Sanctificator; Pater, Fili, Spiritus Sancte, Sancte Israelis ! 7 Qui ab initio fundasti Terram, & opus manuum Tuarum sunt Cœlorum Cœli ! Qui sedes super thronum ineffabilis gloriæ, in medio innumerabilium Exercituum Tuorum, ministrantium tibi die ac nocte, & cantantium Sanctus, Sanctus, Sanctus Jehova Zebaoth. 8 Ecce inter illos me quoque Te Deum laudantem, Te Dominum confitentem, Te æternum Patrem cum tota Terra adorantem! 9 Quòd me debilem massam in vasculum gratiæ Tuæ formasti, & proprio meo nomine ex utero matris meæ evocasti, inque Librum Vitæ Agni nomen meum inscripsisti, 10 & postremis hisce diebus Mundi, in Gente quæ Nomen Tuum novit, & vocem Tubæ Tuæ à Throno Tuo exeuntē audit, in testem & vigilē, & in Vocem Clamantis ad Gentes, super muros Jerosolymæ Tuæ, dilectæ tibi Ecclesiæ, statuisti: 11 Ut palā, in conspectu omniū Gentiū, annuntiarem diem ultionis Idolorum Cultoribus, omnibusque falsis Cultibus, eorum qui Te Deum Tri-unum æternè viventem non agnoscunt rectè.

12 Rursúmque diem Gratiæ Nationibus Terræ, ad agnoscendum in vero
lumine, interiori ac exteriori, TE Deum vivum, purúmque & castum Cul-
tum Tuum, qualem Tibi exhibent in Cœlis Angeli, & exhiberi Tibi vis
absque Idololatricis erroribus in Terra, ex corde puro, & conscientia bona,
& ex fide non ficta, Corpore, Animâ, & Spiritu, unanimiter ac humiliter, in
simplicitate cordis. 13 Ecce me misellum vermiculum Tuum, & quisqui-
liolam ad limen Domûs Tuæ, Ecclesiæ Tibi dilectæ, & illius particulæ
quam in Gente nostra sub nomine Fratrum Bohemorum Tibi collegeras; in
diebus atrocis ejus Persequutionis, tristísque in gente aliena, Hungarica,
exilii, ipso senectutis morbo (anno ætatis 64) gravatum! 14 *Audiebam*
vocem Tuam, Dei viventis, alloquentem me nescio quomodo, loquentem
autem scio quæ. 15 Intelligenter enim voces Tuas percipiebam, & sensum
clarè prehendebam; quin & Te invisibilem ipse alloquebar, interrogabam
& respondebam; omnia viribus mentis meæ inconfusis. 16 *Viderunt* &
oculi mei Orbem totum in manu Tua ut globulum: audivi & *Te mysteria*
illa, quomodo Manus Tua contineat omnia, explicantem. 17 Et alia *illa*
quæ mihi nunquam venissent in mentem, nec à quoquam mortalium sugge-
sta sunt, à TE solo Deo meo nocte diéque cum timore accipiebam, memo-
riæ, aut etiam Te jubente Tabulis & chartis, imprimebam. 18 Faciem verò
Tuam ego, homo pollutis labiis, nunquam vidi: præter manum Tuam cla-
vo perfossam, semel erga me extensam, axillæ meæ sinistræ suppositam, *cùm*
jurares Te neque causam Tuam, neque me servum Tuum, derelicturum.
19 Et servasti fidem, ô fidelis, in conspectu hostium meorum, domestico-
rum & extraneorum. 20 Et quòd per somnum Te, dilecte mi Servator, di-
versâ ætate tuâ, & habitu, conspexi: cum gaudio & lacrymis indignitatem
meam agnoscens, tectâque facie ad pedes Tuos me provolvens, & eos oscu-
lans, gustúmque vitæ æternæ, suavitatibus mihi inenarrabilibus, percipiens.
21 Nam & gaudia electorum in Cœlo (sicut & damnatorum tormenta in
Gehenna) videre me fecisti: & quæ in Mundo etiam, Ecclesiæ & Politiæ
respectu, ad usque Tuum illustrem ad Judicium reditũ futura sunt. 22 Quæ
ego fideliter, sine fraude ulla, in simplicitate cordis, cum gemitibus ad Te,
seu nocte seu die jusseras, in scripta referebam: de meo nihil addens, meúm-
que nihil, nec aliud quidquam præter gloriam Tuam respectans; multáque
præjudicia, ludibria, cavilla, tolerans: totos annos decem, hebdomadas sex
cum biduo. 23 Donec jam, anno hoc 1653, Aprilis 18, omnia illa Tu
Domine meus, & Deus meus, oratione hâc claudere jussisti.

24 Audite igitur Cœli & auribus percipe Terra! Ecce concludo obsequen-
ter! concludo cum fletu! ad pedes Tuos Domine Jesu procidens, vulnera

Tua

Tua & vibices osculans, & coram Te animam meã effundens. 25 Rogo hu-
militer, rogo fiducialiter, primùm ut mihi ducem, consiliarium, consolato-
rémq; relinquas ad mortem usque, Sp. Tuum S: & per illum effundas copio-
sam benedictionis Tuæ pluviam super omnes sermones Tuos, quos per me
servulum Tuum, postremis hisce Mundi diebus, protulit os Tuum. 26 Quos
ego ore Tuo exceptos, jussu Tuo consignavi, & per Virum quem auxilio
mihi adjunxisti, primùm quidem Genti Hungaræ, deinde aliis quoque Na-
tionibus, notos feci. 27 Da, ó sancte Deus, ut omnes ad quos penetrabit
clangor Tubæ Tuæ, agnoscant, à Te prodiisse! ut Tu glorificeris in omni-
bus Terræ Nationibus: quas omnes sanctifica, ó Deus, in Veritate Tua, ad
agnoscendum per omnes Gentes & Linguas, Verbum Tuum, & Teipsum,
esse Veritatem, Viam, & Vitam. 28 Fac ó Deus, ut Reges, Principes,
Subditi, Doctorésque Evangelii cum Auditoribus suis, & Parentes cum Li-
beris, in Te & Veritate Verbi Tui unum sint! 29 Et cognoscant Te unum
solum Deum, & quem misisti Jesum Christum, per quem facta sunt omnia,
& sine quo factum est nihil; in Unitate Spiritûs Sancti, Dei potentiâ, sapien-
tiâ, bonitate, majestate & gloriâ, indivisi, in secula benedicti. 30 Rogo, ó
Deus, rogo, conticescant jam à facie Tua omnes Insulæ Maris! Pavescant,
& ad Te fugiant, omnes fines Terræ! assumant novas vires, ferantur ut
pennis Aquilæ, currántque & non defatigentur, nobiscum ad Te salutis fon-
tem, qui loqueris justitiam, & sufficiens es ad salvandum, nec delectaris
morte peccatoris. 31 O Pastor hominum, transmitte vel jam postremis
diebus sub pastoralem Tuam virgam Gentes omnes, ut inducantur in vin-
culum Fœderis! 32 Desponsa Tibi, ó Deus, Populos in fide, ut omnes
agnoscant Te Jehovam! quibus Tu dicas, *Populus meus*; & illi Tibi, *Deus
meus*. 33 Cessent jam Homines, imago Tua, lapideos, ligneos, aureos,
& argenteos deos respectare, illísque qui dii non sunt, sed vanitas, honorem
exhibere. 34 Cesset sodalitium Sacerdotum prædas & latrocinia agere in
Terra Tua; malitiâque suâ exhilarare Reges, & mendaciis suis Principes,
adulterantes omnia; constituentes sibi Reges, at non ex Te; & præficien-
tes Principes, quos Tu non agnoscis: aurò verò suò & argentò suò, facien-
tes sibi Idola, ad interitum. 35 Extermina igitur, ó Deus, vel jam tandem
Idola cum Idolorum cultoribus, & Errores cum errorum disseminatoribus!
ut fecisti tempore Eliæ, Ezechiæ, Josiæ. 36 Patescat Mundo, quid distet
Lux tenebris! ut Victoria cedat Veritati, & omnes homines discant ambu-
lare in luce, & facti filii Lucis, reducantur ad Te Lucis fontem. 37 Con-
grega Oves palantes, ó Princeps Pastorum, per Viros ad hoc Opus electos,
ab Ortu & Occasu, ab Aquilone & Austro: datâ in cor eorum fide verbis

Tuis, & obsequio robustô ad exsequendum æterni consilii Tui propositum. 38 Ad inducendum ultionem super Babylon spiritualem, & super Meretricem insidentem Bestiæ; ut ne ampliùs fornicando abominationibus suis corrumpat Gentes, in facie totius Terræ. 39 Da ô Deus, ut feliciter semel procedat optata illa rationalis Creaturæ Tuæ ad Te recollectio, è plateis, & vicis, & inter sepes, & è compitis: ut introducantur in Domum Tuam, hîc quidem in Domum Ecclesiæ, Ovilis Tui; ibi autem in Domum æternitatis, gloriæ Tuæ. 40 Ubi habitacula multa sunt & gaudia nunquam terminanda: accumbentibus cum Abrahamo, Isaaco, & Jacobo, mensæ Tuæ, ô Jesu Christe, meus & omnium in Te credentium Salvator unice. 41 Quo & ipse festinabundus jam ego, tibi Munde, tibi Patria terrena, tibi Corpus meũ Animæ hujus habitaculum, ultimum dico Vale. 42 Valete omnes dilecti, mihi noti & ignoti, in Deo amici. 43 Vos qui me hac in mortalitate non cognovistis, videbitis me die illâ, quâ nos illustri suo adventu è pulvere Terræ, & undecunque evocatos, congregabit ad se Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi. 44 Cui honor sit, & gloria, & imperium & benedictio, in secula seculorum, Amen.

Rev. CXCVIII. 28 April.

[*Revelationes redeunt*, 1. *Videns jubetur reassumere robur*, 6, *& exacuere linguam*, 9. *Miranti factum, duplicatur spiritus*, 15, *Consilia jungenda*, 10. *Cælum & Terra commovenda*. 11. *Princeps præmonendus*. 16.]

I*Terum ad me factum est Verbum Domini.* 2 *Post preces redormivi; & vidi me à præsentibus delectum ad habendam concionem.* 3 *Quâ ego in me susceptâ, loqui sum orsus: sed fœmina quædam prodiens opponebat se, probibens me loqui.* 4 *Ego verò testes invocabam omnes, me non aliud agere quàm ad quod legitimè vocatus sim: idque eô fervore, ut evigilarem.* 5 *Et mox alloquutus me Dominus meus, contra omnem spem (jam enim finem omnibus impositum credebam) dixit*: 6 Indue tu, serve mi, primum robur & virtutem, ad audiendum & faciendum voluntatem meam, denuntiatam tibi: neque metuas illos qui malum de te cogitant, clam palam. 7 Potentia enim mea pollens satis est ad tutandum Vos servos meos: sicuti fuit in Daniele & sociis ejus, Paulo, Jacobo, Petro, Johanne &c. 8 Nam ecce ego aperio januam Mentis & Judicii illis, ad quorum manus jam venerunt sermones mei, per te prolati. 9 Tu itaque vide ut exacuas, exacuas dico, Linguam, ad deducendum eos in exsequutionem voluntatis meæ. 10 Nempe ut Consilia jungant [Orientales] Septentrionalibus, Occidentalibus, & Meridialibus. 11 Nam ego Jehova semel adhuc commovebo Cœlum & Terram, ad producendum in lucem gloriam Nomi-

Nominis sancti mei, inter omnes habitatores Terræ. 12 *His ego auditis, quæ*
Dominus admirandô zelô protulit, cogitare cœpi: Quid esset, quod mihi & de
brevi termino Vitæ meæ, & de obsignandis precatione Revelationibus, mandasset.
13 *Ad quæ Dominus*: Loquutus ego Tibi sum de non multis diebus Vitæ
Tuæ, non more humano, sed meo: (nec enim erunt multi.) 14 Orationem
tu adde tamen, in memoriam mandati mei, tuíque obsequii. 15 Tibi verò ad
ulteriùs per illos etiam (reliquos) dies urgendum opus meum, de spiritu meo
dabitur portio dupla, sicuti Elisæo. 16 Principi nuntia, ut sibi attendat à
Polono, qui mala consilia agitat, & prodet brevi. 17 Tu pro illo, cum aliis,
ora: ut potentia mea se exerat in eo, quod agere decrevi. 18 Ipse autem tan-
tùm obsequere, & patientiâ utere, omnia erunt benè &c.

REV. CXCIX. 30 April.

[*Volatus super Arbores*, 1. *Ioh. Chrysost.* 3. *Princeps quò ire debeat*, 6, *Meliùs obsequi DEO quàm hominibus*, 9. *Heroum non est pavere*, 10. *Timidi inglorii*, 15. *Pr. ab insufficientiæ opinione erigitur variè*, 17 *&c. Politicis parendum*, 23.]

I*Terum ad me Verbum Domini factum est.* 2 *Indormieram mane, post preces,*
& vidi me altè ferri super Arbores proceras, tum & humiles. 3 *Tandem*
ingressus Domum quandam, vidi sedentes Viros duos: quorum alter mihi nomi-
nabatur Ioh. Chrysostomus, senex canus. 4 *Huic ego narrabam, dies Vitæ*
meæ esse paucos: qui me in spem erigebat, fore ut complementa videam omnium,
quæ per me nota fecisset Dominus. 5 *Expergefactus cogitare cœpi, quid fieret in*
Polonia (Senex enim ille, Chrysostomus, inter exules ibi est): & quid Princeps
noster ageret. 6 *Et Dominus Deus meus me alloquens, dixit*: Princeps Ve-
ster & in Poloniam ibit, invitatus, & in Hungariam. 7 Sed priùs in Terra
sua exsequatur ea quæ volo, ut se hîc securum reddat. 8 Nam Poloni inter
se confusi, sibi ipsis diffidunt: & quid Rex erga subditos moliatur, jam antè
significavi tibi. 9 Meliùs est Principi obsequi mihi, quàm hominibus; qui
seipsos ipsi ignorant, & quid ego, per quem, cur, exsequi velim, non intel-
ligunt. 10 *Ego verò cogitare cœpi: Principem Domum Austriacam metuere, &*
forsitan suos quoque Transylvanos. 11 *Ad quæ mea cogitata Dominus*: Quisquis
plus timet homines quàm me, non est perfectus in charitate. 12 Si David
servus meus Goliathem formidasset, non evasisset victor (sicut evasit) nomini
meo confisus. 13 Et Samson, si se intra mœnia Gazæ concludi non fuisset
passus, non habuisset occasionẽ patrandi robur, & effringendi, hostium ludi-
brio, valvas cum postibus. 14 Captus verò jam, & excœcatus, & moriturus, in
me recumbens quantã edidit hostiũ stragẽ? me præfigurans: æternâ post se re-
lictâ memoriâ. 15 Multi ut ellychniũ candelæ exstinguuntur: morientes, &
nul-

nullam sui honestam memoriam relinquentes. 16 Tibi proponentur quæstiones quædam serve mi: Cognosces brevi, quæ sit Principis mens. 17 Cogitat Princeps insufficientem se ad hæc esse: in quo consentiunt ipsius quoque Consiliarii. 18 Sed ego Dominator seculorum novi, Quem, quando, & cur ad hoc vel illud adhibere debeam, nullò aliunde consilio indigens: tantùm amorem, fiduciam, & obsequium, ab unoquoque requirens. 19 Princeps igitur tantummodò ingressus conclave suum, occlusóque ostiò, oret me in occulto: Ego illi ostendam viam, aperiámque januam. 20 Sed tamen ineat consilium cum Septentrionalibus: illi Eum illuminabunt. 21 Sed & ipse historias legat, Libris meis & alibi comprehensas: agnoscat, Me esse, qui de parvis magna facio. 22 Parva est Racociana Domus in oculis hominum: sed ego illam elegi, ut Me in illa, & Illam in me, glorificem, ultimis diebus Mundi. 23 Sed inter exsequendum hanc meam causam parcatur Politicis. 24 Quanquam enim illorum aliqui tumultuabuntur, quiescent tamen tandem, cognitò, cujus voluntatem & causam agit agétque: quod non suam, sed meam, olim, & jam denuò, denuntiatam. 25 Hæc sunt, quæ tibi significata volui hodie: surge & scribe: 26 *Surrexi ergò, orans mihi hæc in mentem revocari, & factum est: ego autem Psalmum 20 decantans, suspiria fudi pro iis ad quos mandata hæc deferenda sunt.*

Rev. CC. Maji 7.

[*Hungari Videntem ægrè intelligunt* (2): *Venient tamen* 3. *Princeps intentiones suas docetur subordinare divinis* 5, 6, *Revelationes hæ legendæ in Nationibus*, 7. *Domûs Austriacæ (præsertim postremorum duorum) fastus & tyrannis graphice depicta* 11, *ad* 27: *ad quam subvertendam, & Ecclesiam catholicè reformandam, convocantur Gentes, à* 18 *ad* 38.]

Iterum factum est ad me Verbum Iehovæ, cùm à suspiriis matutinis indormiissem, somniúmque vidissem tale. 2 *Fui inter Hungaram Gentem, ægrè illos intelligens, & illi me: parantes frumentum è saccis ad molam.* 3 *Et Vir quidam gravis constitit, legens literas quasdam occultè scriptas, spectantes ad me.* 3 *Ut evigilavi, dictum est ad me*: Hungari agminatim venient. 4 *Ego verò de Principe cogitavi, quô animô esset, orans pro Illo, & Consiliariis ejus: & Dominus iterum*: 5 Nactus est à Radzivilio Legatum: sed avertat nunc à Polonia cogitationes ad Regnum Ungariæ, patriam suam: 6 inserviens intentioni meæ, & se convertens ad me corde contrito (tecum, & aliis illi fidis) quod ego non despicio. 7 Scripta tua legentur, & molentur sicut frumentum in mola ad panem, quô vescentur Nationes Terræ. 8 Ecce tu jam prophetabis tanquam mercede conductus! quod te non diu latebit. 9 *Et oravi Deum ardenter, pro signo aliquo ejus præsentiæ, meâ & aliorum causâ.*

10 Do-

o *Dominus autem respondit*: Bonô animô esto, serve mi: sed hodie nihil
de. 11 Dies enim hæc dies mea & tua est; ad reddendum te certiorem,
uòd erepturus sim Cultores meos de manu Oppressorum, in angustiis con-
itutos. 12 Qui dum audient quæ ego cum Austriaca Domo fecero, exul-
ıbunt. 13 Nam Domus Austriaca oblita est mei, quod notorium est Mun-
o: quàm sola illa eminere voluit inter Nationes, cum obduratione cordis,
e audiret clamores & lamenta super tyrannidem suam, tanquam Pharao.
4 Qui nescit, interroget ipsosmet subditos ejus, num aliquis ex Austriaca
)omo similis (*diritate*) fuit ipsi, Patríque ipsius? nullus reperietur. 15 Ego
miciveram majores Ejus veste Christianâ: ille verò detraxit eam sibi, & in-
uit vestem tyrannicam. 16 Sed ecce finis venit dominationis ejus! quod
go abscondidi ab oculis etiam Consiliariorum suorum. 17 Quorum nemo
ttendere voluit, id quod patrabat Ipse malum esse coram me, qui judicium
liligo & æquitatem, cum puritate cordis: 18 quam tamen nemo habet, nisi
ui ego dedero, illo eam à me petente. 19 Satis jam diu longanimitate
sus sum erga illos, resipiscentiam exspectans: ecce autem in pejus ruunt!
o *Quibus ego auditis cogitabam, an scriptionem continuare deberem: jam enim*
te (in lecto jacentem, & super tabula annotantem) creta deficiebat. 21 *Et Do-*
minus, Scribe quod audis ex ore meo! O Domus Austriaca, væ posteris
ıis, quorum jam pauci sunt. 23 Qui se Tibi ducem dedit, deducet Te in
xitii foveam! 24 Ecquid nisi opprobrium æternum reportabitis ex omni-
us actionibus Vestris? cùm ego vestrum in locum exaltavero alios: in
bominationem & exterminationem datis omnibus idolomaniam Vobiscum
xercentibus. 25 Jam enim videre incipiunt non Christiani tantùm, sed &
ıfideles, te induisse vestem prostitutæ Meretricis, nulli fidem servantis.
6 Rectè te describunt bicipitem; cujus alterum caput surdum est, alterum
œcum & mutum, erga me Creatorem tuum. 27 Exspectabam ego rever-
onem Tuam ad me Factorem Tuum, sed omnia frustra. 28 Jam itaque Vos
Christianitate, qui diligitis me, & quos nominatim ad Opus meum voco:
acite virtutem in Deo, exemplô majorum Vestrorum, mihi & voluntati
ıeæ obsequiosorum; & exterminate Idololatras de Terra mea! 29 Nihil
⁄obis novum loquor, & mando: sed quod à seculis prædecrevi, & prænun-
avi, ut exsequutioni detur per Vos à me ad Opus hoc delectas Nationes.
1 Quisquis se Vobis associabit insuper, Illi quoque benefaciet dextera mea.
2 Sic enim voluntatem æterni beneplaciti mei perficietis super Terrã, ante
Mundi finem. 33 Et introducetis in Domum Ecclesiæ claudos, mancos, cœ-
os. 34 Et beatos Vos prædicabunt omnes Nationes Terræ, quæ veram
ıei & nominis mei cognitionem nondum habuerunt hucusque. 35 Admit-

tite hæc ad Cor, 6 Vos Christianæ Nationes, & date mihi Deo Vestro honorem! 36 Antequam ultimæ veniant tenebræ & caligo, ultimum Mundo diem prænuntiantes, ubi cum potestate & gloria magna adero, ad judicandũ manifesta & occulta. 37 Beatus quisquis contrito corde se humilians vigilat ante me. 38 Fac tu idem, abstinendo hodie omnibus, neque exeundo foras; vigila & ora!

REV. CCI. Maji 16.

[*Domus à fundamento conflagrans*, 2, *de Domo Austriaca & Idololatrarum exponitur.* 4.]

P*Eractis cum gemitu matutinis precibus, redormivi.* 2 *Et vidi Domum à qua* (*supposito in illa ignis fomite*) *secesseram, conflagrasse antequam redussem funditùs: qui verò exierant, exspectabant me, noti mihi, enarrantes diaboli tentationes, cui ego tribuebam malum istud opus.* 3 *Et respondens Dominus meus dixit*: Contemne tu insultus diaboli, cum quo mihi etiam dum in mundo essem pugna fuit. 4 Subjectus à te ignis, in domo Mundi, consumet Domum Austriacam, cum Domibus Idololatrarum Vos oppugnantium. 5 Qui supervivent, & spectatores erunt, mirabuntur, & magnifacient me & justitiam meam. 6 *Quibus ego auditis decantare cœpi:* Robora nos in fide &c. (partem hymni Ecclesiastici.)

REV. CCII. Maji 19.

[*Visio Molæ frumenta molentis*, 1; *& Currûs eversi*, 2: *accommodatur ad ea quæ fiunt, & fient cum Domo Aust.* 4, 5. *Res quandoque non procedunt hominum culpâ*, 6, 7.]

D*Iluculô somniabam, & ecce frumentum terebatur Molâ, multis cum desideriô, ut permoleretur citiùs, exspectantibus.* 2 *Et pertransibat Currus, boum quadrigâ velocissimè tractus, cui insidebant personæ duæ, Vir & fæmina.* 3 *Et factum est, ut Boves jugum dejicerent, Currus everteretur, personæ verò evanescerent: quod ego admiratus evigilavi.* 4 *Et Dominus ad me*: Tanquam in Mola cum fragore procedunt negotia, de quibus loquutus sum tibi. 5 Currus, quo vehitur Cæsar & vectus est, à bobus suis quibus tractus est, deseritur. 6 Ecce ratiocinationes humanæ, Vestræ etiam, omnes vanæ sunt sine me, aliam præter voluntatis meæ regulam sequentes. 7 Per me non stat, sed per Vos, si res secus fiunt atque dispensavi. 8 Tu fac ut agas omnia prout dispenso ego, & benè (tibi) erit: hodie domo ne exeas, vigila & ora. 9 *Quibus cum timore auditis, & acceptis, laudavi Deum.*

REV. CCIII. 20 Maji.

[*Principissa Transf.* 3. *Gaudium DEI super Gentes convertendas.* 4, 8.]

P*Ost horam quintam matutinam, inter ardentes ad Deum preces indormivi.* 2 *Et videbam ad me carpentô venientes Illustres matronas: quarum una*

lave introducto mihi placentas offerebat, valdè saporatas, quas excipiens la-
evigilavi. 3 *Et Dominus, vix ad me reverso mihi,* Exulta, *inquit,* serve
per fœminam, Principissam Dominam Tuam, recreaberis. 4 Exhilara-
ego quoque in opere manuum mearum, quod per te annuntiavit os meũ.
Nam exsultabunt Gentes in luce,quâ circumfulsi quasdam;alias verò jam
:umfulgebo,revelando illis voluntatem meam:dicéntque,Exultent Cœli,
ætetur Terra. 6 Sed & ipse lætabor cum Angelis meis super reversione
ne eorum, qui nondum cognoverant me Jehovam, quis essem. 7 Vidi
o mœstum cor tuum, suspirans ad me, & me atque misericordiam meam
ocans, cum aliis cultoribus meis; ecce brevi mitigabitur Tristitia vestra!
Quibus ego auditis, confitebar humillimè peccata mea & proximorum, miseri-
diam implorans. 9 *Et mox me somnus oppressit: rursúmque mox exper-*
ecto respondit Dominus, Gaudens gaudebo cùm exsultabunt contrita ossa
stra. 10 Super Vos inquam,& super Gentes Vobiscum mihi servientes,
:onfitentes quòd recordatus fuerim misericordiæ meæ, efficiendo ut ha-
:tis securè, serviendo mihi soli corpore & spiritu &c.

Rev. CCIV. Maji 21.

Statera falsa humani de rebus judicii, 4. *Verba DEI non cadunt in vanum,* 8, *Videns obli-*
viosus, 11. *Pharao vas Figuli* 14. *Campana cordis humani,* 15. *Placentæ benedictionis,* 19:
Pluvia iræ DEI, 22. *Cæsar,* 25. *Princ. Transf. adhuc monendus,* 28. *Fœdera cum Po-*
lono ne ineat (inibat enim tunc) 33. David & Gedeon 34. Mutatio rerum instat me-
morabilis 39. *Racoci* 43.]

Xdormieram à precibus. 2 *Et videbam afferri Crocum, & ponderari bi-*
ınce, sed fallaciter, admistis funiculis quibusdam; ut zelarem tam apertam
'uitatem. 3 *Expergefactus oravi ardenter, & Dominus ad me:* 4 Rece-
sunt verba quæ prodierunt per te:sed librant ea falsâ rationis suæ staterâ,
ı prout debebant. 5 At ne mirêre! Sic fuit temporibus Noæ, Loth, &
s. 6 Volunt me conferre (dona mea) tacentibus, & nihil operantibus.
Fit sanè, ut conferam quandoque non rogantibus: sed in testimonium,
ɔrum malo. 8 Tu patienter exspecta solatia mea, veniet quod promisi.
Neque cecidit Verbum meum, neque cadet in vanum: sed suum tempus
cuique rei. 10 Tu mihi fide, unà cum eo qui tecum excubat: unâ invi-
: nave ambo vehimini. 11 *Silescente voce Domini, repetere dicta volui,*
non potui. 12 *Et Dominus:* Tuâ culpâ perit tibi memoria, supervaca-
s curis & animi agitationibus: 13 cùm tamen mea sit pro te, & aliis Cul-
ibus meis, in simplicitate cordis mihi servientibus, & me invocantibus,
a: surge, scribe! 14 *Feci igitur: & Dominus iterum,* Conteram tanquam

Væ Figuli potentiam impii Pharaonis: clamor suspirantium ad me ascendit.
15 *Cùm & hoc adscripsissem, redormivi*: & vidi Campanam novam magnam,
cum exiguo pistillo. 16 *Et quidam veniens pulsabat: sed pistillum ob exigui-
tatem (fuit enim detritum, & confractum) debilem dabat sonum, ut mirarer.*
17 *Evigilanti autem subitò Dominus*: Magnus est Mundus, sed exile pistil-
lum Cordis fidei erga me & verba mea. 18 Pulso ego: sed cor hominum
malè respondet, vacillans huc illuc vento vani humani metûs: in quibus ni-
hil virium est ad defendendum opus meum, quod agi volo his diebus, per
eos quos elegi. 19 *Cùm & hæc scripsissem rediit mihi somnus: & vidi me
inter homines ignotos constitutum, quorum duo placentas tenebant, super quandam
perticam pendentes.* 20 *Provocabantque me ad ludum: & vici octies, obti-
nuique tot placentas; & mox, cùm instarent, duodecim: quod alii excipiebant in-
vidiâ, alii favore.* 21 *Et Dominus ad me*: Serve mi, videbis placentas be-
nedictionis meæ, quæ te assequetur brevi. 22 Tu hodie cibis abstine, sed
pulsa precibus: & impetrabis pluviam iræ meæ ad perdendum hostes meos,
cùm alibi tùm hac in Terra. 23 Attingétque malum hoc eos etiam, qui vo-
luntatem meam satis edocti eam exsequi hucúsque renuunt. 24 Benè illis
volui; sed redigunt hoc sibi ad vanum & irritum tergiversationibus suis.
25 Attende quid cum Cæsare facturus sim, postquam ante interitum suum
semel adhuc fœdabit thronum suum: quod omnes videbunt, etiam qui spem
posuerunt in eo. 26 Væ respectantibus eum plusquam me, renuentiúmque
obsequi Voci meæ, ut convolent ad horam & diem! 27 Ecce jam duodecima
instat hora Mundo, fœdissimâ idolomaniâ polluto. 28 Tu fidem ostende &
patientiam! imple adhuc aures iis quibus Te ducem dedi, ut eis mercede
prophetizes, illi verò mercede faciant opus meum. 29 Quàm benè esset illis,
si me audientes facerent (quæ mando.) 30 Sed sciant, habere me jam alios,
accurrentes ad vocem meam: quos adducam in horum confusionem. 31 Væ
Terræ huic, si istos præmisero! 32 Tu semel porrò etiam pulsa ostium Do-
mûs Racocianæ: quod enim alibi fieri videt facere, vellet ipse quoque, sed
sine corde: quod nihil est apud me. 33 Missáque faciat hâc horâ fœdera
cum iis, adversus quos ego causam ago & peragam, etiam sine illo, si nolit.
34 Qui sapiens est, ostendat virtutem qualem ostendit David & Gedeon, si-
ne viribus humanis, solô nomine meô. 35 Plus apud istos potuit Verbum
meum, quàm apud multos Vestrûm modò. 36 Quis Vestrûm causam susci-
pit meam? ad propulsandam ignominiam illatam mihi? ut duo illi fecerunt,
æternô bonô nominis mei, & sui. 37 Tu desine lamentari contritionem,
potiùs attende, ut omnia fiant secundùm mandatum meum: tempus meum
nondum transiit. 38 De translatione Sceptri à Juda diù ante loquutus sum,
evenit

evenit tamen indubiè: non alia ſunt nunc etiam tempora mea. 39 Vos igitur
mihi fideles audacter annuntiate Mundo, me mutationem inducturum, æter-
nâ memoriâ dignam. 40 Et quis eſt, qui conſilia impediat mea? Nemo eſt,
nec in Cœlo nec in Terra. 41 Percutiam Terram virgâ oris mei, & ſpiritu
labiorum meorum interficiam impium: 42 Tu exue calceamenta de pedi-
bus tuis: nihil tu ſcis quid in Mundo fiat. 43 Racociũ undique timere inci-
piunt: ego verò benè faciam illis, qui ſe illi ſinceros exhibebunt. 44 Con-
cluſi ego apud me conſilium de illo, & quis eſt qui reſiſtat æternæ potentiæ
meæ? dummodò ille ductum ſequatur meum. 45 Acquieſce tu, & quem tibi
ad opus hoc adjunxi, conſilio meo. 46 Audio ego quæ illi in occulto de me,
rebúſque ſibi revelatis, loquantur. 47 Tu tamen ora pro eis. &c.

Rev. CCV. Maji 23.

[*Orientales evigilare incipiunt, 5, 8. Exhortatio eorundem, 9 &c. Conſilium ineundum inter Principes Terræ, 17: nominatim Orientales & Hung.* 19, 20.]

Iterum factum eſt ad me Verbum Domini. 2 *Ortô ſole, peractisque precibus
rediit ſomnus; & vidi me in corona illuſtrium virorum, indutum habitu hone-
ſto, interpretantémque ſcripturas:* 3 *Et data mihi eſt* Tabella Scriptoria, *quâ
gaudebam.* 4 *Ad me reverſus lætior, invocare cœpi Spiritum S. hymno Eccleſia-
ſtico.* 5 *Quô finitô, dixit ad me Dominus meus*: Viſitatione Elizabethæ viſi-
tavi Principiſſam, ſermonibus illi ſignificatis, de illis quæ priùs annuntiata
erant marito ſuo. 6 Indolet: non fuiſſe factum eo vivô: optátque jam eve-
nire iſta Domui Racocianæ. 7 Ego non tacebo per te, donec eveniat quod
decrevi. 8 Incipiunt ruminare verba mea, meliùs ac antè, parati laudare
nomen meum. 9 Ecquis ſimilis mihi unquam fuit, cui æquè pateſcant omnia
quæ in Mundo unquam futura ſunt? 10 Decernam ego judicio cum Natio-
nibus Terræ, ultimis nunc Mundi temporibus: 11 Et inſcribam cordibus
Populi Nomen meum magnum, ignoratum hactenus præterquam Angelis,
& quibus id manifeſtabam, Prophetis ac Regibus, fidentibus mihi. 12 O Po-
puli, ſi verba mea hæc perceptu videntur ardua, Scrutamini Scripturas! Ha-
betis Moſen & Prophetas, Apoſtolos & Evangeliſtas, teſtes meos. 13 Poten-
ter conſumabuntur opera mea in Vobis, cùm dejecero Idololatrarum onera
de humeris Veſtris: quod jam fieri mando. 14 Manebo ego verax in ſer-
monibus meis, cùm amovero repagula ingrediendi in Eccleſiæ domum illis,
qui me Jehovam, & Nomen meum, nondum cognoverant. 15 Impoſſibile
multis videtur hoc, quod futurum prædico: ſed ego id effectum dabò, ego
ſolus. 16 Quos convoco jam per Viros eò delectos, & per ſigna de Cœlo, &
per Vos teſtes mei dilecti: qui Vos audit me audit. 17 Inite conſilium per

hos

hos dies, ó Vos Principes & Reges Christiani! induite arma diebus his, priùsquam detraham tabernaculum meum de Firmamento, suspensum super Vos. 18 Repagula æterna disjeci, ne quid obsistere queat decretis meis: nihil illa detinere poterit, neque Vos. 19 Concludite consilium Vos Orientales diebus his! totam vobis manifestavi voluntatem meam, date honorem mihi: quamdiu claudicabitis? Ecce Vox hæc, vox mea est! 20 De Vobis facta sunt decreta mea, non ea declinabitis: satis sit me tam diu Vos inclamasse, ó Gens Hungarorum &c. 21 *Hæc igitur scripsi &c.*

REV. CCVI. 13 Junii.

[*Os erga Hung. occludendum*, 3, 14. *Hungaria pratum desecandum* 8. *Libri memoriales Operum DEI*, 10. *Diluvium turbidum citò siccandum*, 12. *Mutatio rerum procedet*, 17. *Poloni* 18. *Cur eventus differatur*, 19.]

P*Ost preces, mæstissimô spiritu peractas, dixit Dominus:* 2 Ne tristare, serve mi! fidus esto ad mortem usque, & dabo tibi coronam vitæ! solatiúmq; meum veniet tibi. 3 Et occlude jam os tuum, sicut & ipse occlusi os meum, ne quid loquar præter quod jam per Vos loquutus sum Nationi huic & aliis. 4 Si facere volent Opus meum, sibi denuntiatum, illis benè; sin, malè. 5 Faciunt illi quod volunt, faciam & ego quod decrevi; illis autẽ Væ erit. 6 Quærunt illi Opus suum in se, ego verò quæram Opus meum in illis: & opus meũ procedet. 7 *Tu mihi confide, vigila & ora.* 8 *Et indormivi subitò, vidíque* Pratum desectum: *mox autem evigilanti dixit Dominus meus,* Tanquam pratum desecabitur Terra hæc, falce iræ meæ: 9 Pauci enim sunt quærentes me, pauci recti corde, quisque sua quærit cum oppressione proximi. 10 *Iterum indormivi momentô:* vidique Libros duos prægrandes (*quorum similes nunquam vidi quantitate, quanquam alter altero minor*) exsiccari: 11 *Utque celerrimè evigilavi, dixit Dominus:* Libri memoriales Operum meorum, sub Veteri & Novo Testamento editorum, exhibiti sunt tibi. 12 *Et mox rursum indormivi,* vidíque diluvium aquæ turbidæ, à quo fugiebam pone Domum quandam: sed antequam Domum transivi, jam præterierat, & ecce siccum erat sub pedibus meis, rosæque multæ apparebant, candidæ, fragrantes. 13 *Quod miratus evigilavi, & Dominus ad me:* Aquæ tribulationum Vestrarum citissimè siccabuntur, cùm hora venerit mea: mihi fidite. 14 Tu hodie nihil ede, nihilque bibe: & dilecto tuo & meo nihil scribe nunc, nisi mandasse me occludere os, ne quid ampliùs loquamini Nationi huic. 15 *Et ego cogitabam* Ferdinandum: *Dominus verò ad me:* Terminus meus appropinquat, juxta sermones meos, sed quem nemo intelligit. 16 Tu contumeliam quam à Tuis pateris, patienter ferto. 17 Judicium meum in opere meo mirabile est: mutatio quam inducere decrevi in Terræ Nationibus, procedet.

18 Poloni,

18 Poloni, Poloni, rejecti sunt cum consiliis suis: veniet super eos quoque judicium meum, tametsi vias intercludant. 19 *Ego verò cogitabam, Quid causa sit quod tã diu non eveniant, ea de quibus toties loquutus fuit Dominus &c.* 20 *Dominus autem*: Dic mihi, potéstne dirui Ædificium antequam congregati sint ad diruendum Operarii? Quos tamen ego ecce jam congrego! sed quis hominum hoc intelligit? 21 Adjunctum tibi hæc validè afficient: ego verò mirabilis manebo in Operibus meis, videbis. 22 *Quos sermones ego miratus, precibus vacavi, tristis totâ illâ die.*

Rev. CCVII. Augusti 11.

[*Videnti silentium injungitur*, 2: *& meditatio Scripturarum*, 3. *Pulvis pyrius in ore Infantis*, 5, 8. *Racoci victor*, 6. *Poloni* 8. *Domus Aust.* 9. *Nomen Regis Regum.* 10.]

Acceperam ab Adjuncto mihi perscriptum de his rebus judicium sinistrum, primarii è Consiliariis Principis: cogitabámque quid illis faciendum esset. 2 *Dominus itaque ad me*: In silentio nunc sint sermones mei, quos tuâ causâ loquor: Veniet tempus cùm per Nationes annuntiabuntur. 3 Tu gnavus esto in lectitandis Scripturis, mentemque exacue futuros ad labores, cura mea de te est, aliísque Cultoribus meis. 4 *Et incidit canere ex Psalmo 79 v. 9: mox autem oppressit me somnus.* 5 *Et vidi Mulierem manu gestantem infantem, cujus ori inspergebant pulverem nitratum, ut per nares effunderetur.* 6 *Expergefactus mirabar, quid hoc sibi vellet: simúlque vox Domini facta est ad me*, Filius Racoci victor evasit per præsentiam meam. 7 Agit ille nunc opus suum, virtute meâ: videbo an conversus meum quoque acturus sit opus, de quo illi loqui mandavi: sin, potentia mea procedet. 8 Poloni frustra jactarunt vires suas ad Nationes Germaniæ, apud quas auxilia quærent: sed dissolvetur pulvis in ore Nationum, tumultuantium adversus invicem. 9 Et concidet robur & gloria Domûs Austriacæ, cui hactenus sese extollenti spectator fui. 10 Quod ubi erit factum, exhilarabor in Operibus meis: quia Nationes videbunt inscriptum lumbis meis terribile nomen meum, Rex Regum, & Dominus Dominantium; videbúntq; simul hoc, quod nunc prodiit ab ore meo. 11 Tuâ causâ hæc nunc loquor; refer hoc in scriptum. 12 *Et oravi, ut memoriâ continere possem; Dominus ergò repetebat omnia.*

Rev. CCVIII. Septembris 8.

[*Veritas sermonum DEI, tametsi Mundus non credat*, 2. *Lapis super Meretricem suspensus* 4. *Finis Mundi*, 6: *Os obsignandum coram ingratis*, 10. *Princ. Tr. cunctando amittet rem* 13. *Nihil restat præter iram*, 17.]

A Matutinis precibus, alloquutus me Dominus, dixit. 2 Serve mi, adventat tempus, quò sermonum meorum veritas patescet, tametsi nunc ab iis quibus eos nuntiari jussi, mendacii arguantur, 3 At verò tu tristari noli! an-

tiquum obtinet Mundus, & homines suas sveti ratiocinationes sequi, non at-
tendentes tempora judiciorum meorum ab Angelis quoque esse abscondita,
antequam ipsis revelentur. 4 Ecce lapis inditus corbi fundo carenti, suspen-
sus est super Mulierem sanctorum sanguine ebriam: cujus corpus putredine
fastûs malè olet Nationibus, convolabúntque ad devorandum eam. 5 Ignem
enim Lucis meæ accendi per Viros à me variè suscitatos: ad manifestandum
tempus Babylonis, & ruinæ illius, jam advenisse. 6 Sicut & mox tempus
Mundi, cùm deturbabo Stellas de firmamento, & per eas accendam Terrã,
ut perusta sit. 7 Cujus rei rationem quis intelligit, antequam id videant servi
mei? 8 Quorum tu quoque unus es, dilectus mihi: modò fidelis esto, man-
suetus, obsequiosus & patiens, faciénsque mandata mea. 9 Atque cùm in-
gruent mala tibi, confide virtuti meæ. 10 Ecce jam non aliorum, sed tuâ &
tibi adjuncti causâ loquor, & loquar, dilecti mihi. 11 Obsignate jam ora
Vestra coram iis, quibus jussu meo loquuti estis, ingratè recipientibus verba
oris mei. 12 Princeps ecce opus facit, nescius quale: exspectabo an meum
quoque sit facturus. 13 Si renuet, donec Sol meridianus jugat se ad Septen-
trionem habitanti, malè stabunt & consilia & res ipsius: unde Principissam
obruet mœror intolerabilis. 14 *Quibus ego auditis exclamavi: O Iehova Deus
& pater mi, quis ego misera Creatura Tua sum?* 15 *Miserere mei Servi Tui, &
edoce me vias Tuas, ut ambulem coram Te in veritate.* 16 *Tibi me tradidi, Tu me
rege ad beneplacitum Tuum, & ne auferas à me Spiritum Tuum sanctum! con-
donans mihi si quâ offendam majestatem Tuam, & me roborans ad faciendam vo-
luntatem Tuam.* 17 *Et Dominus;* Voluntas mea manifestata jam est: quod
exspectent Incolæ Terræ hujus non habent, nisi iram, propter parendi dedi-
gnationem. 18 Tu hodie nusquam exeas, vigila, ora &c.

Rev. CCIX. Sept. 29.

[*Prædicta evenient, 2. Principis victoria (in Moldavia) unde, 4. Gentes aliæ convocantur, 6. Fulgor circumdat Videntem, 10.*]

ITerum factum est ad me Verbum Domini, *inter preces matutinas, diluculi.*
2 Ecce serve mi, sicut aurora effulgebit splendor veracitatis meæ, fructus
Arboris sermonum meorũ! 3 Nam ecce jam jam confluent Gentes ad exse-
quutionem Operis mei per Te denuntiati. 4 Anno hôc opus victoriosum ad
Orientem ipsemet egi: nisi quod Princeps manum extendit ut maneret vi-
ctor, mactarétq; deditos morti. 5 Tu jam tace, sicut & Adjunctus tibi, quam-
diu tacebunt illi: ego respondebo. 6 Nam si aliæ Nationes inceptabunt, malè
stabit Domus Racociana, totáque hæc Terra. 7 Ego enim nonnusquam de
Cœlo inclamabo Gentes, ut ad bellum prodeant: quia tempora consilio meo
Idololatris determinata jam venerunt. 8 Irrisores tui prosternentur, cum
dolosis

dolosis machinationibus suis. 9 Tu autem mihi confide, mea est pro te cura; Vigila & ora. 10 *Ubi me splendor quidam circumfulsit, ad dextram: quem admiratus sum, timoréque correptus, oravi.*

Rev. CCX. Octob. 2.

[*Deus idem qui olim*, 2: *ideò immutabile decretum ejus*, 5. *Hungara Gens retardavit opus*, 6. *Sine Deo omnia nihil*, 8. *Messis adest ad eradicandum zizania*, 12.]

Mediâ nocte inter suspiria respondit mihi Dominus. 2 *Serve mi*, Ego agam opus meum in Nationibus Terræ, opus iræ meæ, ut vastetur hæc etiam Terra passim. 3 Nam nolunt quibus mandâram loqui (audire me) sed pro mendaciis habent verba mea; quasi ego nunc alius sim Deus, quàm quum de futuris Mundo rebus loquebar, seu Ipse, seu per Prophetas & Apostolos meos. 4 An verò me alium Deum habere volunt? an alium Mundum exspectant? 5 Non aliud fiet quàm quod annuntiavit os meum, abolitum iri Antichristum, quum exacuero sagittas meas, & intendero arcum meum. 6 O si voluissent hac in Terra facere initium, sicut volui ego! dudum jam accurrissent Nationes, conjunctímq; Opus à me determinatum confecissent. 7 Nec tempus esset longũ, quod prænuntiatum pridem venit, ut una nocturna vigilia brevissima. 8 Si quis meum iniret consilium, is intelligeret tempora, dies, viásque meas. 9 Difficilia sunt apud Vos tempora, apud me facilia, etiam sine Vobis. 10 Leone rugiente quis non timeat? & me jubente quis non operetur? Nisi ille qui non novit potentiam meam, neque novit magnam iram terribilium plagarum. 11 Quemadmodum nihil scit qui Scripturam nescit: ita qui non novit me, voluntatémque & potentiam meam, nihil scit. 12 Væ Mundo! qui me non nôrunt dum ad eos clamo, nec ego novero illos dum clamabunt ad me. 13 Ecce tempus meũ lætabile venit, propinquat messis mea! Ite Messores ad eradicandum zizania Idololatrarum, & colligendum triticum in horreum meum, filios meos. 14 Verùm satis: Scribe hæc, in usum tuum nunc, deinde Mundo in testimonium. 15 *Et feci sic, collaudans Dominum.*

Rev. CCXI. Nov. 8.

[*Tota Terra jam implenda cognitione unius veri DEI*, 2. *Visio vasorum cum cimeliis*, 14. *Incolæ Hung. increpantur de socordiâ, sui fiduciâ, aliorum neglectu*, 17. *Legenda hæc omnibus Terræ Nationibus*, 21. *Videns adjuratur, ne quid his demat vel addat*, 23. *Ille pavidus deprecatur*, 29. *erigiturque* 34. *Iugum obsequii dejectum*, 40.]

Ante horam XII, cùm inter orandum omnia in mentem redirent, quæ hactenus mihi annuntiasset Dominus, facta est ad me Vox Domini. 2 Etiam scias, Nolle Sapientiam æternam ullam superesse toto sub cœlo Nationem, quæ habeat & cognoscat Deum, potentem, sapientem, bonum, & justum, præter illum quem annuntiavit Moses, Prophetæ, Christus & Apostoli. 3 Quod si quæ Gens hunc agnoscere & confiteri nolit, maledicta sit, & habeatur, apud omnes Gentes

deleatúrque de Terra per omnes eos qui noverunt Nomen meum,magnum &
terribile. 4 Omnes inquam unanimiter irruant in eos,qui nolint confiteri me,
ut deleantur de Terra. 5 Volo enim hâc parte impleri voluntatem meam, ut
ſub Mundi finem ita ſit quomodo fuit ab initio, ſub Adam & Eva,Seth,Enoch,
& Noë:qui ignorârunt nomen aliûs Dei, præter me Unum. 6 Ex ore meo
prodiit hoc, quod annuntiavi tibi, decretum conſilio meô æternô de iis quæ
fieri volo ultimis diebus Mundi. 7 Quum ego ſuppliciis coërcebo blaſphe-
mias Nationum, quibus afficiebant me & Nomen meum, tremiſcet Terra:
Terra inquam, & qui habitant in ea. 8 Ardor enim zeli mei occubuit ſicut
Sol, ſuper eos qui noſſe me nolunt. 9 Quorum nemo intelligit,& intelligere
vult, ex ore meo halitum vitæ ſe habere,& ad me reverti ſe oportere. 10 Quis
quæſo hæc intellexit, aut intelligit, præter illum qui ex ſplendore lucis meæ
novit,me eſſe Jehovam? 11 Væ ignorantibus me, qui ſpithamâ Terram men-
ſus ſum, & pugillo complexus Mare,totúmque Mundi orbem,metáſque pono
rebus omnibus. 12 Quis ergò ſe opponet mihi, quaſi renuntiata jam *Vobis*
voluntas mea, non ſit bona & juſta? niſi ſolùm is qui Verbum meum neſcit, &
Legem ignorat meam. 13 Accipite igitur hæc ad trutinandum, ô habitatores
Terræ! 14 *Hic finis erat: ego autem conſurgens ſcripſi ea, rurſúmque in lectu-*
lum reverſus cantabam Pſalmum CXV. 15 *Et Dominus*: Indormi, & oſten-
dam tibi quiddam. *Et indormivi momentô*, vidíque mihi afferri *vaſa duo*, qui-
bus inerant cimmelia, quæ ego inde eximens oſtendebam, imò & diſtribuebã,
adſtantibus; extergens, ſi quid contaminatum fuit: 16 *Ut evigilavi, Dominus*
ad me: Domus Mundi oppleta eſt ſordibus Idololatriæ & hæreſium, errori-
búſque & vanâ Religione: non tolerabo id diutiùs,hac etiam in Terra. 17 Ad
oſtium oris tui ego ſtans denuntiavi dudum jam,quid hîc fieri vellem ab Inco-
lis: 18 ſed deſunt Viri intelligentes,& meis viis attendentes, quòd talia non
fruſtra faciam. 19 Tantùm illi ſuis Libertatibus confidunt, fiat alibi quicquid
fiat. 20 Sed oppriment eos dolores parturientis, cùm egò (niſi adhuc obedie-
rint mihi) inclamare incipiam Gentes, & jam inclamo, per varia mea organa,
inter quæ Vos eſtis,duo teſtes mei. 21 Eô fine, ut hæc quæ prodierunt ab ore
meo, per Te & Adjunctum tibi, legant & intelligant non illi tantùm, ſed &
totius Mundi Gentes, Populi & Linguæ. 22 Judæi & Græci,Turcæ & Tar-
tari, Arabes & Indi,Germani, Itali,Angli, Galli, Poloni: verbô,Nulla ſit Lin-
gua ſub Sole, ubi non inſonet hæc Tuba vocationis meæ. 23 Ideò te obligo
Nomine meo, ſerve mi, ne quid demas vel addas his & aliis ſermonibus meis,
tibi nuntiatis. 24 Ego enim ſolus Deus renuntiavi, quid ab omnibus Gentibus
& Populis,& Statibus, & Linguis, requiram diebus his: 25 Ut omnes agno-
ſcant VERITATEM VICTORIOSAM, cui adhæretis Vos à Majo-
ribus Veſtris,complectentem omnia ad ſalutem neceſſaria. 26 Hæc evelli ju-
bet

bet zizania scandalorum, errorum, superstitionum, Mihi & Verbo meo contrariantium, quorum plenus est Mundus. 27 Sed Messis mea propinquat, ubi sistam Soli cursum, & Lunæ splendorem (quemadmodum per Apostolos meos nuntiavi) finémque imponam abominationibus Terræ. 28 Satis autem nunc, ne obliviscaris, serve mi. 29 *Ego verò procidens ad pedes Domini mei, cum gemitu ac timore dixi:* 30 *Ecce me misellam glebam tuam, exilem vermiculum tuum, ó Iehova! aperio coram Te cor meum, & animum meum, & sensus meos, & labia mea, & omnia quæ dedisti mihi: nihil horum meū est, tua sunt omnia.* 31 *Non habeo quid dicam, nisi quòd sim Vir polluti labii, erubescens à conspectu Tuo, & pavescens Te Terribilem.* 32 *Miserere mei, precor, & corrobora me, sicut & illū quem adjunxisti mihi, ut ne sit in nobis repugnare divinæ & sanctæ voluntati Tuæ.* 33 *Annuntiavi omnia, sicut & ille: ne jam repugnent Gentes voluntati Tuæ, propositóque Tuo, effice! nos ecce ludibrio sumus apud multos!* 34 *Respondit Dominus:* Colligunt sibi offensas juxta ratiocinationes suas: Vos estote patientes. 35 Cogitatio etenim tua & aliorum non evestigabit vias meas, quando, quid, & cur, ego faciam, neminem consulens, neque curans quenquam: quia voluntas libera, & justitia æterna, mea est. 36 Contendat mecum aliquis judiciô: unde faciet initium? ignorans æternitatem viarum mearum. 37 Per quas cùm habitatores Terræ ducto, eunt ut ebrii titubantes, donec eos deduxero ad horam & dies à me destinatos. 38 Fidelis esto! Ecce erubescent genæ illorum qui verba mea pro mendacio habebant: amovebuntur de via. 39 Nam annus 380 exit. [*Nempe ab initio exaltationis Domûs Austriacæ, Anno Christi* 1273] 40 Betulletum dejecit jugum obsequii de cervice sua: Tu esto quietus, audies quid ego sim facturus &c.

Rev. CCXII. 20 Nov.

M*Ane, post preces meas dixit Dominus*: Ne metuas, serve mi: 2 Mox vidi Cæsarem obambulantem, & in judicia Dei inquirentem: 3 *Cui respondebam admirabundus.*

Rev. CCXIII. Nov. 22.

[*Videns ad Cæsarem mittendus,* 1. *Odium inter Evangelicos,* 3.]

A *Precibus matutinis dixit ad me Dominus:* Coram Cæsare stabis cum Viris honoratis, testimoniúmq; dabis veritati de Voluntate mea ore meo egressa, quid fieri velim postremis Mundi temporibus. 2 Ne metuas, serve mi, ego ad januam oris tui stabo, téque quid respondere debeas, docebo. 3 *Mihi verò cogitare venit* de odio, quo nos prosequuntur Lutherani. 4 *Et Dominus*: Ecclesia Vestra, simplicitatis illius antiquæ, quâ ante Lutherum fuit, nomen habet; rem penè amisit. 5 Lutherani verò nunc rerum potientes aspernantur Vos, etiam veritate, quæ inter Vos est, destituti. 6 Sed ferte eos, dum ad se redeant.

7 Epe-

Eperesiensibus mitte quæ cogitas: sint duo illi testes Operis inter Vos mei.

[v. 1. *coram Cæsare*) Coram quo? non additur. Non Austriaco forsan, sed ejus successore: de quo Rev. CXCII. v. 5. Fidem facit, quòd hîc mox subjungitur de Evangelicorum dissidiis, & reconciliatione, v. 3-6.]

REV. CCXIV. Nov. 30.

[*Terminus Domui Austriacæ positus cur prorogetur.* 1-4. *Videns cum Adjuncto sibi in angustiis sperare jubentur,* 5, 6.]

VEniebat in mentem, à matutinis precibus, Annum 1653 jam transire, tercentesimúmque & octogesimum transiisse, *nec evenire Domui Austriacæ quod nuntiatum est.* 2 *Et respondit Dominus*: Omnia decreta sunt consilio meo, sed exspectare habent tempus suum. 3 Adhuc semel aperire illi oculos quæro (*cæca enim fuit*) num prospicere velit & resipiscere. 4 Nolo enim cujusquam interitûs culpam in me esse, neque illius: tu proinde illi etiam auxiliari debebis, donec veniat tempus. 5 *Hîc me oppressit somnus,* & vidi me per angustias rupis cujusdam ire: Adjunctus verò mihi in vertice Rupis stans, Librúmque manu tenens, prælegebat altâ voce circumstantibus. 6 *Et mox evigilanti mihi Dominus:* Rupi securitatis meæ insistit ille.

REV. CCXV. Decembris 24.

[*Orientales tergiversantur,* 1, 2; *malô suô,* 3. *Septentrionales laudantur,* 4. *Merces vastantium Meretricem, opes ejus,* 6.]

COgitabam, *à precibus matutinis, pertransire Annum* 1653, *Orientales autem nihil agere.* 2 *Et resp. Dominus*: Vertunt se in omnes facies illi, quibus factus est sermo meus, ut suspectam reddant voluntatem meam: 3 Sed malum videbunt exitum consiliorum suorum. 4 Septentrionales bonum de se spargunt fulgorem: Orientales si nolent intelligere, malè stabunt. 5 Tu cum Adjuncto Tuo satisfecistis voluntati meæ: jam taciturni estote, & patientes. 6 Ego mercede conduxi Gentes ad perdendum Meretricem: Merces illorum erunt Opes & bona Meretricis, quas divident inter se. 7 Promovebunt opus hoc etiam seducti ab Antichristo, reducti ad veritatē meā: tametsi non sine perplexitatibus.

REV. CCXVI. Decemb. 29.

[*T. R. ob inobedientiam rejectus, cujus successor nominatur.* 3. *Principissa* 4. *Domui Austriacæ adhuc offertur gratia.* 5. *Antichristus potentia sua exuendus,* 7. *Videns monetur.* 9.)

CIrca *noctis medium facta est vox Domini ad me*: Fidelis esto! Annus qui inchoat, erit 34 Exilii Vestri. 2 Cæsar victus instantiis Imperii ad restituendum Vos inclinabit. 3 Princeps ob inobedientiam rejectus est, alius loco ejus persequetur causam meam, K. J: de hac Domo nemo ad eam veniet gloriam quam habuerunt hi tres. 4 Principissa parùm emendavit mores, quòd illi dies ampliavi. 5 Sed Austriacæ Domui accendetur lucerna Intellectûs, ad percipiendum occultam voluntatem meam, qui emendantibus vias malas, & resipiscentibus, propitius sum. 6 Hic etiam si resipiscere volet, inveniet gratiam; si destruere juvabit Antichristum. 7 Quem exuam brevi calceamentis potentiæ suæ, quâ se super summa etiam Orbis capita extollebat. 8 Habebis à Tuo Adjuncto literas, sed quas nemini communicabis: Convitiatores enim sunt ipsi etiam Vestri. 9 Tu animum muta, cœtúsque sacros (tametsi nuper ludibriosè habitus) frequenta.

ANNO

ANNO M. DC. LIV.

Revelatio CCXVII. 1. Januarii.

[Gentes convocandæ, 1. Inobseqviosi puniendi, 2, 3. Confusio rerum anno ineunte, 4.]

ALloqvutus me Dominus, mane, dixit: *Fidelis
esto! Congregabo ego Gentes ad exseqvutionem voluntatis meæ.*
2 *Plus non loqvor, nec loqvar, Habitatoribus Terræ hujus.* 3 *Opus
meum est secundùm justitiam: obseqviosos & emendantes recipio,
inobedientes ad pænas traho, & traham irrisores qvoq; sermonum
meorum.* 4 *Annô hôc mira confusio inundabit Orbem.* 5 Tu
uram in me devolve, & omnes qvi fidunt mihi. Vigilate & orate.

Revel. CCXVIII. 7. Jan.

[Vas Figuli, 2. Incrassatum cor incredulorum, 3. Principi Tr. denunciantur pænæ 5, 6, 7,
8, 9. Testes exire jubentur, excussô pulvere, 10. Nihilq; ampliùs loqvi, 13.]

Venerant ab Adjuncto meo, ut prædixerat Dominus, literæ, è qvibus
tristitiam & solatia hausi. 2 Ut verò manè cum lacrymis & gemitu
ces peregissem, indormivi subitò: Et *ostendit mihi Dominus vas Figuli, tan-
n Ollam confractam, cujus testas conglutinare tentabam, sed frustrà.* 3 Exper-
cto mihi dixit Dominus: *Ne mirere serve mi, contumeliâ affici sermones me-
Incrassatum est cor vanis cogitatibus & ratiocinniis, & incredulitate, qvi à consiliis
ebelant.* 4 *Conqvebant tanquam in olla sermones ab ore meo profectos: remansit ta-
lis cruda, qvam non concoqvent.* 5 *A Vobis duobus dilectis testibus meis
actum est, qvod eos non celastis consilium meum.* 6 *Sciat Princeps, proditiones
lvaniorum fore super caput ejus locô Coronæ Regni Hungariæ.* 7 *Recident n. su-
comminationes meæ, Patri ejus cum obtestatione factæ.* 8 *Ecce Novacula est
u mea, ea qvidem acuta, ad detondendum gloriam Domus Racocianæ! transfere-
iqvitas Domûs Austriacæ super domum ejus.* 9 *Principissa malè impegit,
bus suis ad fœde. a Polono jungenda: rescindi volet, sed serò.* 10 *Adjunctus ti-
is meus, exeat hâc Terrâ* (sit sfactum ab illo est mihi) *excutiatq; pulve-
edibus suis.* 11 *Sed & tu exibis: mihi cura erit Vestri.* 12 *Zorobabel fuit
incipis, hic verò Semei est.* 13 Adjuncto scribe, ut hæc nemini revelet:
neo id obsigna, ut in silentio sit: Date honorem mihi æternùm vincenti. 14. Fe-

ſtina domum (peregrè enim tunc eram) ſcribe hæc, & ad illum mitte. 5. Feci igitur, ut mandatum fuit à Domino meo. Illi gloria.

[v 6, &c.) Eveniſſent dubiò procul hæ comminationes niſi Princeps vel tandem exſeqvendæ Voluntati Dei animum applicuiſſet, eòipſò mox annô, conſilia Septentrionalibus communicare inchoans, menſe Junio. v 10. *Exeat hâc Terrâ*) Factum. v 13. *In ſilentio ſit*) Nempe ad tempus. Poſtea enim omnia edi juſſa ſunt, Rev. CCXLII. 7.]

Revel. CCXIX. 10. Jan.

[Conſolatio Videntis, & Adjuncti, & And. Klob.]

EXpergefactus triſtis orabam, & Dominus ad me: *Bonô ſis animo ſerve mi, obvelavi ego te miſericordiâ meâ ab illis, qvi te affligunt fruſtrà.* 2. *Adjunctus implebitur gaudio ſuper iis, qvæ per te nunciata ſunt.* 3. *Klobucicio benedicam, & Domui ejus, propter ſinceritatem & confidentiam, qvâ erga illum (Adjunctum) utitur.* 4. *Cùm illum hac è terra eduxero, gaudebitis: tu tantùm memento ut dignè facias opus ad quod te elegi, &c.* 5. Ego verò cogitabam, qvæ nuper ad Adjunctum miſſa fuerunt annon communicaturus eſſet ea, contra interdictum. 6. Dominus verò bis ad me: *Nil metuas, nil metuas, ſerve mi, omnia ſe rectè habebunt.*

[v 3. *Ergà Adjunctum utitur*) Utebatur reverà: poſtea tamen prudentia ſua Politica obſtitit, ne per omnia obſeqveretur Deo.]

Revel. CCXX. 21. Jan.

[Morbus Mundi immedicabilis duplex, *Vanitas & Incredulitas.* 3. Videns dimitti orat, 5. Et ſolatiis erigitur, 6. &c.]

A Suſpiriis meis matutinis dixit Dominus, *Redormi*: & mox me ſomnus occupavit. 2. Et vidi perelegantem Eqvum, cui ephippium ſuperſternebam: expergefactusq; momentò, cogitabam Mundi ſtatum præſentem. 3. Et Dominus: *Duo ſunt in Mundo qvibus remedium non invenitur, Vanitas & Incredulitas: iſta Mundum abducunt, ut ad ſe redire neqveat.* 4. *Si Princeps opus meum non aget, alium inveniam qvi aget.* 5. Ego itaq; miſericordiam exorare cœpi, Illi & mihi, cum lacrymis petens dimitti ex afflictiſſima ſorte hâc: horror enim invaſerat me. 6. Dominus verò ad me: *Ne affligare, patiens & taciturnus eſto: Venient dies tui, meô non tuô, tempore.* 7. *Exit annus trigeſimus qvartus humiliationis Veſtræ, hôc annô: impletus eſt calix veſter, nondum expleta immanitas Tyranni.* 8. Scribe, & hæc tuâ causâ conſigna, &c.

[v 7. *Annus 34. humiliationis Veſtræ*) Initium humiliationis Evangelicorum in Boh. & Moravia

Moravia fuit clades Ordinum in Albo monte, Anno 1620: quibus 34. annis additis prodibit Annus 1654. qvô hæc dicta ſunt.]

Revel. CCXXI. 30. Jan.

[Humana ratio ſtolidè obluctatur Deo, 2. Principiſſæ Tranſ. non adornanti ſubſidia Turcis, comminatio, 4. 11. Revelationes hæ publicandæ, 8.]

Nocte mediâ expergefactus orabam: & incidit cogitare, Non impleri ea quæ Dominus loqvi mandaverat. 2 Sed facta eſt ad me vox Domini mei & Dei mei: *Stolida humana ratio impedimenta ponit apud ſe iis, qvæ conſiliis meis decreta mando exſeqvenda hominũ filiis, phantaſiis potius duri cordis ſui, & ſermonibus meis obluctantis, obſeqventibus.* 3 *Idq; tam diu, qvamdiu longanimitas mea tolerat, etiam in iis, qvibus de voluntate mea per vos ſum loqvutus: qvi, ſi ſic pergent, accipiet mei cædem denunciatam pridèm.* 4 *O ſi fuiſſent obſeqvuti, Princepsq; mater Libros meos in uſum Turcicæ Gentis adornari curaviſſet, jam cœpiſſent aperiri multorum oculi, etiam in aliis gentibus.* 5 *Sed magis illa ſordes avaritiæ ſuæ, & fimum expenſarum æſtimat, qvàm pondus mandatorum meorum.* 6 *Inveniam ego alios, qvi hâc parte ſervient mihi: Illius vero Domus utinam non deſerta fiat vaſtatione æternâ!* 7 Qvibus ego auditis cogitabam, qvid ſcriptis hiſce futurum eſſet? 8 Et Dominus: *Typis publicabuntur, primùm Latinâ lingvâ, unde alii ſuas in lingvas transferent; lingvâ autem Veſtrâ ultimò.* 9 *Opus meum qvòd non faciunt habitatores Terræ, ſcias in occulto nunc ab iis illud cudi: ſed non diu tardabunt.* 10 *Qvia dies à me prædeſtinati veniunt, ubi & Vos liberabimini: tantummodò mihi confidite, & eſtote patientes.* 11 Addebat Dominus zelare contra Betulletum, etiam verba *Jerem.* 11. *v.* 14. uſurpans: *Videbis qvid ego ſim facturus, ſi non obedierit.* 12 Sufficiat modò: ſurge, & hæc ſcribe pro te! Hallelujah.

[*Typis publicabuntur*) Ecce factum tandem in ſignum veracitatis Dei! mille licet ſeſe interpoſuiſſent obſtacula! v. 11. Exemplum eſt efferveſcentis, rurſumq; deferveſcentis iræ Dei, juxta illud Jeremiæ 18, v. 7, 10.]

Revel. CCXXII. 31. Jan.

[Domus nova, nondum dealbata, 1, 4. Veſtisq; nova, veteribus disjectis, 2, 3. Domus Palatina in Anteſignanum cauſæ Dei eligenda, 5.]

Ndormivi ante diluculum, introductusq; fui in Domum novam, conclavibus nondum dealbatis: aderantq; cibi parati, qvos nemo adhuc delibabat. 2 Et interrogatus fui, qvomodo iſta placerent? dataq; mihi fuit Veſtis pulchra, ſed plumis infecta, qvam repurgabam. 3 Aliæ autem veſtes, pallia & tunicæ, impuræ, laceræ, lugubres, maculoſæ, jacebant hinc inde disjectæ: & evigilavi. 4 Dominus verò ad me: *Domus mea nova ædificatur, ſed nondum*

dealbata eſt: qvia nondum inter ſe determinarunt Gentes, qvomodo & unde ædificari & dealbari debeat. 5 *Domus Palatini Heidelbergenſis habet vota: qvia Sveci, Hollandi, Angli, eligere hanc in anteſignanum cauſæ meæ cogitant.* 6 Qvod ægrè intellexi: oravi tamen, ut opus hoc ſuccederet celeriùs, & pro iis qvos in media ſibi elegit Dominus. 7 Dominus autem: Conſigna hæc, & utere patientia & confide: Omnia ego ſum facturus, ubi tempus venerit meum.

[# 6. *Qvod ægrè intellexi*) Innuitur procul dubiò ægrè proceſſurum opus: præſertim ratione Hollandorum, Palatino huic (Regi Sveciæ facto, Revel. XLVI. # 27.) diu obſiſtentium. Vide Revel. XCIX. # 14, 17. (# 7. Prolongatio adhuc intelligitur, cum certitudine tamen eventûs, cùm Dei hora venerit.]

Revel. CCXXIII. 1. Februarii.

[Hominibus ſuper propriam rationem ſeſe fundantibus non prodeſt, tametſi de cœlo Deus loqvatur, 2, 3, 5, 6, 7. Mariæ fides, # 4. Angeli humilitatis magiſtri, 8. Deo fidendum, 10.]

DIes jam erat: ego verò admodùm angebar animô, qvòd annus jam decimus currat ab initio ſermonum ad me prolatorum, propter qvos contumelias patior. 2 Et facta eſt vox Domini ad me: *Eſto vigil & fidelis, ſerve mi! nihil reſpectans (ut ne me lædas) hominum judicia, nolentium credere mihi ut faciant voluntatem meam.* 3 *Seqvuntur enim illi ductum phantaſiæ ſuæ, cum inani ratiocinatione, quam ego optimè intelligo, qvis, qvando, & quid, de ſermonibus meis cogitet.* 4 *Maria, cùm annuncianti Angelo fidem haberet, contra naturæ curſum rite concipiendi me accepit: non priùs tamen, qvàm cùm plenitudo temporis veniſſet.* 5 *Hi autem Vobis teſtibus meis fidem non habent: ſed & qvamvis ipſe de cœlo loqverer, parum prodeſſet cordi obſtinato, & ſe ſuper rationem propriam fundanti.* 6 *Annon Pater meus de cœlo teſtatus eſt, me Filium eſſe ſuum dilectum?* 7 *Nolunt illi aliter, qvam tempora mea temporibus ſuis metiri, & opus meum ad arbitrium ſuum diſponere: qvod ego in poteſtate mea, arcanoq́ue conſilio meo, poſui.* 8 *Qvære ex Angelo: Non aliud dicet, qvam conſilia mea, viasq́ue meas, ab illis qvoq́ue abſcondi, ad tempus mihi notum.* 9 *Submovi ego de via multos inobſeqventes, qvibus denunciaram ut facerent opus meum: ego verò ſine illis qvoq́ue ago & agam opera mea.* 10 *Tu mihi confide, unà cum illo quem adjunxi tibi: qvi ſubmoveat ſe ab oculis ingratæ hujus Gentis.* 11 *Mihi cura erit Veſtri: Tu interim tacitè utere proviſione meâ, venient ſolatia tua.* 12 *Surge, ſcribe hos ſermones meos!* *Qvod feci, inuſitatô perfuſus gaudiô, cum lacrymis agens gratias Deo, &c.*

Revel. CCXXIV. 2. Febr.

[Conjecturæ humanæ lubricæ, 2. Filii hominum stolidi, 6. Consilia Dei impenetrabilia,
8. Poculum æternitatis, 12, 19. Liber Sapientiæ Dei, 14, 21. Domus Rac. & Aust. 22.
Videns cum Adjuncto ire jubentur, & qvò, 24.]

ITerum ad me verbum Domini factum est, diluculò, dicentis: *Omnia ver-*
ba qvæ tibi unqvam sum loqvutus, ut hodie in memoria sunt mihi. 2 *Sed scisne*
tu, tempora mea æterna esse, diversa à temporibus Vestris temporaneis? 3 *Nam con-*
jecturæ Vestræ magnitudinem æternitatis assequi non possunt: qvia æternitas ex me est &
non ex Vobis; ex me dico, & non ex Vobis hominibus. 4 *Rectè dixit ille: Verbum erat abs-*
conditum ab illis, neq; intelligebant qvæ dicerentur. 5 *Bonis erit benè in æternum, malis*
malè: Explebit, explebit, explebit mensuram suam Mundus (ubi nemo nosse vult fi-
nem suum) *citò.* 6 *ô Stolidi, & stulti, filii hominum! qvi juxta rationis dicta-*
mina judicia formare vultis de omnibus! in meq; transferre culpam, qvòd sim homo
austerus. 7 *Omnia consvevistis agere secundùm opinionem cordis, & non secundùm*
scientiam fundamenti veræ scientiæ. 8 *Bonum esset Vestrûm aliqvem, vel unum, pe-*
netrare in intima consiliorum meorum; sed ne unus qvidem adhuc fuit in terra. 9 *Mit-*
tite igitur de me qviritari, & de factis Operis mei optimi: sed incusate Vos ipsos, & fa-
cta operis Vestri mali. 10 *Multa bona egi Vestri causâ: sed exspecto dum compleatis*
Vos mali opus Vestrum malum. 11. His ego lapideæ tabulæ perdifficiliter in-
scriptis, orabam, cum fletu implorans misericordiam: simulq; obdormivi.
12. Et vidi me introductum in Conclave, ubi sedebant personæ tres singu-
lares, habentes in medio vasculum admirandum, ex qvo infundebant in
scyphum liqvorem purissimum, ebibebantq; singuli singulos. 13 Ego ad-
stans cogitabam. Num & mihi essent largituri de potu illo, cùm vasculum
adeò esset parvum! & mox eorum unus infundens in pusillum vitrum, ex-
hibuit mihi. 14 Qvod qvum ebibissem, dederunt mihi Libellum perele-
gantem, extra & intus depictum, cui similem nunqvam vidi: qvô apertô,
qværebam Scripturam aliqvam concione illustrandam. 15 Ecce autem
scriptura ibi nulla fuit! sed characteres varii, aurô fulgentes, odoremq; fra-
grantissimum de se spargentes. 16 Mox autem evigilanti mihi venit in
mentem illud Apostoli (1. Tim. 3. 16.) *Manifestè magnum est pietatis mysteri-*
um, &c. 17 Et facta est ad me vox Domini: *Serve mi, etiam tua memoria*
labilis est, operosè tecum ago, sermones tamen mei mox vanescunt apud te. 18 Quod
ego, ad pedes Domini prolapsus, humiliter fassus sum, qvestus debilitatem
qvâ circumdamur habitantes in terra, ut sine ope illius nihil qveamus.
19 Dominus autem perrexit: *Vidisti nos, personas tres, bibentes de vasculo Æter-*
nitatis. 20. *Dedimusq; ad bibendum tibi qvoq; participanti Animâ de æternitate:* qvæ
verba gaudium & lacrymas mihi excusserunt. 21 *Vidisti & Librum Operum*

nostrorum, Sapientia aterna: de qva sapientia Vos inclusi tempori nihil intelligitis, donec transferemini in lucem inaccessam. 22 Serve mi, *Domus Betulleti, sicut & Domus Austriaca, festinant ad finem suum.* 23 *Adjunctus abducere te secum cogitat* (in Poloniam): *sed exspecta dum congrediamini, in loco qvem ostendero.* 24 *Eat ille Septentrionem, tu Meridiem versùs: sed convenietis ad portam Templi mei.* 25 Surge, adi cœtum sacrum: reversusq; ista scribe, &c.

[℣ 24. *Ad portam Templi mei*) Exponitur hoc Revel. CCXXXIII. ℣ 10.]

Revel. CCXXV. 7. Febr.

[Videntis pro Principe R. preces, 4. Promissio de fulgure à Septentrione venturo, 5. Bos gramen mavult, qvàm aurum, 7. Germania concipit odium in Domum A. 9. Acetum odii diffundendum in domo R. 10.]

A Solis ortu horâ secundâ indormivi (æger enim decumbebam) somniabamq; me concionem habere *de Providentia Operum Dei*, qvomodo ex illo, per illum, & in illum veniant omnia: idq; tantâ contentione, ut expergefierem. 2 Dominus autem cæpit mihi loqvi admiranda, qvibus capiendis nec intellectus meus sufficiebat, nec memoria. 3 Tandem dixit: *Me solum time serve mi, neq; movere malitiâ Mundi, eorumq; qvibus ingrata fuit, & est, vox mea.* 4 Ego verò cæpi orare pro Betulleto (pro qvo preces fundi jam prohibuerat Dominus Rev. CCXXI. 11.) prætendens infirmitatem naturæ humanæ. 5 Et respondit Dominus: *Si non profuerit illi fulgor à Septentrione, qvô illum collustrare volet Corona Svecia, suffragatio tua non juvabit.* 6 *Ecce vana illius, & Consiliariorum, rationes, similes sunt ratiocinationi brutorum & jumentorum!* 7 *Ostende tu Bovi Aurum pretiosissimum, & Argentum purissimum, intuitus ea contemnet pra vili herba & gramine, qvâ pasci gaudet: ita sunt qvi terrenas suas ratiocinationes seqvuntur, ad se, non ad me, conversi.* 8 *Ecce Occidentales plus jam intelligent: qvare istuc festinet Adjunctus, ibi locum inveniet consilium meum.* 9 *Iam n: tota Germania odium concepit Domûs Austriaca, deprehensâ illius perfidiâ.* 10 *Princeps R. si voluntati mea resistere perget, Ego velut acetum diffundam Odia suorum contra eum: Tu mihi confide!* 11 Ego verò denuò ardentissimè oravi pro Principe. 12 Et Dominus: *Surge, ista scribe, vigila, ora.*

[℣ 5. *Fulgor à Septentrione*) Venit is biennô pòst, & profuit. Vide infra Rev. CCCLXXXII. & CCCXC.]

Revel. CCXXVI. 9. Febr.

[Lanecius cum donis, 1, 3. Veternus Mundi, 2. K. J. 4. Ferd. de solio cadit, tanqvam Eli, 5. Nationes flagellis ferreis ad flagellandum Terras ejus, 6. Videnti cum Adjuncto labores promittuntur, 7. *Polonia vastanda primò*, 8. Pr. Radzivilius, 9.]

PEractis matutinis suspiriis, redormivi: vidiq; Patrem Lanecium distribu-

eutem

entem inter nos munuſcula, neſcio qualia, obvoluta enim erant. 2 Expergefacto dixit Dominus: *Veternoſus Mundus non vult agnoſcere* (appropinqvantem)*terminum ſuum.* 3 *Oſtendi tibi Lanetium dilargientem: fiet per Adjunctum, qvem ſollicitationibus diſtrahunt ac turbant, de qvo ad te ſcribit.* [Accepi eâdem die.] 4 *Kemeni Ianoß intellexit aliqvid de voluntate mea: ille tranſactam reddet cauſam meam Betulleti locô.* 5 *Germania conſiliis ſuis ſubvertet ſolium cui inſidet Ferd: de qvo ille lapſus cervicem franget, & gloria ejus, ſicuti factum eſt Eli.* 6 *Ecce Nationes veniunt cum flagellis ferreis, ad flagellandum terras Domûs Auſtriacæ: Væ illic Idololatris!* 7 *Tu exſpecta ſolatia tua, qvæ appropinqvant: & corroborare ad labores, in qvibus operâ Tuâ, & Adjuncti, decrevi uti in præſentibus Mundi procellis, qvibus ignis iræ meæ veniet ſuper omnes Nationes terræ.* 8 *Primùm autem ſuper Polonos, gentem inſenſatam, doloſam & naſutam: ante alias Gentes in deſertum convertentur.* 9 *Radzivilius diluvium hoc ſiſtere laborabit, ſed non poterit, &c.*

[v 4.) Impletio, expectanda.]

Revel. CCXXVII. 20. Febr.

[Hungari operis divini ſocordes, 1. Adjuncti operâ ad alia utuntur, qvàm ob qvæ ad ſeſe miſſus fuit, 2. Videns itineri ſe parare jubetur, 3.]

Diluculô dixit ad me Dominus: *Serve mi, in res à me tibi manifeſtatas nihil inqvirunt Propinqvi.* 2 *Opus Adjuncti qvod pro ipſis facit, placet eis: qvod autem pro me agit, id non attendunt, obſoleſcit illis, noſſe nolunt.* 3 *Tu itineri te para, qvod tibi inſtat: ſed attende tibi.*

[v 2. *Opus pro ipſis facit*: Scholaſtici erant labores.]

Revel. CCXXVIII. 22. Febr.

[Benignitas Dei adverſus Nationes Terræ in furorem vertitur, 2. *Primumq; adverſus Polonos*, 6, 13. Gentes infideles attonitæ qværent ſalutem, 7, 8. Antichriſtus, 9. Betulletô facta dehortatio, 11, 12. Væ ſuper Polonos, 13.]

Ab hora undecima, cùm orare ceſſaſſem, dixit ad me Dominus: Scribe, qvod tibi nunc loqvar. 2 *Ecce ego jam judico Gentes Mundi, & Eccleſiæ, variasq; illorum contra me blaſphemias: qvas de ſe non eluent, niſi ego illis veſtem ſuperſtitionũ & Idololatriæ detraxero.* 3 *Nam video fruſtra cum eis laborē ſumi: Benignitas mea nihil in eis proficit, vis & diritas adhibenda eſt.* 4 *Severè id fero, qvod vim adhibere cogar, qvalem non adhibui à temporibus Noæ, præconis juſtitiæ.* 5 *Ecce tot ſeculis inclamabam Vos,* 6 *Nationes, per teſtes meos, ab Apoſtolis ad hunc usq; diem! ponens in eorum ore teſtimoniũ voluntatis meæ, judiciorumque per Legem, Prophetas, Evangeliſtas & Apoſtolos denunciatorum: ſed in caſſum apud pleroſq;* 6 *Ecce igitur ego Vobis omnibus judicii diem denuntiabo, denuntio, & denuntiavi nunc jam: ad perpurgandum Vos primùm ô Natio Polona, & Coſaci, in exemplum infidelium Gentibus.* 7 *Qvæ ſi expareſcent me, qværent*

*qværent ex Vobis testibus meis, qvi Legem meam sanctam habetis in manu, consilium
salutis.* 8 *Qvod illis dabitis, ostensô illis Salvatore animarum suarum: portabuntq;
illi qvoq; jugum meum diebus suis, sicuti portârunt majores Vestri diebus suis, usque ad
dies seductionis per Antichristum factæ.* 9 *Non intellexit Antichristus, cùm per mul-
ta secula trucidaret Cultores meos, qvid de se exituq; suo, decretum sit apud me, cùm
alibi tùm in hac Terra.* 10 *Idcirco desinite malè facere, & discite benè facere! Vos
etiam qvibus hac in Gente voluntatem detexi meam, ut benè sit Vobis & posteris Vestris.*
11 *Beëlzebubum affectat Regnum Poloniæ: sed qvàm bonum illi esset me seqvi, & meâ
acqviescere gratiâ.* 12 *Nisi adhuc obediant mihi, assequetur hoc, ut Mundo statuatur
in exemplum.* 13 *Væ, væ Polonis & Cosacis! aliena Gentes devorabunt eos: hôc an-
nô eos asseqvetur decretorium judicium meum, sicut & Domum Austriacam.* 14 *Tu
tibi attende, signumq; in manu gesta, sicut mandavi, tuo bonô.* 15 Ego verò lau-
dabam Deum, decantato 67. Psalmô.

[✝ 11. *Regnum Poloniæ*) Affectandi illius occasionem dederant ipsimet Poloni Racocüs co-
ronam tùm à Vladislai morte, tùm postea (iteratis etiam legationibus) offerentes. ✝. 13. *Hôc
anno*) Fuit à Mosco ingenti Exercitu in Lithvaniam effuso, omniaq; subjugante. *Sicut &
Domum Austriacam*) Factum, exstinctô Ferdinandô IV. designatô Romanorum Rege. V.
Rev. CCLI.]

Revel. CCXXIX. 23. Febr.

[Visio dirutæ Domus, Arcæq; sepulchralis, Domus Austriacæ ruinam nuntiat, 2, &c. Nationes ad opus Dei invitantur, 13, 15. Gladius Dei, & Sagittæ, jam non resiliunt, 16. Nihil superest, qvàm ut agatur Opus Dei seriò, 18, &c.]

Iterum ad me factum est Verbum Domini, cùm post matutinas preces re-
dormiissem. 2 Videbar mihi disponere ædificium novæ Domûs: qvia
vetus diruta erat. 3 Et posita fuit ante me *Arca sepulchralis*, seu loculus qvô
condi solent mortui: ad qvam adventantes multi qværebant, cujusnam es-
set? nam claves ab illa mihi erant traditæ. 4 Ut evigilavi (jamq; dies fuit)
audivi vocem Domini: *ô Domus Austriaca, ô Domus Austriaca!* 5. Qvâ ego
auditâ, recogitabam somnium, & verba illa. 6 Dominus verò post benè
longam moram iterum: *Domus Austriaca, Domus Austriaca, jam venit ruina tua,
de qva dudum tibi sum loqvutus, serve mi.* 7 His ego auditis cogitabam, Num
de Cæsaris morte loqveretur Dominus: cùm Arcam sepulchralem vidissem,
clavesq; illius accepissem. 8 Dominus autem: *Non de morte illius loqvor, sed de
exitu dominationis ejus.* 9 *Nam ecce hodie, hodie, decretum est in Nationibus, cum
Imperii Ordinibus, ut dejiciatur de suo Dominatu, Imperiiq; Romani fastigio.* 10 *Ecce
jam decidit Corona de capite ejus! ecce jam Rosæ deliciarum ejus recesserunt! ecce dul-
cedo nectaris ejus, & olei, in venenum & absinthium abierunt!* 11 *Væ, væ Vobis
etiam,*

iam, qvi falsò, & vanis pollicitationibus thronum ejus fulciebatis, sine misericordia
r veritate: advenit finis versutiis vestris, non invenietur qvi opem ferat. 12 *Obse-*
rvi ego sigillum septimum, & obsignavi annulô meô, ut aliter fieri neqveat, 13 *Qva-*
opter ò Vos Testes mei, invitate jam, invitate Nationes Terræ, ad diem & horam Ope-
s mei magni & terribilis, ultionum de Idololatris sumendarum. 14 Hucusq; cùm
Iet ventum, verti Tabulam in alterum latus, cogitans an porrò aliqvid es-
m scripturus: & Dominus, *Totum implebis*(hoc etiam latus)*scribe.* 15 *Ecqvis*
estrûm fidissimus mihi est inter filios Romani Imperii, & Ecclesia mea, sponsa mea cha-
ssima? Tolle manum & percute columnam Domûs illius, ad evertendũ eam. 16 *Domum*
co Meretricis, sedentis super Bestiam, ebriæ sangvine sanctorum: nihil jam metuens, ne
siliat Gladius, aut revertatur Sagitta. 17 *Hærescent jam judicia mea in Columna*
a: contra qvam rugitum edidi, audieturq; in occasum usq; vox hæc. 18 *O tu Orien-*
lis, noveris voces vindictam clamantium contra scelera Terræ hujus, Idololatrarum, ve-
sse ad me nunc: qvis jam Vestrûm non videt, longanimitate meâ nihil profici? 19 *Exi,*
i, ò Gladie! discute fastum Babylonis! disjice turres ejus! 20 *Convellite radices,*
per qvas Abominatio stabat! nam dies meus jam advenit. 21 *Væ Vobis, si non au-*
ultaveritis mihi, omnia in promptu habenti in auxilium Vestrum! 22 *Nihil Vos,*
vomodo res processura sit, intelligitis: intelligetis autum simul atq; opus meum inchoa-
ritis. 23 *Incipite igitur citò ac velociter, velociter dico: hic enim Vobis fuit obex in*
a, qvòd diem & horam exspectabatis, nescii qvando ventura esset. 24 *Et qvis autem*
lius Vobis eam indicare potuit præter me? qvi Omnia sub potestate habens mea, tempora
rmo rebus omnibus, finesq; præstituo qvos dimovere nulla res potest. 25 *O filii homi-*
um, jam mihi non convenit spectando tolerare pravitates illas, qvæ sub Arbore hac pro-
escendo, ad nubes usq; assurgebant meas. 26 *Accipient, jam accipient, duplam mer-*
edem de manu mea exsecrandi Idololatræ: Vos autem cognoscentes Nomen meum (qvod
gnoscere non poterant, propter tenebras superstitionum Antichristianarum, Gentes infi-
eles) lætificabimini. 27 *Tu igitur serve mi scias certò, non inanes fuisse, & fore, ser-*
mones meos: neq; tuam & Adjuncti, tibi mihiq; dilecti, operam. Vigila & ora!
8 Qvod feci, multo cum fletu: reversusq; in lectulum decantabam Psal-
mum 20, &c.

REVEL. CCXXX. 24. Febr.

[Polonia primùm ardebit, 1. *Videntis pro ea preces,* 2. *Promissio seni facta de non videnda prius morte, qvàm post mutationem rerum,* 3.]

DIes jam erat, cùm post preces meas Dominus, diceret: *Molarem lapi-*
dem appendi collo Poloniæ, ut Terram illam cum habitatoribus suis projiciam in
rofundum maris Iræ meæ: qvæ jam ardet contra Gentem istam. Para hæc. 2 Et
oravi pro iis qvos ibi habet Deus, veros cultores suos. 3 Dominus verò,

aliqvantò pòst: *Vivo ego, non exiturum te Mundo, nisi priùs reparatam videris in Gentibus gloriam meam.* 4 Qvod ego cum gaudio & timore excepi, Simeonisq; recordatus, exclamavi: Misericors Pater, Omnipotens Creator, &c. (hymnus est Ecclesiasticus.)

REVEL. CCXXXI. 26. Febr.

[*Visiones svavissima, trium personarum aeqvalium*, 2. *Adjuncti*, 3. *Beatorum qvorundam*, 4. *Matris Ecclesia*, 6, 13. *Tempora Dei velocissimè currunt*, 7. *Subsidia Videnti*, 8. *Hungaria populis implenda*, 9. Adjunctus in Poloniam, 11, 12.]

ITerum Vox Domini facta est ad me, post præmissam (diluculi tempore) Visionem singularem. 2 Vidi personas tres per omnia sibi similes, staturâ, vultu, habitu: & circa illas alios mihi notos, ut Henricum Evanovicium, Joh. Chodnicium, &c. 3 Inter qvos & Adjunctus meus, facie læta, qvem osculô excepi, & ille me: Illi verò tres abierunt nobis è conspectu. 4 Et conspexi sedes pulcherrimas, amœnitatis plenas; qvibus insidebant Viri fæminæq; formâ insigni, tacitè, manus habentes complicatas: qvô ego visô, meas etiam composui manus. 5 Illi ergò me submissè alloqvuti, sed svaviter, & admodum penetranter, dixerunt: *Rectè faciunt, qvi nobiscum ita faciunt, nobiscum solamen accipient.* 6 Rursum vidi Mulierem, sinu gestantem puerulum formosum: qvem exemplo Patris ibidem adstantis, osculatus sum. 7 Tandem evigilavi, & Dominus ad me: *Ingenti velocitate currunt tempora mea, hora horam premit, & dies diem: nam pondus judiciorum meorum jam exiit.* 8 *Tibi subsidii parum veniet Epeiesinô, plus de campis Radziviliensis: desiderabit te videre, & ibis, si jussero.* 9 *Volvunt se agmina super hanc Terram, ut iis campi futuri sint angusti: etiam ex Polonia contrudent se huc multi.* 10 *Habitatores Terræ hujus multi consilium reqvirent à Principe, contrà inqvietare volentes Terram hanc.* 11 Ego verò cogitare cœpi, *An Adjunctus esset iturus in Polonicam illam procellam?* & Dominus, *Ibit, & protectio mea cum illo.* 12 *Ibi ille promovebit vocem Tubæ meæ ad Gentes Orbis: ego verò illum pòst deducam, qvô decrevi.* 13 *Vidisti Matrem Ecclesiam, gremiô complectentem Vos filios suos.* 14 *Iam verò surge, & hæc illicò scribe, precum & jejunii memor.*

REVEL. CCXXXII. 7. Mart.

[*Assentatores Domûs A. abscindendi*, 2. Videns eventum visurus, 3. *Mundus mortuus sepeliendus*, 4. *Nuptiæ*, 5. *Pisces transmarini*, 6. *Schola, & liber Judiciorum Dei*, 8, 9. *Videnti labores imponuntur ardui*, 11. *&c. Mundus quid fiat non intelligit*, 14. Ordo instituendus por totum Orbem unus, 15, 16, 17.]

Inter

INter matutinas preces indormivi, & mox evigilavi: & Dominus ad me,
Fidelis ego ero in sermonibus meis. 2 *Nam abscindentur à Domo Aust. loqventes men-*
dacium, in die ultionis qva sese volvit. 3 Iterum Dominus: *Finem apud me invene-*
runt labores tui, serve mi: à qvibus tu non eximeris, nisi postqvam evenerint omnia de qvi-
bus tibi dudum est loqvutū os meum. 4 *Ecce ostendi tibi funus, & exsequias, mortui Mun-*
di, cum mortuis erga me Creatorem habitatoribus suis. 5 *Ostendi tibi & Nuptias, quarū*
dapes paucissimi delibabant & edebant, vix è millenis aliqvi: qvod ad tempus à me deter-
minatum erat, ut videndo non viderent, & audiendo non intelligerent, destituti luce Legis
meæ. 6 *Vidisti & Pisces, parvos & magnos: qvorum unus capite gestabat Insignia Do-*
mûs Aust. ex concreta sanguinea massa, qvæ in ejusdē Piscis capite evanuerunt. 7 *Trans-*
marini Populi ut pisces venient, potentiamq; & gloriam Domûs Aust. auferent, & disjici-
ent. 8 *Vidisti Scholam, & in ea sedentem Adjunctum tibi, Librumq; ab illo tibi datum:*
qvem legisti, sed scripturam ejus variam non intellexisti. 9 *Erat is Liber Iudiciorum*
meorum, qvem postremis hisce Mundi temporibus nemo habuit, præter Vos duos. 10 *Vi-*
disti & personam ejus, videbisq; brevi: modo mihi fidelis & obsequiosus esto, in toto
hoc opere mandatorum meorum. 11 *Nihil eorum sit in oblivione apud te, qvæ tibi*
unqvam loqvutus sum, omnia sint in promptu! & fac qviqvid mandavi de Domo Rac.
& habitatoribus Terræ hujus. 12 *Sic enim faciendo voluntatem meam obstrues os*
imprudentium: nihil faciendo ut alicui ægrè fiat, omnia juxta mandatum meum.
13 *Imponam ego tibi magnos labores & arduos, qvales tua in Gente nemo sustinuit*
unqvam: ut nomini meo tandem honorem dent etiam literatissimi. 14 *Iacent multi*
velut mortui adhucdum, ignari penitus quid in Mundo, & cur, à me fiat: sed cùm
ceciderint ab oculis eorum squamæ, videbunt me judicium meum inchoare cum Natio-
nibus Terræ. 15 *In quibus glorificari volo, per revelationem illis lucidi Operis mei,*
& manifestationem mandati de constituendo Ordine (rerum) *uno, per universum Or-*
bem. 16 *De qvo interrogabunt Vos duos, Testes mei: Vos autem non respondebitis*
aliter, qvàm qvomodo ego per te sum loqvutus, & loqvor, propter Vos ó Nationes.
17 *Nam ex Vobis, ut ex Vobis ipsis, nihil est: omnia ex Me.* 18 Satis nunc, sur-
ge scribe, &c.

[v 16. Videatur Revelatio XCIX. CLXIII. CCLXI.]

REVEL. CCXXXIII. 19. Martii.

[*Visio Templi, Frugum, Mulieris parturientis,* 1. *Videns increpatur qvòd non omnia revelata consignet,* 2. *restituendus officio suo,* 3. *Arbor evertenda,* 4. *Princ. Transf.* 6, 7. Exercitus Orientalis quorsum ire, & quid exseqvi, debeat, 8. *Iudicium vallis Iosaphati Ulma,* 9. *ad fin*]

OStendit mihi per nocturnam visionem Dominus *Templum,* & in eo *sug-gestum,* unde habebam concionem: ostendit & *Campum cum maturis fru-*

gibus; & *Mulierem parturientem*; & *Virum* habitu Germanicô decorô, cum qvo ego (habitu Theologicô vestitus) de rebus arduis conferebam. 2 Ut verò evigilavi, dixit Dominus: *Ingratè fero, qvòd non consignasti qvæ tibi præteritis diebus loqvutus sum.* (3 Fuerat autem loqvutus hoc etiam, *Recordatum esse misericordiæ suæ, promissionumq; mihi etiam factarum, de restituendo mihi Pastorali munere: qvam rem Adjunctum esse promoturum.*) 4 *Ecce vox ab Oriente ad Occasum, & à Septentrione in Meridiem! ut exeant & evertant Arborem, de qva ego dudum loqvutus sum Vobis servi mei dilecti, & testes ad Nationes Terræ.* 5 Dicito tu jam: *Vidi impium superexaltatum, tanqvam virescentem Arborem! & ecce transivit, & non fuit: excîsa enim est Domus Aust.* 6 *Princeps & Principissa mirè fluctuant, & se torqvent: qvid faciendum sit qværent viam* 7 *Si parturire incipient, benedices illis, & facies qvod mandavi cum Adjuncto, etiam Posonii: omnia cum precibus, tanqvam Viri Dei, facite.* 8 *Ad Viennam festinando festinet Orientalis Exercitus! Trucidate Idololatras, dejicite Idola, exurite Delubra & Domos sacrificorum!* 9 *Iudicium incipiat à Domo Austriaca, ad evertendam eam! incipiet autem non in valle Iosaphat, sed Ulmæ, hodie de initio audies.* [Allatus eâdem die fuit rumor de conventu Electorum apud Saxonem, ad consilia capiendum qvid agendum esset, cùm Cæsar nihil seriò, qvæ ad Pacem firmandam essent, vellet.] 10 *Et tu ibis Ulmam: ibi enim erit Templum illud de qvo Tibi dixi* [2. Febr.] *vos conventuros ad portam Templi mei.* 11 *Hic erit campus Iesreel, ubi judiciô condemnabitur Domus A. ab ordine Baronum, Eqvestri, & Civitatibus.* 12 *Ubi etiam sancietur, ut Ecclesiasticæ personæ ne utantur Gladiô seculari, sed spirituali, neq; dominentur Regionibus Terræ.* 12 *Eoq; modò Ecclesiastici Viri ministri sint, non Domini, conscientiarum, exemplô meô: qvi cùm sim Rex Regum, & Dominus Dominantium, servus tamen eram fratrum.* 14 *Ibi quoq; Vos duo denuntiabitis congregatis illis Voluntatem meam, qvam tibi jam declaravi: qvid per Nationes Terræ constitui deberet, ut observent Reges, Domini, Ecclesiæ Ministri, & Subditi, juxta determinationem Legis meæ.* 15 *Benè tibi sit, serve mi: scribe hæc, & protectio mea tecum erit.* 16 Ego igitur laudabam nomen Domini, decantans cum lacrymis Psalmum 90 totum.

Revelatio CCXXXIV. 27. Martii.

[*Videns ad Pr. Radz. mittitur*, 1, 3. *Regnum P. & Sv.* 3, 4, 5. *Nuptiæ Ecclesiæ*, 6. *Aqua turbida super Hung.* 7. *Calculatio numerorum*, 9. *Promissio Videnti*, 14. *Indormire jubetur & non potest*, 15. *Vigilanti ergò res novæ ostenduntur*, 17. *Ad Occidentem*, 18. *Meridiem*, 20. *Septentrionem*, 23. *Orientem*, 24. *Moravia, Silesia, Bohemia, cui assines*, 26. *Germania*, 30.]

DEnuò factum est ad me Verbum Domini, diluculô, dicentis: 2 *Serve mi, ostendi tibi per somnum munus tuum, ad qvod te vocavi: ostendi & pontes*

per

per qvos ivisti, & ibis cùm te misero illuc, qvô decrevi. 3. *Nam à Radzivilio vocaberis, interrogaberisq; , Ad qvem Regnum Pol. pertineat?* 4 *Qvòd si contabitur sincerè fidenter ac humiliter, dices: Iehova dixit,* TIBI, *in pensationem qvòd per Patrem tuum receperis propulsos meos.* 5 *Sed dabis partem terræ Regni P. in pensationem fidelitatis erga me Coronæ Sveticæ.* 6 *Etiam tibi ostendi* Nuptias, *& voces lætantium, ubi & tu accinebas Psalmum* 128: *qvod brevi fiet, ut intersis, & læteris, in nuptiis Sponsæ meæ Ecclesiæ.* 7 *Vidisti & Aqvas turbidas: ecce aqva iræ meæ impetu venient super hanc Terram, & venient citò! ubi & Vos in terrore eritis, qvia ecce tempora horarum mearum jam defluunt!* 8 Cœpi igitur orare, protectionem & misericordiam implorans: ubi Dominus, *Indormi denuò.* 9 Et momentô indormiens, vidi me cum multis, notis & ignotis mihi, rationes subducere dividendo: & conveniebat calculus exactè, ut mirarentur præsentes. 10 Aderat verò Adjunctus mihi etiam, qvem testem advocabam, numerata esse omnia rectè: qvi vultu hilari attestabatur. 11 Ut evigilavi, dixit Dominus: *Conveniunt numeri temporum meorum cum sermonibus, qvos tibi loqvutus sum: inveniétq; idem qvisqvis eos contulerit cum sermonibus, qvos unqvam de ultimis Mundi temporibus protuli.* 12 *Nec enim aberrabit decretum meum: de qvo brevi cognosces ex Adjuncto* [Et fuit, ut postridie venirent ab illo literæ, nuntiantes Chmelnicium (de qvo Dominus Anno 1653. Martii 26. dixerat, Victorem fore) Magno Duci Mosc. sese junxisse.] 13 Ego igitur ardenter oravi ut propitius esset mihi, ostensô signô gratiæ in reddendis mihi promissionibus factis: contestans cum Petro, *Tu Domine nosti qvàm te diligam.* 14 Et Dominus: *Confide fili, & dabitur tibi signum qvod promisi,* S. NB. 15 *Gesta & tu signum meum, jam in utraq; manu: vinumq; ne bibas cum qvolibet nunc, atq; indormi adhuc.* 16 Ego verò indormire, utut vellem, non potui, plenus cogitationum; & qvia septima jam sonuerat. 17 Iterum Dominus *Vel ergò vigilanti tibi ostendam, qvod per somnium volui: converte te ad Occasum!* 18 Et converti me: Dominus verò: *Ludum ludunt Occidentales, similem illi ubi Coni dejectantur Globo.* 19 Et vidi qvomodo nudatis brachiis globos adversùs sese ejectabant, & se invicem prosternebant, & in sanguine occisorum sese volutabant, eqvisq; in eo grassabantur: Et Dominus, *Ita secum ipsis agunt, & agent, qvos adversùs invicem concitavi.* 20 Iterum dixit Dominus: *Respice ad Meridiem, ubi Edom habitat.* 21 Et vidi vasis infundi turbidissimum vinum, potúmq; flammantem ignis instar, amarum, qvem qvi biberant, cadebant mortui. 22 De qvibus Dominus: *Sic ego Idololatras potionabo irâ veneni mei, ut pereant de Terra.* 23 Iterum dixit Dominus, *Respice ad Septentrionem!* Et ecce multitudo Exercituum veniebat: inter qvos ibant Viri graves, ferentes manibus suis faces & candelas, de qvibus Dominus; *His ego ad illuminandum Gentes uti volo.* 24 Tandem dixit, *Respice ad Orientem qvoq;!* Et vidi tanqvam volventes aqvas Exercitus, indutos loricis & cassidis, velociter ac rapidè, *Posonium & Viennam* versùs festinantibus, ante qvos cadebant Domus &

Templa magna, igne exusta. 25 Et Dominus: *Sic, sic exurantur & diruantur Domus Idololatrarum, in tota hac Terra.* 26 Ego attonitus orare cœpi, &
cogitare, qvid nobis futurum sit, qvum hæc fient. 27 Et Dominus dixit:
Cadent compedes de pedibus Vestris, viáq; patefiet redeundi in patriam: 28 *Cujus Dominus erit Elector Brandeburgicus, sicut & Silesia: Bohemiæ autem Rex Elector Saxoniæ.* 29 Ubi ego Heidelbergensem cogitabam, Friderici filium: & Dominus, *Insincerè se gessit Ratisbonæ, relinqvetur.* 30 *Nam Corona Sveciæ protectioni erit Germaniæ, cui pro præstita fide Germani tributa dabunt.* 31 Qvibus ego cum
admiratione & gaudio auditis, cogitare cœpi Adjunctum meum, qvòd ab
illo nihil acciperem literarum. 32 Dominus autem: *Non tardabit ille, accipies ab illo computum sermonum meorum, cum illis quæ in Mundo sunt.* 33 *Surge jam,*
& *scribe qvæ audivisti & vidisti.* 34 Ego verò cogitabam, An omnia hæc meminisse potero: Dominus autem, *Memineris.* 35 Et veniebant mihi in mentem versiculi (ex hymno Ecclesiastico): *Qvæ Deus olim decrevit arcano consilio suo,* &c. 36 Et Dominus iterum: *Surge, scribe, protectio mea tecum sit.*
37 Surrexi igitur, & hæc scripsi, juxta mandatum: Hallelujah.

[v 3. Non facta fuit Vocatio personæ Videntis, sed Revelationes hæ postulatæ (per ejus in Transylv, Legatum) & ex parte communicatæ: qvibus illum non habuisse fidem, innuitur infrà CCCLXII. 4. v. 19. Atterebant se per id tempus mutuis cladibus Hispani cum Gallis, ad Atrebatum, & in Catalonia. v. 28, 29.) Contrarium comminationi huic promissum fuit ante septennium, Revel. XXXIX. 3. An ergò decretum Dei mutatur? Videatur 1, Sam. 13. v 13, 14. & cap. 15, v 11. & 29. & 1. Reg. 11. v 11. & Psal. 89. v 4, 21, 29, 30, 36, 39, 40. Vide & hîc infrà Rev. CCXXXVI. 12, 13, 14, & CCXLIV. 24, 25, 26. Qvanta hæc affectuum Dei ergà nos (si hæc verè divina sunt) reciprocatio! Non fortè tamen in se (Deus enim non est homo, qvem pœniteat) sed respectu nostri: ut timeamus illum apud qvem misericordia & ira citò proximant, & in peccatores ira ejus parata semper, Eccles. 3. v 13. & Ecclus. 5, v. 7.]

Revel. CCXXXV. 16. Aprilis.

[*Solatia Videnti*, 2, 14, 15. *Gentes se ad exseqvutionem judiciorum Dei disponunt*, 4. Adjunctus exire jubetur, *serò ab ingratis reqvirendus*, 6, 7. *Comminatio facta ingratis*, 8, 10. *Christi Divinitas, & honor*, 12, 13.]

ITerum ad me factum est Verbum Domini, post matutinas preces.
2 *Ne tristare serve mi, fidus esto: invenient finem suum sermones mei, sicut invenerunt antiqvorum testium meorum, qvanqvam non omnia ipsis vivis.* 3 *Detrahent tibi honoris indumenta multi, noti & propinqvi: sed manebit tibi apud longinqvos.* 4 *Nam instant alii aliis, ut exseqvantur voluntem meam, per eum qvem tibi adjunxi demonstratam: concludentes jam inter se, qvis, unde, & qvomodo, initium debeat facere.* 5 *Con-*

cilia

*cuſſi enim Terram,& commovi montes, in congregatione Gentium: qvod cognoſces à tibi
mihiq; dilecto,cujus varie turbant viam.* 6 *Q.i cùm ab illis exierit,ibit cum illo benedictio
mea,nam ficte cum illo & mecū agunt, qvaſi ſint Natio reverenter, habens me & ſermones
meos,ſed opus & res deſunt.* 7 *Cum ab illis ſeceſſerit,ſuperincumbet illis ſeveritas mea:re-
qvirentq; illum ſicut Saul Samuelem.* 8 *Ah qvàm tergiverſantur! ſed ne miremini, an-
tiqvum obtinet mundus.* 9 Mihi verò cogitare venit: Qvorſum tandem exibunt
ſermones Domini,qvum hi nihil eorum facere velint? 10 Et Dominus: *Duo
illorum attigerunt metam ſuam, attinget & tertius: ego verò juſtificatus manebo in
conteſtatione tam gratiæ qvàm juſtitiæ meæ.* 11 *Tu patiens eſto, & fidelis ut Petrus,
qvi confeſſus eſt me eſſe Chriſtum Filium Dei vivi.* 12 *Qvam fidem Vobis qvoq; dedi,
ut videatis me in Patre Filium æternum, habentem non ad menſuram Spiritum æternita-
tis: ſicut & Vos, temporanei exiſtentes, æternitatis partem in me habetis.* 13 *Mihi
enim dixit Pater, Filius meus es tu, hodie genui Te:* & ad Angelos, *Adorent eum om-
nes Angeli ejus.* 14 *Bonô animô eſto, ſerve mi, mitte fletum: detergebo ego lacbry-
mas tuas linteô ſolatii mei, cùm audies inchoare Gentes opus meum:* 15 *Illi verò de
qvibus tibi ſum loqvutus, ſubvenient tibi levamine egeſtatis tuæ, particula benedictionis
meæ veniet in domum tuam.* 16 Et laudabam Dominum, decantans Pſal-
mum 12. [Venit etiam 20 Aprilis miſeriæ levamen Epereſino, Aurei num-
mi duo, poſtqvam per duas ſeptimanas nullum domi obulum habuiſſem.]

Revel. CCXXXVI. 12. Maji.

[*Somnium de Cæſare mæſto explicatur de superventuro mox luctu*, 4. *Solatia Videnti, & Prin-
cipi R.* 5. Initium exſeqvutionis hôc annô, 8. Vaticinia invenienda Caroloſteinii, 9.
Inobſeqviosæ Domui pœna nuntiatur, ut Sauli, 10.]

ITerum factum eſt ad me Verbum Domini à precibus, qvas plenus anxie-
tatis fundebam, ut in contemtu Se & nomen ſuum ne relinqveret Deus.
2 Et indormivi, & vidi *Cæſarem mæſtè ſtantem*: nam illi prælegebatur qvid-
dam valdè ingratum à Viris illi adſtantibus. 3 Cujus accenſam iram ut vi-
di, feſtinabam inde, metu; habens in manu ſcipiones, qvibus me fulciebam,
duos. 4 Ut evigilavi dixit Dominus: *Luctum nunc habet Cæſar,* [ob filiam na-
tam mortuam Ratisbonæ] *brevi habiturus majorem.* [Impletum 9 Julii, extinctô Viennæ
filio Ferdinando, recèns ad Regis Rom. dignitatem evectô.] 5 *Tibi verò tua in mæſti-
tia duo erunt fulcra; alterum meum, alterum humanum.* 6 *Sed confide! Ego opus
meum faciam ſupra captum hominum: nam omnia jam per Vos ſervi mei Mundo detexi,
qvæ fieri velim per eos qvibus loqvutus ſum.* 7 *Princeps* (Racoci) *ſi agnoſcet, &
æſtimabit, miſericordiam meam, extimeſcetq; juſtitiam iræ meæ, illi benè erit.* 8 *Tu
patiens eſto, Nationes enim venient ut exſeqvantur judicia mea*, initium faciendo hôc

ipsò anno perdendi eum, de cujus interitu dudum loqvutus sum, aliis & tibi, & qvem exardescere vidisti. 9 *Carolosteinii* (in Bohemia) *reperietur Vaticinium de rebus qvæ his annis futura erant, & fiunt: Tu ne tristare, mihi est omnium cura.* 10 *Adjunctum tibi varia fatigant cogitationes, adhúcne manendum illi esset hac in Terra: sed ego illis amplius non loqvar, sat habeant.* 11 *Non mea erit culpa, qvum intensò Arcu ejaculabor adversùm eos plagas meas, coqvámq; eos in olla ultionum mearum, donec assequantur* (nisi resipiscant) *tristem exitum, quem duo jam assequuti sunt.* 12 Ego verò tristis valdè cogitabam, Frustra me iis de Regno illis conferendo loqvutum. 13 Et Dominus: *Iam antè tibi de Saule dixi, qvomodo Rex jam factus rejectus sit tamen; & de Ficu cui maledixi, qvod non ferret fructum.* 14 *Meum est judicium ferre, de bono & malo. Surge, & hæc scribe!* Cœpi ergò agere gratias, & orare pro Nationibus Orbis: inprimis verò illis, per qvos effectui dari debet opus Domini.

Revel. CCXXXVII. 28. Maji.

[*Tædiò laborans Videns solatiis erigitur*, 1. *Verba Samuelis cur non cadebant in terram*, 4. *Sodoma & Gom. non æqvè obdurati ut moderni*, 5. Deus ita olim loqvutus qvomodo nunc, 6, *Egestati Videntis subvenitur insperatò*, 10.]

A Matutinis precibus alloqvutus me Dominus dixit: *Dimitte tædium ferre mi! Accipies diebus his solatium.* 2 *Adjunctus de rerum in Mundo cursu te informabit, sicut & de Matre ac Filio.* 3 *Exspecta illum ad te! & ille contra voluntatem contristantium te, solabitur te.* 4 Ego autem cogitabam, Samuelis verba non solita fuisse cadere in Terram: & Dominus, *Ecqva illius rei causa, nisi qvòd verba mea simplici fide ac obedientiâ fuerunt excepta?* 5 *Ah, si Sodoma & Gomorrha sermones mei ita fuissent auditi, promtiùs illi voluntatem meam, cum pœnitentia, egissent.* 6 *An verò unqvam ego aliter per servos meos Prophetas loqvutus sum qvàm sic?* 7 *Sic inqvam, qvomodo loqvutus sum, & adhuc loqvor, per te?* 8 *Tu me solum metue: mihi cura est de Te, aliisq; servis & cultoribus meis, ut* (Vobis) *gaudia reddam post mœrores.* 9 Et oravi, simúlq; indormivi: & vidi patrem dilectum Lanecium, me solatiis suis in spem auxilii divini erigentem, ut expergefactus laudarem Deum, rogaremq; illa impleri. 10 Ecce autem illâ ipsâ die venerunt mihi à Domino Petroci (Nobili Hungaro) duo modii frumenti: qvos attonitus excepi, miratus ex illo venire loco ubi propè ignotus eram; postqvam ne pugillus qvidem farinæ domi superesset meæ.

Rev. ccxxxviii. Junii 1.

[*Gentium multitudo ad exſeqvutionem judiciorum Dei convolatura*, 2. *Increduli deſinent Videntem odiſſe*, 4: *& de horum veritate dubitare*, 5. *Videns paveſcit*, 7].

I*Terum ad me factum eſt Verbum Domini, manè à precibus*: 2 Ut agmina locuſtarum volvent ſe Gentes, ad effectui dandum opus meum, bonò ſis animò. 3 Impoſui eas ſtateræ, ut judicium proferant jam eſſe tempus id agendi, de qvo os meum loqvutum eſt. 4 Tu mihi confide! qvàm multi tibi nunc ſunt inimici, tàm multi & plures erunt amici, qvùm opus meum procedet: tantum modò de potentia & ſapientia mea nihil dubita. 5 Sed expleri oportet tempora à me deſignata, qvorum fines appropinqvant: dubitationi jam jam non erit locus de potentia & ſapientia mea æterna. 6 Surge! ſufficiat modò. 7 *Ego verò expavi: metu, ne fortè lædatur majeſtas Domini mei tædioſis cogitationibus meis.* 8 *Et orſus ſum hymnum Eccleſiaſticum, orbus Spiritûs exorans mihi*, &c.

Rev. ccxxxix. Junii 6.

[*Superfuturi Eccleſiæ Bohemicæ Nutricii*, 2. *Klobucicius*, 6. *Conſiliarii Domûs A. ut muſcæ in pice hærent*, 9. *quia tempus converſionis rerum adeſt*, 10.]

D*iluculi tempore indormivi, poſt preces: & vidi in conclavi congregatos Viros eximios*, 2. *Qvos acceſſi indutus tunicâ talari viridi: rogaviqve de Proſapiis noſtratium illuſtribus, num Patroni Eccleſiarum futuri ſint?* 3 *Enumerabantur ergò aliqvi, ſed non multi ex diſperſis, ſicut & ex manentibus in Patria.* 4. *Qvod binâ vice factum: oraviqve ut hæc evenirent.* 5. *Et Dominus*: Fidelis eſto, tempus appropinqvat, qvô promiſſa implebuntur mea. 6. Klobucicius in Poloniâ ſe confert: [*miſſus à Principe Tranſ. Legatus ad Comitia*] addet Polonis lumen ad faciendum qvod Tranſylvani fecerunt, Jeſuitas proſcribendò è Terrâ ſua. 7. Adjunctus tibi cum Zytkovio ad te veniet, & ſolatii aliqvid afferet. 8. *Mihi verò de Cæſare venit cogitare, qvid iſtic fiat.* 9. *Et Dominus*: Conſiliarios Domûs Auſtriacæ ut muſcas telæ araneæ implicavi, nec ſciunt nec poſſunt contra me invenire conſiliũ. 10. Jam etenim, jam, tempora veniunt, ut luce Legis meæ colluſtrem Nationes Terræ, anteqvam lucem detraxero Lunæ, Solis & Stellarum, qvemadmo-

dum annuntiavi pridem. 11 Surge, atqve hæc scribe tuum in usum.
12 *Et laudavi Dominum, decantans Psalmum* 117.

[v. 8. ad te veniet) *Factum, venerant* 16 *Iunii.*

Rev. CCXI. Junii 10.

[*Æternæ Professor sapientiæ*, 4. *Revelationes has exteris notas reddi mandat*, 7, 8, 9. *& per quem*, 7, 14. *ac qvomodo*, 10, 11, 12, 13.]

D*Enuo factum est ad me verbum Domini.* 2 *Indormieram meridie, lectulo:*
& ecce quiddam prehendit manum meam, meqve totum tremefecit, ut evigi-
larem, somno vix leviter gustato. 3 *Qvum orare vellem, relapsus sum in som-*
num momento, & vidi lectulos duos pulchrè stratos. 4 *Et venit qvidam Juvenis,*
in forma Professoris, *togâ violaceâ, vultu decoro, cinctúsqve lumbos.* 5 *Qvi*
de svavi Cultorum Dei reqvie tam svaviter cœpit loqvi, ut gaudio exiliret cor meum,
evigilarémqve. 6 *Et Dominus:* Vigilans esto, & fidelis in exseqvendo
munere, ad qvod te vocavi: potentia mea perficietur in infirmitate tua.
7 Surge, & para pro Adjuncto tibi omnia qvæ loqvutus sum tibi, cui me-
ipsum exhibui modo. 8 *Dicasqve illi*, ut domum suam reversus cogitet
effectui dare id, qvod ego Dominus & Magister vester antè *jam* mandavi.
9 Nempe ut pro Nationibus exteris in lucem promoveat prolata verba
oris mei, qvid postremis Mundi temporibus fieri ab omnibus velim, in
gloriam Nominis mei, illis verò in bonum: ut hinc etiam patescat, *non*
frustra fuisse hac in Terra. 10 *Ego autem cogitabam, qvomodo id esset factu-*
rus? Et Dominus; A me, qvem vidisti, exacutionem accipiet mentis & in-
genii, præter tuam spem. 11 *Et cogitavi, Num nomen meum esset expressè*
positurus (an initialibus tantùm literis) N. D. S? 12 *Et Dominus*, illius
arbitriò id relinqve: tantum modò munus legitimè tibi & sibi commis-
sum ne erubescat. 13 De impensis nihil curæ esto, reperientur qvi opus
meum promovebunt: *surge, para omnia.* 14 *Ego vero oravi pro illo. Et*
Dominus: Mea illi præsens est, & erit, custodia, mihi eum commenda.
15 *Laudabam itaqve Deum cantico spirituali.* 16 *Interea crepuit qviddam ad*
lectum: quomodo assolet qvum loqvi Dominus incipit, aut desinit. 17 *Ego vero*
iterum cantu laudabam Dominum, misericordiam ejus implorans.

Rev.

Rev. CCXLI. Junii 15.

[*Visio Diplomatum*, 2, 8, 9. *& Plaustrorum vehentium acervos iræ Dei*, 4. *itemqve rorem benedictionis*, 5. *Hungariam Deus cur siccitate puniat hôc annô*, 10. *Promissio egenis famis tempore*, 14.)

Q*Vum à precibus redormivissem, vidi Nobilium Virorum coronam, & in his D. Jonam Medzianski.* 2 *Ingressus vero ad nos Vir qvidam, attulit diploma tanqvam ad prelum.* 3 *Illudqve inspectans idem ille qvi attulit, nutabat capite, dictitans aliter concipi debuisse: cui & reliqvi suffragabantur.* 4 *Evigilanti autem mihi insonuit vox Domini:* Totius Orbis gentes agnoscent & confitebuntur, Plaustra justitiæ meæ, qvibus acervos iræ meæ adversus impios, mihi & lege meâ revelatæ voluntati meæ refractarios, & superbè Nomini meo contemtum inferentes, adveho, recta & justa esse. 5 Rursúmqve eædem Gentes agnoscent, Plaustra qvibus rorem benedictionis adfero super eos qvi me timent, ac judicium, justitiam, veritatémqve in serviendo mihi æternum viventi diligunt, etiam esse justa, & sine prosopolepsia. 6 *Quibus ego auditis, misericordiam Dei implorabam Nationibus Terræ, auxiliúmqve afflictis*, &c. 7 *Et Dominus*: Consiliarii Domûs Austriacæ frustra consultant de subveniendo illi. 8 Ostendi tibi Diplomata qvæ prodibunt: qvorum sensus arctè inclusus erit, neqve cuiqvam placebit. 9 Omnia frustrà sunt, ira mea non placabitur: brevi id audies. 10 *Ego verò iterum orabam pro pluvia (erat enim ingens per Hungariam altero jam mense siccitas): & Dominus*, Satis diu inclamabam habitatores Terræ, & non audiverunt me; nec audiam ego clamores eorum. 11 Præstent illis qvos invocârunt, contemtô me. 12 Et qvid dices, si vel sex mensibus nubes cohibeam? nisi ut hinc inde roret? 13 Ostendi tibi segetes formâ duplici, spicis plenis, & inanibus: tales & videbis postea. 14 Vos autem vobis maturè prospicite! Servavi ego istos in specu olim, servabo & vos miraculosè: solummodò fideles estote & simplices, & mihi obseqventes, & humiliter servientes. 15 *Quibus ego auditis profudi lacrymas, decantans Psalmum* 31.

Rev. CCXLII. Junii 19.

[*Fulgor apparens cum delapsu lapilli*, 1. *auxilium Dei nuntiat*, 2. *Princeps Tr.* 3. *& Radzivilius (cum aliis)* 4. Dubitatio de horum editione solvitur, 5, *usque ad* 10. Libri humani leguntur in Mundo, cur non Divini potius? 11,12,13. *Solatia testibus Dei*, 14, 15, 16, 17.]

A *Matutinis precibus bis in conspectu meo emicuit fulgor qvidam, cum prolapsu super caput meum lapilli.* 2. *Qvum qvid istuc sibi vellet cogitarem, facta est ad me vox Domini:* Auxilium meum non veniet, nisi advenerint tempora mea, qvæ jam in foribus sunt. 3 Vanitas mundi qvam sectatur Princeps Tr. illum non servabit tempore ruinæ suæ. 4. Radzivilius operabitur opus meum potenter; unà cum aliis, qvos tu non nosti, de *Gente* tua. 5. Adjunctus Tibi fluctuat animô de Libri à me dictati, à te scripti, editione. 6. Scitote autem, nunqvam seculorum me puduisse, aut pœnituisse, sermonum meorum: qvos qvis unqvam satis assequutus est, aut assequitur modò? 7. Non tanti Vos estis, ô mortales! Sic omnia relinqvat Ille, qvomodo loqvutus sum Ego.

[*NB. Cogitabat enim num omnia essent edenda tam prolixè? an verò contractius et tantum, qvæ publicum statum concernunt, & omissis qvæ scandali occasionem daturi videbantur.*]

8. Non soli enim Vos, sed & alii post Vos, dijudicabunt ea, qvæ loqvutus sum: 9. dabuntqve mihi soli honorem, qvi ab æterno novi omnia, omnésqve in Cœlo & Terra creaturas gubernando, luce sapientiæ meæ (ex me, & non humanâ scientiâ oriundæ) collustro qvem volo: de rebus meis, in me repositis, qvas Vos ex parte tantum cognoscitis, & de illis loqvi potestis. 10. Me timete ô fines Terræ, & benè Vobis erit: Vobis inqvam, qvi ab æterno mei estis. 11. Impletur Mundus Libris ratiocinationum humanarum, & dissensionum, plenis: qvibus si fidem adhibent homines, cur non mihi potius, & sermonibus meis? 12. Ubi non humana sapientia loqvuta est, & loqvitur, sed sapientia mea, à nemine consilia capiens ab æterno. 13. Optimè stabunt in Mundo omnia, modò sic disponantur qvomodo ego præscripsi, & adhuc loqvor: etiam per Vos duos testes mei: 14. Nemo unqvam Testium meorum effugit cavillationes hominum: neq; Vos eritis feliciores. 15. Sed me solum timete, satis habituri solatii, hic

& in

& in æternum. 16. Sufficiat nunc: consigna hæc, & omnia trade Adjuncto tibi. [qvi tunc præsens erat] 17. Si te pudefacient homines, non pudefaciam ego: tantùm esto obediens, vigila, ora. 18. *Orationi ergò me tradidi, decantans hymnum Ecclesiasticum:* Admirandus es Domine in operibus tuis, sanctus im promissis, non deseris fideles tibi, tametsi hos lupis objicias devorandos, *&c.*

Rev. CCXLIII. Junii 20.

[*Visio Textoris stamina jam decurrentia trahentis, 2. exit in qverelas de reluctantibus texere opus Dei, ad qvod parata jam sunt omnia, in* Hung. *& alibi, 4. &c.*]

D*Ies jam erat, cùm precibus peractis indormirem.* 2. *Et vidi Virum (textorem) per parietem stamina trahentem, jubentemqve, ut pone parietem abeundo spectarem, multanè superessent fila glomis?* 3. *Qvò ego factò, vidi glomos alios jam decurrere, alios esse pusillos: metuensqve ne stamen fieret defectum & perplexum, inclamabam illum, attenderet, jam fines decurrere.* 4. *Et alloqvutus me Dominus, dixit:* Stamina parata sunt, jam operandum est, faciamqve ego cum stamine meo qvod antea dixi. 5. Multùm & variè offenditis me Vos mortales, dum ratiocinationibus Vestris metiri vultis opus meum, neqveuntes tamen penetrare in profundum consiliorum meorum. 6. Ideòqve perplexamini, & Vos ipsos confunditis, stamen autem Operis mei non agitis: sed Vestrum opus agendo nihil in æternum asseqvemini, ad abyssum tantum judiciorum meorum venientes obmutescetis. 7. Facite igitur, ó Nationes, qvod Ego mando, & non Angelorum aliqvis, sed Sapientia mea æterna. 8. Tu nemini temporario crede, sed mihi Æterno, tametsi Angelus de cœlo aliter tibi loqvatur: sed non loqvetur, nec audet, in æternum. 9. Non sufficietis Vos, ó homines, perrumpere soliditatem rupis judiciorum meorum: manebo Ego æternus, Vos temporarii; Ego perfectus, Vos imperfecti. 10. Rimas Vos tantum, & fissuras, rupis meæ videtis: soliditatem non videbitis in æternum. 11. Revertere tu ad officium laboris tibi à me commissi, & fac qvod mandavi dudum. 16 Gesta signum in manu, donec impleantur promissa tibi à me. 13. Surge, & isthæc scribe! *Surrexi igitur & scripsi, juxta mandatum.* 14. *Decantaviqve hymnum Ecclesiasticum de Fidelium in mediis etiam tribulationum angustiis exultatione,* &c.

Rev. CCXLIV. Junii 26.

[*Trans-Danubianis hæc revelanda*, 2: per Ionam Mednianski & Humanai
8. *Daniel è lacu Leonum liberandus* 14. *Præcipitandiqve iſtuc Sycophantæ.*
16 *Vanos cultus non ampliùs tolerat Deus* 20. *Rex H. Racoci* 25. *Sed cum
conditione,* 26.]

I*Ndormieram à matutinis precibus, & vidi pulchro in conclavi ſpatiantes vi-
ros eximios, notos & ignotos mihi, exqvirentes de variis.* 2 *Expergefacto
dixit Dominus:* Serve mi, Trans-Danubiani nihildum ſciunt de voluntate
mea, bonum eſſet illos qvoqve informari. 3 *Ego verò cogitabam, per qvem
id fieri poſſet? & Dominus reſpondit:* Per Danielem in lacu Leonum adhuc
hærentem, qvem tibi Mednianski oſtendet. 4 *Id cùm mirarer, perrexit
Dominus:* Incipiamus nos ſermonem conſveto more. 5 Qvi antè debuit
opus hoc agere, nec egit ſincerè, devolvit in ſe vindictam iræ meæ, qvâ
ſe dum vivit non eximet, neqve poſteri ejus. [*Hodoſſi.*] 6 Magnum
eſt Nomen meum: qvis hoc veſtrûm, ô filii hominum, intelligit rectè?
Extollite igitur Nomen Domini, ô omnes vos ſervi ejus! 7 Tu autem
da ſignum Mednianio: moderatior ille erit qvàm Hodoſſi, & plus profi-
ciet ſimplicitate ſuâ & candore, qvàm iſte aſtutiis ſuis. 8 Si qværet Med-
nianski, qvis ſit Daniel: reſpondebis, Ille apud qvem ſervitio functus es,
Humanai, qvem vidiſti Eppereſini. 9 Accipies Verba mea tecum, & da-
bis mihi honorem. 10 Deducet te Mednianski ad eos qvi in lacu Leo-
num hærent, qvos ignorabat Habacuc, ſicut & tu ignoras. 11 Atqve hi intro-
ducent Regem in Terram hanc ubi Edom regnat, & malè regnat, nec am-
pliùs regnabit in æternum. 12 Miraris hæc? magis mirabuntur alii, qvi-
bus nihildum qvid ego hac in Terra agam innotuit, præter Racocianam
Domum. 13 Sapienter egit Babylone Daniel: agite & vos in lacu ſe-
dentes! 14 Jam etenim tempus eſt rumpendi ſigilla, qvibus obſigillati
fuiſtis in captivitate veſtra, ad Domum Regis veſtri, ignorantis me Re-
gem ſuum: 15 Qvem non ignorabant majores ſui, poſt qvos Iſte clau-
det oſtium dominationis Auſtriacæ, unà cum Conſiliariis cæcis ejuſdem
Domûs. 16 Nam conjicientur in foveam, in qva Danieles mei ſede-
bant: meliùs illis fuiſſet nunqvam naſci! 17 Ingreſſi ſunt per oſtium hy-
pocriſeos, & importârunt falſitatem in domum Regis Hungariæ: ſed ex-
ibunt per feneſtras juſtitiæ furoris mei, à qvo ſe non liberabunt, unâ cum
tyrannidis ſuæ complicibus, in æternum. 18 Væ illis! qvia revocari re-
nue-

nuerunt, dum gratiæ tempus erat. 19 Irruite in eos filii mei, & filii pa-
triæ, terræ Hungaricæ! ubi ego primùm accendi lumen doctrinæ Evange-
lii mei. 20 At hi pseudo-discipuli obfuscârunt lucem Evangelii tenebris
inventionum humanarum: qvibus nullus inest gratus odor spiritûs, sed car-
nis tantùm, dominantur sine me. 21 Edamus, bibamus, Deum vanis cul-
tibus externarum ceremoniarum perfunctoriè absolvamus. 22 Qvum in-
de stupidum vulgus nihil proficiat, oculos tantùm & aures pascunt, salutis
suæ ignarissimi: id qvod spectare diutiùs nec volo nec possum. 23 Satis au-
tem nunc, serve mi! Para hæc singularem in usum, pro informatione fu-
tura iis qvi eam reqvirent. 24 *Ego his cum admiratione auditis laudare cæpi
Dominum, etiam Principis favorem mihi promittentem.* 25 *Ubi ego cogitare
cæpi*: Illéne tamen futurus esset Rex? *Et Dominus*: Recordando recorda-
tus sum misericordiæ meæ, & promissionis Patri ejus & Domui suæ factæ.
26 Tantummodò dic ei, ut magis attendat in me Factorem suum, mé-
qve timens rationalem cultum meum ferventiùs foveat, unà cum Habi-
tatoribus Terræ hujus! cùm illis reddidero pacem ab inimicis suis, &
amicitiâ jungam cum Nationibus exteris. 27 Tu itidem servi mihi
soli, in eo ad qvod te vocavi, juxta agnitionem mei qvam impertivi ti-
bi: non desereris. 28 Surge, isthæc scribe, neqve hodie domo us-
qvam exeas. 29 *Atque ita feci: & laudavi Dominum, Hallelujah!*

Rev. CCXLV. Junii 28.

[*Magnates epistolis ludentes Operi divino Antesignanum qværunt* 2. *Cujus tem-
pus adesse,* October *ostendet* 5, 6. *Gentibus Ecclesiam ingressuris homagii
formula præscribitur* 9, 10. *Qvæ ad acceptandam oblatam gratiam invitantur*
11. *&c.*]

I*Ndormieram, à precibus matutinis.* 2 *Et vidi me in Conclavi, ubi erant
Viri insignes, lusitantes locô chartarum pictarum epistolis complicatis, colo-
re miniaceô: quas transponebant & numerabant, eô pignore, ut qvi vicisset O-
peris faceret initium.* 3 *Petiit autem sors qvendam humili staturâ, ætate me-
dioeri: cui cæteri gratulabantur, læti eâ re, mecum unà,* 4 *Evigilanti autem mihi
dixit Dominus meus, & Deus meus*: Serve mi, epistolæ venient exqvirentes à
Te, nùm jam tempus sit? 5 *Qvibus dices*: Ita dicit Dominus, Tempora mea ab
æterno destinata jam venerunt. 6 O Gentes, insonet mense Octobri! &
October

October rugiat per Orbem Terræ, Surgite Gentes! & date honorem mihi
æternum Viventi! 7. Qvi promissiones meas implevi Vobis in umbra
mortis sedentibus, ut exeatis è caligine in qva hæsistis ignorantes NOMEN
meum, per qvod feci & sanctificavi omnia. 8. Sublimius illud est captu
intellectûs Vestri: Illud timete fines Terræ, & benè Vobis erit mox à na-
tivitate Vestra. 9. *Adscribite Vos mihi nominibus Vestris (dicentes):* Tibi
æternùm Viventi serviemus, & non Idolis vanarum superstitionum, secun-
dùm præterita tempora, originem trahentium ex institutis hominum, mihi
& Nomini meo in ignominiam. 10. *Neqve qvisqvam Vestrûm ingrediatur
Domum precationis vacuus: sed assumtô secum symbolô,* JESUS NAZA-
RENUS REX TOTIUS TERRÆ! Cui soli servimus, & ser-
viemus, in æternum: qvia ex illo habemus Vitam & halitum. 11. Du-
dùm erat hoc de Vobis judicium meum: sed absconderant id à Vobis vanæ
consvetudines Majorum Vestrorum, plus metuentium creaturas qvàm me
Creatorem suum unicum. 12. Satis verò jam sit, præteritô tempore Ma-
jores Vestros ambulasse, nescientes qvô: qvia ignorabant me Justitiæ viam:
13. qvi à Patre exii vestri solùm causâ, ô Homines, homines ignari Mei,
& Nominis mei, qvod ante vos noverant Angeli, qvi serviunt mihi soli in
Patre manenti, cujus vos omnes progenies estis. 14. Sed qvid qvum il-
lum ignoretis pleriqve? nisi Ego & Lex mea illum vobis revelabimus.
15. Accipite itaqve illam (Legem meam) ab iis qvi eam *vobis meô jussu*
offerent: meô dico instinctu jam nunc ultimis hisce diebus Mundi.
16. Qvæ lux mea si manebit in vobis, manebitis & vos in me: & dedu-
cemini ad lucem æternam, de qva nihil habebatis compertum pleræqve
Gentes. 17. Edistis, bibistis, operati estis cibum qvi perit, me verò pa-
nem vitæ non gustastis: sicuti eum gustabant à seculis de me lætati, qvorum
mansio erat in me. 18. Qvam vitam & vobis obtuli, ac offero, gratis,
ex gratia Patris mei: qvem scitote solum Deum esse, & vestrum esse.
19. Satis nunc: Consigna hæc, & in opere tuo procede (*S. NB*) tuâ &
aliorum causâ. 20. *Et celebrabam Dei misericordiam de oblata Gentibus gra-
tia, decantans Psalmum* 135.

[v. 6. *Mense Octobri) Sed qvô annô? Eventus aperiat necesse est.*]

Rev. CCXLVI. Junii 29.

[*Simeon Balasdi*, 1. *Videnti vinû interdicitur, ad liberationis usqve tempus*, 4. Mednianio revelanda omnia, 5. *Altare cum Idolis destruitur*, 7, 8.]

M*Ane à precibus ostendit mihi Dominus* Simonem Balasdi: *apud qvem vidi milii facti acervos, qvod ventilabam.* 2. *Et Dominus ad me:* Labora, & videbis benedictionem meam, qvam tibi esculentô illô ostendi. 3. *Interim dabatur mihi vasculum elegans plenum Vinô: de qvo cùm bibere vellem, elapsum mihi est manibus, & ego expavi.* 4. *Dominus verò ad me:* Ne ampliùs bibas vinum cum qvoqvam (*juxta sermonem meum*) & gesta signum in manu, usqve ad tempus liberationis vestræ. 5. Mednianio sincerè reqvirenti omnia communica, ab initio meorum tecum sermonum: dabit ille mihi honorem. 6. Atqve in parato habe sermones meos: qvia tempora mea currunt, qvibus ultionem sumam de hostibus meis & vestris. 7. *Et vidi ante me* Altare *ornatum aurô, super qvod stabant Imagines: & datus est mihi malleus, qvo Altare istud diruebam.* 8. *Et Dominus ad me:* Ita tu cum aliis hac in Terra destrues (Idolomaniam) juxta pridem factum mandatum meum. 9. Tantummodò esto patiens, & me exspectans. 10. *Et orabam, etiam pro istis mihi exhibitis personis*, &c.

[v. 4. Vide supra CCXXXIV. 15.]

Rev. CCXLVII. Julii 3.

[*Consilia Racociana meliora*, 2, 3. In mundo confusa omnia, 5. revocanda in ordinem vi Legis divinæ, 6. &c. *Ad qvam curam invitantur Reges & Principes*, 13. *ipsiqve Sacerdotes Idololatrici*, 13. *Mednianio hæc revelanda*, 23. *& in usum totius Mundi publicanda*, 25, 29.]

I*Terum ad me factum est Verbum Domini, postqvam in somno personas vidissem consultantes, qvibus allatæ fuerant epistolæ.* 2. *Expergefacto n. mihi dixit Dominus:* Obsignatæ venient literæ ex Domo Racocii, Tu proinde cautè age, subdens rationem Fidei. 3. Meliùs stabit nunc ac unqvam terminatio Consiliorum Ejus: qvia tempora mea jam advenerunt. 4. Gaudendo gaudebunt vicinæ Nationes, qvando conclusum erit judicium meum cum judicio eorum: & cùm agnoscent omnes, non esse consilium ad-

D d versùs

verſùs conſilia mea dudum prolata. 5 Qvia omnia ſtabant confuſa &
lacera, ſine ordine & juſtitia, per omnes Status Imperii, Gentésqve totius
Mundi. 6 Revertimini, revertimini ad me, ô filii hominum! nam ſatis
jam ad ciſternas vacuas currebatis, ſine me viventes, qvi pro vobis vitam
poſui. 7 In vanum tot ſecula conſumſiſtis multi, errantes à me fonte Vi-
tæ: & ambulantes in tenebris tricarum doctrinæ falſæ, ſine veritate ſanctæ
Legis meæ. 8 Qvam Legem meam comburebatis aliqvi: alii verò pleri-
qve ſine illa, in pleriſqve Mundi angulis, vixiſtis, ſine pudore mala patran-
tes omnia. 9 Iccircò ceſſate, ah ceſſate jam, vacuas relinqvere animas
Veſtras, ſine ſono vocis meæ, Paſtoris veſtri unici: qvâ inclamabam vos,
per me & teſtes meos, Venite ad me, & faciam vobis reqviem, gratis, abs-
qve pecunia & pretio. 10 Concluſi ego jam in conſilio meo, ô Gentes,
ut ante vos aperiatur Oſtium Domûs meæ; in qva filii mei mecum ſolo, &
cum Lege mea, delicientur. 11 Deſerite jam Ciſternas fractas, *in qvi-
bus* nihil eſt non venale, nihil tamen non vacuos vos relinqvens, per cæcos
illos ſeductores veſtros, qvi Vitæ vim ſibi uſurpant, ipſi ejus vacui, me Vitæ
fonte deſtituti. 12 Deducite eos vos duces mei, jam tandem ſub Mundi
veſperam, ad me, qvi ſum Alpha & Omega. 13 Vobis ego mandavi, Re-
ges & Principes, ut vos, vos, præſideatis: nam & nomen à me habetis,
non ab Angelo, vel Creatura alia. 14 Magnum eſt, qvod *vobis loqvor*
ultimis hiſce diebus Mundi! ſi qvis inter vos, ſuperiores & *inferiores*, re-
pertus fuerit mei timens, reponet hoc in corde: qvia veſtrum bonum qvæ-
ro, ô Gentes, gratis vos deducere volens in æternitatem. 15 Nunqvam
eqvidem auxiliis deſtitutus fuit Mundus: nunqvam tamen propiùs penetra-
tum eſt in lucem Doctrinæ meæ, atqve nunc, qvia propinqvat tempus qvò
óccidet vanitas Mundi cum omnigeno (ſeductionis) opere: Qvò opere
malo doctrinæ falſæ intoxicabantur animæ veſtræ. 16 Expedite vos à
laqveis vanarum Religionum, & inutilium ad homines reſpectationum,
pluſqvam ad me qvi ſum ab æterno: cui qvia nemo par eſt, nemo ultimis
hiſce temporibus auxiliari vobis potuit, aut ſcivit, præter me ſolum. 17
Qvem miſertum eſt intueri diutiùs errationes veſtras, per tot vanas cogita-
tiones: in qvibus ego reperiri non ſoleo, ab iis qvi me qværunt non coacti
violenter. 18 O vos Sacrifici admittite conſilium! relinqvite idolola-
triam! prehendite qvod loqvor, dum gratiæ tempus eſt, veſtri cauſâ & il-
lorum qvibus fuiſtis ſine me, & veritate vitæ ac Doctrinæ meæ, duces. 19
Ecce vobis qvoqve porrigo dextram, æqvè ut aliis! per vos enim ſtabant
ſcandala tot ſeculis, objecta Ethnicis & Chriſtianis. 20 Tollite jugum

meum,

meum, dum tempus est: qvia è vobis & figmentis vestris exiit tribula-
tio areæ doctrinæ meæ, veræ & sanctæ. 21 Qvam non habuit Mundus
undiqve plenus, qvia vos illâ fuistis vacui: ignorantes ipsi qvorsum ire-
tis, nomen habentes sine opere, & vitam sine veritate. 22 Consumma-
stis jam vim scientiæ doctrinæ vestræ, sine me veritatis doctore: ideò vos
non tolerabo diutiùs sub larva illa, qvâ vos contexistis sine veritate Le-
gis meæ. 23 Hæc omnia referes illi qvem exspectas, Mednianio, ocu-
los & aures habens perspicaces, qvum de his perqviret. 24 Intérqve
respondendum sepone metum hominum: nam ille superioribus meis ser-
monibus conforme qviddam fert. 25 Hæc autem qvæ tibi loqvor, non
loqvor tibi soli, sed totius Mundi Gentibus, Populis, & Lingvis: tantum-
modò tu da honorem mihi, operabor ego reliqva ipse, inter eos ad qvos
pertinget vox tubæ meæ. 26 Vale serve mi. 27 *His ego in chartam re-
latis (magna cum difficultate) laudavi Deum, reposuiqve me in lectulum, in-
dormire optans: qvod & factum.* 28 *Et ecce prodierunt in conspectum mihi
varii vultus hominum præsentium! à qvibus mihi metus surgebat, qvia vultus
illi qvorundam variè distorti erant.* 29 *Et Dominus:* Nihil metuas, hæ
sunt variæ istæ Gentes, qvæ sermones à me dictos, & à te scriptos, legent,
ad finem usqve seculi. 30 Tu meô ductô acqviesce, in sorte tua sta, alie-
na judicia nihil cura, in me & rebus meis oblectare, & ad fungendum
tuô munere te para. 31 Nam hôc annô veniet, qvod promittebam du-
dum, fore ut Clamor oriatur per eos qvos elegi: jam enim tanqvam un-
dæ volvent se exercitus ad Viennam. 32 *Tu hodie nusqvam exeas, hac
ut pares.* 33 Adjunctus jam domi est [*atqve ita fuit: attigerat locum suum
ultimâ Junii*]: mira tibi significabit, de qvibus Deum laudabis &c.

[v. 27. magnâ difficultate) *Gravem enim manum habet Senex.*]

Rev. CCXLVIII. Julii 4.

[*Videns segnitiei accusatur,* 2, 3. *Angelorum præsentiâ erigitur*, 4. Principi celeritas severè mandatur, 5. *Iram Dei non experiuntur pii*, 8.]

E*Xpergefacto mihi à somno matutino factum est Verbum Domini, bis repeti-
tum, cum insitato fervore dicentis:* 2 Tempora, tempora mea, dudum

à me destinata, currunt, imò jam adsunt! ut fiat id qvod prænuntiavi, multa de his loqvutus, aliis & tibi. 3 *Tu verò etiam segnescis in labore qvem tibi mandavi, S. NB. strenuus esto in omnibus qvæ mando.* 4 Tecum Exercitus Angelorum meorum est, & ubiqve erit, ut cum Elisæo, tametsi eum non videas: sed vident qvibus oculos dedi ut videant. 5 Qvum Medniansk redierit [*nempe à Principe Matre, ex Hungaria superiore*] dices ei: Tanqvam lapidem molarem alligabo Iram meam collo Principis & Posterorum ejus, nisi tanqvam Aqvila advolaverit ad Posonium, dum adhuc ibi Corona est. 6 Nam si translata fuerit trans Danubium (transferre enim cogitant) æternas in se derivabit qverelas & maledictiones Incolarū Regni, postqvam illis innotescet, qvàm dudum ego per Te & tibi Adjunctum ad Racocianam Domum missum, cum illis egerim: & ecce hunc usqve in diem frustra! 7 Dices igitur meô nomine Mednianio, Illicò perscribat ad Principem qvæ his diebus loqvutus sum, & loqvor. 8 Operare tu, & operetur Princeps! Nihildum vos qvid sit ira mea intelligitis, servi mei: tu præsertim, qvem voluntatis meæ testem dedi postremis temporibus, cum qvo ut cum filio ago. 9 Me igitur time, fidelis exsistens & obseqviosus, ego potens tuus ero Protector: Surge, scribe! 10 *Surrexi ergo, & scripsi, Deum laudans.*

Rev. CCXLIX. Julii 10.

[*Contra eos qvi obseqvi Deo nolentes impotentiam prætexunt, varia Dei protestatio, 1, &c. obsignanda hæc varium in usum, 24.*]

F*Actum est iterum ad me Verbum Domini, qvum à precibus matutinis redormissem, vidissemqve Viros doctos controversantes* de Opere Dei, temporario & æterno. 2 *Qvidam eorum mirabantur, alii contradicebant, alii mecum affirmabant, zelô accensi in contradicentes: donec in fervore isto evigilassem.* 3 *Et Dominus ad me:* Asperè, asperè, tu edurabis obedientiam mandatorum meorum. 4 Tametsi enim apud me omnia illa jam disposita sint, de qvibus olim & nuper loqvutus sum: vos tamen homines nihil horum intelligitis, nisi postqvam fuerit factum. 5 Decretum apud me pridem fuit auxilium, vobis & aliis promissiones meas exspectantibus: at non sine cooperatione delectorum istûc hominum. 6 Qvos, qvid possint aut non possint, nemo novit præter me, qvi etiam illis utor, qvibus nemo fidit, aut favet: nam qvibus uti debeam, ubi, ad qvid, consilii non egeo, meum arbi-

trium ſeqvor, non veſtrum, ó Homines. 7 Bonum eſt meum de vobis ju-
dicium, ſi modò bonum eſſet veſtrum obſeqvium, in eo qvod cuiqve man-
do: nihil à vobis reqvirens impoſſibile, tanqvam iis qvi ſine me nihil pot-
eſtis. 8 Revertimini ergò, & vos avertite, à vanis cogitatibus de im-
potentia veſtra: nihil unqvã cuiqvã fuit impoſſibile qvin efficeret id, ad quod
eum adhibere volui. 9 Submiſſè tantùm agite, & nunc & deinceps, ó Ho-
mines! & orietur vobis lux conſolationis, tanqvam aurora diluculò.
10 Qvod cuiqve mandatur, hoc idem etiam datur, ut efficere id qveat:
etiamſi tam ſit remotum ut Cœlum à terra, qvæ non coibunt niſi cùm ea
collîſero, in temporum fine. 11 Mittite igitur excuſationes coram
me, ó filii hominum! etiam in iis qvæ revelavi, & in eo qvod cuiqve
agendum poſtremis hisce Mundi temporibus aſſignavi. 12 Meliùs ego
novi diſponere, qvàm vos cogitare; & perficere, qvàm vos incipere.
13 Metuite igitur me, & operemini dum dies gratiæ eſt, & anteqvam ve-
niet dies iræ: ubi deerit conſilium, ſervandi vos vel alios. 14 Inſipientia
eſt inhæreſcere potentiæ aut infirmitati ſuæ: cùm nemo ſit ſuus proprius,
ſed ejus ex qvo ſunt omnia, etiam illa qvæ nemo vidit. 15 Væ inobſe-
qventibus mihi! malè illis erit! Beati autem timentes mei, & facientes
voluntatem meam, benè illis erit! habituri ſunt virtutem pro virtute, tùm
à me tùm ab hominibus. 16 Sed ratio veſtra (carnalis) iſtuc non pertin-
git, dum eam ducem ſeqvi vultis ſine me, & ſine ductu mirabilium judi-
ciorum meorum. 17 Mirum accidit hoc etiam judicium apud eos, qvi
antiqvas vias meas ignorant, per qvas incedebant ante vos, imò ante Legem
ſcriptam, qvi duntaxat inſtinctu aut nutu meo regebantur, ſine compulſio-
ne violenta, ſolò metu meò: & qvid non patrârunt? 18 Expendite
hæc, qvibus rationis lumen indidi! 19 Pecudes indigent ſtimulis: vo-
bis autem, & rationi veſtræ, ſatis facere poſſunt, ac debent, ſermones mei,
modò ut voluntas accedat. 20 Voluntas autem ſi acceſſerit, jam non vos
operabimini, ſed ego, ſine omni apud vos, & in vobis, qvæſito auxilio.
21 Obſervate hæc ó Vos omnes ad magnum hoc Opus electi! 22 Ve-
ſtri causâ hæc loqvor, non Angelorum: qvorum cuſtodiæ vos etiam com-
mendati eſtis, & commendamini qvoties in terra juxta mandatum meum
Opus aggredimini. 23 Idqve omnes, maximi & minimi! O timete
me! & benè vobis erit. 24 Satis autem: obſigna hæc, ſerve mi,
pro Te, pro Principe, pro Conſiliariis ejus, pro Incolis Terræ hujus, pro
Nationibus Orbis. 25 Qvisqvis veſtrûm novit me, ad eandem noti-
tiam promoveat alios: idqve illicò ſine mora, qvia nullum jam tem-

pus aliud exſpectandum eſt. 26 Sunt enim apud me, conſiliô meô, dis-
poſita omnia: ſine fraudulentia conſilii, judicii, aſtutiæ humanæ, nedum
diabolicæ. 27 Qvi (*perverſus ſpiritus*) ſemper mihi & operibus meis
obices ponere adſvetus, nunc etiam ponit: ubi, qvando, per qvem, mihi
omnia retecta ſunt ſuper intellectum veſtrum. 28 *Satis: ſcribe, fidelis eſto,*
da mihi honorem &c.

(v. 5, 6, 7, 8. &c Proteſtatio hæc Dei qvorſum ſpectet, oſtenditur v. 24: cauſamqve illius dabant, qvi ad hæc ſibi revelata tergiverſabantur, Pater & filius Vide Annot. ad Rev. LXIV, & aliàs)

Rev. CCL. Julii 13.

(*Ægrotantis Mundi, & jam jamqve agonizantis, fruſtra adhuc tentata reſtitutio qvomodo jam feliciter perfici poſſit, admirandum Adorandi Dei conſilium.*)

D*Iluculo vidi Domum variis conclavibus diſtinctam, in iisqve varios homines,*
cum Libris, armatos etiam, tanqvam Principes & Milites. 2. *Ad qvos*
cum aliis Gentis meæ ingreſſus, audivi omnium ſermones & judicia de libris iſtis,
qvi ſcripti erant de Morbis humanis, Remediisqve. 3 *Æger enim in eadem*
Domo jacebat, qvem videre cupiens ipſe qvoqve, intrabam cum aliis in Conclave ubi
decumbebat, & multi circa illum, medicinis parandis occupati. 4 *Et incidi in*
Virgunculam, *non magnæ ſtaturæ, ſed decoræ faciei, geſtantem codicem veluti*
Biblicum, oſtendentemqve nobis omnibus, qvomodo & per qvod remedium Æger
ille reſtitui poſſet. 5 *Qvo ab illa accepto, ingrediebamur Conclave, ubi Reges*
cum Viris Eccleſiaſticis aſſidebant: in medio autem illorum Æger ille, cujus gemitum & ſtertorem jam ante januam audieram, qvem in agone eſſe dictabant.
6 *Conſidentes autem illi, nobis ignoti, qværebant ex nobis,* qvid illi eſſet propinandum, cùm jam agonizet? *& ego manu tenebam medicinam illam, qvam alii*
mirabantur, alii gaudebant. 7 *Experpefactus cogitabam qvidnam vidiſſem,*
ſuſpirans, & Deum orans: Dominus autem, Accipe Tabulam & ſcribe!
8 *Id cùm feciſſem, dixit Dominus:* Serve mi, vidiſtiné Mundum ægrotantem? Et ecce qvanta conſultatio, qvanta mea de illo cura & ſolicitudo? per eos qvos illi omni ævo ſubmittebam. 9 Qvorum aliqvi erant
inſignes, magni & potentes, verbô & opere: alii parvuli, & apud Mundum contemptibiles, velut infantes, aut qviſqviliæ, & rejectamenta
10 Sed qviſqve tamen illorum habuit pondus ſuum, ſicut & adhuc habent:
poſt-

posthabitò qvid Mundus & Mundani dicant vel agant, dummodò illorum
qvisqve agebat, qvod mandavi. 11 Magnus & nunc labor est, qvem
ultimùm restituendo Mundo per vos, Viros diversæ ætatis & conditionis
impendo: qvi cum omnibus rebus suis, externis & internis, jamjam ago-
nizat, cujus gemitum lethalemqve stertorem, audivisti. 12 Curate
itaqve, curate Morbos ejus: dico Vobis Medicis, ad clavum rerum se-
dentibus! sed incipite à vobis ipsis, vos Potentes, Sapientes, Docti, 13 Ut
eluctemini ex erroribus vanarum cogitationum vestrarum, super carnis
rationem fundatarum: vos erroneè & molestè, sine lege mea, & veritate
inclusa illi, de me loqventes & scribentes. 14 Ideò qvisqvis unqvam
aliter vobis loqvutus est de Me, & Opere meo, qvàm ego loqvutus sum &
loqvor in lege & Prophetis, ad Apostolos usqve testes meos fideles ac ve-
ros, anathema esto! 15 Infinita dixistis & scripsistis, Mundum tamen
semper morbidum, per omnes Terræ angulos, relinqvitis. 16 O expen-
dite hæc vos Reges & Principes, Ecclesiarumqve Pastores, & homines
doctrinam puram ex ore meo profectam habentes! & projicite à vobis
splendorem in cæteras Orbis plagas, vos Europam inhabitantes. 17 Com-
monefacio vos hujus rei, per me ipsum & alios hinc inde, sitientes salutem
Gentium, sanationemqve moribundarum Nationum Terræ, habitantium
sine agnitione mei, & plenæ voluntatis meæ, Dei æternùm viventis.
18 Arripite manu gladios adversùm Operarios malos! & exterminate
eos de Terra, tanqvam maledictos! ut exsurgat rursum gloria mea illis,
qvi se patiuntur duci 19 Curate Morbos eorum, curate, nam tempus
est! 20 Currebant multi, & currebant operose, ignari qvorsum: tan-
tùm qvòd per naturam sentiebant dulcedinem mei, qvi eis vitam largitus
eram temporalem. 21 De æterna verò nihil sciebant multi, sicuti ad-
huc multi nesciunt, per Mundi deserta dispersi, & angulos ejus inhabitan-
tet. 22 Inclamate itaqve diebus his eos, qvos ego exurendis ac per-
dendis in facie totius Terræ Idolis ac Idololatris ignem accendere jussi.
23 Vos Reges & Principes, exacuite mentem & cor ad obseqvium meum!
& statim vobis benedicet præpotens Dextera mea. 24 Nihil metui-
te! dummodò vos meam gloriam & proximorum salutem qværetis, juva-
bo vos ego: & retribuam vobis mercedem in ipsam æternam æternita-
tem. 25 Obsigna hæc nomine meo, serve mi! & redde nota habitanti-
bus per Orbis climata Nationibus, per eos qvibus opus hoc mando, &
mandavi modò: qvibus & promisi, qvòd cum illis ero, & posteris eo-
rum, sicut & tecum. 26 Surge, & hæc scribe! 27 *I. Zyt. con-*

silio

filio juvabit S. NB : quem hujus etiam rei causâ huc adduxi , ut juvet , me timens , non homines. 28 Omnia obseqventer agite, etiam cum Mednianio : ad qvem proficiscere. 29 *Ego igitur hæc omnia, cum admiratione & lacrymis excepta, descripsi, orans pro me, & omnibus quibus Opus hoc Dei agendum est, notis & ignotis mihi, &c.*

Rev. CCLI. Julii 14.

[*Visio sepulchrorum, Rami sine radice,* 2, 3. *Alterius Austriaci mors,* 4. *& sepultura sine honore,* 5. *quia gloria Domûs illius exspirat,* 7. Mednianio severum mandatum 8. & Principi, 9, 10. *cum promissione.* 11, 12.]

T*Empore diluculi somnô oppressus, vidi me in Cœmiterio sepulchralium monumentorum, veterum & recentium, pleno : inter quæ unum fuit variè decoratum, floribus etiam.* 2 *Cùm Cœmiterio egrederer, stabat ad Januam Vas, & in eo ramus viridis, foliis amplis : quem ut prehendi, statim se eximi passus est, ut mirarer.* 3 *Sed vidi radice destitutum, & in manu mihi marcere subitò.* 4 *Quod cùm mirarer, facta est vox Domini ad me :* Alter qvoqve de Domo Austriaca morietur, secundùm sermonem meum. 5 Sepelieturqve uterqve sepulturâ asini, neqve relinqvent signum gloriæ monumentis suis, sicuti reliqverant Majores eorum. (6 *Alii de hoc plus intelligent qvàm tu.*) 7 Illi enim duo claudent Januam gloriæ Domûs Austriacæ : juxta sermones oris mei dudum prolatos. 8 Tu autem parata habe qvæcunqve Tibi diebus his loqvutus sum ; cumqve ad Mednianski venies, dices illi : Ut ne gustent panem dentes ejus, nisi mittat omnia hæc Principi. 9 Moneatqve ut pareat consiliis Dei : consiliumqve det Ordinibus Regni convocandi Comitia. 10 Scribat etiam ipse Princeps Posonienfibus, ut attendant Coronæ, neqve patiantur evehi. 11 Cumqve ad Comitia ibit Princeps, venient in occursum illi isti etiam, qvi Ei, Domuiqve suæ, minùs favebant, & favent, eligentes ipsum in Regem : qvia videbunt malè fore Terræ huic, nisi ita fiat. 12 Atqve hìc tu etiam sermonum meorum veracitatem videbis : nam tempora mea decurrunt. 13 Sed & his diebus mira audies : Surge, & abi, ut hæc describantur, & (*in Latinum*) transferantur. 14 *Abi ergò, & curavi : de Ferdinandi quarti obitu (quadriduò antè) ibi certior factus.*

[v. 4. Alter qvoqve morietur) impletum fortassis morte Ferdinandi tertii, 1657. April. 2.]

Rev. CCLII. Julii 17.

[*Visio cadaverosæ faciei*, 2. *applicatur ad Cæs Ferd. III. Augustus successor*,
3, 4 *Tempus liberandarum Nationum* (*à Papa & Austriacorum jugo*) *adest* 7. *Po-*
stremi tres Austriaci vacui luce Dei 10. Crepundia Idololatrica exurenda,
15 Dissentientes in Religione non gladio tractandi, sed charitate 16, *Pax*
Orbi sub vexillo Christi 17. *ad qvam invitantur Gentes* 18, *&c. Miracula qvare*
non edat hodie Christus 27. *Klobucicius* 33. *Balasdii consilium* 35.]

C*Um peregissem suspiria mea, manè, ostendit mihi lucem qvandam Domi-*
nus, fulguravitqve bis in oculis meis: qvod mirabar, 2 *Et mox vidi faci-*
em hominis cadaverosam, terram versùs inclinatam: cogitans, cujusnam esset?
3 *Et Dominus:* Cæsar modernus est. Vidistíne qvomodo terram cernat,
ad finem festinans suum? Alius illi succedet Augustus, Imperii ampliator.
4 *Ubi ecce iterum vidi personam virilem, & personam uxoris ejus, faciei rotundæ*
simpliciter vestitam. 5 *Cogitabam ergò, qvid mihi jam esset faciendum: & Do-*
minus, Scribe qvæ loqvar. 6 *Accepi ergo Tabulam: & Dominus sic orsus*
est. 7 O si jam tandem vellent Nationes Imperii videre tempus liber a-
tionis suæ! ad deturbandum humeris suis potentiam vanam Domûs Au-
striacæ, & Papæ Romani! 8 Qvi cum doctrina sua sub isto delituit,
dominatus hæreditati meæ, & conscientiis Populi mei, propriô meo san-
gvine redemti. 9 Cui populo meo jam jam subvenire constitui, stateram-
qve (malis Domûs Austriacæ facinoribus eâ libratis) in abyssum terræ
præcipitare decrevi. 10 Nullus Austriacorum luce gratiæ meæ tam fuit
vacuus, atqve iste adhuc vivus; & Pater ejus, jam mortuus; cum Nepote
isto suo jam qvoqve exstincto. 11 Nihil enim penitùs de me Deo, re-
busqve veritatem Legis meæ spectantibus, intelligit: & hic regere de-
bebat Mundum, Nationesqve in eo? 12 Vidi ego, qvorsum Pater e-
jus, cum Religiosis factionibus suis, tenderet; ideò detraxi Rosam illam
olidam, & dabo Rosam meliùs fragrantem mihi, & Nationibus Terræ,
dummodò illi, & in qvibus hîc situm est, obseqvantur mihi Factori suo.
13 Eximam ego illos compedibus, duroqve jugô hominum spirituales ti-
tulos, & carnalia opera, habentium: vitamqve sine virtute, scientia, per
doctrinam falsam, transigentium. 14 Larvam duntaxat Christianismi
gestabant, eâ me & populum meum decipere qværentes, profligatissime-
qve interim viventes: in opprobrium Crucis meæ, doctrinæ meæ, veriqve
Christianismi, omnia docentes & facientes. 15 Succendite ignem, ó

Cives Imperii! & projicite in flammam Cruces istas ligneas, lapideas, &
qvalescunqve! & suscipite Crucem meam, veræ mei in spiritu & veritate
imitationis. 16 Et ne occidite gladiô eos, qvi me nondum nôrunt: sed
illis dextram charitatis offerte, & lucem Legis meæ ad eos mittite, per vi-
ros à me illuminatos, qvos jam in Europa & alibi habetis. 17 Et re-
gnabitis vos Reges cum Reginis Vestris, & Principes cum Principissis
vestris, pacatè sub vexillo meo (*Pacis*), qvod erexi tùm per Me, tùm
per veros meos Testes, post Apostolos. 18 Qvales hucusqve habeo pro
vobis, ó Nationes, qvæ in umbra mortis adhuc sedetis, & me, verum
Mundi Salvatorem, nondum nostis. 19 Sed cognoscetis: cùm vos cir-
cumsonabit ex ore meo progressa vox doctrinæ meæ, obsignata sigillô vi-
tæ meæ, nubéqve sapientum (etiam à discessu meo). Ecclesiæ Docto-
rum, qvibus Mundus non erat dignus. 20 Magni ego æstimo vos: tan-
tummodò jam intra vos ipsos, propter vos ipsos, resipiscite! dum ad vos ad-
huc extendo manus. 21 Idqve gratis, sine meritis vestris: in testimonium
ultimô hôc seculô, me qvæsivisse, & qværere, oves per Mundi plateas er-
rantes: 22 Anteqvam occlusero januas, & obtenebravero oculos, ut ne
inveniar in æternum cum iis, cum qvibus Nuptias ago, & agam in æ-
ternum, sine illis qvi me cognoscere, ne ultimo qvidem hôc tempore,
volunt. 23 In testimonium hæc loqvi mando vobis Idololatræ, *aperti* &
occulti, qvi sine intelligentia veri mei cultûs ubicunqve sub Sole vivitis. 24
Jactatis me Deum esse vestrum: cujus tamen nec personam, nec nomen,
nec opera, nostis, & propter tenebras in qvibus sedetis nosse non potestis,
multi etiam non vultis. 25 Hoc autem ideò, qvia Spiritu meo istis vacui;
neqve spiritus vester, ut cognoscatis me, dare vobis potest; si vos in omnem
veritatem non deduxerit Spiritus Veritatis. 26 Et qvomodo vos deducat,
qvum virtutem ejus ignoretis? nec illum à me petatis? sicuti petierunt,
& petunt, qvorum ego oculos luce Legis meæ sanctæ, Operumqve o-
lim editorum miraculis, illumino. 27 Qvalia miracula non sic jam e-
do, qvia Domum meam perfectè, qvaliter mortalitas vestra reqvirit,
jam illuminavi: 28 Ut in ea, qvisqvis veram doctrinam meam habet &
novit, videre qveat tùm me Regem totius Terræ, tùm cimelia qvæ in
Domo mea reliqvi, & ad regimen, & ad cibum potumqve, & ad amici-
endum vos veste Justitiæ meæ, sine qva nemo videbit me in æternum. 29
Inclinavi Ego me ad vos ecce adhuc! inclinate vos qvoqve vos ad Me! &
operamini Opus meum bonum, non opus vestrum vanum, ó totius Terræ
homines! 30 In qvo juvate vos, vos filii doctrinæ mei sancti Evange-
lii!

lii! ipsi jam docti, & à me illuminati, hac in Terra & alibi per Or-
bem. 31 Qvi vestrûm me diligitis verè, diligite illos etiam qvibus per
vos succurri volo, & mando: & Ego ipse merces ero vestra magna valdè,
hîc & in æternum. 32 Surge, & hæc scribe! 33 Scribe & Klobuci-
cio! ut qvod Ego cum illo, & per illum, ago, ne sibi tribuat, sed mihi. 34
Consiliaqve det Principi, non prout humana svadet ratio, sed prout Ego
mando: ita manebit obseqvii eorum voci meæ memoria æterna. 35 Abi
ad Mednianium, & dic, ut ad D. Balasdj tecum eat; suggeret ille his rebus
consilium, utile vobis, & Incolis Regni, ipsiqve Principi. 36 Ego te
visitatione Elisabethæ visitabo: vigila & ora. 37 *Et laudavi Dominum
canticis.*

Rev. CCLIII. Aug. 3.

[*Instantem rerum mutationem nemo vult intelligere*, 2, 3, 7. *qvam* annus 1656 ostendet, 4. *Nuptiæ Agni parantur*, 5. *Comminatio iis facta, qvi promovere Opus Dei recusant*, 8, 9, 12, 13. *Cilicium patientiæ*, 10. *Medniansky serius*, 14. *Diffidentes non curandi* 16, 17.]

V*Idi per somnum Invitatores ad Nuptias: utqve evigilavi cecidit lapillus: &
cogitabam qvid istuc esset.* 2 *Dominus autem:* Ruina Domûs Austriacæ
jam advénit, qvod tamen nemo intelligit præter me. 3 Sed intelligere de-
bebunt etiam illi, ad qvos pertinget vox mea: *Vigila & ora!* 4 Beatus qvi at-
tinget annum 1656. 5 *Fidelis esto!* Ego agam opus meum, sicut egi tempo-
re desolandæ Jerusalem: nam Nuptiæ meæ, qvas adorno Populis Terræ, ap-
propinqvant. 6 Mira sunt judicia Mundi de Operibus meis: sed pauci intel-
ligunt mysteria viarum mearum. 7 Ecce qvi debuit inchoare, noluit huc-
usqve! si alii inchoabunt, væ illi, nisi adhuc resipiscat. 8 Sat diu illum in-
clamavi, & inclamo etiam nunc: qvis vestrûm hoc non intelligit? sed ob-
turavit oculos, ne videat. 9 Percutiam ego Terram virgâ iræ meæ: per-
ibitqve sapiens cum sapientia sua. 10 Tu Cilicium patientiæ super hu-
meros accipe, qvia modum auxilii mei ignoras: duriter enim opus pro-
cedit undiqve. 11 Demetam ego annonam Terræ hujus, tanqvam dilu-
viò: cùm supervenient utrinqve hostes, qvos non speratis. 12 Tetendi ego
arcum meum, missâq; sagittâ interficiam eum per qvem hactenus stetit, ne
qvidqvam fieret: id qvod brevi audies. 13 Tu jam qviesce, exspectans dum
ipsimet exqvirent: appropinqvat omnium impletio, qvæ unqvam

 loqvu-

loqvutus sum. 14 Mednianski de rebus agi coeptis multa meditatur: Clamabit ille, & non in cassum: mirum est de illo qvoqve judicium meum! 15 Apud J. Ef. omnia sunt, uti semper, suspecta, qvamdiu non videbit: sed hoc te nihil moveat, satis factum est in testimonium illi, & alijs 16. Protectio mea tecum est: fidelis esto, hominumqve causâ ne te macera! vigila & ora! 17 *Oravi igitur, hymno Ecclesiastico fragilitatem deplorans meam.*

[*v.* 4. *qvi attinget* 1656] Attigimus multi, necdum beatitatem illam videmus: nisi fortè de consilii divini jam non retrò ituro successu (uti hactenus sæpè) intelligendum sit. v. 12) De qvo hæc dicantur, vide Rev. CCLVII. 2, 3.]

Rev. CCLIV. Aug. 7.

[*Classicum contra Babylonem*, 2, 3, 4. *Piscatura Gentium adhuc infidelium mandatur*, 5. *Invitatio earundem*, 6, *&c. Mundi status, Babylone destructâ, exspectandus pacatus.* 15. *Proclamanda hæc per Orbem*, 19, 20.]

A*Ngebar spiritu, manè, ferventer orans.* 2 *Et facta est vox Domini*: Tollite & attollite corda, ó vos servi mei! venerunt enim contestati dies judiciorum meorum. 3 Dies mei, dies præliorum meorum, præliorum adversus Babylonem! contra te ó Babylon, qvæ jam hôc tempore promeritas dudum accipies impia poenas! 4 Beati, qvi accipientes de manu mea plagas, effundetis eas super blasphemos, hôc jam tempore, ó vos Reges, vos Principes, vos Milites mei! 5 Vos autem servi mei, Ministerio (in Ecclesiâ) fungentes: Projicite rete in dextrum latus, ad piscandum Judæos, reliqvias frugum æstatis meæ, racemos vindemiæ meæ! sed & gentes Turcicas, Tartaricas, aliasqve transmarinas. 6 Nam Carceres meos aperui: plagæ meæ contra vos jam sanatæ sunt, ut intro eatis ad convivium in Domum Ecclesiæ, ubi sunt spolia thesaurorum meorum. 7 Beati qvi ex mandato meo illa vobiscum divident! jam estis intra ostium destinatorum à me temporum. 8 At non sine discriminatione inter puram & impuram pecudem: nam ecce puri eritis omnes, qvi auscultabitis voci meæ Pastoris vestri, ut ne ambuletis ampliùs post Baalim: 9 in Domo sangvinis alieni, qvem ego non fudi è latere meo, cùm pro vobis etiam ponerem animam meam. 10 Habuistis, & bibistis, locò Olei venenum: & locò sanantis Ungventi percussionem iræ: à qva vos jam dimitto, non meritò vestrô, sed gratiâ meâ. 11 Tantummodò

dò ut jam occludatis oculos proprii judicii, & carnalium persvasionum,
qvibus vos seducebant qvi me nosse nolebant. 12 Intenti erant illi bo-
nis suis externis & temporariis; interna & æterna mea non videbant, qvia
stultitia illis erant. 13 Sublimiora sunt supra captum vestrum, qvæ Ego
vobis offero per Testes meos: qvibus & antea sum usus, & nunc (*mor*)
temporis veniente plenitudine. 14 Qvis vestrûm, ô Nationes, intelle-
xit, qvodnam esset tempus qvô liberandi eratis? anteqvam complerentur
omnia in iis qvi vos seducebant? 15 Reddite ipsis duplum! tenebras
pro tenebris, & plagas pro plagis, ô vos à me jam illuminati Orbis
Potentes. 16 Et perfruemini solatiis plenis, cum Regnis & Terris
Vestris, postqvam ex illis ejecti fuerint turbarum concitatores. 17 Im-
plebitisqve Mundum cognitione mei æternùm viventis, qvem cognosce-
re non poterant nisi cùm assignata illis tempora venerunt, & jam ad-
sunt. 18 Ego qvod loqvutus sum pridem, loqvor & nunc, vestri cau-
sa ô populi me adhuc ignorantes! tantummodò consilium admittite, &
mori definite, separati à gratia ergà vos mea æterna! 19 Eja divul-
gate hæc per Mundi fora & plateas, vos servi mei: & benè vobis erit,
hîc & in æternum. 20 Nolite erubescere me, & non erubescam vos
in die mea. 21 Surge, & ista scribe dilecto meo, & tuo. 22 *Feci, de-
cantans Psalmum* 99.

Rev. CCLV. Aug. 8.

[*Visio rupti dolii brassicæ vetustæ* (1, 4.) *de processu judiciorum Dei adversus Babylonem explicatur*, 5. *&c. Saxum à machinatoribus in propriam contritionem volutatum*, 11. Reges excutere jugum pseudo-spiritualium docentur, 13. *ipsiqve Ordinem Politicum & Ecclesiasticum tueri*, 15. *Calix iræ Cainitis ebibendus*, 19. de Rerum Emendatione opus edendum 21. &c.]

L*Ucescebat: & ostendit mihi Dominus Dolium ingens, plenum brassica vetu-
stæ, cujus circuli rumpebant; & liquor exstillabat.* 2 *Viri autem robusti
concurrentes novos circumducere tentabant circulos, sed frustrà: effluebat enim
violentius.* 3 *Illi ergò lamentabantur, non prius esse provisum: ego vero mirabar,
videns eos operam ludere.* 4 *Hoc ubi transiit, cogitabam qvid illud significa-
ret: & Dominus, aliqvantò pòst*; Scribe! 5 Ostendi tibi Dolium in qvod
congregavi Nationes Terræ, reductas in spiritum unum ad Opus meum:
de qvo Meridionales parum adhuc intelligunt, sed informabuntur

ab

ab Occidentalibus. 6Et ecce,nulli ratiocinationum humanarum circuli,nec ulla astuta hostium meorum consilia, obtinere poterunt, qvin Conspiratio contra Babylonem, & Meretricem Bestiæ insidentem, procedat. 7 Id autem qvis fecit, & faciet, nisi judiciorum meorum consilia, cum Babylonicæ ruinæ termino decurrentia? 8 Et attende tu jam, cum aliis me & doctrinam meam diligentibus, hâc etiam in Terra, qvàm discursabunt, ejulabunt, consilia qværitabunt, ut opus hoc sistant? sed omnia jam in cassum. 9 Ibunt ut diluvia Exercitus mei: neqve dicet qvisqvam, In cujus gratiam ista fiunt? 10 Sed hoc tantùm; *DESTRUENDI ET EVERTENDI TEMPUS VENIT!* qvod anxiè exspectabant per totam Europam ab Antichristo afflicti. 11 Volvebant filii Babylonis super montem altæ humanæ sapientiæ ac potentiæ saxum: qvod ecce jam revolvitur, superqve ipsosmet cadet, neqve sisti pòterit: donec superbiæ, tyrannidis, mendaciorumqve & imposturæ, cornua conterat. 12 Iamjam enim lapsabant justi sub tyrannide Babylonis, & adminiculatorum ejus. 13 Revertimini ergò Reges Terræ ad sceptra vestra, ut regnetis sine dominatu super vos superbæ illius spiritualis potestatis, non spiritualiter, sed mundanè, Vobis legitimè à me constitutis potestatibus dominantis, & vos deprædantis. 14 Isti enim spirituales detrahebant capiti Vestro honorem, qvem ego illis nunqvam dedi, nec ipse in Terra existens unqvam usurpavi, tametsi omnem Cœlo & Terrâ potestatem à Patre *mihi* traditam habui. 15 Satis hoc sit ad intelligendum Vobis, qvod & antea sum loqvutus, & nunc loqvor: nec aliis loqvor qvàm vobis, qvibus locum meum in Politia & Ecclesia, ordinis causâ, commisi: 16 Ut sciatis qvomodo in mea magna Domo, Mundi Nationibus, regnetis, Ordinemqve Ecclesiæ tueamini, meliùs atqve à tot seculis factum. 17 Qvas confusiones tolerare diutiùs neqvivi: qvia illo sub regimine omnes virtutes moriebantur in Europa, in conspectu Infidelium, qvibus subveniri non potuit, qvamdiu caligo illa in terra serpebat. 18 Accendite igitur facem doctrinæ meæ, Evangelii puri, Legis meæ Vobis traditæ, super vos ipsos & Infideles adhuc, ó vos Christiani, qvi nomen à me acceptum geritis! 19 Infudi jam ego Calicem, ut ebibant feces iræ meæ illi, qvi sangvinem innocentem posterorum Abel cultoris mei, simplicitatem ac veritatem diligentis, sorbebant. 20 Tu autem serve mi ne lassesce in labore hoc: nam dies mei ad Mundi finem properant. 21 Sed & dilectus meus ne differat alloqvi Populos & Lingvas, ad illuminandum eos. 22 Nam ab Apostolorum tempore nihil simile, & seculo huic æqvè accommodum,

etiam

editum est à qvoqvam, atqve illud est qvod juxta decretum consilii mei animo ejus suggessi, & suggero, ad illuminandum Nationes Mundi, proferendumqve in lucem arcana, in secreto consilii mei adhuc reposita. 23 Qvapropter fideles mihi & vobis estote, cum omnibus ad qvos hi sermones mei spectant: Operis mei memoria manebit in æternum. 24 Surge, & hæc mitte qvorsum mittenda sunt: Vigila & ora, cum fiducia protectionis meæ. 25 *Scripsi ergo cum timore, & oravi: commendans Deo me, Nationésqve illas mundi, per qvas glorificandum est nomen Domini.*

Rev. CCLVI. Aug. 17.

[*Visio panni subitò texti, de celeritate operis Dei adversus Bestiæ nutritios explicatur*, 3. *Repagula consiliorum Domûs Racocianæ disjicienda*, 8. *Mednianskv*, 10. *Vindicibus Ecclesiæ merces promittitur*, 13. *Reformatio Mundi instat*, 14. *Pseudo Ecclesiastici perdendi*, 19. *Rex Bohemiæ novus*, 23.]

M*Ane à precibus ostendit mihi Dominus Lanam netam, unde panos faciebant ad texendum pannum, texebantqve*, 2 *Nec multo post attulerunt volumen panni paratum, pulchrè decoratum: qvod ego intuitus, qvid esset cogitabam.* 3 *Et Dominus*: Jam veniunt flatus procellarum mearum ab æterno decretarum. 4. Jam enim dejicio, & dejiciam, mortibusqve prosternam, illos Mundi potentes, qvi fulciebant Bestiam. 5 Super qvos aggessi lapidum congeriem, ad humi sternendum Goliathos Davidi maledicentes: ut pereant de terra, nec videant renovationem Domûs & Civitatis meæ, Mundi. 6 Ferdinandus etiam tertius: qvi apud homines vivit, sed apud me mortuus est, nec vitam gloriæ meæ vivet. 7 Qvia curam ejus non ita habuit, ut per Gentes sibi concreditas ego glorificarer: nemo illi opitulabitur, donec & pereat. 8 In Domum Racoci ingressus est qvidam, qvi repagula disjiciet Consiliariorum ejus, obsistentium ne ille mandata sibi à me dudum faciat. 9 Si surrexerit, gladiumqve ad dissecandum meos & suos hac in Terra hostes, Iesuitas, & reliqvam Babylonis colluviem arripuerit, Illi & Terræ huic benè erit. 10 Mednianſki eum excitat, excitabitqve sermonibus suis, ne dormiat: collectô etiam nunc Viennæ novô lumine ad promovendum stamen Operis mei, 11 Cumqve secundò inclamabit Principem, audies tu pariter: ora itaqve pro illis, & isthæc scribe! 12 *Qvod illicò feci, decantans Psalmum* 86 (Inclina Domine aurem tuam, *&c.*) 13 *Dominus vero iterum*: Qvicunqve vestrûm

à me

à me electorum ultionem inducet super Bestiam, sicut denuntiavi, mer-
cedem vitæ accipiet cum Agno Dominatore Terræ, futuriqve seculi, plenæ
ineffabilis cum ipso gaudii: & hæc merces erit æterna. 14 Revertimini,
revertimini ad me, ó Nationes Terræ; nam appropinqvat ut impleantur
omnia, quæcunqve à seculis Ego, per os meum et alienum, loqvutus sum.
15 Collecturum esse me Zizania in campo Agri mei; & pisces de Sagena
Mundi, ad complendum mensas Nuptiarum mearum. 16. Qvod prohi-
bitum ibant seductores illi, sine me super Terram regnantes: qvorum stre-
pitus non erat vox jucundæ jubilationis in Sion, sed fuit vox foetoris fulmi-
nei ignis: 17 qvò venenabant Oves, caprinos pilos & mugitum haben-
tes. 18 Qvem adulterini Idololatrici Cultûs mugitum nolo ampliùs au-
dire: illæ enim (Oves) moriebantur sine me Pastore æternæ gloriæ.
19 Qvapropter vos maledicti interfectores verarum & fidelium Ovium
mearum, perite, & eradicati estote de Terra! 20 Nam vocem meam,
qvâ vivunt Oves meę, vos detinebatis: ne audirent eam illæ Oves meæ,
pro qvibus ego animam posui meam, à me ipso sine illarum meritis, qvip-
pe qvæ nondum erant. 21 Exarsi Ego erga Vos æternò amore, ò Natio-
nes: ut inhibeam interitum Vestrum, licèt à vobis non reqvisitus. 22
Qvia me non noveratis, in tenebris vanarum Religionum constituti, sine
luce & face legis meæ, sineqve illis in qvorum manus eam dedi, ad con-
gregandum vos in Ovile meum. 23 Serve mi, veniunt tempora introdu-
cendi Pragensem in Arcem Regis, cui ego suffragatus sum, & suffragor,
contra votum & spem omnium hominum: qvod mirabuntur permulti.
24 Sufficiat autem modò: Surge, scribe. 25 *Et feci sic, decantabamqve
Psalmum* 117.

Rev. CCLVII. Aug. 20.

[*Visio administratæ Eucharistiæ resolvitur in lamenta Dei super ingratitudinem ho-
minum*, 11. *qvibus proponitur Cœlum & Infernus* 22, *Potentia Dei in resuscitandis
mortuis* 31. *Via & ostium ad Christum* 37, *Bonis benè, malis male futurum*, 38]

*ITerum factum est ad me Verbum Domini, postqvam mihi Dominus ostendisset
Virum vultu gravem, & aspectu decorum,* 2 *tenentem manu Vasculum sa-
crum & Calicem, in qvo Panis erat consecratus, & Vini loco mel dulcissimum.*
3 *Et administrabat Vir ille mihi & aliis, notis & ignotis mihi, ibidem præsenti-
bus:* 4 *cum enarratione nobis, qvàm suave sit cum Creatore suo partem habere,
gustuqve æternæ convivationis hîc in terris prælibatô, in cœlis deinde ad plenum per-
frui.*

frui. 5 *Declarabat simul, quâ id ratione fiat cordibus & animabus nostris per-*
ceptibiliter, vi interna vivificationis, externè autem fide participationis. 6 *Quod*
plerosque nec intellexisse nec intelligere; imò constitutos in variorum errorum tene-
bris rem quoque ipsam ignorare. 7 *Et rursum: quàm triste sit, æternisque de-*
plorandum lacrymis, hisce cum Deo deliciis privari, & iis in æternum carere.
8 *Quæ audita in me admirationem, ingensque gaudium & gratiarum actiones*
excitârunt, quod mihi quoque his cœlestibus in corde gaudiis perfrui datum sit:
9 *decantabamque hymnum, de misericordia Dei erga Hominem lapsum, quem*
per Filium reparatorem vitæ restituat &c. 10 *Non ita longè post, alloqu-*
tus me Dominus & Deus meus, singulari Zelô ita fatus est. 11 Ecce tem-
pora mea accepta! ecce dies gratiæ igne amoris mei erga Vos, ô Natio-
nes Terræ, accensæ! in qvibus Vos inclamavi, & inclamo. 12 Sed
qvid, dum multi nihil attendendo nesciant, multi etiam scire nolint, qvid
et dudum promulgatum sit, & promulgetur modò? 13 Meliùs esset
multis, non natos fuisse: qvia dies salutis dum semel transibunt, non red-
ibunt in æternum. 14 Tu jam sile! nihilqve ampliùs illis detege, qvi-
bus te loqvi jusseram, donec inqvirant ipsimet. 15 Magnum apud me
hoc est, qvòd me Populus meus audire renuat. 16 Qvis illorum novit
qvid in consilio meo sit, indicet tibi? 17 Inexcusabiles erunt apud me:
nam ecce frustra eis loqvutus sum, & in hodiernum loqvor. 18 An verò
ego sine illis etiam miracula edere non potero, mediorum apud meipsum
habens satis? 19 Et qvem, atque cujus bonum, qvæsivi & qværo, nisi
eos, & eorum bonum, hac in Terra & alibi per oras Terræ? 20 Qvæ
omnia dum aspernantur illi, caliginem terrorum iræ meæ sibi advocant:
qvæ iræ caligo jam in foribus est, tametsi credere nolint. 21 Qvas
fores si illi occludunt, ego recludam, iterumqve occludam: non rece-
dent sagittæ iræ meæ ab irritantibus me incredulitate suâ, ut non recesse-
runt à Sodoma & Gomorrha. 22 Væ Vobis, si Cœlum qvoqve super
vos occlusero, ad negandum vobis lumen gratiæ! qvomodo expostula-
bitis mecum? lucis enim mihi satis est sine vobis ô homines. 23 Su-
stento ego vos, vos inqvam, non mei, sed vestri causâ: ne vos ante tem-
pus opprimat rigor justitiæ meæ. 24 Qvod vos intelligere non vul-
tis, vacui timoris mei, confisi vobis & pacto qvod vos fecisse putatis
cum morte & inferno. 25 Sed ô vanitas, vanitas! qvam dum seqvi-
mini, Cœlum & Terra vos accusabunt: 26 Et accusant illi qvoqve,
qvos ad consolationis lucem promovere renuitis: cùm tamen præmium
æternum vos exspectaret, qvod non vultis intelligere. 27 Ne igi-
tur similes estote Bobus, vultum suum nunqvam sursum attollentibus:

qvia sibi Terra sufficit. 28 Vobis autem, ô filii Hominum, ego aliam pa-
ravi mansionem, æternitatis Domum bipartitò divisam, in Cœlum & In-
fernum. 29 Vos maligni, sine me regnantes, ne aliud exspectaveritis, qvàm
plagas pro plagis, & contemtum pro contemtu, qvem auferetis. 30 Nam
noluistis agnoscere tempus, diem & horam, gratiosæ meæ vocationis ad la-
borem, pro glorificando nomine meo magno, in vobis & aliis, vicinis & re-
motis proximis vestris, in Nationibus Mundi. 31 Cùm ego Lignum accepe-
ro, & concremavero igne, qvis vestrûm est qvi è cinere illud educat denuò!
sicut ego vos educam è pulvere Terræ, & constituam in ultionem malos,
voci clamoris mei inobseqviosos. 32 Rursumqve constituam ad solatia &
præmia me noscentes, meaqve mandata obseqviosè in terra exseqventes.
33 Si corde hæc perceperint ii, qvibus loqvor, ipsis benè erit: sin, malè. 34
Tu ne lassesce, sed mihi da honorem, in hoc opere meo, ut tibi benè sit. 35
Quibus ego auditis, & mox ad mandatum conscriptis, oravi Deum ut misereretur,
corque bonum & spiritum sanctum daret illis, quibus annuntiari jubet voluntatem
suam: 36 *decantans illud Ecclesiæ solenne,* O sapientia increata, qvæ de Thro-
no Altissimi egressa, mirabile omnium es principium, & finis, potentérqve,
sapienter, benè, disposuisti omnia: veni, & edoce nos vias prudentiæ! 37
Dominus verò addidit: Non est apud me alia via, nec ad me ostium aliud,
præter Obseqvium, Fidem, Dilectionem, & Patientiam cum timore judi-
ciorum meorum. 38 Nam ecce bonis benè, malis malè, in æternum fuit,
est, & erit. 39 Satis autem nunc, serve mi! Protectio mea super eos qvi me
timent, & qværunt in veritate. 40 *Et laudavi benedictum nomen Dei, decan-*
tans Psalmum 80, O Pastor Israëlis attende &c.

Rev. CCLVIII. 21 Aug.

[*Mednianski*, 1. *Bisterfeldius*, 2. *Adjunctus*, 6. *Princeps Transylvaniæ*, 9.]

A *precibus matutinis vidi* D. *Mednianski, cum quo agebatur de dimittendo Fi-*
lio ad officium quoddam in Arce nostra: ille autem renuebat. 2 *Et Dominus,*
paulò pòst: Validis argumentis aget Mednianski causam meam contra eos
qvi Principi aures obtundunt, præjudiciisqve suis ne ille indicatam sibi
voluntatem meam faciat impediunt: qvorum primus est Bisterfeldius.
3 *Et mox vidi manum extensam, tenentem facem, quam exstinxit ventus: &*
Dominus, Exstingvetur candela illa. 4 Multa erat de illius consiliis opi-
nio: sed ille, ut homo, parum posuisset in substruenda Rac[illegible] Do-
mo,

mo, si non ego illam ædificarem, nuper & nunc. 5 Duplex responsum su-
per illa qvæ ad Principem missa sunt adferetur. 6 Adjunctus tuus, servus
meus, plus eô loci qvô illum misi, ad inserviendum voluntati meæ efficiet,
qvàm in Hungaria. 7 Benè fecit, qvòd se compedibus horum exuit: qvibus
ego te qvoqve liberabo, dum te tuâ in statione locabo. 8 Vigila & ora! mi-
ra brevi tuam ad notitiam venient. 9 Cùm Exercitus mei ab Oriente & Se-
ptentrione incipient surgere, si Princeps occasioni non deerit, benè sibi
consulet. 10 Tu hæc parata habe, ad referendum illis in testimonium. 11 *E-
go autem oravi pro Principe, & Medniansky, & Consiliariis* D*omûs Racocianæ*,
&c.

[*v.* 3. *Exstinctus qvoqve fuit, brevi pôst: impletaqve comminatio facta Rev.* CCLIII. 12.]

Rev. CCLIX. Aug. 23.

[*Susurratores in somno visi*, 1. *argutatores in Aula Principis*, 3. *Responsum ad ista*, 6. *Revelationes hæ sub censuram qvibus dandæ*, 7. *Cœli signa, nunc freqventia, quid portendant*, 11. *Ignis & Aqva*, 14. *Christum ignorantibus succurrendum amore Dei*, 17. *Contestationes hæ Dei ad qvid*, 23. *Solus Deus timendus*, 24.]

D*Iluculi tempore vidi Viros religiosos Pontificios habitu vario, illisque mistos A-
nabaptistas, à quibus mihi metus surgebat: qvia solus cum illis assidebam men-
sa, illi verò capita conferendo susurrabant.* 2 *Qvæ cùm transiissent, orabam ardenter
cum timore Dei, tùm mente tùm voce:* 3 *Et Dominus:* Scribe qvæ dicturus
sum: nam ventilant variè ratiocinationibus suis in Principis Aula verba mea,
de ore meo profecta, etiam sic dicentes: 4 Conturbatio Nationum fiet, si
nos isthæc moverimus: & qvis nôstrûm obstruet ora, ne dicant, Deus non
mutatur? 5 Saltem ergò tempus nobis sumamus, donec permaturescant fru-
ctus Arboris illius, cujus rami robusti adhuc sunt, nec in nobis vires sunt ad
assegvendum horum sermonum veritatem. 6 Sed metus hic ex ratione car-
nis profectus frustrancus est: qvia consilium non est contra consilia mea. 7
Si eos adibis, dices eis: Si mihi non est loqvutus Jehova, date hæc ad li-
brandum arbitris. 8 Sed iis, qvibus est cor simplex, & apud qvos est fax Le-
ge meâ & Prophetis accensa, ardens veritate. 9 Sed qvanti vos valebitis,
cùm vos propria conscientia vestra convincet coram hominibus? 10 Et qvid,
cùm ego vos coram Angelis convicero? & robore potentiæ meæ causam
meam egero sine vobis? 11 Signa mea cœlestia contra vos erunt, qvibus e-
go vestri causâ utor, non meâ: sic etiam contestando, velle me Rerum Mu-
tationem in Mundo fieri. 12 Cùm tamen qvis unqvam è vobis hominibus

dicere ausus est, Præstemus aliqvid simile his qvæ in firmamento fiunt?& si-
étne ibi aliqvid ad mandatum hominis? 13 Frustra, frustra perscrutari me
qværitis, ô homines intellectûs tardi, causam meam agere refugientes. 14 Si
vos ego ad comburendum imposuero igni, ecqvæ aqva invenietur ad exstin-
gvendum eum? 15 Nisi fortè non creditis, me ignem justitiæ Patris mei ex-
stinxisse sangvine & aqvâ, ex me & latere meo profluente? 16 Idqve non u-
nius vestrum, aut unius Nationis, causâ: sed pro toto in me credente, & me
per agnitionem potentiæ operis mei in veritate perfruente, Mundo. 17 Non
diligitis vos me, dum diligere non vultis eos qvibus ego per vos succursum
volo, in Gente hac & aliis. 18 Si diligeretis me, daretis locum iis qvæ fert
arbor dilectionis, cum fructu Fidei & Obedientiæ. 19 Qvæ si cui desint,
frustra se meum jactat Discipulum, frustra in mundo est, frustrà excedet: 20
detractam habens (vestem) vitæ meæ obedientis, detrahetur ipse qvoq; de
loco & civitate habitationis mecum. 21 Qvod ubi venerit, & si venerit, væ
vobis in æternum! mortem gustabitis æternam. 22 Nam inclamabam Ego
vos, & inclamabit vos propter incredulitatem vestram ipsa Terra: Terra in-
qvam ipsa, qvâ abusi estis ad obumbrandum vos, & oculos vestros, ne videre-
tis hinc benedictionem, illinc maledictionem, meam. 23 Tu surge & scri-
be! Nam magna est contestatio hæc mea: qvæ si non proderit illis, proderit
eis qvos habebo post vos in Terra, priusqvàm occlusero Domum meam, in
qvam Virgines fatuæ, oleô destitutæ, non ingredientur in æternum. 24 Tu
autem me time, non homines: Ego sum clypeus tuus, & protectio tua, ad
diem vitæ. 25 *Qvibus ego auditis, & mirabar, & orabam decantans Psalmum*
82, Deus stat in cœtu Deorum &c.

Rev. CCLX. August. 26.

[*Gleba Salis montem versùs tracta*, 1, 2. *qvid portendat*, 13. *Dies exultationis Nationibus*, 4. *potentia Bestiam fulcientium disjicienda*, 5. *Ferd. rosa malè olens*, 6. *Balasdi & Elesbazi*, 8, 9. *Sangvinis rei sangvine luant*, 16.]

*ANte lucem somniabam, me cum altero qvopiam trahâ vehere Glebam salis al-
lô trahente, me verò à tergo trudente.* 2 *Cùm verò eam ægrè in montis clivum
deduxissemus, reliqvimus ibi fractam: scrobes enim erant, & locus undiq; præceps, &
invius.* 3 *Postqvam evigilaßem, & orassem, alloqvutus me Dominus dixit:* Fidelis
esto usq; in mortem, & dabo tibi coronam vitæ. 4 Veniunt enim Nationi-
bus Terræ dies exultationis, cum voce jubilationis ob manifestatam verita-
tem vitæ, morientibus sine agnitione mei, qvi sum Radix Davidis: cujus
posteri ingredientur (introducti de plateis Mundi) ad accumbendum &
convi-

convivandum in Domo Ecclesiæ meæ. 5 Dejeci, & dejiciam, potentiam
Poloni, Hispani, Galli, Bavari & Saxonis, intricantium & distrahentium
rete consiliorum meorum ratiociniis suis. 6 *Mihi autem venit cogitare Ferdinandum : & Dominus*, Decidet ille ut Rosa maleolens, ab igne iræ meæ,
qvod brevi audies. 7 Venient tibi solatio singularia, à Septentrione &
Meridie. 8 Cumqve Mednianski redierit, convenies cum illo Balasdium,
determinabitisqve de his consilium. 9 Sed adjungite Eleshasium, ut illi
(*qvemadmodum antè dixi*) unum facti, alios informent ad celeriter exseqvendum voluntatem meam hac in Terra: unde aliis terror, aliis gaudium,
orietur. 10 Tu mane in dilectione mea, qvam nemo novit meliùs ac
ego, & tu. 11 Et perge laborare in eo, qvod mandavi tibi (*NB. S.*)
venient solatia tua. 12 *Qvibus ego erectus, recogitare cœpi somnium, qvid
illa Salis vectura montem versùs significaret?* 13 *Et Dominus* : Sal meus
est, qvem vos duo jam in verticem, operosè licet, promovistis: Sal
(*inqvam*) beneplaciti mei, qvô condiri debent Ordinis Constitutiones
in Terræ Nationibus. 14 Ut ne ampliùs sint fœtores putredinum, &
fumi ignis Mundum inficientis vanâ Religione, qvâ peribant Animæ
instabiles, vacuæ cognitionis mei : 15 qvi Salutis potentiam in me
ipso habens solus, propinqvis eam & remotis, sine me errantibus, Ovibus meis offerre decrevi. 16 Qvod non fiet citra profusionem sanguinis eorum, qvi sanguinem fundebant aliorum, qvemadmodum tibi ostendi heri. [*Videram sub solis exortum terram sangvine perfusam : qvem spectando diu cogitabam, an, qvid hoc sibi vellet, significaturus esset Dominus? Ille autem nihil nisi, Surge, aliàs tibi dicam:*] 17 Qvam sangvinis effusionem inchoari volo à Domo Racoci : de qvo Princeps ipse ad
Mednianski responsum jam adornat. 18 Tu in sorte tua sta, vigila,
ora : *qvod & feci, decantans canticum, Domine dignare excitare spiritum nostrum &c. Psalmum item 75.*

[*v. 17. Factum, venit responsum illud, cujus data fuit 29 Augusti. Unde cor Principis divinitùs mutatum agnosci potuit.*]

Rev. CCLXI. Aug. 21.

[*Belli adversus Bestiam expeditio celerrima, præfigurata & prædicta*, 2, &c. *Characteres Militis Dei*, 6. *Cæci, surdi &c curru vecti*, 11. *Reformationem Mundi* (*variè hucusque frustrà tentatam*, 17, 26. *& cur aliter fundamenta ponenda*, 28, 35.) *præfigurant*, 36. *Cor ante omnia reformandum*, 38. *Veritas triumphabit*, 41.]

I*Terum ad me Verbum Jehovæ factum est.* 2 *Diluculi tempore ostendit*
mihi Dominus congregari Exercitum: qvi cùm lustraretur explodebantur sclo-
peta, ut Exercitum ignis contegeret. 3 *Aderant autem Viri multi Nobiles &*
eximii, stantes: & inter eos Adjunctus meus habitu decoro, ut & ego. 4 *In*
medio autem sedebat Dominus qvidam, ætate mediâ: quærens ex nobis præsentibus,
Jamné tempus expeditionis esset! 5 *Et mox venerunt ingenti fluxu aquæ*
limpidæ, ad pontes usqve pertingentes: Currus tamen transibant commodè, ut mi-
raremur. 6 *Adstabant autem Proceres, Hungari & Moravi, mihi noti, in-*
terrogantes de characteribus verè heroici Militis, in qvo consistant? 7 *Ego*
autem respondi: Non consistere in persona statura, neqve in armis, sed in corde bo-
no, & heroica mente, cum precibus & invocatione Dei, ut in Mose, Josua, Sam-
sone, Davide, fuit. 8 *Ut verò ad me redii, crepuit cum sonitu: ego autem cogi-*
tabam, num qvid præterea futurum? 9 *Et Dominus:* Jam adest ultima hora
mea! jam insonabit per Adjunctum tibi vox mea exteris Nationibus.
10 *Et oravi, cantans:* Deus potens, Deus æterne, Creator, *&c.* 11 *Et*
subitò mersus somnò vidi Currum, cui insidebant cœci, surdi, claudi, & aliàs cala-
mitosi, vecti ad Medicum in Urbem. 12 *Qvi Currus nos transiens lapsabat:*
ego vero cogitabam, qvid istuc esset? 13 *Et Dominus:* Scribe, & inscribe,
qvæ loqvuturus sum. 14 *Et oravi, cantu sonoro:* O imple nos tuô spiritu
Domine Jesu Christe, *&c.* (*duos versus ultimos ex Cantico de Christi 12 an-*
norum ætate.) 15 *Ut cessavi dixit Dominus:* Serve mi, Opus me-
um qvod in Cœlis ago, pro me & iis qvi faciem meam vident, & ser-
viunt mihi dies ac noctes in æternum, mirabile est: 16 de qvo
Vos sub Sole alii parum, alii nihil scitis: qvia spiritum Omniscientiæ non
habetis. 17 Fatigabant se multi super Terram, terrena mea opera, &
qvæ infra cœlum sunt, evestigandi desideriô. 18 Sed exorsi obticuerunt:
qvia Currus cogitationum suarum mersabantur in profundo aqvarum
mysteriorum Operum meorum. 19 Nec evehebant aliud è tota vita,
nisi hoc, qvòd satiari neqvibant spectando Opera Dei: tandemqve per-
spicacissimi etiam exclamare debebant, ô profunditas! 20 Qvid autem

Vos

Vos hujus ævi homines, ostendetisne aliud qvid, aut simile, qvod ego Creator vester nesciam? qvid cogitationum & interni operis Vestri omni tempore fuerit, sit, eritqve in seculorum finem? 21 Redite, ah redite, ad dies exordii creationis Vestræ! ut vel saltem attendatis, unde illa sint, qvæ unqvam Vestri causâ à me dicta aut facta sunt! 22 Et auscultate mihi, qvi nunc renovare volo Populum rationalis creaturæ meæ, super faciem totius Terræ: 23 Ut Vos à me electi exeatis, aliosqve Vobiscum educatis, ex vorticibus aqvarum inanis habitationis super terram: 24 ad serviendum mihi soli æternùm viventi, incedendumqve intra cancellos doctrinæ meæ, cum aqva limpida cultûs & ministerii à me ordinati. 25 Atqve si multi ad me per cognitionem mei, & fidem in me, ac de me, venistis: eccur juvare alios recusatis? 26 Tentabant qvidem id varii variè, diebus & annis præteritis: sed qvid, cùm sibi alios præstituebant fines? qvasi ego id ignorarem. 27 Sed ecce, exstincti sunt! nec aliud memoriæ remansit, nisi voluisse. 28 Ponite igitur vos tandem fundamentum aliter! ædificantes super me, & scopum gloriæ meæ. 29 Eruite radices errorum, cœcorum istorum ducum: propter qvos Nationes multæ, cœcæ cum illis, videre me neqviverunt, qvalis sim cum Patre meo, & Spiritu sapientiæ ac sanctitatis æternæ. 30 Sine qva sapientia nihil vobis innascetur ejus, qvod ad æternitatem opus est. 31 Convocate ad prælia bellorum meorum! sed belligerari (*docete*) non ad occidendum corpora, destruendumqve munitiones Urbium & arcium: 32 sed ad demoliendum spiritus impuros, & ad subvertendum montes erronearum doctrinarum, in mortem non vitam deducentium. 33 Atqve hoc erit meum illud opus novum, renovatioqve Mundi speciosa: non propter temporariam in Terris, sed æternam in cœlis mecum habitationem, qvi nondum penetrastis ad me datorem, radicem, arboremqve vitæ, 34 qvam ego pro me solo ab æterno habeo, sed & pro vobis, qvos decrevi assumere, adjungereqve consortio eorum qvos nunc videre non potestis: sed videbitis ibi, ubi ego cuiqve illorum locum paravi, & assignabo in æternum. 35 Tollite igitur super vos jugum meum, ô homines, & discite à me! fodite fundamenta novi ædificii spirituali Jerosolymæ, per Gentes & Regiones Terræ! 36 Ad introducendum eò cæcos, surdos claudos, sub vexillum puri cultûs mei, sine erroribus & idolis, sineqve hæresi & schismate, 37 per agnitionem plenam mei, & fidem de me vite vestra, ad serviendum mihi soli spiritu & corpore, in cordis simplicitate. 38 Cor enim ego reqvisivi semper, & reqviro: qvia in illo radix est totius vestræ bonæ cogitationis, locutionis, & actionis. 39 Reno-

novate itaqve illud, & in vobis, vestri gratiâ, & in aliis aliorum proximorum vestrorum causâ: me vobis ad id nullô merito vestrô opem ferente: ô vos qvi vestri & aliorum causâ locum meum in Mundo, qvocunqve gradu, tenetis. 40 Æternùm vobis benè erit, æternaqve Operis vestri, dum sic agetis & mihi auscultabitis, memoria manebit: sicut olim mandavi, & adhuc loqvor. 41 Satis verò nunc sit iterum! scribe omnia: Veritatem enim triumphare necesse est in æternum. 42 *Hæc Dominus loqvutus, conticuit: mihi autem in mentem venit Psalmus* 122, *qvem decantavi*, Lætatus sum in his qvæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus &c.

Rev. CCLXII. Aug. 30.

[*Supputatio Temporum ratione humanâ impedita,* 1, *&c. Apud Deum omnia sunt unum,* 9. *Ultima adsunt tempora, ultimaqve rerum mutatio,* 15. *&c.*]

M*Anè à precibus vidi Viros multos supputantes Numeros, & dimetientes Tempora: inter qvos stabat qvidam ostentans illis Rotam unam, & in illa* Tempus unum. 2 *Qvod supputantes illi neqvibant intelligere, qvia Rotam illam unam neqvibant videre.* 3 *Ego autem cum aliis non multis eam vidi: vidensqve, qvid istuc esset cogitabam.* 4 *Dominus verò meus:* Dies & Anni sine numero, & Tempus unum sine temporibus, qvomodo sint vos non asseqvemini, nisi è tricis Mundi exieritis. 5 Emendate igitur qvæ ego emendata volo, in vobis & aliis, proximis vestris, dum gratiæ tempus est, & non ultionis. 6 *Si qvid* lucidius repereritis præ illis, qvæ ego de postremis Mundi seculis loqvutus sum, & loqvor, ostendite id vobis & aliis, vos qvibus ego scientiam dedi. 7 Ut ne qvid nunc loqvamini contra me, nisi priùs aliud seculum, & aliud tempus, vobis & aliis me ignorantibus (qvi solus sine tempore sum) ostenderitis. 8 Qvomodo enim vos resistere poteritis robori Temporum meorum, qvi neqvidem vestra novistis Tempora? qvæ apud vos tria sunt, Præteritum, Præsens & Futurum. 9 Sed apud me unicum est: qvia Essentia nostra unica est, neqve sunt plures: unus Spiritus, una Sapientia, una Potentia, una Voluntas, unum Tempus æternum, omnia ista in se complectens, citra differentiam loci & accidentium. 10 Qvod nosse non poterant multi in Terra, qvia nondum venerat tempus ut id nossent. 11 Sed ecce jam venit dies lætitiæ & exultationis pereuntibus sine me! qvibus si opitulabimini vos à me electi, potentes & eximii, in seculo & in Ecclesia, manebit æterna memoria apud me, & Angelos, hominesqve: qvibus porrexeritis dextram,

tram. 12 En ſerve mi! tu qvoqve nondum accepiſti mercedem dierum tuorum! qvia nondum dies tui attigerunt tempora ſua: qvæ ubi attigeris, ut & alii ignorantes tempora ſua, acqvirent novas vires. 13 Ex me ſunt omnia hæc, non ex vobis: qvibus non plus datur noſſe, & dijudicare, niſi hoc qvod eis loqvor, & illi audiunt, multi tamen ſine fide adhuc. 14 Qvia illis qviddam in mente naſcitur, qvod obſtat ne intelligant qvale futurum ſit, id qvod futurum eſt, anteqvam veniat. 15 Veniet autem mutatio, cui nemo hominum tempora & metas conſilio & arbitratu ſuo poſuit, ſed Ego & ſapientia mea: 16 Sub qva non diu jam Rota Mundi, & Temporum, ſtabit, juxta dimenſionem meam de abbreviandis diebus iſtis. 17 Qvod & anteriores intellexerunt, ita loqvi ſoliti, prope abeſſe ultimos dies, nondum tamen veniſſe. 18 Qvod non ex ſe habuerunt ut noſſent, ſicut neqve nunc nôrunt multi: qvia Mundus errat, & homines in eo. 19 Jam autem nolo errare Oves meas, ſed ut ſubveniatur illis. 20 Non tam reſpectu corporis qvàm Animæ, promovendo eas ad ſpem paſtionis æternæ, qvâ vobiſcum me jam noſcentibus perfruantur in æternum. 21 Admittite hæc vos ſapientes & potentes, vel jam tandem hôc tempore vitæ veſtræ, ad cor! qvos è tenebris vocavi in lucem, & à morte ad vitam: 22 ut ſciatis vos non eſſe veſtri juris, & terrenos tantùm, terreſtria curantes: ſed eſſe meos, juxta æternum decretum meum, ad ſuccurrendum vobis; & per vos multis aliis pereuntibus paratum. 23 *Qvibus ego auditis magnificavi Nomen Dei, & iſta ſcripſi juxta mandatum. Hallelujah.*

Rev. CCLXIII. Aug. 31.

[*Viſio conſultantium de Ordine conſtituendo in Urbe, (1 &c.) accommodatur ad Conſultationem de Emendatione Rerum in Orbe, 6. Exhortatio ad illam urgendam, 12, 22, 23. Liber ab Agno reſignatus nonniſi unicum jam habet ſigillum, 19. Cur Deus hæc ſcribi curet, 24. Dominatus Chriſti mirabilis, 28, 29. Theſaurus Chriſti electi ſalvandi, 31.*]

I*Terum ad me factum eſt Verbum Domini, cùm poſt matutinas preces per viſionem in Civitate plateis amplis, qvas perfluebant aqvæ, eſſem.* 2 *Erant ibi homines, & inter eos Viri graves ac præſtantes,* Politici ac Theologi, *conſultantes qvomodo celeriter conſtitui poſſit, ut per totam urbem & plateas omnia procederent ordinatè, ſine confuſione.* 3 *Scribebant etiam conſilia, loco qviſqve ſuo: ego etiam, ut cuidam in patriam redituro ſubveniretur; cui & ſubveniebat qviſqve iſtorum virorum alacriter.* 4 *Tùm & alii, qvibus ex Urbe diſcedendum erat, curribus qvoqve jam inſidentes, perſcribebant, & qvidqvid qviſqve ſcripſiſſet, aliis communi-*

*municabat: tanto erga invicem charitatis ardore, ut sese amplecterentur mu-
tuo, illisqve qvibus erat Civitate egrediendum omnes ministrarent cum gaudio.*
5 *Hoc postqvam transiit, ego autem repletus gaudiô quid istuc esset cogitarem, re-
spondit Dominus:* 6 Mundi Domum vidisti, & plateas ejus, variorum-
qve ordinum homines, à me variâ scientiâ collustratos, qvi & scribe-
bant dudum, & scribunt modò, sicuti & tu, & mihi tibiqve dilectus
J. A. C. 7 Qvomodo subveniri possit Mundo, à multis & variis Nationi-
bus habitato: ut terrâ mariqve redire festinent unde egressi sunt, à me in
Mundi Domum emissi. 8 Non ideò, ut æternùm hîc manerent: sed
ut præstitis hîc mihi & sibi invicem servitiis certis, redirent ad me, tan-
qvam boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. 9 Qvorum multi
jam evecti sunt variarum occasionum curribus, qvaliter mihi qvemqve
hinc educere placuit, juvenem aut senem adultâ ætate. 10 Vidisti &
Currus ac Rhedas, qvibus insident multi abire parati (tametsi *curribus*
nondum præjuncti sint eqvi) ut eos ad me sumam. 11 Qvi tamen adhuc-
dum scribunt, consiliaqve sua perficiunt, desideriò Gentes ad lucem veram
promovendi, ut agnoscant me Nuptiarum Sponsum æternùm viventem.
12 Scribite igitur, scribite, ô vos qvicunqve ubicunqve me nostis, & nostis sonū
Tubæ meæ! jam esse tempus, ut collustretur, perpurgetur, persancturqve,
Domus Mundi. 13 Utqve area frumenti mei trituretur, & repurgetur à
paleis, & qvisqviliis, & zizaniis: Palmitesqve vitis mei, perputentur,
ad ferendum fructum veræ Fidei, fervidæ Charitatis, vivæqve Spei, per
omnes Orbis plagas. 14 Jam etenim tempus est, jam statêra exit, ad
operas adhucdum vobis omnibus in Terra peragendas, qvi in agro Mundi
estis: 15 ex qvo Ego dux vitæ festino educere vos, & transferre ad me, &
ad meum vestrumqve dilectum, qvem nostis, Patrem, in virtute ac robore
ex Nobis vos omnes illuminantis Spiritûs. 16 Omnes dico: propinqvos &
remotos, magnos & parvos, juvenes & senes. 17 Nam vobis, vobis, Me u-
nicum in Patre existentiam habentem & cum natura vestra junctum, Pasto-
rem æternum dedit Pater. 18 Ego verò jam paravi locum, Civitatem æter-
nam, & habitationem in illa amœnam, sicuti vidisti cantantes canticum
Agni. 19 Qvod & vos cantabitis, cùm vobis aperuero Librum obsignatum,
unicum jam tantùm sigillum habentem. 20 Ipse verò præcingam me, & mi-
nistrabo vobis: non sic, qvomodo terrena vestra ratio capere possit, sed qvo-
modo sine vestra cura, opera, & spe (nec enim intelligere potestis) omnia
parata & disposita sunt apud Patrem meum, (21) Ubi qvemqve vestrûm,
& qvô agmine, ad serviendum mihi in æternum locare debeam, inter cho-
ros Angelorum meorum, vobis nunc invisibiliter servientium. 22 Nolite
celare

celare hæc, nolite, ô vos testes mei, per plateas Mundi habitantes! 23 Qvinimò alii aliis epistolas scribite, dimittite; ad prælia mea congregate; decertare pro Fide, semel tradita sanctis, docete: remanebitqve æterna laboris vestri memoria. 24 Non vestri causâ Ego, dilecti mei, hæc sic ultimis hisce diebus loqvor, & scribi mando. sed illorum causâ, qvi de me aut nihil penitùs sciunt, aut parum. 25 Ut eos, ad æmulationem provocatos, Vobiscum in eundem spiritum jungam, agnitionisqve meæ, gratiæ meæ, pastûsqve mei & convivii æterni, participes reddam. 26 Nam qvomodo aliàs implebitur sermo meus: Pater, qvos dedisti mihi non amisi ex illis vel unum? si non reliqvi etiam illi mei, qvos Mundus non novit, & multos necdum habet, à me per vos illuminentur? 27 Sicuti Ego vos per alios illuminavi: ut in lumine meo lumen hujus & futuræ vitæ videatis, infallibiliter in viam Salutis (per agnitionem mei solius Salvatoris) deducti. 28 Hunc enim mihi soli honorem dedit Pater, ut vobis omnibus hîc in tempore, & dehinc æternùm, dominer. 29 Idqve dominatu extensarum manuum mearum, ad vos amplectendum; & aperti oris mei, ad vos erudiendum; & pane grani tritici, Meipsô, vos in omnes æternitates pascendum, tanqvam Populum sangvine meo redemtum. 30 O agnoscite, agnoscite me! sicut ego agnosco vos propter vos, qvi nondum translati estis de morte in vitam, vobis in me ante jacta Mundi fundamenta paratum. 31 Eritisqve in thesaurum & cimmelion æternarum divitiarum, qvas Mundus sine me (existens) ignorat, neqve vos sine me nossetis in æternum. 32 Surge, isthæc scribe! ut parata habeas ad tradendum illis, qvibus Ego oculos apertum eo, ut videant tempus Operis mei. 33 *Qui voces mihi Ecclesiastici hymni ultimos versiculos revocârent in mentem:* O lauda anima Deum, pro tanta jam parata gratia &c. *itemque Psalmum* 104, *cujus primos & postremos versus decantavi.*

Rev. CCLXIV. Sept. 4.

[*Violenti vitæ terminus detegitur,* 1, 5. *locusqve sepulturæ,* 6. *Afflictio super Hungariam* 7. *Exhortationes mutuæ Gentium ad evertendum Antichristum,* 9. *Trans-Danubiani* 10.]

D*Iluculò ostendit mihi Dominus Virum, qui me scribere jussit,* † 84. 2 *Et mox Dominus ipse,* Fidelis esto & patiens: Nam opus meum procedet citò, de qvo brevi certior fies. 3 Et fac qvod mandavi; ut parata sint omnia pro iis, qvibus transmittenda sunt. 4 *Ego verò cogitavi, An citò me dimissurus esset Dominus, ut è Mundo & calamitatibus in pace*

abire liceret? 5 *Dominus autem dixit:* 84. ætatis habens ibis ad reqviem in pace, in Terra tua, locô illo qvem nominavi antè. 6 Non tibi hostium vis nocebit: in pace deponêris in sepulchrum. 7 Afflictiones multas & dolores inducam super Terram hanc, Domumqve Racoci, si inobediens erit mihi. 8 *Ego autem orabam: Deus, Tibi me subdo! dispone de me misericorditer, seu ad vitam seu ad mortem, &c.* 9 *Et Dominus rursum:* Nationes Nationibus notificabunt voluntatem meam de evertendo Papa cum Regno suo. 10 Princeps excusationes texit, de qvo Medniarski docebit: Urge, ut Trans-Danubiani de voluntate mea fiant certiores! 11 ad redigendum eos in spiritum amoris unum, pro celeri repurgatione Terræ hujus, ut sit tanqvam desectum pratum, qvemadmodum antè dixi. 12 Adjunctus tibi singularia perscribet &c.

Rev. CCLXV. Sept. 14.

[*Interrogantibus qvid respondendum*, 1, 2, 3. *Ferd. Pharao plagas suas videbit*, 5.]

A *precibus matutinis dixit ad me Dominus: Interrogantibus te super sermones meos dices.* 2 *Sic ait Jehova:* Si per viam mandatorum meorum, revelatæqve vobis voluntatis meæ, incedetis, benedictio mea veniet super vos. 3 Sin, ecce sagittæ iræ meæ hærescent in vobis, & posteris vestris. 4. Tu sta in sorte tua: non desereris. 5 *Ego verò cogitabam Cæsarem, qvid illi esset futurum? Et Dominus:* Vivus ille spectabit, ut Pharao, plagas suas, è qvibus eum nemo liberabit in die iræ meæ. 6 Surge, scribe hæc! *Surrexi igitur, & scripsi.*

[*v.* 5. *Spectavit paulo pòst ardentem Poloniam, sibiqve appropinqvantes plagas.*]

Rev. CCLXVI. Sept. 29.

[*Visio nummi aurei, concurvati, ad Ecclesiam Fratrum B. accommodatur*, 5. *Radzivilio qvid scribendum*, 7. Regi Poloniæ pœna denuntiatur, 10. Polonia ob Idololatriam punienda, 13, *&c. October initium faciat*, 20. *Princeps Transf.* 22. *Eusebion brevi proditurus*, 28.]

I*Terum factum est ad me Verbum Domini, post matutinam qvartam.* 2 *Redormieram, & vidi togam mihi ablatam nescio à qvo: qvumqve eam qværerem,* alias

aliam inveni pulchriorem. 3 *Quo indutus stabam, & Matrona quædam vestitu simplici, decoro tamen & mundo, accessit me, & obtulit nummum aureum Portugallensem, vetustate decolorem & concurvatum, jubens eum distribui inter multos, & dicens,* Tametsi unus tantùm supersit, sufficiet tamen omnibus. 4. *Ut evigilavi, crepuit ad pedes lecti, & sub fenestra, uti solet: ego autem oravi (ex hymno) Conforta nos in fide viva, & omni virtute sancta,* &c. 5 *Ad qva Dominus:* Serve mi, ostendi tibi Matrem Unitatem Vestram, qvæ comparatione agminis filiorum, per superiores & inferiores gradus, paucos jam habet, qvasi unus qvis jam solus supersit, obscurus, concurvatus, mundo ignoratus. 6 Sed apud me propter substantiam auri gratiæ meæ, & veritatem immutabilem, est nummus ponderis boni, multorum in usum. 7 *Mihi vero cogitare incidit, qvid fieret in Polonia? & Dominus,* Scribe mihi & tibi dilecto, ut succurrere festinet Radzivilio sauciato. [NB. *Cladem acceperat Exercitus ejus à Mosco magnam, ipse ægrè evaserat.*] 8 Moneatqve, ut faciat qvod ego decrevi, fiatqve amicus Mosco, cui non erit resistendo, Svecis juncto. 9 Iungat ergò se illis qvoqve, ad imponendum finem regnandi Regis hostis mei, & hostis sui. 10 Rex enim contemsit corde suò me Creatorem suum, legemqve meam per servum meum Mosem latam. *Non reteges nuditatem uxoris fratris tui.* 11 Maluit ille indulgere sibi, credereqve verbis filii perditionis, filii peccati, Papæ, & factioni ejus pessimæ, qvàm mihi: ideò illi non benedixit dextera mea. 12 Fiat ergò illi sicuti neqvam illi fætido vasi Herodæ, fœminæqve illi mentis scelestæ & sangvinolentæ [*Herodiadi.*] 13 Ille verò (*Princeps*) junctus Mosco & Tartarorum Chamo servet Terram patriam suam: Domos autem & Palatia Idololatrarum evertat, cum Regia qvoqve ipsa, maledictioni devotâ, Cracoviâ! 14 Profitente & invocante non meum & Filii mei nomen, sed nomen Mariæ, in ignominiam Matris, & Filii mei. 15 Qvem ego ut virgam de radice Jesse exsuscitavi, ut in illius nomine, non alterius cujusqvam, flectat se omne genu, omnísqve lingva cum Angelis meis confiteatur, illum esse Jesum, Regem regnantium, & Dominum dominantium; & non Maria mater ejus. 16 Qvæ magnificavit Me, & Filium meum & suum, exultans in Deo salvatore suo, qvi respexi & feci (non per illam, sed per Filium meum virtute Spiritûs genitum) reductionem populo meo Israël, omnibúsqve Nationibus Terræ. 17 Et ecce ideò qvia illa credidit, beatam prædicant in me credentes, filii mei & filiæ meæ: non autem filii Mariæ, ex qva non plures geniti sunt, qvàm unus Ille ab æterno mihi coæqvalis, & consubstantialis, ex qvo omnis generatio in Cœlo & Terra nominatur. 18 Deleantur igitur, & exscindantur de terra,

ne reliqvum sit nomen super Terram eorum, qvi transferunt gloriam me-
am Creatoris in creaturas qvascunqve super Terram. 19 Qvæ Terra
inqvinata fuit, & est, fœtore mortifero, venenóqve necante animas Po-
puli mei, sangvine meo redemti: qvod tolerare ampliùs neqveo. 20 Ec-
ce October jam venit! anteqvam igitur transierit, fiat initium Operis mei!
etiam in Polonia, propter eos qvi ibi sunt, exspectantes me. 21 Qvod
opus Chmielnicius qvoqve juvabit, qvum fecerit Radzivilius qvod jubeo,
ut reqviescat super illum gloria mea. 22 Atqve tum Transylvaniæ qvo-
qve Principi adimentur homines plusqvàm me timendi causæ. 23 Sur-
ge, & ne differ omnia hæc parata transmittere qvò debes! 24 Tempus,
tempus, & tempora, jam venerunt juxta consilia & judicia mea. 25 *Qvi-
bus ego cum admiratione auditis, cecini, Benedicta sit providentia Dei nostri
&c. item Psalmum* 86. 26 *Ut verò cessâram, dixit porrò Dominus:* Ad
meridiem Eusebion habitat: qvi qvisnam sit, cognosces qvum de humeris
eorum decidet jugum, cùm commotione Terræ, statim ac decidet male-
olens Rosa. 27 Qvod vos non intelligitis, nec intellexerunt qvum sub-
verterentur fulcra Domûs istius, cui ego jamjam finem imponam. 28
Et cecini Psalmum 33: *Exultate justi in Domino, rectos decet collau-
datio &c.*

Rev. CCLXVII. Oct. 1.

*[Visio cujusdam cum Calamo fracto, ad Principem Radzivilium ac-
commodata.]*

IN dormieram diluculò, abiturus ad expediendum Tabellarium in Poloniam.
2 *Et vidi agmina populorum stantium, inter quos ipse quoque stabam.* 3 *Ec-
ce autem ex uno illo agmine persona quædam prodibat, quam eminùs vidi, ad me
contendens; cumque se vi truderet, fractus ei fuit in manu calamus.* 4. *Et non va-
lens per stipatum illud agmen penetrare, ostendit mihi manum, ornatam annulis &
preciosis magnisque gemmis, dicens ad me:* Non possum, propter comprimen-
tem me turbam! sed vide qvid sit factum, Calamum mihi confregit popu-
lus iste! 5 *Et mox evigilavi, die claro: & Dominus ad me,* Qvia in Poloniam
missurus es ista, adscribe hoc: 6 Auscultare mihi æternùm viventi, honor
& gloria est; Confidere in hominibus, vanitas, sicut & consiliis illorum. 7
Nihil respectet Radzivilius, nisi ut sic faciat & operetur qvemadmo-
dum Ego Dominator Terræ loqvutus sum heri. 8 Fregi calamum, fran-
gam & manum, in Domo ejus: nisi fecerit tùm ipse tum alii à me ad

opus

opus hoc electi, sicuti mando. 9 Denuntia illis, ut qvod faciunt citò faciant: tu autem surge, abi; præsidium meum super te, & omnes timentes me. 10 *Surrexi igitur, scripsi, precibusqve cum famulia peractis, viæ me dedi: decantans ex Psalmo* 118. *v.* 25. Obsecro, Jehova, serva nunc! obsecro Iehova, prospera nunc, *&c.*

Rev. CCLXVIII. Oct. 6.

[*Piscis Videnti accurrens* (2) *qvid significet*, 3. *Gentes convertendæ*, 4, 5, 14. *Lux Evangelii Bohemis primum affulsit*, 6. *invitô Mundo*, 7. *Racocianæ Domui mandata*, 8, *&c.*]

A precibus matutinis vidi Aquas, & in illis obnatantes Pisces, parvos & magnos: inter qvas projeci lapidem. 2 *Et unus è maximis accurrebat rectâ ad me in ripa stantem, qvem facilè capi, & dissecui ad coqvendum.* 3 *Evigilanti dixit Dominus:* Fidelis esto, gratia mea accurrit tibi sicut iste piscis. 4 Tempora namqve jam veniunt, ut capiantur Gentes, vobis alienæ, mihi propriæ, ad unanimiter serviendum mihi æternùm viventi. 5 Qvod & ipsæ jam animadvertere incipiunt, Cœlo illis & Terrâ testificantibus, qvòd non integrè sint mei, qvi nec agnoverunt Nomen meum, nec receperunt. 6 Sicuti ego sub veritate Christianismi hanc Vobis præstiti gratiam Vestris in majoribus, qvos excitavi ad illuminandum sedentes Antichristianis in tenebris. 7. Qvod Mundus cum filiis suis intelligere noluit, pro stultis Vos habens, & qvisqviliis, etiã in ipsa Natione vestra. 8 Accipe igitur verba mea, & annuntia Principissæ: mone, & nomine meo, qvi solus sum Dominus Orbis terræ, manda: 9 ut faciat juxta pristinum mandatum meum, & pro Gente Turcica editionem Scripturarum Testamenti, Veteris & Novi, procuret. 10 Hunc enim honorem illi dare decrevi, pro dilectione qvâ complexus sum Racocianam Domum: cui primæ sub sole, hôc tempore, annuntiare curavi diem ultionis super Idololatras, hac in Terra & alibi. 11 Nemo hac in Terra tam prope ad me ingressus est, atqve ingressa est Domus illa: sed ita, ut faciat mandata mea, unâ cum habitatoribus Terræ hujus. 12 Miraculum miraculorum videbitur Gentibus, cùm in illa fecero, qvod decrevi. 13 Scribe hæc, tuâ & illorum causâ: ut illis oculos aperias, ad pervidendum & perficiendum voluntatem meam. 14 Ut illis æternùm benè sit, cum Nationibus Terræ me adhuc ignorantibus. 15 Protectio mea tecum: vigila, & persta in vocatione Tua! 16 *Ego verò decantatô Psalmo* 108. *surrexi, & ista scripsi.*

Reve-

Rev. CCLXIX. Oct. 9.

[*Virgo ad conjugium solicitata,* 1, 3. *Ecclesiam Gentium restantium significat,* 3, 4. *Copulationis actus*, 5, &c. *Convivium nuptiale*, 8. *sub directione duorum paranymphorum*, 9. *antiqvô more Dei*, 15 *Pseudo paranymphi amovendi*, 23. *& per qvos ?* 24. *Ecclesiæ unio universalis.* 25. *Convivium Ecclesiæ in Terris ultimum*, 27, &c.]

Circa noctis medium per somnum vidi me desponsare Virginem Iuvenem amœnissimâ formâ : qva tamen detrectabat admittere consilium. 2 *Post
autem, visis annulis, qvi offerebantur, assensit, prabita mihi dextra.* 3 *Ex-
pergefacto dixit Dominus :* Ægrè persvaderi patiuntur Gentes ad faciendum
opus meum & jugendum mihi Sponso sponsam meam, me per tot Gentes
adhuc ignorantem. 4 *Qvo ego audito, miratus sum, & cecini,* Exsurge
Domine, 6 exsurge, visita populum tuum *&c.* 5 *Ut cessavi, dixit Do-
minus :* Indormi, ostendam tibi Copulationis actum. 6 *Indormivi ergo, et
vidi adductam eandem Sponsam & Sponsum: ingressusqve Pater* Lanetius, *& La-
tinè loqvutus Sponso primùm & Sponsa, tum & nobis, ad Fidem, Charitatem, Spem
& Patientiam, cohortatus est.* 7 *Et gavisi sumus universi, osculati alii alios,
quod copulari vidissemus Conjuges istos, cecinimusqve Psalmum* 119 *sic, ut ego
expergefactus etiam canerem.* 8 *Iterum Dominus :* Ostendam tibi & Con-
vivium nuptiale, cum dapium varietate. 9 *Indormiens igitur momento, vi-
di adduci & congregari varias Gentes, diversissimo vultu et cultu, collocarique ad
discumbendum, citra personarum delectum, ut qvisqve venerat : qvorum alii fa-
cilè, alii cum molestia, considebant, omnia disponentibus duobus Paranymphis.*
10 *Et latabantur omnes, cum exultatione cantantes,* Vivat, vivat Sponsus,
multum in ævum ! Vivat, vivat cum sponsa sua ! *adeò ut mihi Cœlum ipsum
& Terra exultare viderentur.* 11 *Mihi pariter inexplicabile fuit gaudium,
qvod et mihi & dilecto Adjuncto meo interesse contigisset.* 12 *Dominus autem,*
Serve mi, vidistine qvæ ostendere tibi hodie constitueram ? tam certò vide-
bit ea qvæ misisti Adjunctus tibi, serves meus. 13 Ecce ostendi tibi gra-
tiam diffusam in labiis meis erga omnes Terræ Gentes, in diebus po-
stremi seculi hujus : 14 Eô, ut ne qvis pereat ex ovibus qvas dedit mihi
Pater, sed ut introducantur ad Nuptias Agni, occîsi à constitutione Mun-
di. 15 Volo igitur, volo ego Dominator Orbis Terrarum, totiusq; Crea-
turæ cœlestis & terrestris, ut ante Mundi finem introducantur ad Nuptias
meas, ad accumbendum Mensæ meæ : 16 auxiliô vestrûm etiam duorum
testium meorũ, qvos antiqvo more meô nunc in diebus ævi hujus adhibeo:

17

17 qvaliter me ab origine Mundi factitasse nostis, & nosti tu qvoqve ex
lege mea. 18 Duo erant primo in Mundo primari Paranymphi mei,
Enoch & Noë; duo pòst, Abraham & Iacob; duo in promulganda lege,
Moses & Aron; duo post hos, Iosua & Caleb. 19 Seqvuti sunt Prophe-
tę, Elias & Elisæus; Isajas & Jeremias: 20 Post hos, aliosqve spiritu
eis junctos, ego J E S U S, cum præcursore meo Joanne Baptista: post me
Petrus & Paulus: post hos Augustinus & Ambrosius, 21 Majorum ve-
strorum ævo Hussus & Lutherus; his autem diebus A. & D. 22 Ecce ti-
bi, ecce, tria ostendi; Sponsalia, Copulationem, Nuptias! in qvibus pro-
movendis Vos operam ponere volo. 23 Solicitate igitur ad jungendum
se uno spiritu, contra Nubes illas sine aqva, Arbores emarcidas, infrugi-
feras, bis emortuas, Ducesqve cœcos, ut exterminentur de terra; tanqvam
maledicti, sine misericordia, qvia non fecerunt misericordiā. 24 Hoc ex-
seqvantur Orientales & Occidentales, Septentrionales & Meridionales: citò
ac celeriter infundentes duplū in calicem ignis iræ meæ, qvantocyùs tanto-
cyùs. 25 Deinde, vidisti Connubiū: qvod fieri volo inter vos, cum aliis me
& puram vocem Legis meæ agnoscentibus, cum veritate ordinis vitæ Chri-
stianæ. 26 Qvem Ordinem amiserunt Boves de Basan, seipsos pascentes,
terrena sapientes non æterna. 27 Tertiò vidisti Convivium, & accum-
bentes mensæ meæ, claudos, cæcos, leprosos, surdos, hactenus non ag-
noscentes neqve se neqve me, qvos jam decrevi admittere ad Convivium in
Domo mea, Ecclesiæ Catholicæ, Sponsæ meæ. 28 Ut participent de me
grano Tritici, & de me potu germinis Vitis, ducisqve veri, qvi Convivis
meis etiam do potum aqvæ salientis in vitam æternam: Vobis etiam, qvi
me cùm non nossetis non dilexistis, neqve coluistis, 29 Iccircò loqvor
Vobis à me luce meâ collustratis: Porrigite, ó porrigite jam epulas, qvi-
bus ego Vos dilectos meos sub cruce frui feci, sine apparatûs splendore,
in spiritu. 30 Ecce jam omnia in me parata sunt, vobisqve his diebus
revelata! Vobis inqvam, summis & imis. 31 Revelate Vos qvoqve hæc
alii aliis, in facie totius Terræ, meæ Terræ, habitantibus propè et longè.
32 Eritqve æternùm benè Vobis, filiis & filiabus meis, in domo Eccle-
siæ militantis, & in domo Ecclesiæ triumphantis: cujus utriusqve unicum
Caput ego sum, & ero in æternum, Amen. 32 *Hic conticuit: ego autem
præ gaudio hymnum cecini:* Lætare mater, filiorum Dei genitrix &c.

Rev. CCLXX. Oct. 10.

[*Navigatio difficilis*, 1, 2. Radzivilius cum Mosco &c. 4. *Princeps Transf.* 5.
Videnti Gentium affectus promittitur, 6. *Fax accendenda*, 8. *ut omnes errantes*
Oves viam inveniant ad Pastorem animarum, 9. *Manna vitæ colligendum*, 12.
Ultima vox tubæ Dei, 14. &c.]

A*Nxius eram, experrectus mane, super somnium qvô molestissimè navigare*
videbar per stagna. 2 *Inter orandum ergo dixit Dominus*: Fidelis, taci-
turnus, patiens esto, memor ejus qvod ego discipulis meis dixi; Si fidem
habueritis, poteritis transferre montes. 3 Ego enim immutabilis tibi
manebo immutabili gratiâ meâ: nam ecce transferunt jam Gentes sermo-
nes meos ad te factos! 4 Etiam qvæ in Poloniam ultimò misisti, ut veni-
ant ad Radivilium, vas meum: qvi mox intimet voluntatem meam *Mosco*
& Sveco, & glorificabor Gentibus in istis, Tartaro etiam. 5 Qvibus
intellectis Princeps vester, sumet robur: à qvo accipies, ut & aliunde,
informationem gratam. 6 Adamaverat me mulier illa, qvæ de turba ex-
clamaverat: Beatus venter qvi te portavit, & ubera qvæ suxisti. 7 Ita
facient tibi, & loqventur de te, serve mi, Gentes à me per vos *illuminati-*
onem accipientes, ad agnoscendum me salute Vestrâ gaudentem. 8 *Alii*
accendunt Candelas, tu accendes Facem, in Gente tua & aliis. 9 Ecce
gratia mea diffusa erga Vos, dilecti mei! tùm erga vos qvi me jam ex ple-
no nostis, & me diligitis, & ex me habetis omnia; tùm erga vos me adhuc
ignorantes, aut non ex pleno agnoscentes. 10 Nam dies mea ad vos
collustrandum jam venit: qvam vos penitus ignorastis, donec vos circum-
fulsit lux mea. 11 Qvòd ego Pastor vos, à me vitæ centro aberrantes
Oves meas, per meipsum qværo, vocem & manum erga vos extendens
meam, ut jamjam è tenebrosis labyrinthis mentis obtusæ, doctrinarúmqve
erronearum, exeatis. 12 Ah colligite vobis Manna vitæ, ex antiqvis &
recentibus meis ad vos sermonibus, ó populus meus! populus meus! 13 At-
qvi Ego, solus Ego, Creator Vester sum: me solum habes Miseratorem, cur
alios qværis? Cur id qvod non est Deus invocas? & invocas frustra, tempus
tantùm perdendo, & inveterato errore Deo sic præstari cultum opinando.
14 Agnoscite ó progenies mea, me Patrem æternitatis vobis loqvi po-
stremis diebus per Testes meos, vestri causâ, ad excitandum vos de somno,
tubâ gratiæ meæ vos inclamante. 15 Qvam vocem, æqvalem vocibus

meis

meis priscis, si qvis neglectam amittet, peribit in æternum. 16 Me, me timete fines Terræ! & congesseritis vobis thesaurum ad æternam æternitatem 17 Surge, & labora! Protectio mea tecum. 18 *Ego autem cecini (hymnum Ecclesiasticum) ò qvàm svave contubernium! Patri, Filio, Spirituiqve Sancto uniri &c.*

[v 4 *mox intimet*) Num fecerit incertum. Vide infra Rev. CCCLXII, 4]

Rev. CCLXXI. Oct. 21.

[*Testamentum morientis matris Ecclæ Boh.* 2 *Ordinatio Seniorum*, 3: *ubi temerè se ingerens vapulat*, 4. *Domus Austr.* 6. *Radivil*, 7, 14. Ex idolis in Pol. faciendum Regi solium, 8, *& cur?* 9 *Princeps Racoci*, 11, 14 *Mednianius*, 12. *alii qvidam*, 16, *&c.*]

I*Terum ad me factum est Verbum Domini.* 2 *Primò loqvutus fuit de* Testamento morientis matris Ecclesiæ Bohemicæ. [*Tractatulus fuit hôc titulo scriptus, & typis descriptus Anno* 1650, *post exclusos à religiosa Pace in æternum Bohemos*]: *admonens me, ne metuerem, non me iri confusum.* 3 *Cumqve indormißem momento, ostendit mihi Dominus* Ordinationem Seniorum, *qvorum nomina mihi concredita erant, unà cum urna.* 4 *Horum autem unus temerè rapiebat ex urna, & fuit à judice condemnatus, foras eductus, & flagellatus: qvam flagellationem ego non vidi, vocem tamen ejulantis audivi.* 5 *Experrecto dixit Dominus:* Sic à me flagellabuntur Judices temerarii, in seipsis confidentes, alios verò aspernantes, tibi etiam ludibria exhibentes, mihi tu commenda causam tuam. 6 Domus Austriaca, cùm se desertam videbit, demittet caput, lamenta effundens super duces suos. 7 Cùm Radzivilius ibit, meum seqvutus ductum, subcurvabunt se illi potentes in Polonia. 8 Cui interroganti dices: Collige per Poloniam Idola aurea & argentea, & conflari cura sellam, cui insessitet Rex proferens judicia Lege meâ descripta, domesticis & extraneis. 9 *Ego hæc audiens cogitare cœpi, Dominum antehàc (Anno 1652, Januarii 18) mandasse, ut in Hungaria ex Idolis Mensa conficeretur Regia, hîc autem mandari Sedile.* 10 *Dominus respondit:* Plus blasphemiarum mihi & nomini meo exhibitum est in Polonia, qvam in Hungaria: plus ergò ignominiæ exhibeatur Idolis in Polonia, qvam in Hungaria, insessitando illis. 11 Princeps hodie respondet Mednianio, qvid cum Consiliariis suis concluserit. 12 Adibis Mednianium, cùm te vocabit: & qvod tibi referet secretò habebis, qvia parum fidei & silentii est etiam apud tuos. 13 Adjunctus tibi submittet egestatis

ſubſidium, ut & aliis. 14 Veniet & ex campo Radziviliano, qvod miraberis: & argues Principem, qvòd non egerit Abdiam in frangendo panem vobis profugis meis: ſed & tributum accipit à vobis ſervis meis. 15 Tu perge inſiſtere labori NB. S: langves? perfringere habebis neceſſe. 16 J. Sap. faſtidit hæc transferre, unum ſpiritum ſpirat cum J. Eph. mitte illum. 17 Et cùm Principis expeditio procedet, fac certiores Sobekum & Skerbensky, ut apud Principem profiteantur nomina: iſtâc enim è Polonia in Hungariam profugere tentabunt duces illi cœci. 18 *Ego autem cogitare cœpi, Num hæc meminiſſe potero? Et Dominus:* Ego ſuggeram. *Atque ita factum eſt, Hallelujah.*

Rev. CCLXXII. Oct. 15.

[*Conſolatio Videntis, non fruſtra fore Sermones Dei, 1 &c. cum mandato omnes eos deſcribendi, 6. Princeps Tranſ. cum Principe matre tandem agnoſcant opus Dei, 8, &c.*]

A*Ntelucanò redormiens, Vidi me peragere preces publicas, præſente magno Cœtu.* 2 *Et ingreſſus ad nos Adjunctus mihi, habitu decorò & vultu hilari, loquutus quiddam eſt in ſolatium mihi.* 3 *Ut evigilavi, cogitabam quid iſtuc portenderet, & quid ab illo mihi allaturus eſſet tabellarius.* 4 *Dominus autem:* Bonò eſto animô, Recepit verba ore meo per te prolata terra cordis eorum qvibus revelata ſunt, ut fructum afferret centuplum. 5 Et ambulabunt cum gaudio per vias mandatorum meorum, etiam providendo tibi Vaſi meo: qvod tu exſpecta patienter. 6 Et deſcribe omnes ſermones meos maturè, ut mittas ad Principem qvoqve, omnia faciens juxta mandatum meum. 7 *Ego verò decantans;* O Jeſu Rex gloriæ qvi nos pretioſo redemiſti ſangvine &c. *obdormivi.* 8 *Et datus mihi fuit Equus, quô vectus veni in Domum hominibus plenam: & accedens Vir quidam generoſus prælegebat mihi epiſtolam qvandam.* 9 *Alius verò veniens dixit, Proximo in Conclavi eſt Princeps Tranſylvaniæ; quô ingreſſus vidi eum ſolum inſidentem extremitati ſcamni; Quem poſtqvam ſalutaſſem, illeque reſpondiſſet, aſſidere juſſit: quod & feci.* 10 *Sed expergefactus aperui oculos: & ecce fuit cubiculum meum in luce, crepuitque more ſolito.* 11. *Occluſis oculis mox rurſum ſomno fui merſus, & vidi adventans Gynæceum, & in eo Principem matrem, ſalutantem me hilari vultu.* 12 *Quæ cùm conſediſſet inferri curavit cibos, invitans me: ego verò languorem ſtomachi cauſabar.* 13 *Mox ingreſſo Principi Principiſſa aureo ex poculo propinans, mihi porrigens, ut ego Principi: quod dum facerem evigilavi, cogitans quid iſtuc eſſe-*

14 Et

14 *Et Dominus:* Princeps cum Principissa matre de te cogitant, videre te desiderantes. 15 Et cùm Operis mei initium erit, ipsa Principissa veniet, & cum illa lux consolationis meæ, ad te. 16 *Ego igitur canitibus laudabam Deum.*

Rev. CCLXXIII. 24. Oct.

[*Humanæ cogitationes vanæ*, 1. *Sacrum Ecclesiæ epulum graphicè depictum*, 4 &c. *cum Cantico novo*, 7. Explicatio mysterii fruitionis Christi in sacra Cæna, 11. *tùm hic*, 12. (*N.B. sacrilegium calicis*, 13.) *tùm in æternitate*, 15. &c. *Effigies Videntis*, 27.]

POst secundam nocturnam cœpit mihi Dominus loqui de vanis humanis cogitationibus, ignorantium potentiam & sapientiam ejus, in revelando sese & opera sua. 2 *Quod ego ut ne attenderem, fore ut suo tempore intelligant & pudefiant: perversos autem igne oris sui absumtum iri, nî resipiscant.* 3 *Ego verò decantans*, Corrobora nos in Fide viva, & omni virtute sancta, spéqve vera &c. *indormivi.* 4 *Et ostendit mihi Dominus viros eximios, viæ accinctos, cimeliaque aurea, lineis involuta, mihi asservanda tradentes: de quibus valdè fui sollicitus, ne amitterem.* 5 *Et venimus ad Populum vario vultu, oblongo, ingrato mihi: alii tamen erant mihi noti & dilecti amici, ex Ministris Ecclesiæ, dicentes, Populo isti Eucharistiam esse administrandam: exspectare enim desideriô.* 6 *Steteruntque Ministri seorsim, cantantes Canticum mihi notum.* 7 *Sed prodiit Vir humilis staturæ, incinens Canticum ignotum mihi, penetrabile tamen & grave: quod cùm nescirem cantare, exhibuit mihi scripturam Hebraicæ similem.* 8 *Hoc decantato, prodiit qui verba Testamenti declararet, manu Panis bucceam tenens: sed quæ dicebat non intellexi, quia linguâ mihi ignotâ utebatur.* 9 *Accedebant igitur candida vestitu, qualem & ipse habui (Tunica verò mea Ecclesiastica jacebat ad latus mihi convoluta): & populus iste varius accedebat, gaudebamusque de invicem.* 10 *Experrectus cogitabam, Quid somnii esset istuc? decantans (ad sacras epulas nobis decantari solitum)* Eja esurientes & sitientes, exaturationis divinæ avidi, venite ad epulas Domini gloriosi &c. 11 *Et mox dilectus Salvator meus ad me:* Vidistíne me convivantem cum Convivis meis!: qvorum nonnullos noveras, plerosqve non noveras. 12 Nam ecce, variarum Lingvarum sunt, convivabunturqve mecum:, pascentes de me Agno, Pane vitæ, qvô & vos consortes mei, per Patrem ad me tracti, pascimini sacramentaliter fide, invisibiliter corporis oculo, perceptibiliter tamen virtute spiritûs, spiritu meo illuminati ac repleti: qvi spiritus plenus

eſt gratiæ & veritatis. 13 Oſtendi autem tibi hæc ideò, ut tu hoc etiam
notifices Populis, Sacrilegium fuiſſe perpetratum ab illis qvi nomine meo
gloriabantur, ſe Paſtores eſſe, cùm eſſent fures & latrones: oſtentantes
populo, & exhibentes, Panem ſolum ſine Calice, & in illo potu vini, qvod
ego non ſic inſtitui. 14 Ego enim affatus igne juſtitiæ Patris mei pro
vobis, non ſine ſangvine & aqva, eodem modo vobis ego Dominus &
Magiſter veſter, vobis inqvam Ovibus meis, diſpoſui: 15 ut in Corpo-
re & Sangvine meo plenè convivemini, ſi mecum eſſe vultis, & cum illis
qvi me tali qvalis pro vobis mactatus ſum potiti ſunt, & potientur in æter-
num, in Terra viventium, in Terra novi Cœli & novæ Terræ, qvam juxta
promiſſionem exſpectatis vos in me credentes. 16 Ubi & cantabitis Can-
ticum novum Agni, meum; qvod & melodiam ejus nondum ſcitis, nec
ſcietis anteqvam veneritis in conſpectum Antiqvi dierum, ſeculi æternùm
perennaturi. 17 Ubi ego vos meos dilectos induam veſte ſacerdotii æ-
terni, qvam tu convolutam vidiſti. 18 Doceboqve vos Canticum illud
novum, Angelicum, qvod hîc auris non audivit, nec in ullum cor adhuc
perfectè aſcendit. 19 Cùm vos mei amantes, mandatumqve meum in me
plenè manducando & bibendo cuſtodientes, curſu hîc expletò, agmini no-
vis lingvis loqventium chariſſimorum meorum filiorum, fratrum & ſoro-
rum, aggregati fueritis. 20 Ecce veſtri cauſâ, veſtri cauſâ, hæc ego lo-
qvor, ò Gentes & Populi me adhuc ignorantes! ad ſubveniendum vobis,
& promovendum vos ad agnitionem, fidem, dilectionem, fruitionemqve
mei, citra imminutionem gloriæ meæ, & ſatietatis in me veſtræ, eſurien-
tium & ſitientium me Vitem Vitæ: 21 in gloria qvam mihi Pater dedit
veſtri qvoqve cauſâ, ò pueri mei! qvos ego tanqvam Regnum tradam die
illâ Patri, ut dominium veſtrum ſit Nobiſcum, dominium æternum. 22
Qvod filii ſeculi non intellexerunt, nec intelligunt; qvidam etiam nolunt
intelligere, tenebras habentes pro luce. 23 Jam ſurge, & qvæ tibi ad in
formandum errantes, & me ignorantes, Terræ habitatores oſtendi, in
ſcriptum refer. 24 Et qvicunqve diligitis Animas Veſtras, paſcite eam
hôc cibô qvi non perit. 25 *Ego verò cogitare cœpi, an hæc meminiſſe poteri?
decantans qvod in mentem venit*, Pontifex æterne Jeſu &c. 26 *Canticum ut
abſolvi, dixit Dominus*, Inter ſcribendum ſuggeram omnia: *& factum eſt,
ſcripſi omnia, rediiqve in lectulum.* 27 *Ubi Dominus*: In ſilentio cura depin-
gi effigiem tuam, ſed hîc eam ne oſtendas: aliunde reqviretur. 28 *Gloria
Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.*

Rev. CCLXXIV. Oct. 27.

[*Vita Triunitatis æternæ*, 2. *Æternarum deliciarum gustus datur in sacra Cœna*, 3, 4. Christus qvomodo hîc carne suâ & sangvine suo pascat fideles, 5. *Ad gratiam hanc ultimò convocantur Gentes*, 9. *accursurasqve, ostenditur Visione congregatæ multitudinis*, 13. *svavissimiqve Convivii*, 16. *Canticum novum*, 19. *Dominus rytbmicè loqvutus denuò*, 20.]

B*Is factum est ad me Verbum Domini, primùm secundâ, deinde qvintâ matutinâ horâ, dicendo:* 2 Fidelis esto usqve in mortem, & dabo tibi coro-
nam vitæ: Vitæ dico unius meæ gloriæ, qvam Ego habeo in Patre, & Pa-
ter in me, in Spiritu Vitæ. 3 Qvod vos terreni nihildum plenè intelligitis,
qvid sint deliciæ æternæ, qvarum Nos vobis gustum tantùm hîc præbemus,
cùm vos ad participandum gratiæ spiritum perducimus, idqve gratis, æter-
no erga vos amore. 4 Qvem gustum tunc vos participatis, qvando me in
verbo meo auditis, Absolutionem accipitis, & in me, Carne meâ Sangvi-
neqve meô pro vobis fuso, epulamini. 5 Ubi ego, Panis vivus cœlô des-
cendens, substantialiter meipsum vobis amicis meis exhibeo, oculis fidei
videndum, amoris charitate vobis jungendum, desideriisqve cordis inflam-
mati meritis meis apud Patrem perfruendum. 6 Qvô ipsô fit illa mei, in car-
ne & sangvine meo, vera, mira, potens, Angelicæ similis, participatio, gau-
diiqve & pacis fruitio, qvam Caro & Mundus nec dat nec novit. 7 Qvæ o-
mnia ego Verbum æternum efficio, Mentem spiritu regenerans, Fidem au-
ditu roborans: desiderium gratiæ, amore Patris in Filio, & Filii in Spiritu
S. excitans: 8 atqve sic ex vobis terrenis filiis cœlestes filios, & ex filiis iræ
filios gratiæ, hæredesqve æterni paradisi, efficiens. 9 Gustate igitur hanc
meam Melle dulciorem, Mirrhâqve & Balsamo fragrantiorem, gratiam, ô
vos postremi seculi Populi & Nationes, totius habitabilis Orbis! 10 Nam
hæc ego propter vos me nondum agnoscentes loqvor. 11 Tu autem ser-
ve mi repone hæc in corde tuo, & memoria tua, ad hæc chartis con-
signandum: opus enim meum Ego ipse faciam. 12 *Quibus ego auditis, re-
fectusque gaudio in Spiritu, oravi ut hæc nè exciderent: simulqve obdormivi.*
13 *Et vidi numerosam Gentium congregationem, quamque agmine suo stantem,*
eque æterno Esse colloquentem, & scriptos variè Libros ostentantem atque conferen-
tem verba, plenam tamen congruentiam nullam reperientem. 14 *Tum ingressus Pa-*
ter dilectus, Lanetius, *inveniensque me scribentem, dixit*: Satis nunc erit, fili,
trade id Gentibus istis! *quod feci, per virum honoratum.* 15 *Illi accepto de*
manu ejus scripto isto, gaudebant; communicantes id sibi invicem ita, ut qui-
busdam haud satis ad palatum videretur. 16 *Plures tamen gratè id ha-*
bentes

bentes instruebant mensam ad epulandum, discubuerunt que ubi quisque potuit.
17 *Pater vero Lanetius jussit me assidere sibi, sedili consimili isti, cui ipse insi-*
dere solebat. 18 *Et convivati sumus, permultis nobis cibos varia paratura, vi-*
numque limpidissimum, ministrantibus: suavissimis intercurrentibus Colloquiis.
19 *Sub convivii finem hymni & psalmi decantabantur varii: Pater vero* Lauren-
tius Justinus *incinuit Canticum novum, cui succinere nostrûm nemo potuit.* 20
Et evigilavi: Dominus autem repetens omnes sermones suos de Vita aterna vo-
luptatibus, addidit Rythmicè loqui &c. Ego autem omnia cantu & laudibus no-
minis divini conclusi.

Rev. CCLXXV. Oct. 30.

[*Baro W. S. de S.*]

A *precibus matutinis cogitare subiit Baronis S. qui se cum suo proposito pre-*
cibus commendaverat meis. 2 *Et Dominus*: Odor fragrantiæ apud me
est Zelus illius. 3 Modò ne animum inducat audire sermones vanos
hominum perversorum, meos sermones & opera in dubium revocantium.
4 Fides, Oratio, Obseqvium, pervincent potenter in illis qvi ductum
seqvuntur meum: his qvisqvis destituitur, vanus est. 5 Tu vigila & o-
ra, pro illo etiam, sicut facis! Opus meum procedet. 6 *Et cantabam (ex*
hymno, TE Deum laudamus) Per omnes nostros dies &c.

Rev. CCLXXVI. 3. Novemb.

[*Videns spoliatus angitur*, 1. *solatiisque erigitur, Dominum voluisse Revelationes istas incidere in manus alienas*, 2, *& cur*, 3, 4, 5, 6. *Pergere jubetur in exhortando ad opus Dei*, 7. *Quorsum hæc mittenda*, 13. *Iterum de ablatis illis chartis*, 10. *&c.*]

I*N summis constitutus angustiis (cùm iter faciens Betzkoviam à militibus spolia-*
tus essem, interque alia Revelationes (ab Augusti 30, ad Sept. 6.) quas ferebam
tradendas D. M. ablatæ essent, ob quas inquisitionem metuens in cœmiterio pernocta-
bam) clamabam ad Dominum, protectionem implorans. 2 *Et Dominus*: Desi-
ne pavere & zelari, serve mi! Mihi est de te cura! Ego sic disposui, ut in
horum, & per illos aliorum, manus istæc venirent. 3 Qvoniam non pro
solis vobis loqvebar, & loqvor, qvi me nostis, zelumqve nominis mei ha-
betis: sed loqvor illorum etiam causâ qvi me non æqvè nôrunt, eoqve me
offen-

offendunt, à qvibus Vos abſcondebatis mea verba. 4 Volui ergò teſta-
tam reddere, non per Vos, ſed per meipſum, tùm juſtitiam judiciorum me-
orum (*abſconditam à multis me offendentibus*) tùm vindictam, apud me jam
paratam. 5 Volo inqvam, ut alii qvoqve hæc ſciant, & non ſoli Vos mei:
ideò etiam, qvia non erubeſco coram amicis & inimicis ſermones meos,
prolatos ſive olim per alios, ſive modò per te. 6 Mihi ergò, mihi, factum
imputa: qvi plus te lædi prohibui. 7 Tu autem mihi confiſus hortare il-
los qvibus agendum eſt Opus meum, ut agant, aliud nullum exſpectantes
tempus. 8 Dic eis: Me fore ſcutum illis, ſicuti ſum tibi. 9 Et fac,
qvod animò verſas: Domum Parochialem ingredere, ibiqve negotiis trans-
actis, domum te refer. (*Metuebam enim inqviri, eóqve me Paſtori loci, licet
ignoto, concredere volui.*) 10 In qvorum manus tua ſcripta venient, agno-
ſcent antiqvis meis Teſtibus ſimiles comminationes, pœnaſqve violatori-
bus Legis meæ denuntiatas. 11 Si reſipuerint, illis benè; ſin, malè.
12 Tu mihi fide, & benè tibi erit: nam judicia mea exercentur in terra
13 Scribe hæc, & mitte Orientem & Septentrionem verſùs: Meridiali-
bus horum partem ipſe jam ego tranſmiſi. 14 *His erectus, laudabam pro-
vidam Dei rerum curam, recumbénsqve in manus Dei diluculo Parochiam ingreſ-
ſus ſum, ignotus ibi antè.* 15 *Ubi me D. Medniansky viſitavit: ego vero
tranſactis ea die cum illo rebus, poſtridie domum ſum reverſus.* 16 *Domi-
nus autem ablatorum per prædones in ipſa via compenſationem, præter meam ſpem,
fecit: Illi gloria.*

Rev. CCLXXVII. 8 & 12 Nov.

[*Mulier mortua viſa*, 2. *reviviſcit formoſior*, 3, 4. *facies Viri tetra*, 5. *Eccleſiam pulchrè reformandam, ultimoqve (ante Mundi finem) rurſum deformandam ſignificat*, 6, &c. *Spoliatio nupera*, 9. *Iejunium indicitur*, 11. *In Ferdinandum terribilia*, 12, 13. Rex Poloniæ cadaveroſus, 14. *Sermones Dei non retroibunt*, 15.]

M*Atutinas poſt preces redormire juſſit Dominus* 2 *Obdormivi igitur mo-
mento: & vidi magna in Domo Mulierem jacentem, qvam eſſe mortuam
dictitabant.* 3 *Qvam ubi acceſſiſſem detegebant ei faciem, illa vero pro-
ſpexit: qvo viſo dixi ad circumſtantes*, Non eſt mortua, vivit. 4 *Et
illa mox me alloqvi cœpit: qvam qvo diutiùs intuebar, formoſior apparebat,
gaudio omnium præſentium.* 5 *Hoc ubi tranſierat, apparuit Vir ſenex,
facie diſtorta, alterò cœcus oculo, qvem intueri tædebat.* 6 *Et mox exper-
recto dixit Dominus*: Oſtendi tibi Eccleſiam meam, in forma mortuæ

mulieris jacentem; sed revivifcet, & in decore suo spectabitur. 7 Non
diu autem pòst mutabit se in faciem tetram & coecam, perfidiæ ac ma-
lignitatis plenus Mundus. 8 Atqve tum veniet dies meus novissimus,
qvô Coeli mutabuntur. 9 Tibi ablata vulgabuntur sic, ut Superatten-
dens qvoqve (*Ilaviensis*) rescituras sit: sed ne metue, nihil inde tibi pe-
riculi. 10 Vellent potiùs tibi reddere, qvod abstulerant: brevi scies
qvinam sint hi. (*Rescivi in Januario.*) 11 *Indixitqve mihi Dominus ad
diem* 12 *Nov. jejunium, & ne exirem domô : qvod feci.* 12 *Eaqve die
dixit ad me Dominus, confecturum se pravelocibus sagittis Ferdinandum.* 13
*Et pro rigore judicii præcipitaturum in Gehennæ barathrum, constrictumqve
caligine tenebrarum in æternum: ego ut mihi caverem.* 14 *Mox vidi fa-
ciem Viri inamabilem: Et Dominus*, Polonum vides, Regem cadavero-
sum. 15 Ego in Poloniam ignem injiciam, ut ardeat donec aboleantur
Idololatræ. 16 Tu fidelis esto! sermones enim mei non retroibunt. 17
Percutiam Terram virgâ oris mei, & spiritu labiorum meorum interficiam
impium. 18 *Tu ora: qvod feci, decantans Psalmum* 130.

Rev. CCLXXVIII. 14 Nov.

[*Molæ Dei*, 1, *&c. Titio ambustus & arundo qvassata maturuerunt*, 5. *Cain &
Judas*, 6. *Videntis humiliatio, & deprecatio*, 9, *&c. Visio nova Mariæ vetulæ,
sibi benedicentis, & opes distribui mandantis*, 16 : *& qvid hæc sibi velint*, 18.
Concilium Genevæ, 20. *& Ulmæ, ubi Electores Ecclesiastici dejicientur*, 22.
Princ. Transf. 25. *Medniano præmium assignatur*, 27. *De aliis Ecclesiasti-
corum bonis dispensatio*, 28. *Buda Hung. metropolis Regi reddenda*, 31.]

C*Irca matutinam qvartam redormivi, precibus finitis : & vidi flumen,
& adstructam illi Molam trinam, in qvibus omnibus molebant Mi-
lium, valdè purum, ut mirarer.* 2 *Redditus vigiliæ cogitabam, Qvid
istuc esset ? & Dominus:* Dudum ego id consiliô decrevi meô, qvod
loqvor nunc, ut molant Molitores mei. 3 Jamqve tres incipiunt
agere opus meum, alii autem incipient mox. 4 Dies enim mei ve-
nerunt repurgandi Doctrinam, universumqve Mundi Ordinem, ut sit
tanqvam purissimum frumentum. 5 Nam titio combustus, Papa; &
arundo qvassata, Hispanus, maturuerunt cum Domo Austriaca, tyran-
nidem exercente : cujus finem videbis. 6 Opprimet eos stupor,
ut Cainum & Judam, ut non sit locus saluti. 7 Ne metue, serve
mi, nullus inimicus te lædet, donec consummavero opus meum, hac in

a , & alibi. 8 Mihi eſt cura Tui: tantummodò tu ſervi mi-
ternùm viventi. 9 *Ego lætitiâ & metu plenus dixi : O Jehova*
nator Terræ , qvid ſum ego miſer homo ? nihil ex me ipſo habens , vel
, ſed ex te omnia , vitam & ſpiritum. 10 *Miſerere mei , ſicuti*
ertus fuiſti) Adami patris noſtri ſecundùm carnem , Abrahami ſecun-
fidem , Moſis ſecundùm obedientiam! 11 *Propter unicum illum*
atorem meum , Virgine natum , mihi & credentibus omnibus corde jun-
: in qvo ego ſummum meum bonum eſſe repoſitum corde credo , & ore
eor , profiteborqve in æternum. 12 *Duc me quòvis , doce qvod vis,*
is cor purum , donec me feliciter ex me & mundo eductum perducas poſt
id te , in illam per te nobis partam æternam vitam ! 13 *Ubi Te in*
: , & Patrem in Te , cum æterno Spiritu , ego qvoqve contemplatus
am cum Angelorum choro , electorumqve agminibus , in æternum. 14
rma autem , ô confirma , qvod os Tuum per me loqvutum eſt , & lo-
r : ut omnes Gentes agnoſcant Te , ut & ego cum aliis , ex Te in ſpiri-
nitionem Tui habentibus. 15 *Da ô DEUS , ut anima ,*
s & corpore Tibi ſerviamus , Tui exſiſtentes in æternum. 16 *Ut ve-*
rmonem finivi , juſſit Dominus redormirem , qvod momento factum :
idi Matrem meam vetulam , benedictione me impertientem. 17 *Ego*
atus eſſem dabam illi partem poſſeſſionum mearum : ſed illa diſtribui hæc juſſit
alios. 18 *Evigilanti autem dixit Dominus :* Fidelis eſto, ludibria
cura, plus metue me qvàm homines! 19 Gratia mea æterna
d Gentes me nondum cognoſcentes. 20 Vidiſti matrem, Eccle-
veſtram, jubentem diſtribuere cimmelia: qvod tu facias cum confra-
is tuis, illis qvos in tempus illud conſervavero, qvô Concilium celebra-
Genevæ: 21 ad Gentes introducendum in cancellos Ordinis, qvi vi-
in Eccleſia veſtra, qvam appellatis Matrem, qvæ jam ſenuit cum ama-
nihi Ordine ſuo. 22 *Qvibus ego auditis, cogitabam antea Dominum de*
a loqvutum, ibi fore congregationem. 23 *Et Dominus :* Ibi qvoqve
gregatio erit magna, ibiqve disjicietur poteſtas Papæ, Electorumqve
ualium, qvos tolerari ampliùs nolo. 24 Adminiſtrent Spirituales
ualia, & Seculares ſecularia: ſpiritui meo ſubjecti utriqve, in ve-
: vitæ meæ, Chriſtianæ. 25 Qvô ego deducturus ſum Gentem
ve Turcicam, cum aliis me adhuc ignorantibus: qvibus jamjam ſub-
ſtrabo lucem, etiam per Tranſylvaniæ Principem, futurum Hungariæ
em. 26 A qvo venientem declarationem mitte dilecto tuo &
in Poloniam : conſervabo ego id , uti antehac conſervabam.

27 Domui Mednianskii, & filiorum ejus, pro fide Mihi, & Principi, qvin & Tibi, exhibita, detur in hæreditatem, post exterminatos Idololatras & ejectos Esavitas, Skalka cum reditibus suis. 28 Alia verò illorum bona in Trenciniensi Comitatu Comiti Eleshazio, opus fideliter promoventi, cedant. 29 Nitrensia & Tyrnaviensia bona, cum reditibus suis, transferantur ad sustentationem Regis: alia aliorum Ecclesiasticorum bona in alios bonos publicos usus. 30 Qvod idem similiter in Patria vestra, post reditum, præterqvàm qvod cuiqvam ex ejectis meis ablatum est, & restitui debet, observari volo. 31 Turca verò, cùm videbit Regem ex gente Hungara, non aliunde, eligi, gratitudinis loco pro Bibliorum à Racociana Domo sibi submisso munere, reddet metropolim Budam, Regis posthâc futuram, uti antehâc, residentiam. 32 Atqve tum fiet, ut gens Turcica sine metu in Hungariam, Hungari verò cum aliis gentibus in Turciam, transmeent, negotiationesqve exerceant. 33 Hæc ego postridie jejunii tui indicata tibi volui: servi mihi cum timore, & non derelinqveris. 34 *Ego autem laudabam Dominum, decantato 146 Psalmo.*

Rev. CCLXXIX. Nov. 15.

[*Scripta Videntis ineptè componuntur*, 1: *describuntur tamen & communicantur*, 4. *Pestis in Austria & Hungaria*, 6. Baroni *S.* mandata, 8. *Sic faciendum modernis, ut Dominus fecit Ierosolymitanis*, 10.]

I*Terum factum est ad me Verbum Domini manè, cum Viros vidissem conspicuos, qui scripta mea tentabant componere, nec poterant, quia compressa erant (charta) & contorta.* 2 *Hoc viso, componebam ipse: sed ægrè potui, quia intricaverant ipsi.* 3 *Cùm evigilassem, dixit* Dominus: Suspendi ego ratiocinationes eorum, in qvorum manus scripta tua (*nuper ablata*) inciderunt, nesciunt se extricare. 4 Attoniti transcribunt, & alii aliis communicant, ignari qvorsum mittenda erant: hoc solùm intelligunt, mala denuntiari malis. 5 Tu ergò ne metuas: & cùm Mednianski venerit Rownam, expendite verba mea, ut Principi fiat indicium, non esse jam cur exspectet. 6 Jam & ipse me irritantes hac in Terra perdere incipiam peste, Posonii & Viennæ: non effugient manum meam [NB. *Ita fuit, mox in Decembri grassari pestis cæpit.*] 7 *Et oravi protectionem, mihi & aliis Cultoribus Dei.* 8

Dominus autem: Da indicium zelanti contemtum mei, & oppressionem patriæ suæ, Baroni S. instrumento meo, ne ponat in oblivione effusum sangvinem fideliter Domui Austriacæ servientium, & ab illa trucidatorum. 9 Nec inultum relinqvat eorum Pragæ effusum sangvinem: sed ut rursum iisdem locis sangvis effundatur pravorum Consultorum, cum eversione radicitùs stirpium impiarum, ut non relinqvatur mejens ad parietem, in domo eorum. 10 Ita fiat illis, qvomodo à me factum est Jerusalemitis: fuderunt illi sangvinem meum & servorum meorum, fusus est rursum sangvis posterorum illorum. 11 Ego autem ubi condemnatus eram, ibi eram vindicatus & glorificatus: ut hunc in diem memoria exstat in Nationibus Terræ. 12 Ne differas notum hoc reddere illi! 13 *Hæc admiratus ego, qvod talia etiam non abscondat à me Dominus, cecini è Psalmo 72, duos ultimos versus.*

Rev. CCLXXX. Novemb. 24.

[*Splendor*, 1. *Pœna incredulitatis*, 2. *Mandata Adjuncto*, 3, 4. *Interdictum ad eundem*, 5.]

M*Anè à precibus collustravit splendor Conclave meum.* 2 *Dixitqve Dominus:* Qvi nunc decumbit, non videbit liberationem, propter incredulitatem J. Z. P. 3 Adjuncto tuo festina mittere qvæcunqve habes:. & mone, ut lucubrationes suas, sermonesqve meos, in lucem mittere festinet! 4 Sciatqve non in sua potestate esse viam suam, sed in mea: qvid Ego de illo decreverim, nescit ille. 5 Angliam adire, tametsi vocetur, ne cogitet, scriptis expedire poterit omnia, cùm ego benedixero: Hoc est de illo judicium meum. 6 *Qvibus ego auditis oravi pro illo: & Dominus*, Satis hodie, acqviesce, & qvod à Principe veniet coram aliis retice, &c.

Rev. CCLXXXI. Dec. 6.

[*Opus Dei Vere primo agi incipiet*, 2. *Moab triturandus, etiam à B. & H.* 3. *Adjunctus*, 4, 5, 6. *Domus Aust. evertenda, opus hoc dirigente ipso Deo*, 7.]

B*Is à calendis Decembris me alloqvutus fuit Dominus, sed meâ causa: hic autem diluculo ad me dixit:* Fidelis esto, & patiens. 2 Nam ecce dima-
navit sonus tubæ meæ per Adjunctum tibi ad Gentes: incipientqve vere
primò agere opus meum alacriter. 3 Sed nec Bohema & Hungara Natio
diutiùs exspectent! comparent se ad triturandum Moab in area sua, nihil
commiserando Idololatras, sed ut maledictos exterminando de Terra.
4 Scribe Adjuncto Tibi, ut redeat ad Domum Racocianam: tametsi antè
parum in iis qvorum causâ eum hûc miseram efficere potuit, propter incre-
dulitatem & cordis duritiem: 5 Plus profecit apud Anglos, & alios,
ad qvos mei sermones penetrârunt, & penetrabunt porrò. 6 Hæc tamen
Natio servitio ejus magis indiget, indigebitqve Patria sua, qvam Anglia.
7 Ad evertendum rejectam à me Austriacam Domum viam ego ipse osten-
dam (*Gentibus*) 8 Qvia Terras suas implevit confusionibus, in Ecclesia
& Politia, cum fracta illa arundine, & ambusto titione suo: 9 Qvibus
ego qvoqve paro exitium sine omni misericordia. *Scribe hæc, & mitte in Po-
loniam!* 10 *Et cecini Psalmum* 25.

Rev. CCLXXXII. Dec. 9.

[*Turris præcelsa cadit*, 1, 2. *& qvidem sine ruina vicinorum*, 3. *Applicatio hujus Visionis*, 4, 5. *Plaustrum eversum, per Consiliarios Domûs Austriacæ thrasones*, 7. *Nihil ampliùs exspectandum*, 8.]

O*Stendit mihi Dominus Civitatem magnam, & in illa Turrem præcelsam, sed
vergentem ad ruinam: qvam spectabant multi:* 2 *Mox autem ruebat, tam-
etsi multis fulcris nixa, catenisqve cincta, nihil tamen profuit, cecidit ultra Civita-
tis muros.* 3 *Jacuitqve sic eversa juxta muros, neqve cadendo ullam obruit Do-
mum: qvod mirabar.* 4 *Et Dominus:* Jam consiliis suis cecidit Austriaca
Domus, ut præcelsa Turris: nihil ei profuerunt fulcra sua. 5 Du-
dum illa ruebat, nemine animadvertente, donec ego id per te ostendi:
cujus Opes inter se divident, æqvè iniqvè. 6 *Mox vidi Currum*

onustum

onustum per prærupta saxa euntem, qui eversus ita decidit, ut Terra contremisceret.
7 *Dominus autem dixit*: Adobrutæ sunt januæ Domûs Austriacæ, ut ne
ingredi possit ullum consilium servandæ illi: non enim sapientibus, sed
imperitis thrasonibus utitur. 8 Scribe Medlianio, & in Poloniam, ne
qvidqvam exspectent ampliùs, qvi Operi meo manum adhibere cogitant.
9 *Et rogavi protectionem decantans Psalmi* 79. *versum* 9, &c. 10 *Addidit*
Dominus: Fideliter informa eos, per qvos voluntatem meam fieri volo:
novi ego hominum corda, qvale cujusqve sit. 11 Scribe Adjuncto: ne
secundùm personas judicet, qvid in cujusqve corde sit repositum ignarus.
12 Tu para te functioni Tuæ: Vigila, ora! *Et cecini Psalmum* 119. *versum* 169.

Rev. CCLXXXIII. Dec. 19.

[*Fides & circumspectio mandatur*, 1. *Incredulis comminatio*, 2, &c.]

B*Is dixit Dominus*: Esto fidelis & circumspectus in tibi concreditis:
non enim omnes qvibus ea communicas, dextrè accipiunt. 2 *I. Z.*
emaculavit nomen suum, non in te sed in me peccans: si sic viâ Hodossii
ire perget, similem exitum inveniet: *quod expavi.* 3 *Sed Dominus*: Pone
os tuum in pulverem, & obsigna hæc coram incredulis, qvorum corda
ego novi optimè. 4 Neqve dubita Principem responsum dedisse: sed
in aliis est mora, sua qvisqve agit: Tu tantùm ne in te culpa sit vide!
5 *Et laudavi Deum, orans pro me & aliis.*

Rev. CCLXXXIV. Dec. 28.

[*Unitas Trinitatis mira*, 1, &c. *Electio Regis*, 5. *Conviviumqve Regale*, 6. *Videnti vino interdicitur*, 8. *Tempora Dei à nostris diversa*, 9. *Implebuntur omnia*, 10, 11.]

A *Precibus loqvutus est mihi Dominus de unitate Divinitatis suæ, qvomodo Pater in Filio & Spiritu, & Spiritus in Filio & Patre habitans, unum opus ab*
æterno operentur, sine intermissione ac fine. 2 *Qvod opus ne Angelos qvidem in-*
telligere, nisi retectum illis fuerit, qvid, qvando, ubi, qvomodo operari decre-
tum sit. 3 *Futurumqve ut mihi etiam meliùs ista pateant æterna in vita,*
modò ut fidelis & obseqviosus essem. 4 *Mandabatqve: eum diem jejunio &*
precibus transmittere: qvemadmodum feci; Dominusqve mihi seqventi nocte
mira-

mira ostendit. 5 *Indormieram enim, ante diluculum, & vidi Proceres,*
duasque eminentes personas, quarum altera eligebatur in Regem, Vir gravis:
cui datus est Equus, undique contectus. 6 *Hunc ego comitatus in Pa-*
latium vidi mensis assidentes complures, etiam fœminam unam, gravem. 7
Jusserunt autem me quoque assidere, bibentesque Vinum purissimum offerebant
mihi etiam: sed recusabam, loram poscens: & data est. 8 *Reversi*
ad vigiliam dixit Dominus: Intereris electioni & coronationi, si jusse-
ro; sed vinum ibi non bibes. 9 Implebuntur omnia verba mea:
modò non iis dies & annos tribuas secundùm dies & annos vestros,
sed secundùm dies, annos & tempora mea, qvæ vos non intelligitis,
qvos terminos, & ubi positos, res qvæqve habeat & inveniat. 10 Con-
trivi ego jam, & solò æqvavi, meos & vestros hostes. 11 Brevi cadet
profundè nominis tui memoria, hac in Terra, cùm implevero qvæ lo-
qvutus sum: etiam de NB. S. 12 Labora tantummodò: ego labo-
rantibus benedictione adsum. Surge, scribe! 13 *Et cecini Psalmum*
qui in mentem venit, 138.

ANNO M. DCLV.

Rev. CCLXXXV. Januarii 3.

[*Princeps Trans. undiqve urgendus.*]

P*Recibus meis finitis dixit Dominus:* Fidelis & patiens esto. Urgeo ego
Principem undiqve. 2 Cui qvid animi jam sit, rescies, sicut & qvid
ego alibi agam: modò qvietus sis, rarò exeas. 3 *Videns autem ego seden-*
tem in Conclavi Virum, cogitabam Quis esset? Dominus autem, Principem vi-
disti, qvem ego premo ut intelligat judicia mea: Tu esto fidelis, & me pa-
tientiâ imitare. 4 *Canebam ergo (ex Cantilena Ecclesiastica)* Adde constan-
tiam Domine, fidem & patientiam &c.

Rev. CCLXXXVI. 12 Jan.

[*Stamina qvatuor: qvorum unum texi incipit* à Septentrione.]

V*Idi Domum, ubi Vir quidam evolvebat Stamina quatuor ad texendum: unum-*
que illorum à Septentrione mox texere cœpit. 2. *Et Dominus ad me:* Septen-
trionales jam ordiuntur opus meum, alii verò se operi accingunt &c.

Rev.

Rev. CCLXXXVII. 19 Jan.

[*Coronatio Regis H.* 2. *Adjunctus tædiô corripitur*, 4. *B. S. saxum volutans monendus*, 6. *Tempus super tempus agendi opus Dei*, 9. *Ignis lucis Dei injiciendus Gentibus*, 13. *explicandumqve vexillum Evangelii*, 15. *ultimæqve Vocis Dei*, 16, &c.]

P*Eractis matutinis precibus cogitabam, qvòd è Polonia nihil ad me veniat.*
2 *Et respondit Dominus:* Comitia Regni hujus, & coronatio ejus qvem
Ego Regem esse nolo, dilata sunt; 3 Principis coronatio non procedet,
nisi meum tempus venerit: ille autem pennas & alas jam aptat, ut advolet
ad diem & horam Posonium. 4 Adjunctus tædiô afficitur, qvòd nihil à
te accipiat: *Ego verò excusabam, non per me stare, cùm mea non permittat egestas, alii verò nolint.* 5 *Dominus autem:* Etiam hi sat habent, acqviescant
iis qvæ loqvutus sum: plura si reqvirent, respondebis juxta mandatum
meum. 6 B. S. devolvit saxum, ad conterendum tyrannos de Domo
Austriaca: cui tu dices nomine meo: Labora ut bonus miles Christi.
7 Mihi confidite, ego agam causam meam. 8 *Et oravi, ut ostenderet virtutem Dominus in brachio suo, ad complendum sermones suos: indormiviqve subito.*
9 *Et vidi dilectum mihi Adjunctum, qvi manu tenens libellum memorialem, primis lineis aureis descriptum, ostendebat præsentibus tempus super tempus esse; exhibens illis potum qvendam rubeum.* 10 *Erant autem varii homines, Reges, Principes, Nobiles, Ecclesiastici: qvibus, me præteritô, exhibebat potionem, dicens, Tu illâ non indiges plenus virtutis ejus, qvâ destituti alii nesciunt qvid fieri debeat.* 11 *Sed & alius ibi potus erat, occlusus in vasculo, unde bibi non poterat.* 12 *Ut verò evigilavi, dixit Dominus:* Vidistine Adjunctum circa Gentes occupatum, illisqve tabulas mandatorum meorum ostendentem? jam esse tempus ad illuminandum Nationes mei adhuc, & nominis mei, ignaras? 13 Qvapropter ô Vos Reges & Principes, & Vos religiosi Testes mei, qvi legem habetis judiciorum meorum: 14 Injicite ignem Lucis doctrinæ meæ, veritatem salutis ferentem, inter eos qvibus subveniri jam tandem ultimis temporibus volo: ut impleatur Domus mea convivis. 15 Explicate vexillum doctrinæ ac veritatis vitæ meæ, Christianismi veri! ut inexcusabiles reddantur in erroribus perseverantes, vos autem accipiatis mercedem laborum vestrorum, ad qvos vocavi vos. 16 Iccircò divulgate ad Gentes & Lingvas vocem sermonum meorum, qvos per organum meum his annis protuli, sicuti olim protuli ad Adam, Noë, Mosen, Prophetas, & per Filium meum ad Apostolos. 17 Nam dies pugnæ est, non sine

madefactione vestium sangvine: ad eradicandum Idololatras de Terra, Terra mea, in qva ego posui vos ut fructum feratis. 18 Acervos Librorum habet Mundus, sine indicatione tamen temporis: sed Liber, qvem à vobis duobus testibus meis scribi curavi, determinatam habet messem ad colligendum Gentes in unitatem Fidei, Ordinis, Doctrinæqve ducentis à tenebris ad lucem, & à morte ad vitam, eorum qvi pereunt sine me radice vitæ. 19 Tu qvantum sermonum meorum habes, mitte tùm Principi tùm Adjuncto: ut ne tardent Incolæ terræ hujus opus meum, anteqvam sicut nube illam operiat Exercitibus suis Turca, ignarus voluntatis meæ à Principe sibi non communicatæ: qvod seram adferret poenitentiam. 20 Ne differ significare hæc, ut personet vox hæc terram qvoqve vestram: tametsi adhuc inveniantur qvi Principibus, matri & filio, sinistrè hæc interpretantur. 21 Sed vos ne turbemini &c. 22 *Et cecini Psalmum* 22.

Rev. CCLXXXVIII. 31 Jan.

[*Angvilla vanæ Religionis*, 3. *Rex H. eligendus cum consensu Turcæ*, 5. *præsentibus aliis Legatis*, 6. *Signa*, 7.]

ANte *diluculum dixit Dominus*: Fidelis esto, evenient denunciata sermonibus meis, ora tantùm & vigila! 2 Nam adventant horæ judiciorum meorum, qvod Mundus non intelligit. 3 *Et obvenit mihi somnus: vidiqve in domo Comitis Eleshazii viros dissertantes de Operibus Dei; mactantesqve Angvillam piscem prægrandem.* 4 *Et evigilavi: Dominus verò ad me*, Serve mi, Angvilla vanæ Religionis non occidetur, neqve libertas serviendi mihi sine idololatria integrè constabit, anteqvam Regem habebunt de qvo pridem dixi, & qvem veluti digito monstravi. 5 Cujus electio ne suscipiatur sine prævia Turcis indictione, qvòd è Gente sua Regem habere velint, qvem ipsis indicarit Deus: & non negabunt assensum. 6 Sed præsentes adsint Legati Svedici & Danici, benediceturqve dextera mea, modò ut Cives Regni concordes sint. 7 Reqvirent sanè signa: & tu facies ut mandabo tibi. 8 Surge, exspecta solatia mea! *Cecini igitur Psalmum* 81.

Rev. CCLXXXIX. 3 Febr.

[*Morava fluvius abſorbetur*, 1, *& qvid hoc*, 2. *Comitiorum Regni H. eventus*, 6. Homines vocem Dei non capiunt rationabiliter, 11. *Proteſtatio Dei contra illos*, (13) *qvi jugum Babylonis dejicere nolunt*, 17. *Nova exhortatio*, 19, *&c.* *Coronatio Leopoldi ferrea*, 23. *Racocio nova promiſſa*, 25.]

A *media nocte oſtendit mihi Dominus flumen Moravam, impellentem Mo-
las: ſed inde lapſum abſorbebatur Terrâ, ut fluxus appareret nullus,
qvod mirabar.* 2 *Et Dominus*: Flumen potentiæ Auſtriacæ abſorbſit
Terra, ut ne dominentur ampliùs tyrannidem exercentes adverſus Cul-
tores meos. 3 *Ego verò cogitabam Iohanni etiam fluminis abſorptionem oſten-
ſam fuiſſe* (*Apoc.* 12. *v.* 15.) *orabamqve ita evenire.* 4 *Et Dominus*: Rever-
ſio mea erit ad vos, ô Gentes, modò id agnoſcere, & ad me qvoqve rever-
ti, velitis. 5 Informa de omnibus Mednianium, cùm id à Te reqviret.
6 *Ego autem rogavi, Comitiis Regni qvid peragetur? & Dominus*; Id qvod
ego decrevi, & jam loqvutus ſum. 7 Deſtituet Domum Auſtriacam po-
tentia perducendi ad finem intentiones ſuas: qvibus cùm ſemel exciderit,
nemo ampliùs è Domo iſta Rex fiet in æternum. 8 Flant venti! *ego au-
tem cogitabam, Qvales venti? tranqvillum enim erat.* 9 *Et Dominus*: Ven-
ti judiciorum meorum ſuper Terram: ſed Gentes aliæ poſt alias decedentes
nihil attendunt contemtum mihi, & nomini meo, factum eſſe, & fieri, in
Nationibus Terræ (*vidi variâ facie Nationes.*) 10 Ecce mercede conduxi
Domum Racocianam, ad vindicandum contemtum nominis mei hâc in
Terra, cum aliis me agnoſcentibus. 11 Sed non capiunt illi rationabiliter
vocem meam ſeſe inclamantem. 12 O ſi vel jam tandem deſiſtant ratiociniis
ſuis ſeducere ſeſe! acqvieſcentes tam apertâ denuntiatione voluntatis meæ,
æternô conſiliô decretæ! 13 Si facere volent juxta revelata illis mandata
mea, illis benè, & poſteris; ſin, juſtificabor ego die ultionis meæ, qvam il-
lis ſuperinducam. 14 Nam ecce ſagittæ acutæ furoris mei ardent in manu
mea! qvas ſi emiſero, manebit Domus Racoci deſerta, ut pridem loqvutus
ſum: non enim eſt conſiliũ adverſùs me. 15 Si dixerint, Non eſt nobis tan-
tum potentiæ; dices, Ecce de cœlo mittetur auxilium! 16 Tantummodò ſint
Habitatores Terræ unô ſpiritu ad ambulandum in præceptis meis, qvæ toti
Mundo dedi, non verò uni tantùm Genti. 17 Dudum clamo, dudum pulſo, ut
dejiciant jugum Babylonis: ſed nolunt intelligere, qvorum intereſt, hucusq;.

18 O si vel tandem prospiciant! Mundi finem appropinqvare viden-
tes; & Vineam adhuc manere incultam, in tot Nationibus ignorantibus
me. 19 Des illis ad expendendum, librâ justâ, ea qvæ loqvor! & ir-
rugias eos voce mandati mei, Eja disperdite Idola, ne memoria illorum
exstet ampliùs! 20 Manebitqve vobiscum portio benedictionis Jacob,
& hæreditatis Domûs David, Regniqve illius cujus non erit finis. 21
Qvô ego vos deducere cogito, ô filii hominum! modò velitis omnes in-
cedere per viam Legis meæ, qvam integrè declarari jam feci per Viros,
vasa mea, antiqvos & recentes. 22 Ingere hæc omnibus illorum, ser-
ve mi, diebus hisce! *mihi verò in mentem venit cantare Psalmum 34.* 23
*Postea cogitabam, Dominum de Coronatione Principis Racoci loquutum esse:
nunc autem Cæsareani filii Coronationem requiri.* 24 *Ad quæ Dominus:*
Ferreâ iræ meæ coronâ ego illum coronabo! (*Vidique quendam fascem
clavorum ferreorum scandulariorum capite gestantem.*) 25 At Racoci si me
timebit Coronam habet unam apud me, alteram hac in Terra: cui ego pri-
dem inscripsi, *RACOCII EST.* (*vide Rev. xv. v. 35.*) 26 Ego
mihi per fidem obedientibus, & sincerè laborantibus, benedictionem
impertior: sicut & tibi impertiam, si laboraveris. 27 Surge, scribe,
fidelis esto & patiens. 28 Adjunctus tuus langvescit zelô, eô qvòd Na-
tiones nihildum incipiant: exspectat à te doceri.

Rev. ccxc. 17 Febr. (*die publici Jejunii & precum.*)

[*Prædictiones Dei cur interdum mutari videantur, 1, 2, 3. Ferdinandi tertii exitus, 4 Hungariam perdere cur non potuerit, 8. &c.*]

D*Ies erat, & vidi viros egregios, distingventes inter consilia divina & huma-
na.* 2 *De hoc cùm cogitarem, dixit ad me Dominus.* Serve mi, Non
statim ego facio, qvod statim dico: 3 sed facio interdum juxta tempo-
rum circumstantias, qvas vos homines parum, aut vix, intelligitis. 4 Ma-
thias & Rudolphus dissimilem habuerint exitum, sicut & Ferdinandus
secundus & qvartus: non enim viderunt qvod destinabant, & conati erant.
5 Qvi nunc est, Ferdinandus tertius, finem invenit: (*& mox lapillus decidit
super arcam, ad lectulum meum; mirabarque quid istuc portenderet. 6 Et Dominus:*)
Cecidit jam, ut lapillus iste: sed qvomodo ceciderit, tu nondum scis, re-
scies brevi. 7 Ultimus hic non habuit bonos dies, operans opus suum
malum: sed qvod ad finem non perduxit, nec perducet, qvia ego
illi

illi obsisto: id autem qvis intelligit? 8 Absqve me esset, cogitationes ejus non impediissetis vos, ô homines, hac in Terra, & alibi. 9 Hæc namqve Terra Domui Austriacæ obnitendi nunqvam satis virium habuit: sed ego eam robore alienô tutabar, ut staret hucusqve. 10 Tametsi non sine periculo duplici, tùm domestico, à filiis patriæ; tùm extraneo, à gente Turcica. 11 Qvæ nisi esset ad latus, dudum potentia molæ Austriacæ Terram hanc, cum libertatibus suis, contrivisset, sicuti fecit alibi: 12 Etiam in Imperio, usurpatâ sibi Imperii coronâ, qvasi nulla Domus alia sibi esset æqvalis. 13 Qvis autem Terram hanc sustinuit, ne rueret, nisi ego? qvi scibam appropinqvare diem ruinæ Austriacæ, qvæ apud me jam facta est, juxta consilium decreti mei. 14 Qvod illi si credere volunt credant, si nolunt omittant. 15 Hæc tibi loqvor ideò, ut interrogatus qvid respondendum sit scias: sed ne adeas illos, nisi te reqvirant. 17 Atqve si Regem volent eligere, eum eligant qvem illis per te digitô monstravi. 16 Jam surge, & isthæc scribe, mihi cura est tui: etiam in Poloniam ista para: 17 *Et feci, lacrymis ista madefaciens, Deumqve ut præstet verba sua orans, & Psalmum* 20. *decantans.*

Rev. CCXCI. 18 Febr.

[*Pisces duo hamô capti*, 2, 3. Jesuitæ paleæ putridæ, 4. *Sermones Dei meliùs expendi incipiunt*, 5. *Contemtoribus tres offeruntur qvæstiones*, 8.]

F*Initis manè ad Deum suspiriis redormivi: & vidi fluvium præterlabentem, cui injeci hamum.* 2 *Et statim extraxi pisces duos albos, grandes satis, miratus esse duos: sed & conspexi duos fuisse hamos crine unô.* 3 *Cùm evigilavi, dixit Dominus:* Duo pisces illi duas Gentes significant, qvæ agere opus meum jam incipient. 4 Ne pavescas hominum malitiam serve mi: nam ut paleæ putridæ ejicientur è Terra Jesuitæ, juxta sermones meos. 5 *Addidit dicere Dominus:* Jam & Incolæ Terræ hujus expendunt sermones meos, aliter qvàm expendebantur in Domo Racociana: mirati, qvòd tam diu abscondebatis hæc ab illis. 6 Ab Adjuncto venient singularia: qvanqvam & Posonii non desunt, qvi extenuãt sermones meos, dissensum inducentes ne fiat secundùm decretũ meum. 7 Qvod si erit, ut non obediant mihi, pergam mirificè agere cum populo hôc. 8 Tu autem ostende illis porrò tria hæc: (I) Possitne fructum dare Ficus radice destituta? (II) Possitne, & sciatne, qvisqvam vocare ea

qvæ nondum sunt? (111) Possitne hominum qvisqvam dare cuiqvam, qvod ipse habuit nunqvam? 9 Ecce reperientur aliqvi tamen, qvi habitâ verbis meis fide, videre te desiderabunt: tu vigila, & ora! 10 *Feci, & oravi, indignitatem deprecatus.*

Rev. CCXCII. 20 Martii.

[*Vindemia Terræ*, 2. *Turca excitandus*, 3. Prædicta non impleri non cogitandum, 6. *Diluvium Mundi novum*, 8. *Polonia*, 10. *Domus Friderici*, 11.]

Vineam vidi, & in ea fructum uvæ maturæ. 2 *Et Dominus me alloqutus, dixit:* Maturuerunt in Nationibus terræ botri operis mei, qvod ego hac etiam in Gente operabor: profundè enim in cor qvorundam ceciderunt sermones mei. 3 Mandaveram ego tibi pridem, ut assumeres gausape & terreres Gentem hanc: ecce autem ipse id assumam, & excitabo *Turcam* ad confundendum consilia Domûs Austriacæ. 4 Nam veniet tempus, cùm *Turcæ* matrimoniô sibi jungent fæminas de Gente hac; tu tamen eousqve hîc non manebis. 5 Ecce hora mea jam venit (qvod vos terreni tamen non intelligitis) ut Gentes omnes, etiam terræ hujus habitatores, faciant voluntatem meam! 6 *Tu* in pulverem pone os tuum, ne dicas, néve cogites, non fieri ea qvæ prænuntiavi per te. 7 Sufficiat tibi, te non abscondisse verba mea ab Incolis terræ. 8 Ecce acervi ultionum mearum volvunt se super Nationes terræ: qvales non erant à submerso aqvis diluvii Mundo. 9 Si pertinaciter obseqvi mihi renuent, tibi solatio sit, qvòd non mercede conductus inclamasti eos, sed amore serviendi mihi. 10 In Polonia confusa sunt omnia: Tu innitere mihi, ego (*ero*) merces tua. 11 Domus Friderici affinitatis jure obligabit sibi (*Domum Racocii*) ad fidelitatem: qvod rescies futuro tempore.

Rev. CCXCIII. Aprilis 7. (*die jejunii mei.*)

[*Vinum fervescens*, 2. *Deus nihil frustra loqvitur*, 4. *Ferdinandus cum dedecore ex Hungaria abiturus*, 7.]

Ostendit mihi Dominus magnam Domum, ubi erant Vini dolia, mani desuper apertæris. 2 *Qva intuitus, vidi è qvibusdam feces sursum qva, ex*

ex aliis minùs, in aliis fervor tantum, & murmur, audiebatur intùs. 3 *Cùm
cogitarem qvid isthuc esset, respondit Dominus:* A Septentrione jam fervet:
hac in terra & alibi conturbatio demum est, & ad effervescentiam dispo-
sitio. 4 *Tu* mihi esto fidelis: de sermonibus meis per te prolatis mi-
rum est judicium hominum, etiam dictitantium: Nunqvid frustra loqvu-
tus est unqvam JEHOVA? 5 Qvibus responde, Neqve nunc me
frustra esse loqvutum, & loqvi. 6 Qvòd autem nondum impleau-
tur omnia, mihi tribuant, non tibi: si nolunt operari ultrò, côgam,
etiam hujus terræ habitatores. 7 Abibit enim Rosa maleolens
[*i. e. Ferd.*] cum dedecore ex hac terra, etiam cum filio: tantummo-
dò unanimes sint qvi noverunt nomen meum.

Rev. CCXCIV. April. 14.

[*Duæ Gentes captæ*, 2. Bohemi Hungaris federandi, 3. *Terræ Austriacæ flagellabuntur*, 5, 6. *Nubes Nationum*, 7 *Princeps Racoci*, 8.]

R*Ediit mihi somnus manè, à precibus: & cepi duas Aves, deinde duos
gallinaceos pullos, & evigilavi.* 2 *Dominus verò:* Confide, pa-
tientur se capi Gentes duæ ad faciendum opus meum. 3 Bohemi
trahent post se fune fæderis firmissimi Gentem Hungaram, cum alia Gen-
te. 4 Hungari nunc inter se colluctantur de coronatione Regis il-
lius, qvem Regem habere nolunt multi, conscii vocis meæ qvâ eos per
te sum alloqvutus. 5 Volvunt se diluvia super Domum Austria-
cam, diebus his cognosces: nam Virtutis meæ renovatio appropinqvat,
vigilate & orate! 6 Tyrannorum malignitas patescet jam: provi-
dete vobis panem in diem qvô area terræ [*sc. Austriaca. Vide Rev.* 227.
v. 6.] flagello iræ meæ triturabitur. 7 Ecce jam surgunt Nationes,
nubium instar! 8 Principem ego undiqve excito: ô si jam exsur-
gat! faciatqve qvod faciendum est cum habitatoribus terræ hujus. 9
Tu fidelis & patiens esto, Virtus mea in infirmitate tua perficietur: satis
jam ego Mundo præsenti per te loqvutus sum. 10 *Egi ergò gratias,
cantans Psalmum* 146.

Rev. ccxcv. April 22.

[*Afflictis ob rerum jacturam,* 1. *ſolatia,* 5. *Domus Auſtr.* 6.]

Oſtendit mihi Dominus Currum turbidas aqvas pertranſeuntem, & ever-
ſum: ex qvo Libri qvidam exciderunt, qvorum jacturam dolebam. 2 *Con-*
verſus verò in alteram partem, vidi aqvæ valde limpidæ fluvium, & in ea natantes
piſces: quò ſpectaculo oblectabar. 3 *Cùm autem qvid iſtuc eſſet cogitarem,*
reſpondens Dominus dixit: Serve mi, fidelis eſto & mihi obediens, ſicut ego
fui obediens Patri meo uſqve ad mortem crucis: nec attende contumelias,
quas meâ cauſâ pateris. 4 Ecce oſtendi tibi triſtem veſtram priùs ſor-
tem, everſione Currûs & jacturâ rerum qvas amiſiſtis. 5 Sed limpida
conſolationum mearum aqva jam appropinqvat. 6 Area Domûs Au-
ſtriacæ furore meo triturabitur; qvod Incolæ terræ hujus intelligere no-
lunt: intelligent autem Poſoniô digreſſi, cùm Roſa maleolens peribit.
7 *Et decantavi Pſalmum* 94.

Rev. ccxcvi. 1 Maji.

[*Gentes exſurgunt,* 3. *Princeps Tr. & Hungari evigilabunt,* 6, 7.]

Diluculo oſtendit mihi Dominus congregatos ad conſultandum Viros, quos pa-
vebam: ignoti enim erant mihi, præter J. Mednianum lectulo decumben-
tem. 2 *Dominus verò ad me:* Ne timeas, virtus mea perficietur in in-
firmitate tua, mihi notæ ſunt omnes viæ filiorum hominum. 3 Ser-
mones mei per te prolati pervenerunt ad Nationes Terræ, qvas tu non no-
ſti: ſed illi judicia mea agnoſcentes exſurgere ut nubes incipiunt. 4 Tu
ſuper ſermones meos non confunderis: novi ego cor tuum, ſicut & iſto-
rum qvi te propter eos affligunt. 5 *Et egi gratias Deo meo, reponens me*
in manus miſericordiæ, ardenterqve orans pro Nationibus iſtis. 6 *Addidit*
Dominus loqui: Undiqve Principem excito, ut ne dormiat, ſed exſurgens
faciat qvod faciendum eſt. 7 Jam aliqvi habitatorum Terræ hujus de-
creverunt obſeqvi voci meæ, modò Princeps ne patiatur in ſe deſiderari
aliqvid. 8 Bonam accipient mercedem boni; malam mali, niſi reſi-
puerint.

Rev. CCXCVII. 5. Maji.

[*Literæ Videntis ad Principem*, 3. *Moravorum aliqvi vellicandi, ut Patriæ ruinam prævenire laborent*, 5, *&c.*]

I*N dormivi à matutinis precibus: & vidi Viros honoratos, inter qvos erat Ad-*
junctus meus, referans qvasdam epistolas obsignatas, consiliaqve inde promens
qvid esset faciendum; qvod illi mirati, gratè admittebant. 2 *Ut ad me redii,*
dixit Dominus: Profundè in Nationibus ceciderunt & cadunt sermones
mei, etiam in hac terra. 3 Tu jam ipse manu Tuâ scribe ad Principem,
ut ne qvid ampliùs exspectet, sed fœdere initò cum Sveco, Anglo, Mos-
co & Radzivilio Polono, festinet volare ad Posonium, & exseqvi qvod
Pater debuit, & Frater, juxta dudum revelatam voluntatẽ meam, ad exter-
minandũ Idololatras de terra hac. 4 *Cùm cogitarem Qvomodo scribam? respondit*
Dominus, Latinè: qvomodo nosti, ita scribe, percipiet ille. 5 *Mihi ve-*
rò de Patria (Moravia) cogitare venit, num illa haberet aliqvem qvi opponeret
sepem, & staret in ruptura, respondit Dominus: Obiit Hodicius, superest de
Rupa. 6 Sed hujus animum experire priùs, qvàm illi revelata mea con-
credas. 7 *Iterum cogitabam, Num aliqvis præterea esset? & Dominus,*
Weznik & Jakartowsky. 8 Qvi tametsi lapsi sint, resipiscant tamen ut
Manasses & Petrus, ad inveniendum gratiam meam: qværantqve favorem
Svecorum. 9 *Iterum veniebat in mentem: Dominum Anno* 1643 *Comitem*
de Kaunitz nominasse: ad qvæ Dominus, Si de Rupa moneri contemnet, huic
subvenies, misso ad illum Samuele Strumenio. 10 *Oravi ergo pro illis Do-*
minum, decantans Psalmum 20.

Rev. CCXCVIII. 18 Maji.

[*F. ad mare iræ Dei deductus*, 1, 2. *Princeps Tr. à Septentrione stimulatur*, 6. *Sagittæ Dei ut ignei globi accendent solium F.* 7. *Principi Tr. obviam eundum*, 11, 12. *Radzivilius*, 12.]

A *media nocte ostendit mihi Dominus virum, super qvem sententia mortis la-*
ta fuit, & qvi ad aqvam magnam supraqve modum turbidam adductus, pro-
cubuit in littore. 2 *Et mox evigilanti dixit Dominus:* Jam ligatus Cæsar ad
mare iræ meæ deductus est, in qvod & præcipitabitur. 3 Tu confide: ve-
nient solatia tibi ex Polonia, qvibus confortaberis: venient & aliunde, at

nondum. 4 Jam enim adest tempus ut ulciscar me de contemtu hostium meorum & vestrorum, qvi vos hæreditate spoliârunt vestrâ. 5 Jam ecce congregavi sagittas iræ meæ! jam & Princeps Vester ad aures admisit vocem, qvâ illum inclamavi. 6 Jam qvidam gente Germanus venit à Septentrione, qvi illum pungendo stimulabit, velut Erinaceus, ut prodeat juxta mandata mea: jam neqve Mater resistere poterit. 7 Ecce seqventibus diebus sagittæ meæ super domum Ferdinandi cadent globorum instar: qvorum unus incendens sese in conclavi ejus, ostendet ignem subter ipsum ardentem, qvem ille solio suo insidens non vidit, donec perustâ sede cadet, nec ampliùs resurget in æternùm. 8 Tu fidelis esto & patiens, rarò exeas, mihi est tui, & omnium mihi fideliter servientium, cura: *& laudabam Dominum, decantans Psalmum* 33. 9 *Cum cessassem, & interpositâ morâ, dixit Dominus:* Jam surgunt nubes Gentium, ad velociter inducendum vindictam super Operarios malos, & ad exterminandum sine omni commiseratione Idololatras, maledictioni à me devotos. 10 Tu mone illos in Patria (nam vastabitur, si non conversi præveniant hoc malum) qvò ego Vestrûm qvosdam reducere cogito, & reducam. 11 Princeps jugum humani metûs, ipsius qvoqve Matris, jam dejicit, & accingit se ad exseqvendum voluntatem meam. 12 Cui tu ibis in occursum: Adjuncto verò scribat ipse Princeps, ut ipse qvoqve Posonium veniat cum Legatis à Radzivilio, qvem exaltabo inter Polonos, juxta sermonem meum: atqve tum tu solatia mea videbis serve mi. 13 Amaris epulis cibabo & potionabo terram hanc: sed Princeps ne tardet, ut benè sit illi, & terræ huic. 14 E Polonia veniet qvod speras. [*Venit etiam, laus sit Deo meo, eâ ipsa die.*]

Rev. CCXCIX. 25 Maji.

[*Somnium de Charitate ardente*, 3. *de inflammante Dei charitate, inardescente postremis temporibus explicatur*, 6. *Imitari eam homines universi jubentur*, 12. & *ad participationem ejus invitantur*, 21.]

R*Edormivi à precibus, diluculi tempore.* 2 *Et vidi navigiô trajicientes flumen, cum quibus ipse qvoqve peculiari navigiolo navigabam, assumtô alio qvopiam, cum qvo me mox in opposita ripa vidi.* 3 *Ut exscendi, datus est mihi epistolarum fascis, unaqve seorsim charta obsignata, cui inscripta erant nomina variorum Populorum & Linguarum; alia item magnis literis inscriptum habens,* CHARITAS ARDENS. 4 *Quod ego cum adstantium admiratione*

tione legi, ſimulqve evigilavi. 5 *Dominus autem valdè enucleatè ad me:* Serve
mi, adferentur variæ epiſtolæ, una etiam mea, cui æterna mea Charitas
inſcripta erit. 6 Tu autem ſcribe qvæ loqvuturus ſum: ut ſciatis, tàm
vos qvàm orbis totius Nationes, Populi, Lingvæ, qvid ego æterna Sapien-
tia poſtremis Mundi temporibus à vobis reqviram. 7 Poſt extermina-
tionem Idololatriæ, errorum & hæreſium, violatorumqve jurium meo-
rum per Moſen, Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos promulgatorum. 8 Ut
qvicunqve veſtrûm, ó Gentes, proximus eſſe volet mihi Creatori ſuo, men-
te, corde, ore, oculis, auribusqve gerat flammantem Charitatem meam,
qvâ abæterno ardeo tùm in me, ex me, ego Iehova exercituum, tùm erga vos,
& omnem Creaturam meam. 9 Qvod vos ex illuminatione mea noſtis,
totum tamen æternitatis meæ ſtatum, qvia oculos terrenos habetis, non
videtis, nec videbitis qvàm diu in terra eritis. 10 Scitote igitur, ſcitote,
me Deum omnis creaturæ, & veſtrum, eſſe illum, qvi ſum Charitas. 11
Cumqve ipſe ſim Charitas, reqviro à vobis charitatem: in qva me qvalis
ſim nemo perfectè videbit in æternum, in me, erga me, erga vos omnes
creaturam meam ſine diſcrimine; ſive ſit Iudæus, ſive Græcus, Scytha vel
Turca, Paganus, vel à nomine meo nomen habens Chriſtianus. 12 Qva-
propter accendite, accendite, ignem Charitatis hujus meæ erga vos invi-
cem, ante adventum meum, ubiqve per Terrarum Orbem! vos anima-
rum Paſtores erga Auditores; Vos Dominatores, Reges & Principes, er-
ga ſubditos; Vos Parentes erga liberos; Vos Chriſtiani erga paganos! 13
Clangite tubâ in Sione Eccleſiæ meæ, meô ſangvine reſperſæ! dicentes:
Prodite, prodite, ex labyrinthis ignorantiæ veſtræ! 14 Incipite agnoſce-
re me Creatorem veſtrum, qvi ſum Charitas, ut ſcientes me ſerviatis mihi
unô corde, unâ mente, unô affectu: cum metu judiciorum meorum, in
ſilentio cordisqve ſimplicitate. 15 Vocem Legis meæ audientes & fa-
cientes, Hymnos & Pſalmos decantantes, inqve unum ordinem totius Cul-
tûs mei reſpectu reducti omnes: qvisqve ſtatione ſua in qva eum collocavi.
16 Et ne communicate operibus infructuoſis tenebrarum, potiùs ea argui-
te: idqve in charitate, qvæ vinculum eſt perfectionis. 17 Ita omnes eri-
tis chari mihi, & chari vobis, ſervi mei & ſervæ meæ ſuper terram. 18
Atqve hoc eſt qvod tibi ſignificatum volui hodie: ut ſciant & legant om-
nes terræ Nationes, non aliud apud me de vobis eſſe judicium hodie, qvàm
fuit ab æterno, & erit in æternum. 19. Qvæ æternitas qvid ſit, vos mo-
dò non intelligitis, donec eô introducti per me, medianteqve luce meâ,
qvam veſtrûm multi per multos dies ſub hoc lucido Sole meo habitantes
(qvidam etiam ad multos dies & annos) ignoraſtis. 20 Venite igitur,

venite jam, jam tandem, ad me, ſumtô in manum Librò Legis meæ, ex
qva vobis, vobis dico omnibus, prodibit lux, cibus, potus, æternæ meæ
cognitionis, & dilectionis erga Me, Angelos meos, & vos invicem. 21
Nolite ampliùs occîdere Animas veſtras, neq; Corpora proximorũ veſtrorũ:
ſed ambulate in charitate, qvam ego erga vos, & vobis, in me oſtendo
clariſſimè. 22 Et qvi vos ex charitate ipſe voco, gigno, geſto, cibo, potiono,
veſtio: idqve totum, totum ſine omni merito veſtro, gratis. 23 Ideò
ſolùm, qvia vos Pater meus diligit: & ego unigenitus Filius Ejus animam
meam pro vobis poſui: qvem tamen veſtrûm multi, ah multi, ignoraſtis
adhuc & ignoratis. 24 O Nationes terræ venite ad me, ſicut ego veni ad
vos: & venio per viros qvi vos ducunt, & adducent ad voluptates æternas.
25 Nam ecce dies venerunt ultimæ meæ vocationis: qvam audire ſi neglexeritis,
actum de vobis in æternum, ô populus meus, populus meus!
26 Tu autem ſerve mi ſcribe hæc ita, ut hæc legant omnes Populi. 27
Scripſi ergo: & laudavi Deum, decantans ex Pſalmo 119. *v.* 57. &c.

Rev. ccc. 27 Maji, (*die Corporis.*)

[*Idololatræ an materiali gladiô occidendi*, 3, 4. *&c.*]

I*Am dies erat, cùm precibus finitis redormirem.* 2 *Et vidi me à Viris quibusdam
ignotis qværi ad interficiendum: fugitabam igitur terroris plenus, qvò & evigilavi.*
3 *Et Dominus*: Serve mi, Concludunt, & concluſerunt jam Nationes,
ut injiciant ignem iræ meæ in atria Domûs Babylonis, ad perdendum Idola
& Idololatras. 4 Sed qvidam loqvuntur, ut id fiat ſine ſangvinis profuſione,
iſtorumqve Idololatriæ cultorum exterminatione: dictitantes, Non
decere Chriſtianos, occîdere homines. 5 Ego verò ut pridem, ita hodie,
occîdi illos mando, qvi occidebant animas, cœci cæcorum duces in
foveam incredulitatis, & cordis duritiem, & hinc in gehennam. 6 Fiat
ergò ut mandavi: nam egóne malè egi dum Mundum impiorum aqvis delevi,
octo tantùm ſervatis in Arca Noæ animabus? 7 Et dum ſubverti
Sodomam, tribus tantùm ſervatis? etiam uxore Lothi in ſtatuam ſalis versâ.
8 An Elias egit malè, dum, Baalitas juſſu meo mactavit? 9 Qvi ad gladium,
ad gladium; qvi ad ignem, ad ignem: æterna hæc eſt voluntas mea, ut
illis reddatur duplum, plagæ pro plagis, menſurâ plenâ & ſuperfluente.
10 Ne cela hæc à qvoqvam illorum! Surge, & hoc ipſum in ſcripta refer!

*fiet! 11 Feci ergo, decantans Psalmum nonum. 12 Et ex illa die convale-
scere cæpi à morbo, qvi me mensem integrum tenuerat.*

Rev. CCCI. Maji. 28.

[*Idololatrarum area exurenda*, 2. *Iudicia Dei non adscribenda aliis*, 5. *Arma obseqvii*, 6. *Ad Hungaros protestatio*, 10.]

V*Idebar mihi spoliatus ad nuditatem usqve, & zelabar valdè : sed ostende-
batur mihi alia vestis.* 2 *Expergefactus mirabar, & orabam ad Domi-
num : qvi respondens dixit*, Jamjam Ignis furoris mei exardescit super mihi
& Angelis meis invisos Idololatras! 3 Ut jam uratur, & exuratur, area
istorum mihi contemtum inferentium per Nationes terræ, sine misericor-
dia: 4 sicut ego Dominator terræ, & Creator montium, dudum tibi
serve mi loqvutus sum; Ego inqvam, & non alius qvispiam. 5 Maledi-
ctus sit in æternum, qvisqvis alii velit tribuere judicia mea qvam mihi :
qvorum profunditatem nemo Angelorum, nedum hominum, penetravit
unqvam, aut penetrabit in æternum. 6 Induite igitur, ô Nationes, ar-
ma obseqvii mei, viventis in secula! 7 Eadem indue tu qvoqve, serve
mi : nam neqve tu perfectè contectus es veste hâc, grati mihi obseqvii,
ut benè sit tibi. 8 Labora in eo, qvod tibi retectum est à me, nihil ho-
mines respectans : & videbis benedictionem meam. 9 *Et confessus sum
Domino infirmitates meas, emundari orans & roborari.* 10 *Venitqve cogita-
re, Qvid Posonii fieret? & Dominus* : Nisi juxta voluntatem meam fece-
rint ii, qvibus jam innotuit, irritabitur ira mea contra terram hanc. 11
Ora pro illis : sed & illi mihi commendent se, cum fiducia. 12 *Canta-
bam igitur (ex cantico Eccles. in Antichristum) : Da in cor Regibus, illorum-
qve auxiliariis, ut Meretricem Babylonicam reddant desertam &c.*

Rev. CCCII. 1 Iunii.

[*Dominus Terram lustrare minatur, bellô, peste, fame*, 3. *ipse futurus præliator*, 6. *In vita præsenti seminatur æternitati à bonis & malis*, 7. *Apud Deum nulla prosopolepsia*, 9. Dormitantes exsuscitandi, totô in Orbe, 10. *Adjuncto mandata*, 12. *Fines seculorum decurrunt, ubi conticescent omnes, & omnia*, 18.]

I*Terum ad me factum est Verbum Domini, post preces matutinas fervidius
dictas.* 2 *Cantaveram Psalmum* 117 (Laudate Dominum omnes Gen-
tes) *orans pro habitatoribus totius terræ, ut qvi omnes creavit indiscriminatim,*

 & om-

& omnium naturam suscepit indiscriminatim, misereretur omnium. 3 *Ubi re-*
spondens mihi dilectus Dominus & Deus meus, dixit: Serve mi, Glorificabor
ego in terræ Nationibus, at non priùs, qvàm perpurgavero habitatores,&
abluero impuritates terræ. 4 Idqve per media, Captivitatem & Gladium;
Pestem & Famem: qvod tibi stamine illô ostendi (*Anno* 1652, 14 *Mar-*
tii.) 5 Qvod enim tibi mandaveram ut ei faceres, hoc fieri necesse est pro-
pter malitiam irritantium me, per omnes terræ angulos. 6 Prælia mea ego
ipse præliabor: & glorificabor in iis qvorum aperiam oculos, ut videndo vi-
deant, & cæci esse desinant; audiendoqve intelligant, me Jehovam ulto-
rem esse iniqvitatum super omnes vos, ô Populi! 7 Nam ecce decur-
runt secula vestra indubiè; in qvibus qvicqvid didicistis, & didiceri-
tis, hoc possidebitis in æternum, ut bonis benè sit, & malis malè. 8
Nam scitote, apud me non aliud esse discrimen, qvàm ut bonis bona, ma-
lis mala merces reddatur hîc & in æternum. 9 Cujus est Oculus, qvi spe-
ctando, & videndo, & intelligendo, non dicere necesse habeat: Apud
Deum nostrum non est personarum respectus? sicuti est apud vos homines.
10 Tu vigilans esto, ut ne dormias, sed excites dormitantes, salutis suæ
immemores, per omnes Nationes & ordines habitatorum terræ. 11 Præ-
sta tu scientiam priscorum meorum antiqvorum Testium, sicut & ille qvem
tibi auxilio dedi: & eritis mihi & meis Testes chari, serviqve mei in terra.
12 *Scribe verò jam Adjuncto:* I dilecte mi, qvô te mens tua divinitùs directa
trahit! 13 Jam enim tempus est, ut ematures omnia qvæ animo instillavi
tuo, dicit Deus. 14 Nam Domus Mundi jam ardere incipit, ut perpurge-
tur ad recipiendum ignem vivificantem, Doctrinæ Legis meæ, statutorumq;
meorum. 15 Qvæ statuta mea vos cum aliis à me collustratis intelligitis: nó
intelligitis autem vestri solùm causâ, sed & illorũ qvi adhucdum ea ignoran-
tes longinqvi sunt à me. 16 Serve mi, scientia operis mei penetravit jam ad
multas animas pias, jam se accingunt ad agendum opus meum: qvia durum
est reluctari mihi. 17 Leone rugiente, qvis non pavescat? Et me Dominô
mandante, qvis non operetur? 18 Operemini igitur omnes vos, dum dies
est: nam deinde operari non poteritis, dum decurrerit statera dierum & ho-
rarum, ut consistant & conticescant omnia sub Sole. 19 Conticescetis &
vos, cùm ego peregero opus meum in terra, ô populi: Vigilantes estote, ut
benè sit vobis in tempore & æternitate! 20 Scribe qvæ loqvor! & mitte
celeriter, ad celerem omnium qvæ loqvutus sum (modò & pridem) exe-
qvutionem. 21 *Et laudavi nomen Domini, cantu Psalmi* 135.

Rev.

Rev. CCCXIX. 3 Junii.

[*Visio Avis mutatæ in ferocem Cervum, qvi contunditur*, 2, 3: *explicatur de Do-*
mo Austr. 10. *non ampliùs metuenda*, 11, 17. *Super qvam ad exultandum*
invitantur Gentes, 19, 21.]

V*Idi* (*à precibus matutinis somnô mersus*) *accumbere me Tabulæ*, *cum*
multis notis & ignotis mihi, *& orare*. 2 *Et aperuit se mihi è regione ja-*
nua, *ubi stabat Avis corollam habens qvasi Pavonaceam*. 3 *Dum verò qvid*
hoc esset cogitarem, *mutata ecce fuit Avis in Cervum cornutum*: *qvi adversùs*
me ibat impetuosè. 4 *Ego pavescens arripui tabulam ante me jacentem*, *per-*
cussiqve illi Os, *ut ejus oris dimidium decideret*: *clamans simul alios in auxilium*.
5 *Sed ex multis illis unicus accurrebat*; *nec tamen juvabat*, *adstans tantùm spe-*
ctabat. 6 *Sed ego Cervum ante me collapsum tundere perrexi*, *amputaviqve illi*
utrumqve oris labrum, *& excussi utrumqve oculum*, *dicens ad adstantes*, *jam*
multos: Jam ne metuamus, jam ecce cæcus factus est! 7 *Qvod illi sunt*
mirati: *ego verò valdè fatigatus*, *& adhuc pavitans*, *evigilavi*, *orans*, *& qvid*
rei esset cogitans. 8 *Post longam cogitationem*, *& suspiria*, *tandem Dominus*: Ne
pavesce Visionem hanc, serve mi! 9 Ecce ego Jehova id qvod fieri vi-
disti, jam feci apud me, & faciam apud vos. 10 Amputavi, & amputa-
bo, os; excussi, & excutiam, oculos, malè vos devorantis, & malè intuen-
tis, Pharaonis: sicut & illorum qvi Austriaca in Domo malè sunt loqvuti,
malè consuluerunt, malè respectârunt. 11 Ne timete, ne ampliùs time-
te, Domum Austriacam, vos etiam duo à me electi, & amicitiæ vinculô li-
gati, de Domo Palatina, & de Domo Racociana! 12 Exscindite in
nomine meo, & evellite, radices etiam Domûs Austriacæ! amputatô illô
omnia devorante, & grandia loqvente, ore; & excussis illis Oculis tor-
vùm vos omnes in Europa intuentibus, qvi magnum nostis Nomen meum.
13 Pereant ad ultimum omnes de Domo illa, cum malis illis radicibus!
qvibus illa insistens sine me Factore suo stare confidebat. 14 Sustentans
se unà cum illis spoliis propriæ Gentis suæ, provinciarumqve suarum, di-
vites & pauperes deprædans sine omni misericordia. 15 Accipiant verò
cum ipsa mercedem illi sub Arbore hac nidificantes, cæci ejus aliorumqve
duces. 16 Ecce, qvisqvis illorum miseretur, peccat contra me, & ani-
mam suam! 17 Et tu serve mi dic jam, & alii tecum: Non metuimus Te
Domus Austriaca, neqve qvisqvam eorum qvos nobiscum afflixisti! 18
Nam ecce Jehova suscepit causam suam! & vindicavit nos oppressos in

con-

conſpectu alienorum & domeſticorum. 19 Jam nobiſcum exultate longinqvæ, nobis ignotæ, Gentes! agnoſcentes Iehovam fuiſſe, eſſe, & fore, Deum Noſtrum, & Veſtrum. 20 Omnes pariter qvi ex intimo corde Deum timetis, & colitis magnum Ejus nomen, cognoſcite & confitemini, Non confundi in æternum timentes eum. 21 Venite unanimiter, inite nobiſcum pactum Charitatis æternæ, ô Gentes! ad perfruendum communiter, hîc & in æternum, Vitâ gratiæ & veritatis, Omnibus nobis ſangvine mactati Agni partæ! 22 Surge, conſigna ſermones meos! 23 *Ego admirationis & gaudii plenus, profluentibusqve lacrymis ab oculis meis, decantavi Pſalmum* 42. (Ut cervus deſiderat ad aqvas &c.) 24 *Conſurgensqve iſta ſic in chartam tranſtuli, Amen, Hallelujah!*

Rev. CCCIV. 5 Iunii.

[*Poſonienſium Comitiorum vertigo.*]

A*Nteqvam lectulô exſurgerem cogitabam*, Qvid Poſonii fieret? 2 Et
Dominus: Qvæ iſtuc miſſa ſunt, & perlata, variè illos afficiunt. 3
Andreæ Kl. vertigo eſt oborta, non tam citò deſertura cerebrum ejus:
ut ex Meduianii reſponſo intelliges. 4 *Tu vigila, & ora, &c.*

Rev. CCCV. 6 Junii.

[*Viſiones de Videntis à Ieſuitis captivatione*, 2. *& Adjuncti morte*, 4. *explicantur*, 7. *Globus mœrorum ſuper Ferd.* 13.]

D*Uæ mihi triſtes obvenerant nocturnæ viſiones.* 2 *Prior; fuiſſe me in Urbe magna, captivandum à Jeſuitis, qvos fugitans abdidi me inter tabernas, & conſervatus fui.* 3 *Expergefactus cum pavore, commendans me in manus Domini mei Jeſu.* 4 *Mox relapſo in ſomnum altera obvenit viſio: dilectum Adjunctum meum morte mihi fuiſſe ereptum, ſed à nemine reſcire potui animam, ut eum videre poſſem.* 5 *Reverſus ad me, & fletu ſingultiens orabam: Revertere Jehova, & vivifica nos propter miſericordiam tuam.* 6 *Nam nulla in morte recordatio Tui, & in ſepulchro qvis celebraret te?* 7 *Dominus autem miſerator meus reſpondens dixit:* Ne triſtare ſuper viſiones iſtas! 8 Priore tibi malitiam hoſtium tuorum oſtendi, extraneorum & domeſticorum: ſed ego eram, & ero, ſcutum, propugnaculum, & protectio tibi.

9 Tan-

9 Tantummodò ipſe qvoqve Tibi attende, nec exeas ſæpè! diſſipabo ego conſilia adverſum te. 10 Obitus Adjuncti erit ſeparatio illius à te,& abitus in S: qvô eat, & qvæ in animo habet, citò expediat. 11 Ibit ut mortuus, & redibit ut redivivus,cum (editis) vivis Operibus ſuis. 12 Tu qvoqve labora! ut exhilares te, & illos qvi tibi ſine cauſa detrahunt: erit unde reddas. 13 Hodie globus mœrorum cadet ſuper Ferdinandum, juxta ſermonem meum: gaudium illi mutabitur in triſtitam. [NB. *Forte qvia Coronatio Imperatricis in Reginam Hungariæ, in eum diem deſtinata, non proceſſit.*] 14 Vos mihi, promiſſionibusqve meis, fidite, &c.

Rex. CCCVI. 7 Iunii.

[*Viſio ineptorum Coqvorum,* 2. *explicatur,* 14. *de pridie viſis mandatum,* 4. *explicationisqve illorum applicatio,* 5,6,7. *Poſonii diſſenſiones,* 9.]

P*Luebat, fulgurabat, tonabat, totam noctem, qvam penè inſomnem duxi: mane autem (cùm dimittendus eſset Tabellarius in Poloniam) indormivi.* 2 *Et vidi Domum,in eaqve contectam Menſam,ſed cibi non inſerebantur: dicebantqve adſtantes, ineptos Coqvos nondum habere ignem bonum.* 3 *Ad me reverſus, cogitabam qvid ſignificaret hoc viſum: & Dominus,* Surge, feſtinanter compone mittenda in Poloniam. 4 *Dum cogitarem,* Num heſterna qvoqve addere deberem,*reſpondit Dominus,* Adde. 5 Oſtendi enim tibi opus meum, ut id videant alii qvoqve me, qvomodo olim agebam cum meis, etiamnum agere Vobiſcum, teſtes mei. 6 Nempe ſcire me immittere periculum,rurſumqve illô eripere: & aliqvem morte abreptum, ad ſepulturamqve elatum, attactu reddere vitæ. 7 Cujus ſcientiæ meæ ſpecimen in Vobis duobus me dediſſe non ignoratis: eô fine, ut inclametis Nationes terræ, & excitetis dormientes ad Opus meum,innovandum Cultum meum,Ordinemqve bonum ſuper terram, ſine ullo ad homines, de utroqve Veſtrum paſſim leviter & calumniosè loqventes,reſpectu. 8 Sed non effugiet unusqvisq; mercedem ſuam, certè non effugiet. 9 Qvæ Poſoniò afferentur miraberis: non poſſunt invenire qvomodo inter ſe conveniant,ad obediendum mihi Domino uni. 10 Medniansky bonum ponit fundamentum: ſed projiciam ego inter eos pomum eridos, ut mordeant ſeipſos. 11 Atq; tum niſi ad ſe redeant malum à me denuntiatum recidet in eos,tanqvam inobſeqvioſos. 12 Vos uterqve interim facite qvod Veſtrum eſt, etiam tu ipſe mihi confide! plus vos remotæ Gentes diligunt, qvàm ipſimet Veſtri. 13 Durum eſt emendare inobſeqvioſos: facile tamen apud me, & apud vos timore & obſeqvio repletos atq; conſtrictos. 14 Qva-

les tametsi non multi sint, sunt tamen charitatis igne erga me flammantes: qvô igne qvisqvis destituitur, malè coqvit, sibi & aliis. 15 Qvorum tametsi pauci sunt, sunt tamen: qvibus ego fortitudinem addam, & addo, sine propriis eorum meritis, ad testificandum super eos misericordiam meam, super istos autem ultionem meam. 16 Timete igitur me, timete, ô Populi! ut bene sit vobis. 17 *Qvibus ego auditis, consignare quadam volui in appensa Tabella: sed Dominus surgere, repetensqve iterum omnia, calamô scribere jussit.* 18 *Quod feci, & cantavi Psalmum tertium: Qvàm multiplicati sunt qui tribulant me &c.*

Rex. CCCVII. 14 Iunii.

[*Sveco & Mosco junctus Radzivil,* 4. *Embdani,* 5. *Bohemi & Pragenses deditionem facient, visô cui se dedant,* 5.]

C*Um à precibus redormissem, vidi mihi afferri frumentum, gaudebamque de hoc egestatis levamine.* 2 *Expergefacto autem Dominus:* Mihi est cura omnium, serve mi, nihil dubita de potentia mea, videbis laboris tui fructum. 3 Nam ecce ego compleri faciam sermones meos, unde gaudium surget Gentibus! 4 Svecus jungetur Moscо, receptô Radzivilio ad peragendum commune opus meum in Polonia. 5 Embdenses hoc tempore solatia accipient. 6 Bohemi & Pragenses compertô Antesignanum dari, evigilabunt à crapula, sineqve multa sangvinis effusione dedent se, & videbunt finem pravæ Dominationis Austriacæ: nam & ibi cultores meos adhuc habeo. 7 Princeps jam responsum impertit Regi Sveciæ, de qvo informaberis: Tu ad functionem Ministerii tete para, fiet id invitis te frustrà odiô habentibus, & præter meritum traducentibus. 8 *Ego labilitatem Memoriæ questus roborem orabam: & Dominus, Debilitasti eam supervacaneis curis & anxietate, cùm tamen mea pro vobis vigilet cura &c.*

Rev. CCCVIII. Iunii 17.

[*Prænuntiata implebuntur,* 3. *Sveci jam congregantur,* 5. *super Cæsarem, finem sui in Hungaria frustratum, judicia Dei, &c.*]

D*Iluculo vidi magnum hominum cœtum, reqvirentium à me ut preces sacras cum illis haberem: inter quos erat mihi ex adverso stans J. Effræm, qvem diffidentiæ erga Deum arguebam.* 2 *Orabam itaqve cum illis voce sonora: demumqve expergefactus, finivi.* 3 *Et mox Dominus:* Bonô esto animô, ne plora.

Asse-

Aſſeqventur enim effectum ſermones oris mei, vulgabunturqve per Nationes terræ. 4 Adjunctus partim lætatur partim triſtatur de iis, qvæ Tabellarius attulit. 5 Svecorum exercitus congregat ſe: Cæſar non peregit qvæ voluit in Hungaria, brevi erit tanqvam Infans ab uberibus avulſus, deſtitutus conſiliò: aſſeqvetur enim illum judicium meum. 6 Princeps Exercitum jam colligit, cui obviam ibunt Hungari: cui & tu ſcribe, reſponſum accipies benignum. 7 Ego pro illis excubo, qvi mihi confidere ſciunt. 8 Surge, ſcribe hæc etiam! nam ego multas Gentes replebo ſermonibus his, aliisqve per te prolatis, ad excitandum in illis gaudium *&c.*

Rev. CCCIX. 20 Iunii.

[*Videntem diffamantes calumniæ deteguntur,* 1, 2, 3. *Princeps Tranſ. qvid monendus,*4,5. *Sveci animosè prodeunt, agmen ducente Domino,*6. *Videntis labores,*7.]

Vidi me cum aliqvot Confratrum ſtantem: acceſſitqve nos Vir qvidam gravis, qværens qvid ſermonum inter nos miſceremus? vani falſiqve multum ineſſe, ſe meliùs præ nobis iſta intelligere. 2 *Fui ergò rubore ſuffuſus vehementer, ſolus ſtans, cum illi me deſeruiſſent.* 3 *Sed Dominus:* Sermo de te volitat in Polonia, accipiet ſuper id epiſtolas Efr. ſed diſſimulabit cum aliis. 4 Tu hodie literas para ad Principem: opus enim eſt tuâ manu, ad informandum & firmandum illum de voluntate mea. 5 Scribe verò etiam de Eleemoſyna, qvam erogare cùm deberent Pater & Frater neglexerunt: ille emendet &c. 6 Svecorum Exercitus dividet ſe, auxilii mei fiduciâ: parum habebunt reſiſtentiæ, qvia Ego agmen illis ducens vias aperio. 7 Tu qvòd Miniſteriò non fungaris, ne zelator: ſat laborum te exſpectat *&c.*

Rev. CCCX. Junii 21.

[*Viſio mercium ſitu corruptarum* (1, 2.) *de corruptione rerum in Mundo explicatur,* 3, 4. *Comminatio Princips Tranſ. terribilis,* 5,6,7.]

Vidi unum è Confratribus, habentem Tabernam inſtitoriam, vendentemqve merces vetuſtas, exoletas, penitus corruptas, ut indignabundus alias adirem Tabernas. 2 *Sed nec ibi aliqvid melius reperiens, zelabar cum aliis multis: alii verò irridebant nos.* 3 *Ut ad me redii dixit Dominus:* Omnia in Mundo in pejus mutata ſunt, exoletâ ubiqve primâ veritate, per omnes Ordines. 4 Ne mirere: omnia feſtinant ad finem. 5 *His ego attonitus cogitabam, Qvid Princeps Tranſ. ageret? & Dominus:* Niſi ſe recollegerit, una cum Conſiliariis ſuis, ignis iræ meæ denuntiatus pridem recidet ſuper eos,

6 Non nasci eum præstitisset, qvàm perire omnem circa illum operam meam, per vos qvoqve navatam. 7 *Ob qvæ verba horror invasit me, cæpique pro illo & aliis ardenter orare &c.*

Rev. CCCXI. Iunii 26.

[*Klobucicius adhuc hæsitans*, 1, 2. *Calumniæ in Videntem sparsæ*, 3, 4.]

ANte matutinas preces vidi Adjunctum meum in campo, meditabundum & orantem, meqve stantem ex adverso prati illius. 2 *Accessitqve ad nos And. Klob. de qvo antè dixerat Dominus:* Non evigilabit ille ex toto, nisi postqvam Austriacæ Domûs malum exitium viderit. 3 *Iterum vidi Windischum, Tabellarium è Polonia lacerâ veste, tradentem mihi epistolas, qvarum una spurcè collutulata fuit.* 4 *Qvod visum eventus ostendit, allatâ (octiduò post) epistolâ calumniis & mendaciis contra me perspersâ: qvam injuriam commendavi Domino, Psalmum decantans* 91.

Rev. CCCXII. Iunii 28.

[*Diluvium iræ Dei tremendum*, 2. *citò siccandum*, 3, 6. *Coronatio filii Cæsaris in majorem confusionem facta*, 7. *Klob. & Med.* 8. *Bohemis*, 9. *reductis in patriam mansvetudo mandatur*, 11.]

ITerum factum est ad me Verbum Domini diluculò. 2 *Vidi rapidas valdeqve turbulentas aqvas, per qvas navigabamus alii sursum alii deorsum, magna trepidatione, cùm alii aliis succurrere non possemus.* 3 *Facta autem inundatione maxima, & amissa omni salutis spe, ecce subitò aqvæ subsidere: nosqve Orientales vidimus nos in arido, pauci residui: Septentrionales autem à nobis remoti fluitare continuabant, qvibus subvenire non potuimus.* 4 *Sed mirati sumus tam subitam aqvarum exsiccationem: & Dominus*, Ecce turbatæ aqvæ, qvas super vos ejecit Tyrannus, jam sident, & siderunt. 5 *Hæc primò diluculo: ad qvæ ego cecini*, Iam tollendum est cor sursum &c. 6 *Medio autem die dixit Dominus:* Serve mi, aqvæ tribulationum Vestrarum jam siderunt, & sident, qvia jam se derelictum videt ille Turbator, & sangvinis effusor. 7 Processit qvidem Posonii coronatio, sed in majorem illi, & Consiliariis suis, confusionem. 8 Klob. nondum redit ad mentis qvietem, sed Mednianius bonum posuit fundamentum. 9 Principi in occursum para te, ut illi omnia reddas nota qvæ unqvam Tibi sum loqvutus. ut

benè

benè sit illi & terræ huic. 10 In Bohemiæ terram iræ meæ ignem inje-
ci: tumultuabuntur adversùs invicem, sed non prævalebunt manui meæ.
11 Vos in Patriam reducti nihil agite per contentionem, sed per charita-
tem vincite in bono malum. 12 Tu mane in vocatione tua: replevi ego
multorum corda dilectione erga te, ut tibi benè cupiant, pro qvibus tu
ora! qvod & facere te notum est mihi & Angelis meis. 13 Rarò exeas
domô, injuriarum patiens esto, à me disce omnia! & benè tibi erit &c.

Rev. CCCXIII. Iunii 30.

[*Visio terræ metallicæ igne probandæ*, 2. *ad has Revelationes applicatur*, 3. *Qvarum qvædam (ut de Racociis) cur non impletæ sint*, 4. *Filii Cæsaris coronatio frustranea*, 7.]

E*Ram in magno Ecclesiæ cœtu, orans cum illis tam fervidè, ut expergefa-
ctus demùm finirem.* 2 *Mox rursum redormiens, vidi Terram metalli-
cam adferri ad probandum, & evigilavi.* 3 *Dominus vero ad me:* Bonô esto
animô! Multi enim per Nationes probant Verba mea per te prolata. 4
Hærent qvidem nonnulli in eo, non factum fuisse cum Racocio, & filio
Sigismundo, qvæ prædicebantur de illis: sed cogitent cujus culpâ, meâ
an illorum, sermonum meorum consilia tam aperta seqvi renuentium?
5 Non in me, sed in illis, reperietur causa: nam qvi sibi malus, cui bonus?
6 Tu exspecta solatia mea, & qvid ego sim acturus tùm alibi, tùm hac in
terra, cùm sonitus Tubæ meæ pertigerit ad Principem. 7 Hungari fru-
stra coronârunt eum, qvem coronare non debuerunt: qvod viderunt mul-
ti, & vident; tacuerunt tamen, & tacent, ad tempus. 8 Tu vigila, & pro
operariis meis ora, & hæc scribe! 9 *Feci, decantans Psalmum* 132.

[*v.* 7. non debuerunt) *nempe Leopoldum Cæsaris filium.*]

Rev. CCCXIV. 1 Iulii.

[*Visio vultuum Angelicorum*, 2. *& Scripturæ obtectæ*, 3. *& Puerorum placentis pastorum*, 4. *& Eqvitationis Videntis*, 5. *explicantur ordine*, 6, *&c. Opus Dei non ubiqve procedet æqvè expeditè*, 9. *Ad piscandas Gentes rete laxandum*, 16. *Textum sacrum ad preces, ipse Dominus Videnti ostendit*, 21.]

I*Terum factum est ad me Verbum Domini, mane à precibus.* 2 *Ostendit mihi
Dominus varios vultus, qvosdam velut Angelicos, valde speciosa forma; è qvi-*

bus Vir qvidam gravis, ætate plenâ, ostentabat vetusta qvædam scripta, à multis
non intellecta. 3 *Sed ego illa intuitus dixi præsentibus:* Obtecta hæc erant uti-
qve, sed non à me, & mihi notis aliqvot. 4 *Interea venerant pueruli, qvos ego*
cibabam placentis, uvisqve benè maturis, qvalibus se nunqvã usos dicebant. 5 *Mihi*
verò datus erat Eqvus elegans, & eqvitabam per vias petrosas, multis me seqventi-
bus, aliis alacriter, aliis cunctabundè. 6 *Hæc ut transierant, dixit Dominus:* Serve
mi, Consenserunt jam diversæ Nationes diebus his, ad incedendum per
vias meas sibi à me ostensas. 7 Nam ecce pasti sunt cibô sapido gratiæ
meæ, propriæqve salutis! idqve per sermones meos olim & nuper, per te,
prolatos. 8 Me omnium Creatorem nolle mortem peccatoris, sed ut
corde toto conversi ad me, ad me dico solum, vivant mecum in æternum.
9 Qvô promovendi Gentes negotium nemini procedet ægriùs qvàm
Principi & Transylvanis: in Bohemia & Silesia res procedet faciliùs,
qvàm in Polonia & Moravia. 10 Tibi molesta instat via, per qvam in-
cedendo disjectabis vana humana judicia, hæsitantium circa potentiam
meam, cui nemo unqvam restitit, nec resistet. 11 Noli mirari, nondum
omnes ubiqve esse in opere: necdum enim omnibus venit debitum suum
tempus. 12 Maturescant necesse est omnia, ad tempus messis & vinde-
miæ botrorum intra muros durissimarum petrarum, intra qvos sederunt,
& sedent, in ignorantia mei æternæqve voluntatis meæ. 13 Ab ægrè
findi patiuntur magni Lapides, ad structuram novæ spiritualis Ierusalem,
dilectæ Ecclesiæ meæ. 14 Sed Malleus discutiens petram, Verbum me-
um per Mosen, Prophetas, Apostolos prolatum, percutiens corda (ad tuas
& aliorum meorum Cultorum preces) efficiet id. 15 Scias etenim non
omnes per angustam viam, portamqve arctam, penetrare ad me: sed solos
illos qvibus subvenit auxilium meum, fide à me postulatum. 16 Laxate
igitur, laxate jam rete ad piscandum Gentes, ô vos testes mei, ad piscatu-
ram hanc ordinati! ut sanetis ægros, cœcos, claudos. 17 Qvos non sana-
bat Gog & Magog, Antichristus & Machomet, cum multis me æternum
Deum, vivúmqve Panem, ignorantibus, & honorem æternum meum à cor-
de humano pellentibus Hæreticis. 18 Væ illis me ignorantibus, opúsqve
ignorantiæ in se & aliis promoventibus, nedũ ut me aut se nosse laborent.
19 Non videbunt tales hi in æternum faciem meam, nec faciem Angelo-
rum meorum, vobis meis cultoribus dies ac noctes ministrantium: qvos
ego tibi etiam hodie ostendi. 20 Surge jam, & scribe! *qvod exultabundus*
feci, Psalmúmqve qvi in mentem venit decantavi, 72. 21 *Cùm autem qvid sa-*
cri Textûs prælecturus essem ad preces cum domesticis meis habendas cogitarem, re-
spondit Dominus, Jesajæ Caput 63: *qvod feci, admiratus versiculum,* 1, & 4,
& 8, & 11, & 16. Hallelujah!

Rev.

Rev. CCCXV. 4. Julii.

[*Visio solemnitatis dedicandi Templi*, 2, 3. *concionúmqve de SS. Trinitate habendarum*, 4. *explicatur de jamjam instante Orbis totius Reformatione*, 5, &c. Exhortatio omnium Christianorum ad concordiam, 8, 9. *Babylon jubetur bibere calicem iræ*, 13. *invitatur tamen ad resipiscentiam*, 14, &c. Hæc citò per Gentes spargenda, 16, 17. ut agnoscant omnes JESUM esse OMNIA, 18, &c.]

R*Edormieram: & ecce aliqvis abscondit mihi vestes meas! qvas cùm diu qvæsivissem tandem inveni, sed maculatas ab iis qvi abdiderant, & ob id rubore suffundebantur.* 2 *Cùm vestes reinduissem, confluebat variis è locis cœtus magnus ad Templi dedicationem: inter qvos Hungari erant, togati.* 3 *Eligebantur autem aliqvi ad populum Conciones habituri, in qvibus duo erant mihi noti: mihi verò mandabatur ab omnibus, ut proponerem themata concionum.* 4 *Scribebam igitur (etiam ad me reversus super pulvinar)* de Nomine Dei Patris, de Nomine Dei Filii, de Nomine Dei Spiritûs S. 5 *Hoc à me ut erat scriptum, dixit Dominus:* Exultabo ego in Nationibus, cùm innovationem fecero Templi mei, erroribus & discordiis inqvinati. 6 Erigámqve purum Cultum Nomini meo, in qvo salus est vobis omnibus, ó Gentes, qvi id nostis & celebratis: & dicam Exulta terra! 7 *Qvibus ego auditis, repletúsqve gaudiô, qvid mihi faciendum esset cogitabam: venitqve in mentem hymnus*, O Iesu Christe fili matris castæ, &c. 8 *Cantu hôc finitô dixit Dominus*: Implebo ego mundum solatiis, cùm vos per Gentes distractos in unum reducam, ad serviendum mihi æternùm viventi. 9 Qvò præparate vos, ó vos testes mei in Christianitate, dissiti ab invicem corporibus, propinqvi spiritu! 10 Satis jam sit, satis, præteritô illô tenebrarum tempore multos errasse, ut Oves sine Pastore, me radice vitæ. 11 Ecce dudum ego clamabam, & clamo! sed non audiverunt illi qvibus loqvebar, & loqvi mandabam, pr[illegible]ter incredulitatem & cordis duritiem. 12 At verò jam dedi mu[illegible] oculos ad videndum, & aures ad audiendum, implevíqve Mundum clamore hôc, Cecidit cecidit Babylon! cecidit enim apud me, cadetqve apud vos etiam misera, dum stabit sine potentia opus ejus. 13 O tu Babylon, Babylon! Bibe, bibe, & bibes calicem iræ meæ, qvem tibi infudisti, toxicô potionans Gentes, Reges, Principes & Dominos, seculares & Ecclesiasticos, populúmqve miserum, ignorantem nomen & potentiam Illius, qvem noverant Patriarchæ, Prophetæ, Reges, ex illo habentes, sicut & Vos modò habetis, vitam & halitum. 14 Fer, & perfer tùm

ipse

ipſe tu, tùm Reges tui, & Clerus, ignem iræ meæ temporarium potiùs, ut ne feras æternum! 15 Dimittite, dimittite jam tandem Errores veſtros, ô vos errantes Populi & Nationes! & arripite Verbum Veritatis meæ, mei radicis Vitæ in æternum: eritqve vobis honor & gloria, in terra & in cœlo. 16 Iam ſurge, & omnia hæc ſcribe, ut mittas dilecto meo, & tuo: & dicas, ut feſtinet hæc nota reddere Lingvis & Nationibus univerſæ terræ! 17 ut hæc mittant Reges Regibus, Principes Principibus, Domini Dominis: non per Chriſtianum tantùm Orbem, ſed & Turcis, Tartaris, omnibusqve in facie terræ habitantibus. 18 Me Ieſum, qvi ſolus ſum Via, Veritas & Vita, illos inclamare de cœlo, ut Omnes, cujusvis Ordinis, ſtatûs, vocationis, ſuſcipiant jugum meum, diſcantqve à me honorare Patrem, Deum æternum Mihi in Spiritu conſubſtantialem, æternè unitum, vitâq; æternâ donantem gratis, ex fide, omnes de Me, Mihi, & in Me, credentes. 19 Qvi ſum ſcaturigo vitæ data vobis à Patre, ut in Me ſolo vitam habeatis, & abundè habeatis hîc & in æternum. 20 Nam ecce, adhuc conteſtari volo vos â me *diligi*, ô Homines! ut ſit ſuper vos in me credentes ros benedictionis meæ, etiam nunc ante Mundi finem. 21 Nempe Ros fidei veræ meæ, qvæ ſemel datur ſanctis, cum abundantia inſuper Pacis: qvam Pacem non homines dant, ſed Ego, qvi nuncupor, & ſum, Princeps Pacis. 22 At verò ſi non auſcultaveritis mihi, ecce veniam citò, & occludam abyſſum ſuper vos mihi & voci meæ inobſeqvioſos. 23 Abyſſum dico tormentorum, qvalia oculus non vidit, nec auris audivit, ſine tempore gratiæ in omnem æternitatem. 24 *Hîc conticuit: ego autem iſta ſcripſi, dilaudans Dominum, & orans pro ſalute Gentium.*

Rev. CCCXVI. Iulii 7.

[*Solatia Videnti mœſto data*, 2, 3. *Tabellario nævi qvidam condonandi*, 4.]

L*A[illegible]vebam, variè afflictus, decumbens toto fere die.* 2 *A veſpertinis tandem pre[illegible]us Dominus:* Euge ſerve mi, ne te affligas! ſufficit diei ſua afflictio: devolve ſuper me onus tuum, ego agam cauſam meam & tuam. 3 Accepit jam Klobucicius informationem, & gratè habet fidelitatem Veſtram, implebitqve aures Principi & aliis: ſed & Mednianio grata ſunt qvæ miſiſti. 4 Tabellarii veſtri factum ne ægrè feras, deſunt & illi multa: accepto ego illius operam, dummodò ſit fidus, acceptate vos qvoqve! 5 *Surge, atqve e jam reſice: bonus erit laborum tuorum exitus &c.*

Rev. CCCXVII. Julii 8.

[*Somnium de Urbe clausa*, 2, 3. *& Principe Tibiscum transeunte*, 4, 5. *contremefa-
ctioqve viscerum Videntis*, 6: *de venturis super Idololatras doloribus explicantur*, 7
&c. Promissio Principi, 8. *& comminatio*, 9. Mala non cessabunt ante extermi-
natos Idololatras, 11. *Seductorum jam miserebitur Deus*, 12. *Tota Terra Dei
est*, 13, *&c.*]

R*Edormieram à medio noctis horâ tertiâ, post consveta ad Deum suspiria.* 2 *Et
vidi Civitatem, ad qvam congregabantur varii populi, habentes manibus ba-
culos, & arma lethifera: inter qvos & ipse stabam, solus tandem.* 3 *Appropinqvans
autem Civitati, vidi pontem sublatum, & portam clausam, reperi tamen transitum
juxta pontem.* 4 *Et ingressus vidi mox ad portam sedentem Consulem, qui ex me,*
Num verum esset Principem Transylvaniæ transire Tibiscum, unâ cum
Turca, *qvæsivit.* 5 *Ego verò manu tenens epistolam qvandam, respondi ex illa.* 6 *At-
qve ut evigilavi, contremuerunt in me viscera mea, cum gemitu profundo mihi insoli-
to: qvod obstupui.* 7 *Et Dominus:* Ita contremiscent corda, & implebuntur ge-
mitibus in terra hac, & aliis, isti corruptores & contemptores Veritatis do-
ctrinæ Legis meæ sanctæ, habentes in se spiritum idololatriæ, in contem-
tum meum Dei viventis: idqve tùm, cùm Princeps ut Aqvila transvolabit
Tibiscum. 8 Stat nunc Princeps cum Insignibus Domûs suæ, ut super volu-
bilem Rotam Aqvila: at si cum Incolis terræ hujus meam fecerit volunta-
tem, non super Rotam sed super Rupem illum statuam, & illos 9 Si autem
in vacuum prodibit, sicut Pater ejus, non perimens Idololatras in terra hac,
retrò se flectet Rota fortunæ illius. 10 Iccircò non jam tu, sed Mednianski,
scribat & svadeat, ut Princeps me Deum plus timeat qvàm homines: qvi
sciunt seducere, & nesciunt reducere. 11 Et erit benè illi & terræ huic, cùm
in ea cessabunt Idololatræ cum invocatione sanctorum demortuorum, ve-
nerationéqve Imaginum variè pictarum, qvas Libros appellant simplicium.
12 Sed fœdi sunt & abominabiles (Libri isti): simplicium autem Ego jam
miserebor, ubiqve per Orbem terræ meæ. 13 Mea enim est, & non alicu-
jus è mortalibus: qvi omnes, per omnes gentes, ad tempus hîc sunt, & non
erunt. 14 Ego autem æternùm vivens æternum habeo & dabo præmium ti-
mentibus Me, & colentibus Nomen meum magnum & terribile, qvô nul-
lum est admirabilius in cœlo & in terra. 15 Ecce terra qvoqve ipsa exspe-
ctat transitum suum, cum omnibus qvæ in se, supra & subtùs habet. 16
Surge, scribe hæc! & mitte per Mednianium Principi, &c.

[*NB. Versu* 8 *allusio fit ad insignia Domûs Racocianæ*, Aqvilam habentis *stantem
super fractam Rotam.*]

Rev. CCCXVIII. 9 Julii.

[*Cœlum & Terra concutientur*, 2. *A. K.* 2. *Hungarorum animi commoventur sermonibus Dei*, 4. Rex Sueciæ ibit feliciter, tametsi retardatur, 5. *Adjunctus edere hæc ne differat*, 6.]

D*Ies erat jejunii mei: ubi Dominus à precibus pomeridianis me alloqvutus dixit.* 2 Mane mane! Concutiam ego Cœlum & Terram, mittámqve erucas ad depascendum fruges terræ. 3 Klobucicius non rectè literas expedivit ad te, meliùs ad Principem. 4 Gravem ego devolvi lapidem in cor multorum hac in Terra, etiam Mednianio, sermonibus ore meo prolatis! brevi id senties. 5 Sveciæ Rex progreditur sine resistentia: distinent eum tractatibus ad lucrandum tempus, donec vires contrahat is, in qvo frustra spem ponunt Idololatræ. 6 Adjuncto scribe, ne differat hæc mea dare luci, qvæ non Vestri causâ loqvutus sum, & loqvor, sed Nationibus ultimi seculi Mundi. 7 Reqviret Sveciæ Rex ut secum eat, nec est cur tergiversetur: tametsi Operum suorum editio differenda sit ad tempus, tua tamen hæc edantur, qvia faciliùs possunt. 8 Mihi cura est Vestri, ora! & cantavi Psalmum 71. 19.

[v. 5. *sine resistentia*] Ab initio nulla fuit, neqve sub finem: in medio autem qvicqvid resistere tentabat, subsistere non potuit.]

Rev. CCCXIX. 10 Julii.

[*Adjunctus monetur, ut animo simplici Opus Dei agat, homines non respectans*, 1, 2. *& qvô vocabitur ut eat*, 3. (*qvia Obedientia melior sacrificiô*, 4.) *deqve iis edendis cogitet*, 5. *Regi Svecorum qvæ nuntianda*, 6.]

I*Terum factum est Verbum Domini ad me:* Scribe Adjuncto, scribe, ne sit vir duplici animô, erga sermones meos, ob qvemvis strepitum tergiversando, plusqve hominibus qvàm mihi & operi meò attendendo! 2 Atqvi scit, meô nutu & ductu fieri omnia, juxta tempora qvæ præstituuntur cuiqve rei: & sermones meos mysteria esse, qvæ vos non illicò percipitis, nemo autem scit & intelligit meliùs atqve ipse ego. 3 Qvorum ille non ignarus miratur tamen, qvòd dixerim, iturum in Sveciam: ibit enim qvum tempus venerit, qvod ille adhuc ignorat. 4 Dixi ego per illum olim servum meum, & dico etiam vobis omnibus: Meliùs est obedire mihi qvã sacrificare.

5 De

5 De sermonibus meis per te prolatis omnibus terræ Nationibus in lucem
proferendis, noctes diesqve cogitet! & scribat ad qvos interest, ut Lingvis
suis hæc vulgent, ad notam reddendam voluntatem meam postremô hôc se-
culô ultimis etiam Terræ Nationibus. 6 Regem Sveciæ adeat, ad notam
illi reddendam totam voluntatem meam hôc seculô: & me illius operâ uti
velle eô, qvô usus sum Josue & Calebi, Ezechiæ & Josiæ, ad renovandum
purum Cultum meum. 7 Tu autem confide, non desereris! *& laudabam
Deum decantans Psalmum* 40.

Rev. cccxx. Julii 19.

[*Polonia dissidiis lacera ruet*, 1. *Rex Sveciæ multos ibi à se habet*, 4. *in Hungaria judicia Dei*, 5. *Domus Aust. cadit*, 9.]

V*Idi mandata distribui, & celeres dimitti cursores, huc illuc volitantes.* 2 *Cum-
qve qvid illud esset cogitarem, cæpit Dominus de variis me informare: etiam*
qvomodo Polonia dissidiorum plena esset, Incolis & Nobilitate vindictam
in Regem agitantibus. 3 Vident enim se desertos à bono regimine, Ma-
joribus suis & Regibus usurpato: sed accipient dignam idololatriâ suâ mer-
cedem Poloni. 4 Rex enim Sveciæ suam sub potestatem multos jam red-
egit: & qvi hîc suum bonum intelligere nolent, peribunt miserè. 5 Ser-
ve mi, verificabo ego sermones meos hac etiam in terra: in qvam exteras
qvoqve Gentes introducam in vindictam me ignorantium, & sermones me-
os contemnentium. 6 Constituam ego judicium in Contemtores meos,
qvando à cultoribus meis determinabitur consilium, qvô processu res agen-
dæ sint. 7 Aliter tamen ne agantur, qvàm prouti loqvutus tibi sum pri-
dem: Bonis ut benè sit, malis autem (mihi & cultoribus meis adversanti-
bus) malè. 8 Satis diu inclamavi Gentes, hanc etiam: nihil excusatio-
nis habent coram me. 9 Ego verò causam meam agam, cùm captivos
meos liberavero è potestate Domus Austriacæ: qvæ nondum novit ruinam
suam, unâ cum illis qvi eam seducebant, *&c.* 10 Tu Betzkoviam cogita!
adventus tuus erit gratus. (*Nempe* D. *Mednianio, superiora hac ad Princi-
pem relaturo: ut & factum est.*)

Rev. cccxxi. Julii 25.

[*Visione trium puerulorum formosorum, qvomodo sibi simplex & obseqviosa summa credulitas placeat, ostendit Dominus.*]

F*Eria fuit hebdomada quarta, quam jejuniô & precibus transmitti mandârat Dominus.* 2 *Sed redormieram à precibus matutinis, & ecce ostendit mihi Dominus formosos tres puerulos: quorum aspectu delectabar (etiam expergefactus) cum admiratione.* 3 *Et Dominus ad me:* Tu saltem ne esto incredulus mihi sed credens: ostendam enim ego potentiam brachiô forti, contra eos qvi obsistere volunt, & tentant, ut ne arma furoris mei, & sagittæ manu meâ emissæ, feriant contemtores Nominis mei. 4 Sed non prosperabuntur instrumenta illorum: & qvi adversariorum meorum proximi esse videntur mihi, remotissimos à me videbitis in die iræ meæ. 5 Omnes Orbis regiones pervadet sonitus & fragor Sagittarum mearum: ut agnoscantur judicia mea in Cœlo & in Terra. 6 Cùm autem peregero consilia decreti mei super hos tyrannos Terræ, sicut peregi super Pharaonem, surget Aurora doctrinæ meæ, ex qva prodibit lux & fulgor proiis, qvi hæreditatem accipiunt salutis. 7 Idqve non vi justitiæ humanæ, sed vi justitiæ meæ, qvâ acqvievit justitia iræ Patris mei, qvè vos cultores mei non videntes diligitis. 8 Qvod non habetis ex vobis ipsis, sed ex me: datũ vobis gratis virtute *Spiritûs* Patris mei, virtutéqve sermonũ meorum Lege meâ descriptorum. 9 In qvibus ego reposui Vitam novæ Vestri creationis, & ad me reductionis, à qvo aberraveratis, ò Nationes, in facie Terræ habitantes & pereuntes! perituræqve in æternum, nisi me Veritatem Vitæ agnoveritis. 10 Qvam agnitionem conseqvemini non sine auxilio meo, qvod vobis per Testes meos, antiqvos & novos offero. 11 Perge igitur tu qvoqve indesinenter laborem impendere iis, qvi salvandi sunt. 12 Scribe Principi, eúmqve redde certiorem, neminem hominum respectando: mihi cura est omnium obseqviosorum, & mihi confidentium &c.

Rev. cccxxii. Julii. 26.

[*Exhortatio ad Strenuitatem, 1. etiam Rythmis instituta, 2. Videns à captivare se qværentibus conservandus, 3. Ad Principem vocandus, 6. Ab Adjuncto breviculas accipit literas.*]

M*Anè à precibus cepit* Dominus *de variis suis mysteriis loqui, qvàm nihil sit ignotum illi, qvod qvis unqvam fecit, facit, facietqve, seu ultrò, seu coactus:*

me

me quoque admonens, ut in opere essem strenuus, nulla humana respectans judicia. 2. *Tum cœpit loqui rythmice his verbis (quæ ad literam Latinè reddita non sonant rhytmice :)*

Majestas mea gloriosa non potest comprehendi
à Vobis ó homines tam leviter. Sine impenso labore multo
Super terram nihil est tam facile, qvod Vobis sit factu possibile,
donec auxilium meum subveniat, tempúsqve destinatum veniat.
Omnis res habet suum tempus, & absconditos à vobis terminos.
Credentibus omnia sunt possibilia, tametsi nō obveniāt citra laborē.
Labora igitur tu cum aliis per fidem tibi junctis,
Non feretis opprobrium, aut operæ frustrationem.
Asseqvetur vos illa mirabilis à me vobis destinata
Benedictio, pro multis mihi charis hominibus
egenis meis Cultoribus fidelibus, huc illuc dispersis,
Qvi me vobiscum laudabunt, in æternum celebrabunt.

3 H*æc ego cùm consignaßem, cecini Psalmum* 103 : *rursumqve indormiens, vidi adventantes qui me captivare volebant.* 4 *Sed adstans mihi Vir gravis responsabat pro me, & illi diffugerunt ad sermonem ejus, nihil qvidqvam eorum qvôqvam respondente : Vir autem ille imposuit Capiti meo pileolum.* 5 *Cùm hæc transiissent, ego autem repletus timore orarem, dixit Dominus :* Ne timeas! Qværent qvidem prehendere te, sed ego protegam te, illi verò dispergentur. 6 Princeps te reqviret : adibis eum, & excipieris gratè : sed cautus esto, etiam in potu. 7 Adjunctus afficitur variâ ægritudine : scribet tamen solabilia paucis verbis. [*Ita fuit, breviculas accepi, de Polonia majore Regi Sveciæ sese dedente.*] 8 *Tu vigila! & ora! non derelinqveris.*

Rev. CCCXXIII. Julii 31.

[*Olim & nuper denuntiata in Meretricem Bab. implentur,* 1. *tametsi humana ratio perplexetur, intricetqve Regem Sveciæ etiam,* 3. *Machinæ Dei jam in Meretricem obversæ,* 7. *Populorum à tergiversando dehortationes,* 8, *&c.*]

A *Precibus meis solatus me Dominus, dixit* : Fidelis esto, & ne timeto, serve mi : Sermones mei cœlô & terrâ stabiliores sunt. 2 Nam qvod inter orandum modò in memoriam revocabas tibi, me Danieli, Johanni, Paulo, Petro, suggessisse, qvomodo annuntiarent Opus meum, qvod ego per te qvoqve annuntio terræ Nationibus, scias omnia illa esse coram me. 3 Mitte igitur angi! attingere suum finem necesse habet qvæqve res sub cœlo : qvomodocunqve perplexetur humana ratio, perplexaréqve Regem

etiam Sveciæ qværant, obstruendo foramina, ut ne afflet Bestiam ventus iræ
meæ. 4 Sed qvibus (materiis) ea obstruunt? Fæno, stramine, paleis, qvæ ex-
urentur. 5 Ego autem propellam diluvium iræ meæ, ut Bestia super qvam
Meretrix sedet corruat: sicut & jam corruit. 6 Qvæ super bestiam sedens
Meretrix dixit, Luctum non videbo: sed ecce jam se in terra sedentem vi-
det, impulsam ad ruinam! 7 Machinæ murales tormentorum meorum in
illam conversæ jam sunt, ad disjiciendum eam cum vana Religione sua. 8 Ser-
mones mei ea de re magis magisqve se dilatant passim: sed humanæ Rationi
qviddam adhuc deest, præ metu alii aliorum. 9 Princeps qvoq; incipere ter-
giversatur: sed urgebo illum vocibus Venatorum meorum, ut ne ampliùs tar-
det. 10 O perplexatores filii hominum, cur non facitis qvod mando? 11
Incipite jam tandem sic agere, prout ego ipse jam his annis mandavi! & vi-
debitis procedere judicia mea, qvæ Ego intendo, non vos, vestrûm tamen
omnium bonô. 12 Vestri enim causâ nunc etiam clamo, & tanqvam Leo ru-
gio prædam salutis vestræ, qvi me nondum nostis, neqve illam qvid sit sci-
tis: 13 vanitate tantùm sustentati humanarum doctrinarum paleis pascimini,
non autem granô tritici, cujus filii mei etiam pro vobis famelicis & sitibun-
dis abundè habent, ex largitione mea. 14 Satis nunc! Surge, scribe, labora,
domô rarenter exi! 15 *Ego verò cogitabam, Num ista mihi consignanda essent*
creta primum? Dominus autem: Nil opus, suggeram tibi omnia. 16 *Scripsi er-*
go, lacrymis tingens tam consolabiles Dei sermones &c.

Rev. CCCXXIV. Aug. 4.

[*Visio dispersi à seipso in Polonia Exercitûs*, 1, 13. Hungaria dissidiis fervens, 4. Lumen a Legato Svedico accipiet, 6. *Serpentinis consiliis occlusæ fores*, 7. Vindictam clamant omnia, 9. *Sagittas Dei amoliri impossibile*, 11. *Videns de restitutione sui ad munus Ecclesiasticum monetur*, 14.]

SIngularem habui Visionem Exercitûs à seipso discedentis, Curruúmqve mu-
striorum hinc inde transmeantium: qvibus interequitabam ipse, equo insidens ru-
fo. 2 *Recogitanti hæc mihi, qvid sibi vellent, dixit Dominus:* Ita fit in Polo-
nia, patentes ea de re afferentur literæ, admirationi omnium. 3 Princeps
epistolam tuam Consiliariis suis dedit trutinandam, qvi humi conside-
runt cum ratiociniis suis; tu confide, non desererîs. 4 Terra hæc fervebit
in olla judiciorum meorum, etiam discordiis, qvarum omnia sunt plena.
5 Tu fidelis esto mihi: Ego agam causam meam in Nationibus terræ. 6
Principissa lumen accipiet à Legato Svedico, sicut & Princeps: fietqve
ut clangor tubarum Exercitûs ejus personet usqve in Occidentem, sicut
jam

jam insonuit Septentrionalis Visci usqve in Austrum. 7 Ah qvàm se sinu-
ant, serpentum instar, ratiociniis suis & consiliis suis, isti fulcimenta con-
qvirentes Bestiæ, ut ne ruat! 8 Sed ego illis occlusi fores, injecto unicuiqve
in Domum dominationis eorum lapide, ut nec sciant nec possint invenire
consilium, sibi vel aliis. 9 Qvia jam omnia vindictam clamant, ut blasphe-
matoribus illis meis locus non relinqvatur super terram. 10 Ecce tempus
piscandi Gentes advenit! ô vellent tantùm juxta consilium judiciorum &
mandatorum meorum inceptare! evenient omnia, prout os meum, olim &
nuper, enuntiavit. 11 Arcum enim meum tensum, & impositas sagittas, vi-
dent multi: potentiam verò eas sistendi nec habent nec habebunt Tyranni
isti, sine me regnantes super terram. 12 Tu exspecta solatia mea, domi te
continens. 13 Adjunctus jam docebit Tympanorum strepitum, & Tuba-
rum clangorem, volventium sese Exercituum: sed qvalem inventuri sint re-
sistentiam & eventum, nondum ille plenè intelligit, donec videbit. 14 Ad-
monebit ille charitatis mutuæ, & precum, & patientiæ, etiam tua in causa:
qvam tu tamen ipse agere incipe, sicuti cogitasti, & scribe ad Seniores, ho-
die statim, tempus est. 15 Surge, & hæc scribe! *Surrexi ergo, & decantavi
Psalmum* 118.

[*NB.* ad *v.* 2.) *Venerunt ab Adjuncto, 6 Augusti, nuntiantes Exercitûs Majoris Poloniæ dissipationem, post factam Regi Sveciæ 25 Iulii deditionem. Ad v.6. Factum est, adventu Patakinum Legati Svedici.*]

Rev. CCCXXV. Aug. 9.

[*Iudicia Dei tempore suo non deerrant,* 1. *Criminatoribus Dei balneum paratum,* 4. Dolor Dei de impœnitentia hominum, 6. Vulganda hæc typis illicò, 7. (*ut evigilet Mundus*, 8.) & qvidem omnia, 10. *&c.*]

D*Iluculo, à peractis precibus alloqvutus me Dominus, dixit:* Confide! O-
stendi jam in Polonia, judicia mea non deerrare tempore suô. 2 Nam
qvis est qvi avertat manum meam, dummodò tempora asseqvuntur termi-
nos suos? 3 Cœlum & Terra testes horum erunt, desiderantes Vobiscum spe-
ctare exitum Criminatorum meorum, Adversariorum autem Vestrorum. 4
Qvibus Balneum paratum est, temporarium hîc, æternum autem illîc, nisi
resipuerint, hi & alii spiritum gratiæ, Spiritum sanctum, contumeliâ affici-
entes. 5 Cum illis etiam, qvi Vobiscum Cultoribus meis confiteri nolunt
me Unum in Patre, cum virtute Spiritûs omnes vos inhabitantis, propter
me qvi à Patre illum menui vobis, anteqvam essetis etiam. 6 Ideò dolor
invasit me, & Patrem meum, qvòd nolitis, adeóqve jam neqveatis,
sedu-

ſeductionem veſtram intelligere vos blaſphemi, Iudæi, Turcæ, Ariani, Ido-
lolatræ! qvos tolerari diutiùs in terra nolo, inter vos Cultores meos. 7
Scribe igitur, & perſcribe hæc vaſi meo, Adjuncto tuo, ut illicò, typis
vulget Sermones hoſce meos, dudum & modò per te prolatos, neminem
mortalium ampliùs reſpectando! 8 Si fortè ſic etiam pavefacti judicia iræ
meæ, perſentiſcant vim lucis à Me vobis datæ, errantes illi, Reges & Prin-
cipes, cum Reginis & Sacerdotibus, totóqve illo Populo cæco, qvos ſedu-
cebant & ſeducunt. 9 Ignorantes qvòd abyſſus ab ira mea aperuit fauces
ſuas: qvibus ſe non eximent, niſi hîc reſipuerint, in æternum. 10 Scribe
hoc etiam! & ſcribe omnia, qvæ tibi per hæc tempora loqvutus ſum. 11
Nam ad qvid eſſet labor meus & tuus, ſi taceas tu? & vincti mei, voce
meâ non auditâ & agnitâ, éqve igne iræ meæ non liberati, maneant in ſi-
lentio? 12 Qvoniam eorum causâ vos teſtes mei hæc vobis à Me revelata
habuiſtis & habetis? 13 Implete igitur Aures, ut audiendo intelligant! &
Oculos, ut videndo videant, veſtra & ſua, hujus & futuri ſeculi, ſolatia!
14 Ut vel tandem impleatur qvod in Evangelio dixi: Compelle intrare
longinqvos illos, ut fiant propinqvi mihi fonti Vitæ! 15 *Qvibus ego audi-
tis, & creta primùm exceptis, cecini hymnum Eccleſiaſticum &c.*

[*v.* 7. illicò, illicò) *Non obſecundavit mandato huic, hominum metu: non effugit itaqve caſtigationem, de qva infra.*]

Rev. CCCXXVI. Aug. 11.

[*De Vienna capienda,* 1, 9: *Conſiliarii Auſtriaci confuſi,* 11, 12. *Exhortatio Regum adverſus Idololatras,* 15: *& Gentium ad ſubdendum ſe Regi Chriſto,* 18. *Molitores Dei molunt jam,* 22. *Orandum pro invicem,* 24. *Cœli & Terra gemunt, qvòd ingratis ſerviant,* 27. *Veſpera Mundi appropinqvat,* 29. *Rex Poloniæ in anguſtiis,* 32.]

V*Iſus mihi fui feſtinare ab Urbe, ad qvam ex parte appoſita Exercitus cum
tumultu & tubarum clangore adventabat.* 2 *Et veni aliam in Civitatem
magnam, ubi homines metu ac trepidatione huc illuc curſabant: qvos conſolatum
ibam.* 3 *Mox afferebantur epiſtolæ pacem nunciantes, tradebanturqve mihi
legendæ: quod non illubens feci.* 4 *Ut evigilavi, dixit Dominus:* Literæ ve-
nient ſolabiles, tantùm eſto fidelis, & tibi attende ut facias voluntatem
meam, unde pateat te eſſe ſervum meum. 5 Vide ut hodie nihil edas,
vaca jejunio cum orationibus & eleemoſynis: ſeveritas enim mea volvit
ſe ſuper terram hanc, qvam inhabitas. 6 Venient literæ & voces, qvas
mira-

miraberis: conclusum jam est cum Principe, ut exuat calceamenta inobe-
dientiæ. 7 Nam severè scribet Habitatoribus Terræ, perfidè cum Ipso
& Patria agentibus, eóqve à nonnullis excipietur impatienter, sed non
erunt resistendo. 8 Nam mox insequetur Exercitus cum Tubarum clan-
gore ad transitus, ubi exspectabunt Exercitum Svecicum. 9 Qvibus
juncti volvent se diluvii instar ad Viennam, qvam & intrabunt, totô in-
spectante Mundô: qvô & Tu ibis, sicuti per somnium Tibi Civitatem il-
lam ostendi. 10 Satis jam diu viennenses metu oppleti exspectabant qvid
futurum esset: sed hærebant in igne diffidentiæ, vanarúmqve pollicitatio-
num Domûs Austriacæ; 11 Cujus Consiliarii jam nec possunt nec sciunt
dare consilia: tantùm id inter se, & aliis, Malè malè, mussitantes. 12
Ecce arma illorum erunt Fugere! & robur illorum Lamentari! qvod nemo
ab illis auferet in æternum: 13 Qvia armatura mea successit: & venato-
res mei pasti sunt scientiâ obedientiæ Legis meæ, qvam non noverunt, ne-
qve nosse aut legere voluerunt, abominabiles, idololatræ. 14 Severè
illos infestate, sicut illi vos infestarunt severè: neqve date reqviem mani-
bus vestris, donec exseqvamini, & eos deleatis de terra. 15 Satis clarè
vobis manifestavi, olim & jam, ô Reges, Principes, Domini, qvæ sit vo-
luntas mea. 16 Væ vobis, si non obedieritis mihi: qvia nullum aliud
superest tempus, nec aliud exspectate commodius, qvamdiu mundus stabit.
17 Stabit autem aliqvantisper etiam, non vestri causâ qvi novistis me,
sed eorum qvi credere debent in Me, qvi solus sum Rex Regum, & Do-
minus Dominorum, JESUS filius Dei Altissimi. 18 Cui vos non-
dum in eum credentes subdite colla vestra, tollentes jugum ejus super vos,
& reddentes pro dilectione dilectionem erga Gentes meas in Christiani-
tate: 19 qvæ vobis me ignorantibus meo ductu consilium, pretio-
sumqve lucis donum, qvâ eos vestri etiam causâ illustravi, impertient.
20 Et introducemini in Domum Dei, meam Dei viventis, hîc Ecclesiam
ibi Cœlos. 21 Zelo etiam super tuam, & vestram, oblivionem ser-
monum meorum, qvi vobis ut vos citò mente excidunt: magis memores
estote, & sermonibus meis fidentiores. 22 Ecce deduxi ego rivos ad
Molas, ut molant jam molitores mei! molentqve farinam salubris fru-
menti, non autem zizaniæ grani nauci, qvô spiritus maligni illius consevit
magnam Mundi partem, effarciens multos tantùm paleâ. 23 Qvibus pa-
leis pasti hominum filii moriebantur, destituti aqvis vitæ spiritûs gratiæ,
sine usu ætatem transigentes super terram, ventris tantùm pastu.

24 Et non habentes in se ignem dilectionis meæ, nec pro se nec pro aliis in
spiritu & veritate orabant: sicut Ego pro vobis orabam Patrem spirituum,
& oro adhuc in cœlis exsistens pro Vobis, ô Homines! 25 Sciens non esse
in potestate Vestra tempora, vias, & gressus Vestros, sed in potestate solius
Dei, patris mei & vestri. 26 Qvem tametsi nominetis multi Deum ve-
strum: qvid tamen id est, qvùm eum non colatis plenô voluntatis ejus ob-
seqviô? tantummodò persentiscitis intra vos qviddam, colendum illum
& laudandum esse. 27 Ecce admiratione magnâ mirantur Cœlum &
Terra, qvod Vestrûm multis, eheu multis, frustra serviunt, jubente me id,
non vestri causâ (multi enim digni non estis) sed meâ ipsius causâ, qvem
Pater donum dedit vobis, idqve gratis: 28 non tantùm Judæis, Nati-
oni meæ, ex qva ortus sum secundùm carnem, sed & vobis Gentes, si tan-
tùm id agnoscere possitis ac velitis jam tandem sub Mundi finem. 29 Ubi
non diu jam eritis, qvia vespera appropinqvat, ut reqviescat post labores
suos universa Creatura mea sub Sole: Vanitati enim subjecta gemit. 30
Gemite verò etiam vos servi & cultores mei fideles! obmutescere sic faci-
entes imprudentium hominum ignorantiam, Vos propter me odio haben-
tium. 31 Sed non confundet Vos spes vestra: nec te, si mihi fidus persti-
teris. 32 Poloniæ Rex in angustiis est: acerba experietur desertus à suis,
consiliariis & proditoribus. 33 *Qvibus exaratis ego, cantabam Psal-
mum* 149.

Rev. CCCXXVII. 12 Aug.

[*Diluvium aqvarum transit*, 1, 2. *Mola Septentrionalis molere incipit, aliæ demùm parantur*, 3. *Mercium lucrosa venditio* (7) *de liberanda ab hostibus Ecclesia exponitur*, 10.]

R*Edormivi à precibus matutinis, & vidi me cum non multis Navigiô vehi, qvod
fluctibus jactatum à prora mergi cœpit: Nauta verò à tergo mihi stans me-
tuere prohibebat.* 2 *Et mox vidi me in arida, & in monte qvodam: aqvæ autem
illæ decurrerunt velociter.* 3 *Ego verò stans in monte vidi* Molas duas: alteram
ad Septentrionem, jam molentem; alteram ad Meridiem, sed cujus Rotas
demùm fabricabant, & componebant, respectantes Orientem & festinan-
tes, ut citò qvoqve molere possent. 4 *Reversus ad me orabam, qvid illud
esset expendens.* 5 *Et longam post moram Dominus ad me:* Perficio ego jam,
& per-

& perficiam, qvæ loqvutus sum! Iam molitur, & moli necesse habet,
Opus meum in facie Terræ. 6 Diu satis annuntiabam id, olim & jam,
ut extra culpam sim apud Mundum, vanásqve cogitationes ejus. 7 *Ubi
momentô abreptus indormivi: & vidi Civitatem qvadratam, in cujus parte Mer-
catorum erant Tabernæ pulchrè dispositæ, quarum Merces publicô lucrô vendeban-
tur, cujus etiam pars dabatur mihi.* 8 *Erat verò præsens Mater quoqve mea,
gaudens; & dabat mihi candidissimum panem, quem ego acceptans lacrymis riga-
bam, præ gaudio.* 9 *Expergefacto in mentem veniebat hæreditas mea, adhuc
in patria hærens: orabamqve, ut mihi aliisqve felicem reditum videre daret Deus,
cantans (ex Psalmo 79. v. 9.)* Auxiliare nobis Deus salutis nostræ, *&c.*
10 *Ad quæ, aliqvantò post, Dominus:* Bono es animo! novum accipies
robur ex iis qvæ venient Skaliciâ. 11 Flatus enim Exercituum meo-
rũ ardebit ut inexstingvibilis flamma adversus errones istos, me solum Sal-
vatorem agnoscere reluctantes. 12 Vigila & ora: nam brevi veniet
contestatio veritatis sermonum & promissorum meorum. *Et cecini Psal-
mum* 130.

[*Ad v.* 10. *N. Venerat postridie ab Antistite Chodnicio Biblicus codex majori typo, mi-
hi seni usui futurus. Et quòd Trebicii ventô dejectum Turris fastigium, inclusum
æneo globo detexit Exemplar Confessionis Ecclesiarum nostrarum, typis Latinis
Witteberga excusum. Et de Bellorum apparatu &c.*]

Rev. CCCXXVIII. 15 Aug.

[*Conspectus Angeli*, 1, 5. *Invidi non curandi*, 2, 3. *Videnti relectio harum Revela-
tionum mandatur*, 4. *Senex & juvenis conspectus*, 6. *Operarii Dei jam in-
choant*, 8.]

M*Ane a precibus vidi ad fenestram stantem personam albè indutam, a cujus
conspectu metus me invasit.* 2 *Mox aderat dilectus mihi adjunctus, cum
aliis suffragia ad charitatem exhortatoria ferentibus, & mihi offerentibus dona,
sed quasi furtim, quia aderant invidentes mihi: Adjunctus autem dixit*, Ni-
hil hos cura. 3 *Et Dominus, cœlestis Pater meus, addidit:* Abundè
veniet benedictio mea, nihil morare invidos: ubiqve Vos præit tole-
rantia Vestri mea, mihi fidentium. 4 Tu lege Sermones meos, ut
rationem reddas exqvirentibus in eos, & in ea qvæ futura sunt.

 5 Qvem

5 Qvem albâ veste vidisti, Angelus meus fuit: qvem tu plenè non videbis
nisi tùm, cùm & me videbis. 6 *Mox obtulit se conspectui meo primùm vir*
senex, venerandâ facie; tum juvenis, decora facie & veste: qvos intuitus & gavi-
sus sum & flevi, cantans Psalmum 115: Non nobis Domine, non nobis,
da honorem *&c.* 7 *Ut cessavi dixit Dominus*: Fac voluntatem meam, ve-
nient solatia tuà. 8 Jam etenim Operarii mei operantur, ad Septentrio-
nem & Occasum: operabunturqve ad Ortum qvoqve, cùm discussero va-
cillantiam animorum Consiliariorum Principis Transylvaniæ, per legatos
ad illum emissos. 9 Audies brevi &c.

[Audivi, Legatum Svecicum jam esse apud Principem: Anglicum etiam trans-
iisse Eperesinum dictabant.]

Rev. CCCXXIX. 16 Aug.

[*Visio Mercatorum duplicium*, 1, *& frumenti obtecti*, 2, 3. De Anglis & Cromvellio notabilia, 4, 5, 6, 12, 13. *Gentes se ad opus Dei cobortantur*, 7. *Revelationum lectio*, 8, 9. *Polonia*, 9, 11. *Helvetii*, 14. *Transylv. triumphavit de Walacho, triumphabit & de Cæsare*, 15, 16. *Domus Austriaca ruet: Gentium bonô*, 17, 18. *Polonorum multi ob insidiam morte multandi*, 22.]

D*iluculò, ostendit mihi Dominus Civitatem, ubi Mercatores divendentes jam*
mercibus vacuas ostentabant Tabernas: alii verò merces suas exponebant le-
mùm, inter qvos erant Judæi. 2 *Vidi & Frumenti acervos: qvorum unus erat*
obtectus, ut qvid subesset videre non possem. 3 *Et Dominus*: Obtegunt à Te
qvæ Princeps mandavit, occultare autem non poterunt qvum tempus vene-
rit. 4 *Mihi autem in mentem veniebat Anglorum: mirabarqve intra meipsum:*
Nihil hactenus de illis loqvutū fuisse Dominum. 5 *Ubi mox Dominus*: Cromwel,
vir sangvinis, effudit sangvinem Regis, qvod non debuit, sed constringere
illum carcere. 6 Qvòd autem illi benedicat Dextera mea inde est,
qvia compensat ille zelô pro aperienda Gentibus via ad cognoscendum me
ubiqve: Ecce ideò magnificabo illum, & cooperatores ejus! 7 Tu ne
cogites qvidqvam aliter futurum, atqve loqvutus Ego sum pridem: jam e-
nim alii alios manibus prehendunt (*dicentes*) Eamus, operemur opus diebus
nostris, donec hodie cognominatur. 8 Tu autem relege Sermones meos
tibi pridem factos: *Et cecini ex Psal.* 119. *v.* 169: Appropinqvet depreca-
tio mea in conspectum tuum, juxta eloqvium tuum da mihi intellectum.
9 Cæpi etiam legere: admiratusqve Dei veracitatem orare, ut cœpto
in Polonia Operi suo benedicere velit, Adjunctus verò transmissa ut mihi
accipi...

accipiat. 10 *Et Dominus*: Fiet! Etiam dilectio æterna inter illum & te
stabilietur, nemo illam evertet. 11 Polonorum multi intellectô opere
qvod tu cum illo agis, etiam erga te exardescent amore: ut magis ægrè sit
obtrectatoribus tuis. 12 *His dictis, ostendit mihi Dominus facies humanas,
senum juvenúmqve venusto aspectu, & dixit*: Hi sunt Angli, qvibus profundè
jam inhæserunt sermones mei. 13 Magni illi faciunt edictum meum, de
colligendis ad me ignorantibus me. 14 Qvibus consentiunt Basileenses
& Genevenses, subdentes jam rationem fidei, & expectantes initium
Operis mei, staminis ad texendum jam parati. 15 Transylvaniæ Prin-
ceps obstringit sibi fidem Consiliariorum suorum: nam terror jam invadit
adversantes illi. 16 Ignominiâ ille multavit Walachiæ Waywodam ho-
stem suum, jam vinculis suis constrictum: multabit & illum qvi sedet ac
dormit, ignorans qvid sibi fiat, donec in laqveum meum incidet. 17
Una dies hæc illi ostendet, qvâ ille Dominationis Austriacæ ostium clau-
det, juxta dudum prolatos sermones meos: qvod ut fieri posset Mundus
cogitare non potuit, 18 Fiet autem Gentium bonô, cùm Bestiæ poten-
tia fuerit collapsa. 19 Tu aliter ne cogitaveris, qvàm Causam meam pro-
cedere, & processuram: brevi ab Adjuncto expecta informationem, qvi
gaudet videns consilia decreti mei progredi, etiam in Occidente. 20
Et cœpi cogitare, Anne hæc scribenda essent? Dominus autem, Scribe mox, vi-
gila, ora: Scientiam Operis mei admirandam videbis brevi. 21 *Et o-
stendit mihi* faciem Antiqvi dierum, *multa recensens facta ab origine Mundi:
& qvæ futura sunt modo.* 22 Etiam qvomodo Polonorum qvidam falsita-
tis convicti, cæde afficientur: & qvòd super Cæsarem centumpondia ter-
rorum jam cadent. 23 Principem jam consultare, qvomodo velociter
volet: *& me non desertum iri, visurum ea oculis &c.* 34 *Invocabam igitur no-
men Dei, decantatô* 43 *Psalmo.*

Rev. CCCXXX. 18 Aug.

[*Idololatris non proderit Sanctorum invocatio*, 2, 3. *Transylvani res in melius se disponunt*, 4, 5, 6. *Deus causam suam contra deastros agit, & peraget*, 7, 11. *Mandatum Testibus Dei* 12. *Expostulatio Dei cum Gentibus incredulis*, 14, 23 *cum invitatione ad Regenerationem*, 24, 25. *Legatus Svec. ad Transylv.* 28 *Moguntinus dejiciendus, à qvo & ob qvid.* 31.]

I*Terum factum est ad me verbum Domini, à peractis pomeridianis precibus, di-
cens*: 2 Jam descendi ex alto, & potentia mea mecum! jam eduxi

 fumum,

summum, & emisi acutas Sagittas meas super Idololatras! jam consternatio
tanqvam ab igne cœlitùs lapso corripit Gentes! 3 Nam Idololatræ nihil
sibi clamores suos ad sanctas & sanctos demortuos prodesse vident, sicuti
diebus Eliæ non profuerunt. 4 Princeps exuit calceamentum inobedien-
tiæ, & excrescent illi pennæ Aqvilæ sublimè volantis, super omnes hâc
in Gente, & inter Transylvaniæ Principes. 5 Bonum enim illi erit seqvi
vocem meam, & illorum qvi meâ causâ exaltare illum qværunt. 6 Jám-
qve applaudere incipiunt etiam qvi consilia subtrahebant antea sua, viden-
tes me diffringere consilia hostium meorum, & vestrorum. 7 Confrin-
gámqve penitùs, cùm peregero causam meam contra deos alienos, qvos
amplius non tolerabo, neqve arma qvibus occidebant animas cæci illorum
duces. 8 Exustus est ad fundum usqve ardor vindictam clamans fidelium
Cultorum meorum: impletúmqve est tempus Errantibus, reducendi eos in
viam Pacis: 9 qvâ destitutæ adhuc sunt Gentes belligerantes contra me,
& vim inferentes naturali etiam lumini, à me Creatore jam in ipsa crea-
tione sibi collato. 10 Sed ecce marcescunt, & jam marcuerunt, columina
idololatrarum! & eorum qvi blasphemabant me in terræ nationibus, sic
agentes tanqvam nullus Ego jam essem, Deus vivens. 11 Nam cùm
Ego tempus exspectarem, illi cogitârunt, Me non vivere:
Rescient autem jam qvi sim Ego qvem blasphemiis impetebant, cùm se &
Idola sua sic videbunt subversos, ut cadant, neqve surgant in æternum. 12
Vos proinde Testes mei, qvi rectè Me novistis, exhortamini altâ voce
proclamantes: *DEUS NOSTER DEUS UNUS EST DEI-
TATE, sed TRINUS PERSONIS:* 13 Habens potestatem su-
per omnem spiritum Doctrinæ pravæ, Doctrinæ adversantis Legi meæ,
per Mosen, Prophetas, Me, & Apostolos, promulgatæ Vobis, Vobis ô Ho-
mines, in salutem. 14 Si qvis vestrûm qvidqvam qvod illi obloqvatur in-
venit, loqvamini dum dies Mundi stat. 15 Hôc cadente, & occumbente,
qvis vos justificabit? qvum vos Me ignorantes nec Me habebitis nec Le-
gem meam, sed mercedem tantùm malam pro malis vestris factis. 16 O
homines, homines vani! qvi Me & virtutem meam ignorantes nihil in
manu habetis, aut nostis, qvod defensioni contra me, & rigorem justitiæ
meæ, serviat. 17 Nisi vobis meritum meum patrocinabitur, vos
ipsi vos condemnabitis, si non Me Dominum vestrum agnoveritis.
18 Non autem agnoscetis, nisi Ego & Lex mea vobis dictaveri-
mus: Ad Legem igitur meam venite universi, qvi estis in universa
Terra, ubicunqve habitantes! 19 Nam tametsi æternùm sine me,
& agnitione mei vera, vivatis, qvid lucri tamen vobis erit, si &

Cœlum

Cœlum istud, & Terra hæc, vos accusabunt, frustra vobis serviisse? 20 Et qvid culpæ assignabitis mihi? Nisi hoc fortè qvòd vos in lucem produxerim. 21 At ideóne ut moriamini? Absit: sed ut vivatis & vivatis qvidem in æternum. 22 Qvod vos dum intelligere non vultis, ipsum tempus, ipsum hîc vobis ad qværendam Mei & vestri cognitionem à me vobis datum tempus, vos condemnabit. 23 Qvid autem alia insuper Media, qvæ vobis, solô ergà vos amore ductus, ô errabundi & idolorum cultores, abundè offero? 24 Date, vel jam tandem date, honorem mihi Creatori, mihi Redemptori, mihi Sanctificatori! 25 Et ego regenerabo vos in spem vivam illius vitæ, qvæ perpetuabit in æternum, in gaudiis meis. 26 Tu autem expecta illa qvæ tibi nunciabuntur: & Clama, ne cesses, tanqvam tuba, dum gratiæ dies est in medio ignis iræ meæ, adversus Nationes totius terræ, ut promtitudo tua erga illas in me nota fiat eis. 27 Surge, scribe. *Surgebam igitur, cantans Psalmum* 82 (*DEUS adstat in cœtu deorum*) 28 *Dominus autem addidit*: Brevi de Principe audies! Currit enim celer à Sveco nuncius, ut Princeps festinet anteqvam se colligat Meridianus sol. 29 Non qvidem multum efficiet: nisi qvòd Exercitu suô retardabit. 30 A te transmissa jam Princeps accepit, & miratur: & Consiliarii ejus prospicere incipiunt. 31 Moguntinus Elector dejicietur ab Occidentali Visco: qvia Sabaudo lanienæ in Waldenses exercitæ svasor & adjutor fuit. 32 Tu ad functionem tuam redi, Sermones meos lege, non derelinqveris: veniet in lucem veracitas sermonum meorum, invitis Calumniatoribus tuis. 33 *Qvibus ego auditis, oravi cum fletu pro liberatione Ecclesiæ (hymno,* O Ecclesia Christiana, Christi Sponsa, non te Dominus tuus derelinqvet, tametsi perseqvutiones permittat &c. itemqve Psalmo 85.)

Rev. CCCXXXI. Aug. 22.

[*Somnium Concionis de Unitate Rerum*, 2, 3, 4, *resolvit se in Unitatem Gentium ad Opus Dei*, 21. *Hungariæ tardatrici pœna denuntiatur siccitas*, 5. *Exercitus belligerantium, Dei sunt*, 6. Videns Transylvano datur Dux, 8. *Christus videndum se exhibet ut olim*, 10, 11. *Tempora apocalyptica jam defluxerunt, alia non exspectanda*, 14. *Vespasianus*, 18. *Turca oris gladiô vincendus*, 18, 19. *Dux belli contra Bestiam Agnus*, 21, 22: *qvi adjunget Angelorum exercitum*, 30. Valdensium nupera occîsio occîdet Papam, 23, 27.]

A Noctis meridie secunda vidi admetientes pauperibus frumenta, quasi Principissæ jussu. 2 *Mox ingressi Viri graves, veluti ad preces, commonstrabant me Principissæ: mihi autem indicium dabant habendi sermonis.* 3 *Cœpi itaqve loqvi*, De Unitate Divinitatis; & de Unitate Operis Trinitatis Sanctæ; & de Unitate Servorum Dei, Cœlestium & terrestrium: qvàm decora & svavis sit illorum unanimitas, ad serviendum unô spiritu uni DEO, in Cœlis & in Terra. 4 *Qvod tantò zelo egi, & voce sonora, ut expergefactus demùm sinirem: miratus intra me, & orans cantu Ecclesiasticô*, O delectabilis Trinitas imple corda nostra *&c.* 5 *Ubi desii ego, cœpit Dominus*: Nuntia Principi & Principissæ, Vivo Ego, ait Jehova, non futurum hâc in terra rorem aut pluviam, ante productum Exercitum ad vindictam super Viennam & Idololatras terræ hujus, pro contumelia qvam Nomini meo exhibent Idololatræ. 6 *Adde loqvi Principi*: Exercitus tuus meus est, non tuus, qvibus vitam ego inspiro; & robur ac scientia illorum à me, & in me est, non in te, ô Rex: Ego voluntatem meam facientibus vitam dabo in perpetuum. 7 Tu mihi cum Illo fidus esto: accipies informationem à Mednianio, cui Princeps scribit Manu sua, qvâ jam tenet Gladium justitiæ meæ, ad ulciscendum Me de Idololatris interemtoribus animarum, hâc in terra & alibi. 8 Cum qvo ibis tu qvoqve: Tibi enim ideò vitam dedi, & hucusqve servavi, ut illius ducem tu agas. 9 Mednianium sibi in occursum vocabit Patakium: nam & Princeps mater comitari *Illum* cogitabit Posonium usqve. 10 *Hîc ubi substitisset, ego vero hæc in Tabula scripsissem creta, prodi, & sub dio stans oravi: regressurus autem domum vidi ad januam stantem personam, qvam exhorrui, intra réqve festinavi.* 11 *Simul vero ac me in lectulum reposui, dixit Dominus*: Ne pavesce, Me vidisti eâ formâ, qvâ me ante meum in carne adventum exhibere solebam Patriarchis, aliisqve dilectis majoribus meis, ex qvorum sangvine prodii. (12 *Qvibus ego auditis tanto fui perfusus gaudio, ut lacrymæ profluerent oculis, qvibus madefeci lectum meum.*) 13 Ne pavesce, meus es tu! Conclusit jam Princeps, & concludet cum Turca etiam, ut euntes perdant Bestiam: 14 qvia jam dies Danielis, tempus, tempora, & dimidium tempus, sicut & Johannis, 666, defluxerunt: alia tempora nemo mihi & Legi meæ fidens ampliùs exspectet. 15 *Hîc momentô, cum orare inciperem, indormivi: & ante me Adjunctum meum vidi, petentem ut scriptum ejus qvoddam inspicerem, & consilium darem, aut aliqvid inscriberem.* 16 *Qvod & feci, aliisqve multis præsentibus palàm scripsi: simulqve evigilavi.* 17 *Et Dominus*: Perditio Bestiæ jam procedet. 18 Vastabat Vespasianus Judæos, Gentem in me contumeliosam: vastabit Turca cum Orientalibus & Septentrionalibus Antichristum Occidenta-

dentalem; Gladiô autem spiritûs Orientalem, non gladio materiali, sed
charitate ac luce legis meæ, sine sangvinis profusione: 19 Qvod Mun-
dus non intellexit, nec illi ipsi: qvia sermones meos aut ignorârunt aut non
intellexerunt, donec illis per te, & alios testes meos, remqve ipsam, de-
tectum fuerit mysterium voluntatis meæ. 20 Surge & scribe: expectans
de iis qvæ fiunt nuntium brevi, diffidens ne esto. 21 Jam ego in Doli-
um unanimitatis collegi Gentes, qvemadmodũ pridem loqvutus sum, & illæ
assument Turcam qvoqve: qvi tantam hanc Christianorum in Opere hoc
unanimitatem miratus sciscitabitur, Qvisnã primarius belli hujus dux erit?
22 Sed honorem hunc dare cavete cuiqvam præter me Agnum, Throno
insidentem. 23 Ecce, Meridionales tantùm adhuc deliberant, videntes
occîsos, à Bestia & Austriaca Domo, jacentes: 24 Qvibus dicite Vos
Septentrionales, Orientales, Occidentales: hanc occîsionem occîdisse apud
me gloriam & potentiam Papæ, & Austriacæ *D*omûs. 25 Qvos duos qvi
metuebant antè, jam rident: videntes & intelligentes me confregisse robur
brachii eorum, qvia decurrerunt tempora tyrannidis eorum, cum apertis
severæ justitiæ meæ faucibus. 26 Qvam justitiam meam ambo illi nihil
respectare voluerunt: cogitantes & jactitantes, Suam esse Terram, Poten-
tiamqve suam perennaturam. 27 Nunc autem cùm palam fiet per Vos
Testes meos toti Europæ, utrumqve illum errasse, enormiter cogitasse &
blasphemasse; agnoscent longinqvæ etiam Insulæ ac Nationes, non cum
istis esse veritatem meam, qvi eram, sum, & ero in sempiternum. 28 Sa-
tis jam patienter spectavit oculus meus contumelias & ludibria, mihi & vo-
bis cultoribus meis exhibita. 29 Jam excidant illorum Oculi, qvi no-
luerunt intueri Me, non in Terra solùm, sed in altissimis Cœlis: throno
æternitatis insidentem. 30 Unde auxiliabor Vobis meis dilectis ac
fidelibus Bellatoribus, cum qvibus Angelorum meorum Exercitus
ibunt. 31 Tantummodò ut jam velociter agant: eorum causâ qvibus sub-
veniri adhuc volo ante finem seculi jam abbreviati, sub Mundi exitum.
32 Qvibus de rebus scribite, easqve enarrate, Nationibus & populis me
nondum agnoscentibus, Vos qvi novistis Me solum viventem, ab æterno
in æternum manentem, potentiâ, judiciô, justitiâ ergà bonos & malos im-
mutabilem. 33 Sufficiat nunc: scribe hæc 34 *Et scripsi*: *canens*, O
Iesu Christe, fili matris castæ *&c itémqve Psalmum* 14.

Rev. CCCXXXII. 27 Aug.

[De reductione Pastorum in Ecclesias, 1, 2. modò omnia fiant ut mandat Deus, 7, 8. Prodigia reqvirentibus qvid respondendum, 9-15. Ut Ecclesiæ benè sit Christus duplicem vitam impendit, 16- Animæ reqvies in solo Deo, 19- sed abnegantibus se ad plena obseqvia, 22- Ad Videntem & Adjunctum nova obtestatio, 26, 27. Moderni Iannes & Iambres, 28. puniendi ut Datan, Abiron, Chore, 30.]

V*Isione matutinâ ostendit mihi Dominus Evangelii Ministros, in Ecclesias introducendos.* 2 *Qvorum uni dabam Annulum majori gemmâ insignem: omnibus autem prælegebam (mandante Adjuncto meo) Officia functionis suæ: qvod alii gratè excipiebant, alii minus.* 3 *Horum sensum recogitanti mihi dixit Dominus:* Surge, scribe, para in Poloniam mittenda, qvæcunqve (his diebus) os
meum loqvutum est: solatia tua tibi venient. 4 *Et cecini Psalmum* 116.
lectulóqve relictô, & codice Biblicô sumtô legi Numerorum Caput XVI, *& Iosuæ*
XIII. 5 *Ameridie verò langvescens (erat mihi dies jejunii) reposui me, & oravi, redormire sperans: & mox vidi* faciem Antiqvi dierum. 6 *Qva ut transiit, dixit Salvator meus:* Fidenter admitte omnia ad qvæ ego te adhibitum
volo; & ego qvoqve admittam vocem precum tuarum, sicut admisi Mosis
servi mei. 7 Ecce ego te præcedam, viam paraturus ante te, ad expediendum qvod per te expedire decrevi diebus vitæ tuæ, moderni seculi!
8 Sed ut omnia sic fiant prout os meum est loqvutum, & non prouti vellent Habitatores Terræ, hujus & aliarum. 9 Parum illis videtur, qvòd
loqventem me audiant: vellent prodigia videre, ut Mosis tempore.
10 Sciant autem sufficere Miracula mea ad evincendum divinitatem meam: Doctrinámqve meam satis esse claram & lucidam, ad proponendum
ea qvæ Ego in Mundo egi ac docui. 11 Qvi vos meos testes recipit, me recipit: qvi vos contemnit, me contemnit, contemnetúrqve à Patre meo. 12 Qvem qvisqvis non novit verè, neqve Me nosse potest
verè: sed qvisqvis Me novit benè, novit etiam benè Patrem. 13 Idqve non potestate suâ aut humanâ, sed virtute Spiritûs mei, qvi est in Patre
& in vobis, mundo loqventibus loco mei. 14 Infunde igitur tu qvoqve Calicem cognitionis meæ, & voluntatis meæ, ultimo huic seculo præsentis temporis mundi, ibi & inter eos, qvibus nondum fui cognitus.
15 Sed & ibi, ubi cognitione mei gloriabantur, mihi tamen plenè ac per
omnia non obseqvebantur. 16 Qvod si erit, ut mihi soli cum Patre
meo obseqvantur, benè stabit ad terminum usqve à me positum regimen

tum

tum Politiæ tum Eccleſiæ; qvæ dilecta mea Sponſa eſt, non rapienda de
manu mea. 17 Pro qva Ego vitam poſui, eamqve duplicem, vitam
Corporis, & vitam Animæ: qvia & vos vitam corporis terreni habetis de
Terra; & vitam Spiritûs cœleſtis de cœlo, Animam. 18 Pro qva
Anima Ego apud me, & in me, aſſervo id qvod vos nunc nondum videtis,
imò nec intelligitis multi: qvia ſine me & lege veritatis vivitis, vivendó-
qve in tempore, nihil ſcitis qvomodo vivetis in æternitate; dum me æter-
num neqve cognoſcitis neqve diligitis. 19 Tranſcurrite igitur, trans-
currite mente, omnia in Cœlo & Terra, num usqvam reperturi meliorem
ac in me ſolo qvietem? 20 Qvam Ego in Patre, & Pater in me, per
veritatem Spiritûs, habemus: non tamen pro Nobis, ſed & pro vobis;
rationalis creatura, paulò minor Angelis. 21 Convivium meum vo-
bis paratur, & non alii cuiqvam Creaturæ ſub cœlo: ſi tantùm id agno-
ſcere velitis, vel jam tandem ſub mundi finem. 22 Abnegavi Ego
meipſum, exinaniens meipſum, veſtri causâ: at vos abnegare vos non vul-
tis meâ causâ, ut ſepoſitâ ratione carnali ſubdatis eam virtuti Spiritûs, per fi-
dem veram, & virtutem meæ conſimilem, vobis in exemplum propoſi-
tam. 23 In me Patri meo complacuerat, qvia Obediens illi eram:
cujusmodi Obedientiam à vobis hucusqve jure creationis, redemptionis,
illuminationis & ſuſtentationis, reqvirimus. 24 Idqve citra perſo-
narum reſpectum, in omni ſtatu, ordine, vocatione, gente ac lingva:
qvantum adhuc veſtri eſt, & erit ad finem Seculi. 25 Eja ſerve mi,
Scribe hæc omnia pro iis qvi ſalvandi ſunt, ex tota latitudine Terræ!
26 Et mitte hæc tuo & meo dilecto: cui honorem dedi, tanqvam Aaro-
ni, in Nationibus Terræ. 27 Sufficiat mundo poſtrema hæc mea per
vos facta conteſtatio, ſive illam recipiant ſive non: dummodò non per vos
ſtet, ut non ſtetit per Moſen & Aaronem, meos qvoqve fideles teſtes.
28 At ſi me non recipient, mihiqve ut Jannes & Jambres Moſi reſiſtent,
evomentur omnes ex ore promiſſionum mearum. 29 Nam non am-
pliùs jam loqvar ſub Cœlo, nec aliter, per totam Terram totius Orbis: ſed
confringam æternæ juſtitiæ meæ arma, tanqvam baculum, ſuper Capita
Nationum Terræ in æternum: 30 ſicut fregeram ſuper Datan, Abi-
ron, & Chore, pro contemptu mihi facto in Moſe & Aaron. 31 Satis
nunc: Vigila & ora. 32 *Et cecini Pſalmum* 123.

Rev. CCCXXXIII. Aug. 28.

[*Convivium Gentium*, 1. *Silesia qvoqve inundanda*, 2.]

POstridie rursum vidi Antiqvum dierum , & hilariter convivantes varias
Gentes ; quibus accumbere jussus, mirabar primùm omnes hos fuisse illustres
viros ; hisqve recedentibus adventaße plebejos , utriusqve jam sexûs. 2 *Cùm*
verò ad me reversus orarem , dixit Dominus : Tanqvam prelò premo Gen-
tes ! Princeps te videre desiderabit : Tu solatia mea exspecta. 3 Un-
dæ Exercituum meorum volvunt se super Silesiam qvoqve. 4 Adjunctus
graviter fert, qvòd nondum respondere qveat tibi & Mednianio. 5
Non confundemini mihi confidentes.

Rev. CCCXXXIV. 1 Sept.

[*Eucharistia administranda*, 1. Poloni ad tribulandum primùm electi, 5. & cur, 6. in exemplum aliarum Gentium, 9. *Rigidorum Dei judiciorum scopus salutaris*, 12. *Non omnibus succurri potest, & cur*, 18. *Tandem ut resipiscant cæci, surdi, muti*, 22. *In Patriam reditus promittitur Videnti*, 25. *Hæc à qvibus non celanda*, 30.]

LUcescebat, cùm peractis ad Deum suspiriis redormirem : & vidi turbam
varii populi, quibus Cœna Domini administrari debuit. 2 *Erat autem*
quoque præsens Adjunctus mihi, cum aliis Ministris : & ego zelabam,
quòd minori devotione ac apud nos consuevit res peragerentur. 3 *Mox evo-*
cabamur ad navigandum in transmarinas regiones : enavigatisque turbidis ad-
modum aquis , venimus ad Domum valdè laceram , ubi nos exspectabant esu-
rientes , quibus panes frangebam candidos (ipse prægustans) & illi recipiebant,
aliì avidè alii cunctanter. 4 *Evigilans orabam , & Psalmum decantabam*
72: ut autem cessavi dixit Dominus, Dies jejunii & ad me suspiriorum sit
tibi hodie. 5 Elegi ego Jehovah diebus his Polonam Nationem ad tri-
bulandum primò : si intellexerint, & visitationem meam agnoverint, in-
venietur medium conservandi reliqvias eorum , per qvos Opus hoc
meum novum ibit alias in regiones terræ. 6 Serve mi , Valdè me
irritârunt Poloni, valdè ludibriosis in me factis : confisi primores eo-
rum vanâ Religione suâ, & suò, militúmqve & eqvorum suorum robore.
7 Ecce autem qvàm evanuerunt ista? Subjugati jam sunt potentiâ Gentis
alie-

alienæ, qvam illi nauci æstimabant apud se: id verò ideò, qvia nesciebant ruinam appropinqvare suam. 8 Si namqve scivissent, non tanta apud illos secessio fuisset facta à veritate, & sinceritate, ad faciendum iniqva judicia, & tot inter se dissensiones. 9 Expavescite ad hoc exemplum cæteræ Gentes! & procidite humi sub potentem manum meam, & eorum per qvos subveniri vobis volo, ad agnitionem mei. 10 Nam si meum non succurrerit auxilium, ut jumenta mactabimini, & igne consumemini, omnes vos qvi fiduciâ vestri aspernamini alios. 11 Paucos habuistis bonos lucis duces, multos animarum interemtores, plenos tenebrarum & terrorum, qvorum (seductiones) non intellexistis. 12 Ecce ignis tonitruum meorum inardescit! idqve vestri causâ, qvos terroribus adductos ad salutem promotos volo, qvum vos ex errorum labyrinthis, periculosisqve multiviis, liberavero. 13 Sed tribulandi priùs estis ideò, qvia multi vestrûm errores agnoscere pertinaciter recusatis. 14 Ecce occludo jam Aream illam, ad qvam itando non vescebamini pane vitæ, neqve bibebatis vinum consolationis, de vulneribus meis fluens: sed pascebamini qvisqviliis impuræ Doctrinæ, mortem vobis tantùm adferentis. 15 Eccur mori, & sine me vita esse vultis? Frustra est aliud sperare, qvàm in foveam Inferni casuros vos, omnes Nationes, si me ducem seqvi constanter renuitis. 16 Recipite ergò intellectum humanum, non belluinum; qvorum os frenô constringitur, ut se patiantur duci. 17 Ecce frenum qvoqve meum, ultimæ meæ ad vos vociferationis! ut reversi ne moriamini, sed vivatis. 18 O utinam jam tandem agnoscatis lapsus vestros, anteqvam vos ex hujus vitæ paradiso educam eò, ubi nemo ampliùs succurrere poterit: sicuti primô adventu meô Ego succurri multis. 19 Non dico omnibus, qvia me agnoscere, diligere, seqvi, noluerunt omnes, multi etiam neqviverunt: illi nempe qvos impedivit corruptio, & inemendabilis fastus, qvem ex patre mendacii hauserant. 20 Qvi per semetipsum propriô fastu abductus, vos qvoqve abducit ô Homines! ut qvi cum illo caligini tenebrarum involvimini, subveniri vobis neqveat in æternum. 21 Ecce autem porrò etiam semel vobis residuis, ex Judæis, Turcis, Tartaris, Idololatris, Hæreticis, & qvibuscunqve aberrantibus, assigno tempus! 22 Ut vel nunc tandem assumatis Oculos, & videatis; sumatis Aures, & audiatis; sumatis Lingvas, & confiteamini peccata, ad resipiscentiam. 23 Qvia non diu jam vobis utraqve lux mea serviet: tum cœlestis, Solis, Lunæ, ac Stellarum; tùm in terra Veritas Legis meæ sanctæ. 24 Una dies id vobis ostendet: qvam nec scitis nec scietis, donec velociter superveniet. 25 Satis in præsens: refer hæc in scriptum, ad succurrendum pereuntibus

in tot Nationibus, tua etiam. 26 Qvò Ego te reducam, tanqvam per
turbidas aqvas (*in laceram domum*) propter eos qvi hæreditatem capient
salutis. 27 Atqve ibi obmutescent ora insipientum hominum, vanè
meritis suis confidentium: ignorantium se non esse tanti, ut sine me, &
justitiâ mea non contecti, subsistere qveant coram Patre meo. 28 Qvem
omnes dicitis vestrum esse Deum: qvàm vanè, dum vocem ejus non au-
ditis, figmenta tantùm cordis vestri secuti, & frustra pane providentiæ,
meæ pasti, sine omni resipiscentia tempus transmittitis. 29 Meliùs fuis-
set multis vestrûm non fuisse natos, qvàm non renatos ex me sine me esse
in æternum: eò enim rediget rigor juris, justitiæ, judiciiqve mei, omnes
vos mihi contemtum inferentes in Terra. 30 Satis modò: Conscribe
hæc, & ad notitiam deduc Operariis meis, qvos non ignoras. 31 Vi-
gila & ora! ut benè sit tibi, & illis qvi recipient vocem Tubæ meæ.
32 *Scripsi igitur, & laudavi nomen Dei, decantans Psalmum* 89.

Rev. cccxxxv. Sept. 3.

[*Visio Civitatis clausæ*, 2. *de Principe Trans. explicatur*, 11. *Scarabeus capite truncatus*, 3. *Rex Poloniæ*, 6. *Septentrionalium alacritas laudatur*, 6, 7. *Orientali comminatio*, 8, 9, 10, 12, 13. *October*, 15. *Bellum præsens est Agni adversus Bestiam*, 16, 17. *Homines acqviescant sua portione qvisqve*, 18. *Regnum Poloniæ Radzivilio oblatum cur non datum*, 22, 23. *Homines captivi Dei*, 28. *suâ culpâ bonis promissis excidunt*, 32.]

F*Atigatus labore diurno reclinaveram me, & indormivi: ubi Dominus va-
ria mihi ostendit & loqvutus, hortabatur ad fidem & obedientiam, cum
patientia.* 2 *Inter alia ostendit mihi Civitatem, cujus porta erat clausa &
ad illam aditus per pontem: qvo duo qvidam, munera portantes, intromittebantur.* 3 *Mihi verò cum altero ad Portam festinanti nihil datum est videre
nisi postqvam Pontem pertransii: advolavitqve* Scarabeus *ater, Crabronis instar,
cui ego detruncavi caput, & ecce plenus erat mirabilium luminum! ut indig-
narer, non posse oculum meum distinctè videre omnia.* 4 *Cùm evigilassem,
vocem suam audiri fecit Dominus, dicens aliqvoties:* Currunt, currunt, cur-
runt! 5 *Cum plura exspectarem, dixit,* Scribe! *ut verò Tabulam in ma-
num sumsi dixit,* Currunt nuntii ex Polonia! 6 Dilectum enim vis-
cum meum Septentrionale, sine vi coactiva induit arma contra Bestiam,
& Crabronem in Polonia habitantem! qvem tibi amputatò capite o-
stendi. 7 Hærent sagittæ visci mei profundè: sed nullus viscorum

meorum adhuc ei auxiliatur, sola Dextera mea illi subvenit. 8 Inclama eos! *& dic Mednianio*, Non vives, cum Domino tuo, si manseris Tu Princeps hoc mense in terra Tua! 9 Occlusit ille se metu hominum, intra urbem miseræ suæ spei ergà Polonos, ideò tergiversatur & procrastinat: cogitans, sibi oblatum fuisse illum honorem. 10 Inaniter autem se lactabat vanis Polonorum, Gentis dolosæ, sermonibus: malè illi erit, si Turca suspicionem conceperit. 11 Admisit Legatos ad se, sed rursum se occlusit, ut tibi per illam clausam ostendi portam: manebisqve tu veluti cœcus, anteqvam aliunde virtutem lucis, Solis mei, virtutémqve meam ipsius, conspicies. 12 Consultat denuò cùm suis, nullô usu nisi qvòd tempus perdat: Galli mei undiqve cantant, diescere jam, Ille tamen porrò stertit. Væ si non surrexerit citò! 13 De me inqvirunt alii alios, sed sine operc ullius ergà me confidentiæ: qvasi sua in potestate sint viæ suæ, qvas ne nôrunt qvidem nisi eas ostendero. 14 David prosperè egit, dum mea bella gessit. 15 Procúlne abest October, qvò jungi eos oportuit? nisi aliter apud ipsos, qvàm apud me, procedunt Menses? 16 Bellum meum est, & Victoria præliorum mea est, & erit, ut Johannes scripsit, qvòd *AGNUS VINCET.* 17 Illorum hoc solùm est, ut Manus attollant: Ego autem manebo *VICTOR*, apud ipsos & omnes Terræ Nationes. 18 Mittite jam disputare, penes qvem constitura sit Orbi dominandi potestas: accipe qvisqvis es id, qvod cuiqve consiliô meô assignavi, & tradam. 19 Et accipe mente gratâ: non alios respectans sed teipsum, ut hîc stes ubi qvemqve locabo, sine meritis vestris; ideò solùm, qvia mihi hominibus uti placet. 20 Si contumaces fueritis mihi, inveniam Ego alios: vos autem serò deplorabitis, culpam alii transferentes in alios. 21 Sufficiat modò: Consigna hæc, & adi Mednianium, ut Ipse de his certiorem reddat Principem, qvalia hodiedum reqviram, hac in Terra & alibi. 22 Spem sibi faciebat Princeps Regni Poloniæ: cùm tamen non Illi ego, sed Princ. Radzivilio, honorem hunc deferrem. 23 Sed & Ille, qvia mente vacillans commissa sibi intra se premebat, nulli Polonorum, vel alii cuiqvam, sese aperiens, vacuus mansit Regnô, & manebit: non tamen vacuus præmiô, pro fide præstita Coronæ Polonicæ. 24 Ecce seductionis suæ culpam homo ipse luit, si è manibus emittat id, ad qvod cum fide accedere debebat, nec accessit! 25 Nam fide qvisqve coram me stat, cum omnibus rebus suis: non autem voluntate aut potentiâ suâ, vel alienâ. 26 Qvisqvis meum ductum seqvitur, benè securéqve pro-

progreditur: seipsum autem, vel homines, qvi seqvitur, nunqvam qvod
qværit assèqvitur. 27 Nec enim qvisqvam novit, aut videt, fines suos,
nisi cui Ego illos monstravero: idqve non sine mediis, sed per illa. 28
Captivi mei estis omnes Mortales: qvum ego emittere qvenqvam volo, &
ille non vult, non me culpet, sed seipsum, acqviescens eô qvod cuiqve Ve-
strûm do, non autem qvod ipse captat. 29 Qvia vos ipsi vos non intelli-
gitis nec illa qvæ subinde expetitis; non recogitando satis, bonane appeta-
tis an secùs, donec opus ipsum rem ostendat. 30 Sed illud qvandoqve se-
rò: ut fuit Adamo & Evæ, & post illos multis. 31 In Me solo sunt om-
nia: illi soli benè est & erit, qvi ductu meo acqviescit. 32 In hominibus
sine me nihil est nisi vanitas: qvæ contra voluntatem meam imposita bilan-
ci, in fumum transit, ventô judicii mei discussa. 33 Expone igitur tu
qvoqve hæc illorum trutinæ! pensiculent, qvis hîc justus manebit? ego an
illi? dum aspernari ductum meum attentant. 34 Probatum jam illis esse
debebat, ex me esse omnia, principium & finem; non autem ex vobis,
ô Homines; 35 Sufficiat nunc: Vigila & ora! Mihi cura est vestri.
36 *Et cantabam Psalmum* 23.

Rev. CCCXXXVI. Sept. 17.

[*Fulcra Domûs Austriacæ fracta*. 3 *Væ aspernantibus consilia Dei*, 4. *Racoci rupes hactenus frustrà percussa*, 2. *Homines non assequuntur scopum Dei*, 11. *Protestationes solemnes contra privata sua quærentes, in causâ etiam Dei*, 15. *Hæc omnia Operariis Dei nuntianda*, 21.]

*SOle oriente ostendit mihi Dominus Viros illustres, ad convivandum in Domo
magna congregatos: inter qvos notus qvidam mihi, Polonus, ut illis accumbe-
rem orabat, qvod ego verecundanter, pudore tenuitatis meæ, feci.* 2 *Sensibus
redditus, qvid hoc sibi vellet cogitare, simulqve ut Deus gloriam suam in Terra Na-
tionibus manifestare vellet, orare cæpi.* 3 *Ut finivi, facta est ad me vox Domini:*
Fregi & frango fulcra Domûs Austriacæ, confractaqve jam brevi erunt
omnia. 4 Sed væ contemnentibus omnes interminationes meas hâc in
Gente! Omnia illorum perdita erunt, qvia ductum meum aspernantur.
5 Atqve si cæteri aspernabuntur pariter, idem eveniet ipsis: non enim in
potestate illorum sunt viæ suæ, neqve dies aut tempora. 6 Ecqvis eos
liberabit de plagis iræ meæ? nullum contra me consistet consilium. 7
Mei estis captivi, non Ego vester! 8 Currit jam responsum à Principe,
sed

sed frustraneum: nam frustra percussa est petra illa, non exiit inde aqva, neqve fluet, sed fluet sangvis furoris mei, cùm illi exitum invenient suis factis dignum.
9 Ecce omnia illis ad summum exposui, qvid fieri vellem.
10 Implebo Ego promissa mea, sed mihi fidentibus, & ductum meum incoactè seqventibus: côgi enim non expectant filii gratiæ.
11 Serve mi, miræ cogitationes ascendunt nunc in cor hominum, de iis qvæ Ego agere ordior: qvorum autem causâ, & cui in bonum, hæc fiant, procul est ut ratiocinatione suâ id assequantur.
12 Aberrârunt illi ab obseqvio sermonum meorum, olim & nuper prolatorum, nullâ meâ noxâ, qvi eos juvare volui: cum suspenso super illos ostio decreti mei:
13 qvod intelligere nolunt æternum esse ac immutabile: ut bonis sit bene, malis malè.
14 Ecce jam male est, & erit, malis! videbunt id oculi vestri: sed utinam non serò sit vobis à me electis, ductum tamen meum aspernantibus!
15 Iccircò non vestra, non vestra privata, qværite, ó homines! sed ea qværite qvæ mea sunt, & proximorum vestrorum! qvos multi non agnoscitis proximos, eò qvòd vestræ gentis & cognationis non sunt.
16 Ego verò dico, Omnes vos esse meos, jure creationis & sustentationis: vos ergò vestri invicem estis, Sangvinis & Animæ communione.
17 Si vos incluseritis vos vobis invicem mutuâ dilectione, includam Ego vos omnes mihi qvoqve: si autem luxuriantes sua tantum qvisqve, se fretus, qværetis, à filialitate mea degenerabitis.
18 Habete igitur Fidem: sed & habete Opera, exercetéqve illa erga vos & alios, sine personarum & dignitatum respectu.
19 Terrena dilectio nihil vos juvabit, sed mea cœlestis, qvæ à me est, & vos cœlum versùs attollit, per legem veritatis jurium meorum æternorum.
20 Noveritis hæc, & in notitiam aliorum deducite, Prodesse vos velle, & ad Cœlum promovere opere hôc qvod jam inchoastis vos à me concitati: & benedicet vobis Dextera mea.
21 Adde hæc superioribus, propter Visca mea: & mitte Adjuncto; ut ne illos expectet, sed scribat & nuntiet omnia sibi à Me, per te, revelata, sive illi audiant sive desistant.
22 Sic dudum loqvi mandabam, & nunc mando &c. *Et cecini Psalmum* 141.

Rev. CCCXXXVII. Sept. 18.

[*Hollandi per Visionem ostensi, 1, 5: & qvid ad illos scribendum, 6, 8. Principis Rac. animi fluctuatio, 10.*]

D*Iescebat: & ostendit mihi Dominus Consessum consultantium Virorum gravium, Nationis mihi ignota.* 2 *Ad qvos consultantes ingressus fui: illis adventum meum mirantibus, nutu tamen ut loquerer indicium facientibus.* 3 *Loqvutus ergò sum* De æternis DEI Decretis: *cui sermoni meo alii mente ac verbis resistebant, alii vero cum gaudio excipientes scriptam à me assecurationem accipiebant, praque amore mensa me adhibentes panem candidum, frangendo, impertiebantur.* 4 *Deinde me ad aliam hominum turbam deducebant, non æqvè nitidè vestitos, qvinimo semnudos, ægrotos, oculis lippientes.* 5 *Hæc Visio ubi transierat, facta est vox Domini ad me:* Ignotam tibi Gentem ostendi Ego, & tu vidisti, Hollandos. 6 Illi Tibi & dilecto tibi Adjuncto, subveniant: ut ex illorum Terra & Natione prodeat vox Tubæ clamoris mei ad Nationes Terræ! 7 Reperientur qvidem ibi etiam contradicentes, at non omnes: alii recipient, juvabunt, & ex amore ergà te ignotum beneficam voluntatem declarabunt. 8 Cui Nationi tu ipse qvoqve scribe, & scribe mox hodie: illos meæ sic inservituros, non vestræ, voluntati: ut Hollandicæ Nationis nomen tantò magis percrebescat apud longinqvas, & me nondum agnoscentes, Nationes terræ meæ. 9 Para hæc, ut cum prioribus ad tibi Adjunctum mittas. 10 O Princeps, Princeps, vertumnus! inchoato cursu restitat: inconstantiam animi ejus rescies &c.

Rev. CCCXXXVIII. Sept. 19.

[*Visio Viri vulnerati & occîsi, 4. de Ferdinando tertio explicata, 5, 7.*]

L*Ucescente die, vidi turbam hominum itineri se accingentium.* 2 Et venit Vir humilis staturæ, missisqve in eam turbam Sagittis duabus feriit unum in medio stantem; qvi collapsus mox exspiravit: 3 *qvem sustollentes resocillabant, alii vero nihil curabant, gavisi potius qvod esset mortuus.* 4 *Ego vero vulnera, qvibus confectus fuit, videre optabam: & exhibita*

sunt

sunt duo, alterum pectori, alterum lumbis inflictum, quæ uno ictu esse facta
mirabar. 5 *Hoc ut transierat, dixit Dominus:* jam jam tertius qvoqve
Ferdinandus vulnera sua accepit, exstingvetur ut ignis in spinis, rescies ita
fore. 6 *Qvibus ego auditis cantabam,* Non nobis Domine, non nobis,
&c. 7 *Mox crepuit ad lectulum meum ternâ vice: & Dominus,* Qvid
ego faciam hostibus meis, etiam Ferdinando hosti meo & vestro, audies
brevi. 8 Vos tantum fideles estote, & obseqventes mihi, ô Homines!
Opus meum procedet. 9 Vos autem implebitis Os vestrum laudibus no-
minis mei, unà cum aliis, qvi me nondum noverunt. 10 *Et decantavi*
Psalmum 117. Laudate Dominum omnes Gentes &c. Hallelujah.

Rev. CCCXXXIX. 20 Sept.

[*Clamosæ operariorum turbæ visio* (1) *de tumultuosis in Mundo hominum actionibus exponitur, cum expresso variè Dei contra ista zelo,* 5. *&c.* Opus Dei non est violentæ ad bonum coactionis, 19. *Laus fidelium Operariorum, gratis Deo & Ecclesiæ servientium,* 28, 29. Princeps Transf. cur clamoribus non excitetur, 33. Veniet tamen, 36, 37. *Hæc citò mittenda, & qvorsum,* 38.]

Q*Varta matutina, sub tenebris adhuc, ostendit mihi Dominus fodinas inter*
rupes, ubi operariorum clamor erat ingens, ut indignarer. 2 *Egressus-*
qve inde vidi Gabrielem Bethlen, *Principem olim Transylvaniæ, descendentem*
de monte (ponè qvem Exercitus ejus castra habuit) ad me adstantem sepi: 3 *qui*
me fuit alloqvutus nescio qvid: subito enim evigilavi. 4 *Et mox Domi-*
nus. Noli esse incredulus, sed credens: Ego enim dejiciam superbos
de soliis, & exaltabo humiles, hâc in Terra & alibi. 5 Ecce
qvi meam audit vocem me audit: qvi eam contemnit, me contem-
nit, & contemnetur à Patre meo, qvem omnes vos dicitis esse
DEUM vestrum. 6 Cujus tametsi gestatis imaginem om-
nes, cùm tamen Ille vos ad Me ducit, recusatis ire dum dies est. 7
Transibunt autem vanæ cogitationes vestræ, transibunt & actiones:
venietqve ut mercedem accipiatis, bonam boni, malam mali. 8 In
æternum, in æternum non poteritis asseqvi ac pensare illa, qvæ
hîc amittitis, dum occasionibus deestis, ô interfectores Animarum
vestrarum, & alienarum. 9 Cucurristis, & curritis, pleriqve in vanum,
vanè transigentes dies vitæ vestræ, sine me fonte vitæ, vivaqve dile-
ctione mei. 10 Ah cur morimini non audientes vocem clamoris

mei? jamjam adventare diem reddendæ mercedis, bonis bonæ, malis
malæ. Nam dies id ostendet: & ostendet non per me stetisse, sed
per vos, ô homines! 11 Revertamini; & date honorem mihi æ-
ternum viventi! 12 Nam ecce cuiqve vestrûm dies vitæ decur-
runt! qvis vobis succurret, qvum Ego abyssum iræ meæ super vos, mi-
hi & voci meæ, Animarum Pastoris, immorigeros, occlusero? 13
Nam qvisqve Operarius bonus accipiet mercedem bonam, malus autem
malam: nec aliam accipere poterit, nisi malam. 14 Qvi soli mihi servit,
& servit, huic Ego coronam vitæ dabo: & dabo gratis, non ex ope-
ribus carnis, sed ex operibus Fidei vivæ. 15 Idqve non vitam mise-
riæ, sed vitam gaudii vobis in me parati à Patre meo. 16 Hîc nam-
qve diem doloris & mortis tantùm habetis sine me, & fide in me: de-
inde autem habebitis vitam gaudii apud me, & in me, cùm transactus
fuerit dies Mundi, vestræqve hîc habitationis. 17 Ecce dies meus jam
jam instat! qvem videbitis Omnes, sed diversimodè, alii cum *gaudio*,
alii cum terrore, qvia non audivistis vocem gratiosæ meæ vocationis.
18 Terribilem accipietis mercedem vos abominabiles Idololatræ, O-
perarii mali, me Æternum honore meô spoliantes. 19 Cujus Opus
non est violentæ ad bonum coactionis: sed agitur, & peragi debet, vir-
tute dilectionis, veluti svavi odore de cibo illo qvi non perit. 20
Qvô non fruentes filii hominum sub Antichristo, & in Gentibus me
ignorantibus, moriebantur, & moriuntur, sine spe vitæ gloriæ, me-
ritô meô impetratæ, & non vanis operibus conversationis vestræ, abs-
qve misericordia erga vosmetipsos & alios. 21 Occludite igitur
vos vel jam tandem ad Ostium Legis meæ; per obseqvium mei, &
benè vobis erit, ô homines universi! 22 Nam ecce, non pro-
cul jam abest vespera Mundi! Spe vestrâ citiùs evellam zizania, ad
colligendum pura grana Tritici mei; separandum verò atqve exuren-
dum vos qvi zizania estis, in æternum. 23 Ne timeas, serve mi!
festinant omnia ut asseqvantur finem suum, ultimi Operis mei: 24 sicut
asseqvuta fuerunt tempore primi mei in Mundum adventûs, & Operis
qvod diebus vitæ meæ, salutis vestræ causâ, egi. 25 Nunc autem ve-
niet jam vobis tempus præmii vestri, qvod vobis verè in me credentibus
& promerui & promisi. 26 At non vobis tantùm, sed & iis, qvi per
ignorantiam ignominiâ afficiebant me, diversimodè tamen. 27 Alii per
meram ignorantiam, ut dixi: alii per obstinationem, propter transitorium
lucrum honoris & opum mundi, gratis vos cultores meos odio habentes:

28 Eò tantum, qvia illis sudem in oculos ingerebatis, veritatem Legis
meæ sanctæ, & vitæ meæ: gratis ex amore servientes Ovibus meis exem-
plô meô, antiqvorumqve testium meorum. 29 Non poterunt opprobra-
re vobis, vos adipem edisse, & lanam induisse, gregem pascendo meum:
ideoqve vos gratis oderunt. 30 Tu autem vigila & ora. 31 *Hîc conti-
cuit: Ego autem, cùm ista perdifficulter descripsissem (tenebra enim adhuc erant)
cecini (ex hymno* Te Deum laudamus) *Per singulos dies benedicimus Te.* 32
Peractis precibus veniebat in mentem, qvid me futurum esset: & Dominus: Ibis,
qvò te iturum dixi ante? 33 Infundo ego Principi plenas aures clamo-
rum, Ipsum excitantium: ille verò adhuc circumspectat, non satis fidem
habens Transylvanis, nec sine illis audens exire. 34 Transylvani verò
tergiversantur, qvia mutationem rerum apud se qvoqve metuunt, in tantâ
illâ Religionum diversitate. 35 Sed vanæ sunt illorum qvoqve cogitatio-
nes: videbis, & ibi & Viennæ futuras mutationes. 36 Ostenderam Ti-
bi Transylvaniæ Principem nuperum, Bethlemium, Te adeuntem: vide-
bis pro eo modernum, cui tamen ne fide, nisi cùm ibit. 37 Ibit sanè: sed
cum mira circumspectatione. 38 Hæc in Poloniam mittere festina: Med-
nianius enim redibit tristis (*nempe Viennâ.*) *Ego v. orabam, etiam cantu
Psalmi* 44.

Rev. CCCXL. 21 Sept.

[*1. Ef. ob incredulitatem castigandus*, 3. *Mednanii morbus*, 8. Polonia in ordinem redigenda, 9.]

O*Stenderat mihi Dominus, antelucanò, contignationem hypocausti mei ef-
fractam, qvà ingressi fures abstulerunt optimos meos Libros.* 2 *Super
qvo ego lamentatus, reparabam contignationem, auxiliantibus mihi aliis, etiam
ignotis.* 3 *Experrecto autem dixit:* Confide, intentiones meæ finem asse-
qventur, etiam ratione tui, & Effronis. 4 Qvi resipiscere non vult à
conviciis in sermones meos: simulat verbis, corde nihil admittit, nec fe-
cit qvod petiisti, [*ut superiores Visiones transferret in Latinum*] cùm sibi &
aliis hâc ratione prodesse posset: evocabo illum ad æternè mihi servien-
dum, tempore mihi notô. 5 *Ego verò pro illo orabam ut ejus aliorumqve
corda flecteret Deus, ad non resistendum sermonibus suis.* 6 *Dominus autem:* Qvid
adhuc est qvod non feci? qvid clarius esse potest sermonibus meis? illi au-
tem qvia Te aspernantur, aspernantur simul opus meum. 7 Tu tace, & pa-

tere, non relinqvam ego inultam tantam hanc incredulitatem. 8 Mednianii morbus mea disciplina est. 9 *Mihi autem Polonia venit in mentem* : *& Dominus*, Agitantur consilia de redigendis in ordinem Polonis, &c.

Rev. CCCXLI. 29 Sept.

[*Querelæ de Principis Transylv. tarditie*, 4. *veniente à persvasione vana*, 5. *Omnium hominum exhortatio ad non exorbitandum, exemplô Solis*, 6. &c. Mittenda hæc in Poloniam, 15. qvia ignis Dei inde ibit ulteriùs, 16. *Videns cum Adjuncto fidelitatis admonentur exemplô antiqvorum Testium*, 19.]

D*Iluculo vidi congregatos Proceres, ad auferendum cuidam Magnatum sua Bona : qui prætendens privilegia militem colligebat, ad sua vi defendendum.* 2 *Ego verò cùm præsens essem, pacem svasi, & ursi donec & fieret compositio.* 3 *Experrectus tradidi me orationibus : qvibus finitis dixit Dominus.* 4 Tu saltem ne fluctua! Ecce venit qvidam qvi Principem ut dormientem Angvem è foramine suo propellet. 5 O retusam ejus mentem, qvam sibi & aliis hebetavit ipsemet, fidem habens speciosis Polonorum promissis, Regemqve ipsorum se fore (ab ipsis electum) sibi vanè persvadens. 6 Beatus qvi meô ductu acqviescit! sciens in nullius hominis potestate viam esse suam : nec enim aliter qvàm os meum loqvutum est fiet, toto ambitu orbis mei. 7 Mea hæc est causa, Ego illam ago & agam per vos, non autem ipsi vos homines : qvibus nihil melius qvàm obseqvi mihi, & ad meum ductum ire qvô jubeo. 8 Ego enim alium ad hoc, alium ad aliud adhibiturus, non à vobis capio consilium, nec ab ulla creatura mea sub sole, vel supra solem. 9 Cui meo Soli ego cursum suum semel tantùm dimensus sum : ille tamen dimensionem suam servat, non digrediens à viis sibi præfixis. 10 Vos autem, ô Homines, renuitis eum mihi dare honorem, ut incedatis per vias ductûs mei. 11 Sciatis igitur neminem vestrûm tempora sua, viasqve suas, vel nosse sine me, vel habere in potestate sua. 12 Faciat qvisqve vestrûm qvod mandavi, & mando, Ego per qvem vivitis : auxilium expectans à Me, non ab Hominibus, & vanis illorum cogitatis vel attentatis. 13 Ecce nemo vestrûm sumere aliqvid sibi vel

vel alteri poteſt, niſi qvod Ego dare decrevi, & do, ſine meritis ve-
ſtris. 14 Do autem non pro vobis ſolis, ſed & proximis: qvod
vos neqve noſſe neqve obſervare vultis, ô homines ſemicæci, tota in
Terra, ex qva vos eduxi, & in qvam vos reducam, die & horâ mi-
hi notis. 15 Hîc finis eſto: Surge, ſcribe, para omnia in Po-
loniam, reſponſum Principis non expectans, viride lignum. 16
Nam Ignis copiarum mearum ibit è Polonia ulteriùs, ut ardeat in
Nationibus ultio potentiæ meæ, & finem aſſeqvatur decretum meum
de habitatoribus Orbis Terrarum. 17 Qvia jam tempus eſt meſ-
ſis meæ, & non veſtræ, ad vindictam ſumendam de contemptoribus
Nominis mei: ejus Nominis, qvod major Orbis pars nondum agno-
vit verè. 18 Non agnovit autem qvia luce Legis meæ, purita-
téqve mentis & cordis erga me Creatorem unicum deſtituitur. 19
Tibi cordi ſint omnia qvæ tibi & Adjuncto mando: ut æterna ſuper-
ſit memoria laboris veſtri in Nationibus Terræ, qvalis hucusqve eſt
antiqvorum teſtium meorum. 20 Vigila, ſurge, ſcribe, invocando
me. 21 *Quod & feci, invocans miſericordiam Dei &c.*

Rex. CCCXLII. Oct. 3.

[*Viſione R. Caſimiri*, 1. *& accenſæ facis*, 5: *auditione v. Eccleſiaſticæ Muſicæ*, 3. *& ardentiſſimarum precum*, 4. *futurum mox Eccleſiæ gaudium præfiguratur*, 6. *&c. Viennam & Pragam priùs capiendas*, 9. *Tranſylvani declaratio*, 11. *Ferdinandus deponendus*, 13. *Radzivilius*, 14.]

*A precibus matutinis rediit mihi ſomnus: & vidi Caſimirum Poloniæ Regem
pedibus venientem, veſte lacerâ, vultu triſti ac demiſſo, & loqven-
tem neſcio qvid.* 2 *A qvo me abduxerunt in Cœtum, allataqve fuit
pulcherrima toga: & in eodem Cœtu ingens multitudo fuit Doctorum virorum.*
3 *Inchoabat ergò Cultus Dei ardentiſſima Pſalmorum & Hymnorum decanta-
tione, ſed & inſtrumentalis Muſica ſubmiſſè intonuit.* 4 *Fiebátqve mihi
indicium, ut oratione ad Deum recitanda præirem: præibam igitur, ſubſeqvente
vocem meam toto cœtu, ad lacrymas usqve ac fletum.* 5 *Interim
Vir qvidam gravis accedens accendit Facem, qva fulgentiſsime ar-
ſit.* 6 *Et mox evigilavi, Dominus vero ad me:* Gaude tu
ſerve mi, nam glorificabis nomen meum! Ecce accendi Facem
qvam

(qvam nemo jam exstingvet) ad peragendum causam meam, & illuminan-
dum longinqvas Nationes terræ. 7 Vos autem cantabitis palàm mihi,
& nomini meo (sed non omnes è dispersis) in patria Vestra: qvô Ego vos
reducam, aliqvi tamen manebunt extra illam. 8 Dominus Mesericii
(*Baro de Zerotin*) videre te avebit, qvem adibis. 9 *Dum cogitarem,*
citóne illa Nominis divini celebratio incipiet? *respondit Dominus:* Vien-
nam ante obsidere debebit Exercitus meus, occupareqve Pragam; cujus
Pars minor incendiô vastabitur. 10 *Cœpi ergò pro iis, per quos hoc Dei*
opus agendum est, orare, & pro illo, quô æternum iô utimur: Dominus au-
tem, Ista mihi manda, Ego providebo. 11 Princeps jam pulchrè ani-
mum declarat suum (*Septentrionali*): qvod ejus responsum qvamprimùm
venerit, ne tardate mittere in Poloniam. 12 *Mihi autem in mentem*
venit Ferdinandi, & Dominus: Dedi eum, & dabo, qvieti, ut ne ampliùs
in æternum dominetur in Europa, neqve imperet, cum sui similibus: 13
peccavit enim in me, & in animam suam, cæcus existens. 14 Radzi-
vilio suam fidelitatem pensabo: qvod audies & gaudebis. 15 Surge,
ac tibi attende! rarò qvôqvam exeas: delectatio tua Mecum sit: erisqve
mihi dilectus servus, enutritus verbis fidei, virtutémqve hauriens ex me.
16 Protectio mea tecum sit! 17 *Qvos Domini mei sermones ego & mi-*
ratus & gavisus, cantabam Psalmi. 146.

Rev. CCCXLIII. 5 Oct.

[*And. Klobusicius providus ac beneficus,* 1. &c. *Occultum promissum,* 8. *Epe-*
resienses, 9.]

Diluculò ipso ostendit mihi Dominus A. Klobucicium, cum aliis Consi-
liariis mensa assidentem, cui è regione me qvoqve assidere jusserunt. 2 *Il-*
le verò, cum de re bellica, & de Sclopetariis Principissa, verba faceret, refere-
bat se ad meum testimonium, lacerâ veste illos esse: qvod ego affirmabam. 3
Ille interim propiùs mihi se admovebat cum filio suo, tradens illi occultas lite-
ras, qvibus conservandæ valetudinis Regimen descriptum fuit: qvod cùm ei ex-
plicaret, avidè auscultabam. 4 *Qvum transisset visio, & ego pro illo orarem*
respondit Dominus: Literas ab illo accipies, confirmantes sermonem meum:
& opus meum. 5 *Atqve ita fuit, seqvente vesperâ mihi fuerunt redditæ,*
cum mandato ad Provisorem admetiendi mihi Frumenti, promissôqve benigno ul-
terioris curæ. 6 *Deo meo gratias egi, illius providentiæ id tribuens, qvod eo*
tempore tale hoc venisset beneficium, qvo ultimus farinæ pugillus è cado meo
absu-

absumendus fuit. 7 *Tantò verò gratior fuit epistola, quia propriâ manu exarata, quod nunquam antè factum: & quòd me de statu rerum in Polonia, & de Cosacis, & Casimiri ad Principem misso Legato*, &c. *docuisset.* 8 *Cum de occulto promisso (S. NB.) cogitarem, respondit Dominus:* Intermittis laborem, quô opus est. Accerse cooperarium è Moravia, quem nosti. 9 Revelata tibi communica Eperiesinis, ut illis quoque accedat lumen. *Cœpi ergò describere ab 2 Augusti*, &c.

Rev. CCCXLIV. 6 Oct.

[*Conciones Pastorum Evangelicorum*, 1. *examen illorum ab Auditoribus*, 5. *& à clamosa Pontificia turba*, 6. *Horum expostulatio cum Evangelicis*, 8. *& ab his facta illis enormitatum exprobratio*, 13. *Cleri Papistici diffugium*, 25. *Politicorum insecuta mox Ecclesiæ Reformatio*, 26. *Videns orat*, 30. *conscribere hæc in usum futuræ disputationis jubetur*, 32, 33.]

A*Nte duodecimam noctis tristis eram animô, & ostendit mihi Dominus Pastores Ecclesiarum nostrarum, sed ignotas mihi personas.* 2 *Nominabatur tamen* Joh. Fel. Pet. Fig. *&c. omnes simplici habitu vestiti & attritô, interque illos ego eram, similiter indutus.* 3 *Et disponebamur ad habendas conciones, habuimusque illas seorsim quisque locô suô.* 4 *Finitis concionibus convenimus denuò, ad instituendum examen, de qua materia, & quid, perorasset quisque.* 5 *Erant a. præsentes varii Auditores, non nostri solùm, sed & aliis ex Ecclesiis, viri tum Generosi tum Eruditi, enarrantes quid quisque observasset.* 6 *Finitô singulorum sermone, ingressi sunt ad nos magnis agminibus Papistæ, Politici & Clerici, variorum ordinum, Conciones habitas clamosè ac pompose refutare instituentes.* 7 *Non inesse talia Religioni suæ absurda, qualia tum à nobis, tum ab aliis Evangelicis Ministris sibi affingantur.* 8 *Inter primos expostulatores fuit, in medio stans, Iesuita quidam, Vir faciei pallidæ, totusque gracilis, qui clamore magno vociferabatur, ut expergiscerer.* 9 *Evincere tentans, injuriam se à nobis passos & pati, neque fraternè aut Christianè fieri, quod tantum illis quæramus apud populum conflare odium.* 10 *De seipso autem & suis prædicabat, quòd illi modestè & tranquille res suas agerent: nos a. virulenter clampalam scripsisse, & clamitasse, scripturas adulterando: referens se in his omnibus ad potentiam Regum, Principum, Consiliariorumque suorum.*
11 *Ad quod illi qui à parte nostrâ stabant, paucis & modeste respodebant: documenta tantùm eorum quæ protulisset requirentes, &* undenam illi rerum suarum fundamenta haberent? 12 *Illi ergò produxerunt plura Regum, Princi-*

pum, Magnatum, Epiſcoporum, Populique agmina, ut eos intuitus ego paveſcerem,
ne nos opprimerent, armati enim erant: ſed ſtabant qvie:e. 13 *Et cœperunt no-*
ſtri, Eccleſiaſtici primùm, deinde populus, animoſe, graviter tamen, de eo loqui,
Qvæ & qvalia Papiſtici Sacerdotes, & cum illis cæteri illi, contra Dei Le-
gem, contra Chriſtianam Fidem, contra Charitatem Dei, & Ordinem ſan-
ctæ Jeſu Chriſti Eccleſiæ, clamitare & agitare ſoliti ſint. 14 Et qvæ ſchi-
ſmata inter ſeipſos, Clerici & diverſorum Ordinum Religioſi in Papatu,
habuerint, & adhuc habeant, qvaſi perpetuò. 15 Idqve non de Ve-
ritate Legis, doctrinæqve divinæ immutabilis: ſed de fraudibus & men-
daciis circa Scripturas ſacras, circa Sacramenta, circa Conjugium, circa
Jejunia, circa poteſtatem illegitimam violenter in Eccleſia uſurpatam,
circa Dominium conſcientiarum, & qvidqvid ſimile in Theologia & Po-
litia. 16 *Hæc primùm ſic modeſte noſtri omnibus Pontificiæ partis præſenti-*
bus: Deinde ad Jeſuitam illum converſi, *vehementius illum verbis urſerunt,*
apertè dicentes: Ex te ſpiritus malignitatis & hæreſeos, ſicut & ex tui ſimi-
libus, prodibat. 17 *Pergebant:* Vos ad ſeditionem concitabatis Gen-
tes! Vos fuiſtis Accuſatores ſimul & Judices! Vos vobis ſolis Jura ſervire
voluiſtis! apud vos nulla fuit miſericordia, ſed truculentia & ſangvinis
profuſio! 18 Qvalium aliqvid oſtendite ac demonſtrate de nobis,
vel ſuperioribus noſtris? 19 Apud vos fuit poteſtas conculcandi Re-
ges etiam: apud vos ſupplicia, apud vos combuſtiones, apud vos excom-
municationes, ac è terris proſcriptiones, apud vos ademptiones hæreditatũ,
plebejis & illuſtribus, apud vos Conjugum divortia! 20 Apud vos
functionum venditationes & emptitationes; apud vos Sacramentorum &
omnium ſacrorum nundinationes; apud vos vis ad Religionem coactiva &
carceres, apud vos Conſcientiarum onera graviſſima: apud vos Terræ
etiam ipſius invidentia, ejusqve pro mortuorum qviete venundatio.
21 Apud vos parentum in liberos, & liberorum in parentes, concitatio:
apud vos ipſius qvoqve cœli Eleemoſynarum nomine nundinatio, & è Pur-
gatorio redemptiones (fictæ.) 22 Apud vos meritis humanis virtu-
tis ſalutis attributio! apud vos Idolorum auctionaria mercatio! apud vos
Sanctorum invocatio! 23 Apud vos ad deſerta & religioſos angulos
peregrinationes, & Chriſti, monſtrantiæ vel hoſtiæ incluſi, huc illuc geſtatio-
nes, & phantaſmatis ſine re oſtentationes: apud vos hominum cum exe-
cratione, faciumqve exſtinctione, ad infernum miſſitationes; rurſumqve
gratiæ Dei nummis venundationes. 24 Qvæ omnia ſic non aliter
eſſe, vos Papiſticus Clerus, vos illorum Populus, Conſcientiaqve veſtra,

& ipsa tandem Veritas, ad Dei tribunal vos convincent. 25 *Quæ*
omnia cum Auditores nostri ita simpliciter recitarent, nos Pastores tacebamus, in-
dicium tamen facientes, ut altera pars ad hæc responderet: sed nihil audivi, tacitè
solummodò eos subducere sese vidi. 26 Reges autem ipsi cum aliis Poten-
tibus derelictas illorum sedes, & altariola, aggressi subvertebant, ut me
terror invaderet: metuebam enim qvid nobis futurum esset ab illa Mundi
potestate. 27 At illi unanimiter omnes loqvi cœperunt, & mandare,

I. Christum solum prædicari.
II. Contra veritatem Legis & Conscientiæ non loqvi.
III. Concionando neminem condemnare.
IV. Vitæ & conversationis Christi exemplum imitari.
V. Ductu Legis Dei, cum certitudine salutis in Christo repositæ, frui atqve acqviescere.
VI. Duo tantùm Sacramenta celebrari.
VII. Preces per solum Christum offerri.
VIII. Errantes in lenitatis spiritu corrigi.
IX. Impœnitentes ab Ecclesia segregari, odiô habita etiam à carnis contactu maculatâ tunicâ.
X. Lapsos & pœnitentes diligi, recipi, sanari, solari.

28 *Hæc omnia ubi transierant: qvid mihi faciendum esset, cogitare cœpi;*
venitq; in mentem orare peccatorum remissionem, cecinique huc destinatum hymnum.
29 *Hôc sinitô cogitabam, an qvæ vidi & audivi recordari potero?* 30 *Ad*
qvæ Dominus; Ut Alphabeta inscripsi totum hoc memoriæ mentiqve tuæ.
Laudabam itaqve denuò Dominum cantu. 31 *Qvi deniqve ad me;* Surge,
& hæc omnia scribe! Opus his erit ad futuram Disputationem. 32 *Sur-*
rexi itaqve mox noctu, & descripsi hæc antequam sonuisset primam.

Hallelujah!

F I N I S.

H*Actenus ea qvæ in publicum mitti jussa sunt: qvæ postea sunt seqvuta, & adhuc, ea in privatum Videntis & Adjuncti usum dici, patet ex Rev.* CCCXLIX. *v.* 7 (Non opus plura. Non ferret Mundus, si omnia arcana mea enarrarem tibi. Fi-

nem ergò imposui iis, qvæ omnes scire volo, sermone 6 Octobris habitô: qvi sermo, sermo veritatis est, cui non erunt resistendo Idololatræ, cæci illi duces.) *Et Revel.* CCCLI. *v.* 14. (Nihil ampliùs exqvire! Scio ego qvid tibi significandum sit tuà causâ. Mundus habet satis: hæc in tuum & Adjuncti usum scribe.) *Et Revel.* CCCLV. *v.* 10. (Relinqvat Adjunctus clausulam, ut eam ultimò misisti. Expendant illa non tantùm qvi me nórunt, sed illi etiam qvi nondum norunt.) *Parendum itaqve Deo, atqve hic cessandum: tametsi Revelationum non exiguus supersit numerus, & in iis multa publicum qvoqve concernentia.* Hoc observandum, Revelationibus hîc finem imponi, ubi Reges cum aliis Potentibus Ecclesiæ reformandæ adhibent manum (*v.*26-30.) *ad significandum, procul dubio,* divinas hasce Revelationes in opus exituras, Reformandi potenter Mundi. *Qvod qvibus videre dabitur, cantabunt canticum Mosis servi Dei, & canticum Agni, dicentes:*

Apocal. 15. *v.* 3, 4.

Magna & mirabilia sunt Opera Tua, Domine Deus Omnipotens! Justæ & veræ sunt Viæ tuæ, Rex sanctorum. Qvis non timebit Te, Domine? & magnificabit nomen Tuum? Qvia solus sanctus es; qvia Omnes Gentes venient & adorabunt in conspectu Tuo: qvoniam judicia Tua manifestata sunt.

APPENDIX.

I.

Subjunctæ sunt nonnullis Revelationibus notæ, ubi subobscuri aliqvid luce egere visum. Addi aliqvid operæ videtur pretium.

Revel. XLVI. V. 7. O Viscum, viscum Lignorum meorum profer te! excisum & expolitum è Lignis Orientalibus, Septentrionalibus, &c.) *Absurdissima nobis visa fuit illa qvorundam seu Populorum, seu Personarum, VISCI nomine appellatorum, nomenclatura. Videns tamen, ut alibi ita hic, nihil mutari passus est. Et tametsi explicatio hîc additur* (*v.* 15, 22, 26, 28, 32, 35.) *iteraturqve postea non uno locô, asseqvi tamen qvô sensu, & cur, hæc ita dicantur, non fuit datum, nunc demùm, decurrentibus Typographicis operis: nempe* fieri hoc in contemptum superbiæ hostium Dei. Qvi cùm sibi potentissimæ Arbores videantur (*& sanè Deus ipse in Scriptura magnos Populos & Reges Arboribus magnis comparat, Ezech.* 31. *v.* 3, *&c. Dan.* 4. 20, *&c. sicut & Austriacam domum apud Kotterum V.* 16, 17. *Poniat.* XIII. 30, *&c. Drab.* XXX. 9. CCXXXIII. 4.) Deum tamen ad eradicandum eos non iis mediis esse usurum, qvæ magnum etiam qvid per se videantur; sed talibus,

qvæ

quæ illi Babylonicô suô fastu pro nihilo reputare consveverunt. *Ut sunt* ab Ortu Racocii, *non ita pridem ad Principale decus evecti:* à Septentrione Domus Palatina, *hostibus pro contemta, abjecta, conculcata habita: ex qva tamen Deus Septentrionali Regno Regem se daturum minatur* (XLVI. *v.*27, 30.) A meridie Græci & Rascii, *gens prorsus ignobilis* (*v.* 22, *&c.*) Ab occasu gens montana Helvetii, cum Civitatula Genevensi (*v.* 34.) *Qvalia hæc sunt, qvalésqve illorum vires esse possunt, respectu tantæ Monarchiæ, qvam evertere jubentur? Prorsus ac si qvis teneres illas viscosas propagines, Arboribus supercrescere solitas, & inde* excîsas (*ut hîc stupendâ emphasi dicitur*) *Arbores ipsas* (*& qvidem* tàm altè radicatas, Cœlum vertice contingentes: & aspectum ad terminos universæ Terræ habentes, *Dan.*4. 8.) *oppugnare jubeat ac eradicare. Qvòd hæc Visca dicuntur* excîsa & expolita, *geminam emphasin habet. Nempe qvòd Deus Gentes & Domos istas ad Opus hoc separaverit: sicuti si qvis Viscô ad aliqvid vellet uti, avellere illud ab Arbore necesse haberet.* Expolitum autem Viscum *eô sensu dicitur, qvô* Sagitta polita, *Ies.*49.2. i. e. acuta, *Iesa. c.* 5. *v.*28: *hos enim per se debiles manu Dei roborari, exacui, expoliri, ad tantum Opus necesse fuerit.*

II.

De Mensibus, Septembri, Octobri, Novembri.

Mirum aliqvid Mensibus his exspectandum fuisse aliqvando, observavimus qvidem apud Kotterum *Cap.*XV. *v.*50: *& apud* Drabicium *Rev.*CCXLV. *v.*6.7: *& Rev.*CCLXVI. *v.*20: *&* CCCXXXV. *v.*15,16,17. *Sed hoc non observavimus nisi demùm,* Omnium trium nostrorum Vatum Revelationes esse finitas, & obsignatas, mense Octobri. *Kotteri enim solemnissima Visio* de Victoriis Agni, & Ecclesiæ Triumpho, *fuit 6 Octobris Anno* 1624: *uti descripta est Capitibus* XXXVIII, XXXIX, XL. *Eâdemqve die* (6 *Octobris annô* 1655, *pòst elapsos* XXI *annos*) *vidit Drabicius Papatum reformari, per ipsosmet eatenus Papam seqvutos Politicos: qvam Visionem obsignari jussam, ut ultima esset inter publicandas, narratum est modò.* Virginis qvoqve October singularis fuit, Vaticiniorúmqve ejus colophon. *Nam* 16 *Octobris Visiones prius scribi prohibitas septem* (*à* XVII *ad* XXIII *inclusivè*) *conscribere fuit jussa: eoqve peracto, clausulam imponendi mandatum accepit,* 29 *Octobris. Frustrà hæc sic disposita fuisse ab æterna Providentia, impossibile. Exspectandum igitur erectis capitibus, qvid Menses illi allaturi sint* annô, qvô Deus Divinitatem suam Mundo universo demonstraturus (*Ies.*41. & 43. *capp.*) illustres prædictiones suas illustri eventu coronabit.

III.

De Catalogo impletorum & implendorum.

Contexi petierunt nonnulli, horum conscii, Catalogum earum rerum, qvæ apud hos nostros prædicta eventu ipso comprobata sint: ut ex præteritis judicium formari possit

nem ergò imposui iis, qvæ omnes scire volo, sermone 6 Octobris habitô: qvi sermo, sermo veritatis est, cui non erunt resistendo Idololatræ, cæci illi duces.) *Et Revel.* CCCLI. *v.* 14. (Nihil ampliùs exqvire! Scio ego qvid tibi significandum sit tuâ causâ. Mundus habet satis: hæc in tuum & Adjuncti usum scribe.) *Et Revel.* CCCLV. *v.* 10. (Relinqvat Adjunctus clausulam, ut eam ultimò misisti. Expendant illa non tantùm qvi me nôrunt, sed illi etiam qvi nondum nôrunt.) *Parendum itaqve Deo, atqve hîc cessandum: tametsi Revelationum non exiguus supersit numerus, & in iis multa publicum qvoqve concernentia.* Hoc observandum, Revelationibus hîc finem imponi, ubi Reges cum aliis Potentibus Ecclesiæ reformandæ adhibent manum (*v.* 26-30.) *ad significandum, proculdubio,* divinas hasce Revelationes in opus exituras, Reformandi potenter Mundi. *Qvod qvibus videre dabitur, cantabunt canticum Mosis servi Dei, & canticum Agni, dicentes:*

Apocal. 15. *v.* 3, 4.

Magna & mirabilia sunt Opera Tua, Domine Deus Omnipotens! Justæ & veræ sunt Viæ tuæ, Rex sanctorum. Qvis non timebit Te, Domine? & magnificabit nomen Tuum? Qvia solus sanctus es; qvia Omnes Gentes venient & adorabunt in conspectu Tuo: qvoniam judicia Tua manifestata sunt.

APPENDIX.

I.

Subjuncta sunt nonnullis Revelationibus nota, ubi subobscuri aliqvid luce egere visum. Addi aliqvid operæ videtur pretium.

Revel. XLVI. V. 7. O Viscum, viscum Lignorum meorum profer te! excisum & expolitum è Lignis Orientalibus, Septentrionalibus, &c.) *Absurdissima nobis visa fuit illa qvorundam seu Populorum, seu Personarum, VISCI nomine appellatorum, nomenclatura. Videns tamen, ut alibi ita hîc, nihil mutari passus est. Et tametsi explicatio hic additur* (*v.* 15, 22, 26, 28, 32, 35.) *iteraturqve postea non unô locô, assequi tamen qvô sensu, & cur, hæc ita dicantur, non fuit datum, nunc demùm, decurrentibus Typographicis operis: nempe* fieri hoc in contemptum superbiæ hostium Dei. Qvi cùm sibi potentissimæ Arbores videantur (*& sanè Deus ipse in Scriptura magnos Populos & Reges Arboribus magnis comparat, Ezech.* 31. *v.* 3, *&c. Dan.* 4. 20, *&c. sicut & Austriacam domum apud Kotterum V.* 16, 17. *Poniat* XIII. 30, *&c. Drab.* XXX. 9. CCXXXIII. 4.) Deum tamen ad eradicandum eos non iis mediis esse usurum, qvæ magnum etiam qvid per se videantur; sed talibus,

qvæ

ad mirabilia tempora: exitum enim harum rerum nemo, nemo novit, nisi cùm oculis viderit, *&c. Et procidi in faciem meam humi, implorans misericordiam populo sangvine ejus redemto*, &c.

CCCLXXX. *Maji* 20) Dederam ego Lesnensibus ut oculum, & ut stellam collustrantem, N. N: sed apud multos parùm valuit zelus ejus, sermonésqve illis vera nuntiantis. Qvid fecerit, & faciat Domus Lescinia, novi ego, *&c.* De se, & duritie cordis sui, discordiisqve mutuis, & contemptu in Vobis exhibito mihi, qveritentur Lesnenses, acqviescentes sibi vitam conservatam donô meô, id spolii locô habeant. Ego mihi fidentes, & ductum meum humiliter seqventes, non deseram, *&c.*

CCCLXXXIV. *Iunii* 8.) Jam sonuit hora bis: malè vobis si non obsecundaveritis mihi! Adjunctus demùm captat remum, Navi (ut ille putat) amissâ. O si ille qvoqve non respectans homines mea seqveretur mandata, iretqve aut mea verba mitteret, qvô debuit! plaga hæc illum non feriisset. Meum tamen Opus procedet cum subversione Gentium, *&c.*

CCCLXXXV. *Iunii* 13.) Termini seculorum appropinqvant, juxta sermones antiqvorum Testium meorum. Qvod annuntiari Populis mandavi Vobis duobus: Vos autem transire sivistis jam alteram horam. Si per Vos steterit, qvomodo respondebitis mihi? Opus meum procedet etiam sine vobis (NB. NB.) & illis qvi obsecundare mihi æternùm viventi tergiversantur, *&c.* Adjuncto reddam qvæ abstulit hostis: sed ut jam vigilet, agat, tempus aliud ne exspectet, *&c.*

CCCLXXXIX. 2 *Aug.*) Opus meum procedet, nec obluctari poterunt ulla humana consilia, cum terribili Terræ motu, sangvinúmqve diluviis. Videbunt id attoniti tui & mei blasphematores: qvorum incredulitate, vos ne turbemini, tametsi Adjunctus apud eos, qvibus sermones meos revelat, non inveniat fidem, sed varios affectus. Sed appropinqvant iræ meæ diluvia.

CCCXCI. 18 *Aug.*) *Vidi multitudinem Virorum Ecclesiasticorum, inter qvos Adjunctus meus (habitu jam decenti, non tam lacero ut eum ante videram, tristem) manu tenens exemplaria excusa tria, & ad me dicens:* Ecce opus tuum! *Mox advolârunt Aves duæ, qvarum major minori decussit caput. Et Dominus:* Serve mi, sermones mei à Te scripti venient in lucem. Magna verò avis mea caput decutiet superbæ illi avi (Aqvilæ); qvod nemo hominum cogitare novit, posse id fieri tàm citò. Sed adventant tempora ut compleantur sermones mei ab incredulis temerè jactati. Egressus est Ferdinandus cum filio et fratre ad diem et horam interitûs sui, qvi eum ibi exspectat ubi ego terminum illi posui. Eveniet ei sicut Achabo, dicentibus prophetis ejus; Ascende Rex, et prosperè tibi cedet. Clamant illi ad me, sicut olim Idololatræ; sed ego nube me obtexi, ne illos exaudiam, sicut non audivi Pharaonem et Ægyptios plagis meis percussos, donec et absorpti sunt mari. Similiter hîc fiet; nam Exercitus reptilium meorum venient, etiam per hanc Terram, spe tuâ velociùs. Salus enim mea, reliqviis Gentium nuntianda est per universam Terram; tempus adest; nuntia hæc dilecto meo et tuo, *&c.*

Apoc. 5. v. 13.

Clausula Revelationum Iohanni Evangelistæ factaru

Apoc. 22. v. 18, &c.

Contestor omni audienti Verba prophetiæ Libri hujus: Si quis ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si nuerit de Verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus vitæ, & de Civitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libr dicit qui testimonium perbibet istorum. Etiam venio ci Amen. Veni Domine Iesu! Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus Vobis,

AMEN.

De Principis Transylvaniæ ruina,
(ejusque occasione de libro *Lux in Tenebris*)
Iudicium amici ad amicum.

S. ACcepi Tuas (25 Oct. iterumque 7 & 30 Nov. datas) quibus mihi Principis Transylvaniæ inauspicatæ in Poloniam expeditionis tristem exitum (qvomodo scil. ignominiosis conditionibus pacem à Polonis redimere coactus, Exercitum tamen amiserit, demumqve à Turcarum Imperatore Principatu dejectus, & qvibus hostium vaframentis, tetrisqve prodıtionibus res acta sit) prolixè narras. Eò tandem veniens, ut quid libro *Lux in Tenebris* futurum sit quæras: & annon optimus Princeps, iis quæ promissitata sibi fuerunt deceptum se, conqueri poterit? Fateor non sine causa hæc tibi venire in mentem: nam & alios qui conscii sunt, solicitos habet, ita res geri quasi omnia prædictis contraria eveniant. Verumenimverò non ita esse ut agnoscere, Deum cum judiciis suis justificare, amissaque solatia recuperare, discant quorum interest, *operæ pretium existimavi.*

I *Quædam exsignare loca, unde agnosci error, isque non unus, possit.*

II *Additis quæ terrere possint obstinatam adhuc mentem.*

III *Solatiisque rursum erigere obsequi paratam Deo.*

IV *Obsequiique illius ostendere viam.*

V *Et ad reliqua, quæ objici audio, respondere simul.*

I.

Quantum ad errores commissos, ita cogitandum est.

1 Omnes tres Vatum prædicunt, *Sine Turcæ ac Tartarorum interventu Babylonis destructionem non futuram* (ut jam de Mosco, & Dano, totâque regnorum Septentrionis & Orientis vi taceam: Kott. VI. 14. XV. 26. & XIX. 16. Pon. IX. 24. & XIII. 45. Dr. XLV. 20. & alibi.) Illi autem soli duo (Sv. & Transf.) peragere voluerunt omnia, cæteris exclusis. Non ergò potuerunt, nec debuerunt, prævalere: irritare tantùm, & irritari, ut tandem fiat quod consilium Dei prædestinavit.

2 Prædictum fuit, *Orientalem Leonem congressurum cum Septentrionali; gladiis armatos, sed sese mutuò non intelligentes, & ceu jurgantes,* Pon. XIV. 6, 7. Quos informaturus *Liber* decidit de cœlo (v. 8, 9. &c.) & *Cos* ignita, ad acuendum gladios suos (13) *Loricæque duæ*, ad circumdandum se virtute Dei (29) *Catena* denique ad colligandum sese fidei & amoris vinculo (31) Quam Visionem de illis duobus (anno 1657 in Aprili congressis) interpretabamur, & rectè (ductu Dr. Rev. c. v. 22. & CCCIII. v. 11.) Sed in eo fuit error, noster & vester, quod processurum jam mutuâ illorum ope Opus Dei sperabamus, & exultabamus: cùm tamen eadem Virginis visio Leones istos nullâ effectâ re ab invicem digressos, quemque unde venerat, narret (XIV. 38.) postea demum ad res agendum revocatos, Rev. XIX. 29. &c. Quid causæ verò quòd congressu isto primò nihil actum? Causa redditur intermediâ Visione XVI. v. 6, 7, 8. his verbis: *Septentrionales & Orientales tantùm modò sapientiæ propriæ sequi volunt consilia, quæ ratio stultitia est illis. Verè sunt ut jumenta: mirabile illis videtur, & impossibile, quòd per eos exsequi vult Altissimus. Ideò non possunt assentiri voluntati meæ, donec eis ipsemet in rem deduxero, ac veluti digitô quid faciendum sit monstravero: ibi demum illi, intellectâ voluntate meâ, argutari desinent.* Impletum ecce vaticinium evidentissimè, quantum ad partem priorem: implebitur etiam, dabit Deus, quantum ad posteriorem.

3 *Torrens exercituum Dei debebat ire per Hungariam, ad caput ubi habitat qui fulcit Meretricem* (Dr. CIV. 5. & alibi sæpè.) Errarunt ergò qui non hoc voluerunt, sed aliud,

 4 Iudi-

4 *Iudiciorum Dei exsequutionis initium fieri debebat in Hung.* perpetuâ postremi Videntis protestatione:*ut prima Terrarum ab Antichristi jugo liberaretur* Hungaria 124.12. quod illi non fecerunt.

5 *Turca & Tartarus ire debuerunt cum Principe* R.140.8.mandatumq; fuit expressè *inire cum Turca & Tartaro consensum*, 160. 7. & 146.4,19,20.Factumne? factum, sed contrarium (occultarunt n. ab illis consilia,& hinc iste Ottomannicæ Portæ adversus eos furor.) Et mirum sit Deum contrarios immisisse eventus?Metuendum potiùs ne veniant pejora,juxta comminationem 287.19: Terram hanc tanquam nube operiet exercitibus suis Turca, ignarus voluntatis meæ à Principe sibi non communicatæ:quod seram adferret pœnitentiam. *Ecce jam pœnitentia ! cujus jam præsentiscimus initia, ob inobedientiam voci Dei.*

6 Expressè fuit mandatum ad promovendum Nationum consensum, Betulletum (*Racocium*) debere decretum facere, illudque detegere aliis, & fieri cum illis unum, *Rev.* 152.3. & 205.19, 20. Factumne? Dicat conscientia, nihil esse factum.

7 De adeunda Polonia expressa fuit prohibitio, nisi domi compositis rebus, *Rev.* 199. v. 6, 7, 9. Princeps & in Poloniam ibit,invitatus, & in Hungariam.Sed priùs in Terra sua exsequatur quæ volo, ut se hìc securum reddat. Meliùs est Principi obsequi mihi quàm hominibus, qui se ipsos ignorant;& quid ego,cur,per quem,exsequi velim,non intelligunt.Itemque *R.seq.v.*5,6.Avertat nunc à Polonia cogitationes ad Reg. H. patriam suam, inserviens intentioni meæ &c. Ecce mandatum apertum, non observatum tamen.

8 Multò verò magis & severiùs,prohibita fuit in Poloniam expeditio propter spem Coronæ, à gente idololatrica dolosè, & in deceptionem sibi, oblatæ. Ita n. verba inhibitionis sonant, comminatione tristi additâ, *Rev.* 228. v. 11, 12. Betulletum affectat Regnum Poloniæ: sed quàm bonum illi esset me sequi,& meâ acquiescere gratiâ.Nisi adhuc obedierit mihi, hoc assequetur ut Mundo statuatur in exemplum (*Eheu tristes voces, eventu comprobatas!*) Tum *Rev.* 335. *v.* 10. Occlusit se Princeps metu hominum intra urbem miseræ suæ spei erga Polonos:ideò tergiversatur (obsequi mihi) cogitans sibi oblatum illum honorem.Inaniter a. se lactat vanis Polonorum, gentis dolosæ, sermonibus : malè illi erit, si Turca *suspi*cionem conceperit. (*Eheu iterum ! impletum tristissimè.*) Iterum *Rev.* 341.*v.* 5. O retusam ejus mentem, quam sibi hebetavit ipsemet, fidem habens speciosis Polonorum promissis, Regem illorum se fore vanè sibi persvadens.*Additur v.* 6. Beatus qui meo ductu acquiescit, sciens in nullius hominis potestate viam esse suam. Nec n. aliter quàm os meum loquutum est fiet, toto ambitu Orbis mei.*O si hoc ductu acquievisset!*

9 *Hoc etiam.* Præmonebat vox Oraculi, videndum esse ne Princeps cunctando rem perdat: expectando donec se Sol meridianus (Domus Austriaca) jungat habitanti Septentrionem versus (Polono, ut eventus ostendit.) Tum n. malè stabunt & Consilia & res ipsius:unde Principissam(matrem) obruet mæror intolerabilis,*R.*208.*v.*13.O verissimum oraculum! o infelices cunctationes! o noxii mentis errores ! quos emendare ô juvet tandem misericordia Dei!

10 Ultimum inter commissos errores (non postremum tamen fortè) est quod jam venit in mentem, de nunquam accersito Viro illo, quem Vestri causâ excitatum fuisse (o Hungari) & ad Vos propriè missum, omnia ostendunt, Vidente nempe ultimô N. D. Imò etiam quum hic ipsemet (oraculi jussu) Vos adiret, Deique nomine alloqui vellet, admissus non fuit, nec à Patre nec à *Matre.* (Ut patet ex *Rev.* 31. & 32. & 144. & 145. &c.) Quod tanquam sui contemtum zelatus est Oraculi author, *R.*106. *v.*6.& 110.*v.*4.

II.

Hæc de commissis hactenus à Domo Racociana erroribus: in quibus si perseverare,& sese adversus Deum obdurare placeat,comminationes jam quoq; ponendæ sunt ob oculos,ordine quo reperiuntur in Libro;sive impletæ jam sive implendæ, resipiscentiâ non interveniente.

1) *R.*31.*v.*2.In conspectum Principis delatus dicito, displicere mihi vias ejus &c. Confidenter Principi loquere, Perinde tibi esse vitâ aut morte servire mihi, dummodò impleas man-

mandata mea. Si omninò renuit obsequi mihi, me malum esse inducturum super eum, per ipsummet ejus exercitum, excisurumq; ex ipsius Domo mingentem ad parietem: id quod facilè possum. Et v.6. Loquere audacter, etiamsi irrisui futurus sis. (Nempe quomodo ab Aulicis servi Dei solent, pro stultis habiti, 2 Reg. 9. 11.)

2) R. 64. v. 5. &c. Malè res geruntur! quæ mandaveram ad Sigis. R. frustra audivit vocem meam &c. Cujus solium, sicut & Fratris ejus nisi adhuc obedierit, vacuum manebit inter Reges, sicuti mansit Saulis inobedientis, & à me rejecti, &c. Quid illis magis clarè manifestari potuit, atque factum est? Pollicitus sum benefacere illis, sicut & antea Patri eorum, citra merita eorum. Sed sicut Pater verba mea reputavit pro nihilo, ita isti; quibus retribuam iocundùm vias eorum, & dabo eos in contemptum, sicut feci aliis immorigeris mihi.

3) R. 69. v. 2. Omnes intentiones meæ assequentur finem, etiam apud illos qui vocem meam frustra audiverunt: in quo proposito si perseveraverint, malè illis! 5 Annon de illis ultionem sumam, sicuti sumsi de arbore Fici fructum non ferente? quæ exaruit: ego autem sine illius fructu ecce vivo! 6 Et Hedera Jonæ à verme corrosa emarcuit, Jonas tamen vixit: ita hîc erit &c. 9 Si constanter noluerint (obsequi) inveniam alios qui exsequantur voluntatem meam. 10 Consiliarii eorum seducunt eos: quos ego judiciis meis aggrediar brevi &c. 13 Aliter David, aliter Salomo. Nec vitæ David, nec auro Salomo pepercit, quid mihi gratum esset cognitò: ideò illis benedixit dextera mea. 14 His a. quid ampliùs præstare debui? & quæ de futuro promiseram, evenire debuerunt necessariò. 15 Sed apud illos evanescunt omnia vitiò incredulitatis, & avaritiæ, & duritiei cordis, cum inobedientia &c.

4) R. 71. v. 2. Ah væ, ah malum! peribit tota hæc Terra! Volvunt se calamitates de quibus pridem loquutus sum tibi: neminem a. reperio in quo sinceritas sit, & rectitudo, & fides. 3 A septem itaque partibus volvitur malum &c. 5 Opus verborum meorum nihil profecit hactenus: onus itaq; iræ meæ jam illis imminet: cui non prævalebunt, tametsi vafrè multa excogitant; Væ, væ, Terræ huic! &c.

5) R. 93. v. 5. Vos filii Racocii si non obedieritis mihi, sed exemplum Patris vestri, qui voluntatem meam exsequi renuebat, sequi voletis, malè Vobis erit. Si, autem mihi Deo vestro auscultaveritis, benè Vobis erit. Oleum benedictionis meæ super Vos erit, & super posteros Vestros: in altera namquè manu benedictio mea est, in altera maledictio.

6) R. 109. v. 4. &c. (post Visionem staminis, partem combusti, partem in olla cocti, partem per flumen missi) Sic ego faciam cum Terra Hungariæ, natione mihi infida, ingrata, mandatisque meis refractaria &c. Ecce n. frustra omnia recipiunt, quicquid illis tam clarè notificatum volui, quid sua in Terra fieri ab illis vellem. Ecce a. omnia pro joco & deridiculo habent! ideò illis non parcet oculus meus. 9 Confidunt illi suis libertatibus, quas non ipsi sibi, sed ego eis paravi: at hæ nihil proderunt in die iræ meæ.

7) R. 110. v. 2, 3, 4. Ecquid manifestius volunt super id, quod eis de omnibus modis & mediis, quid, ubi, quomodo, quando agendum esset, significavi? Excusationem nullam habent, nisi fortè quòd illis auri acervos non ostendi, quod illi mallent: ut tibi à quodam in castris dictum fuit.

8) R. 111. v. 5. Nihil morare irrisores, non tuos sed meos. Operatus ego sum opus meum in diebus antiquis, & operor, faciendo mortalibus indicia eorum quæ facturus sum &c. Sed reperiebantur tergiversantes. Qualis & ista Hungarorum natio est, fueruntque Racocii, pater & filius, quibus à me nihil dilucidiùs afferri potuit. Sed ecce oculi cæci, aures surdæ, lingvaque muta, in illis reperta sunt! Zelare solitus sum contra obstinatos, zelo & contra hos &c. 17 Bonum ipsis esset prospicere oculis propriis, antequam dies furoris mei veniat.

9) R. 119. 1. Mirare, mirare obstinationem rationis humanæ in aula Racocii! Verùm scito Opus meum processurum &c. Et 122. v. 10. Pœnitet me novennium jam laborasse cum gente Hungara, & Racociana Domo: qui noluerunt, neccdum volunt, intelligere voluntatem meam ut faciant. 11 Ideoque si obstinatè negabunt obsequi mihi, alios reperiam qui gratius excipient vocem meam &c. Et 131. v. 4. Si Transylvaniæ Princeps initium facere recusaverit, Turca faciet: sed malò Terræ hujus.

10) *Rev.* 134. 3. Vocavi eos Betulletum mihi dilectum: sed dum agnoscere me nolunt, neque se, quòd indigni sint solvere corrigiam calcei mei, sibi ecce nocebunt, reputari à me, ut pannutium tergendis pedibus meis indignum. *Et Rev. seq. v.* 6. O tricæ incoctorum judiciorum humanarum ratiocinationum, quæ in Aula Racociana (de sibi aliisque per te revelata voluntate mea) proferuntur! Iam n. mater & filius consilium determinaverunt, nihil in his agere: sicut nihil egerunt mortui eorum, pater & filius. Ideò relinquitur domus eorum deserta.

11) *Rev.* 148. *v.* 7. Inclamatis me (Vos duo) ut ego ipse Opus meum agam. Agam, sed cum deluvio eorum, quibus loquutum est os meum. Nam onus verborum meorum in eos recidet, &c. *Et Rev.* 162. Accensa est hac in Terra fax, cujus scintillæ jam volant per extera Regna: Sed Racociana Domus nondum movetur ad sermones meos, prodigia expectans. At non habebit aliud, nisi Fulgura & tonitrua Orientis (ah!) emittentis Sagittas suas (in Tartaros?) Et contremiscent Civitates Terræ hujus tanquam viscera palpitantia, & trepidabunt Arces attonitæ, propter obdurationem cordis ad sermones meos. Vivo ego Jehova, si perrexerint non obedire &c, ignis & gladius devorabit eos, &c.

12) *Rev.* 161. *v.* 6. Si modernus eadem viâ incedet (quâ Pater & frater) ecce ignis aquarum mearum tumescit! In sanguine piscabuntur filios suos, si ego per alienigenas occepero causam agere meam hac in Terra. 7 Desinant pòst lamentari &c.

13) *Rev.* 180. *v.* 9. Dicito eis: Flatum ventorum meorum adductum diluvium à *Solis* ortu in Terram hanc. Quod ubi peregerit opus suum, venturos à Septentrione afferentes dona: sed non erit cui ea distribuantur propter rarefactam gentem, cui frustra revelabam voluntatem meam &c.

14) *Rev.* 211. *v.* 17. Ad ostium oris tui ego stans denuntiavi, quid fieri vellem hac in Terra: sed desunt Viri intelligentes, & viis meis attendentes, quòd talia non frustra faciam. 19. Tantùm illi suis Libertatibus confidunt, fiat alibi quicquid fiat. 20. Sed oppriment eos dolores parturientis, cùm ego inclamare incipiam gentes &c. 40. Betulletum dejecit jugum obsequii de cervice sua: audies Tu quid facturus sum ego &c.

15) *Rev.* 215. *v.* 2. Vertunt se in omnes facies illi, quibus factus est sermo meus, ut suspectam reddant voluntatem meam: sed malum videbunt exitum consiliorum suorum. *Et Rev. seq. v.* 3. Princeps ob inobedientiam rejectus est: De Domo hac nemo ad eam veniet gloriam quam habuerunt hi tres &c. Et 217. *v.* 2: Plus non loquor habitatoribus Terræ hujus. 3 Opus meum est secundum justitiam: obsequiosos & emendantes recipio, inobedientes ad pœnas traho &c.

16) *Rev.* 218. *v.* 6. Sciat Princeps, proditiones Transylvanorum fore super caput ejus loco Coronæ R.H. recident enim super eum (*eheu! eheu!*) comminationes meæ Patri ejus cum obtestatione factæ. 8 Ecce novacula est in manu mea, & quidem acuta, ad detondendum gloriam Racocianæ Domûs, transfereturque iniquitas Domûs Austriacæ super Domum ejus. 9. Principissa malè impegit svasionibus suis ad fœdera Polono jungenda: rescindi volet, sed serò.

17) *Rev.* 225. *v.* 6. Ecce vanæ illius, & Consiliariorum, ratiocinationes similes sunt ratiocinationi jumentorum! 7 Ostende tu Bovi aurum pretiosissimum & argentum purissimum, intuitus ea contemnet, præ vili herba & gramine quô pasci gaudet: ita sunt qui terrenas suas ratiocinationes sequuntur, ad se, non ad me, conversi: 8 Princeps R. si voluntati meæ resistere perget, ego velut acetum diffundam odia suorum contra eum.

18) *Rev*, 236. *v.* 10. Non ampliùs illis loquar, sat habent. 11 Non mea erit culpa, quum intensô Arcu ejaculabor adversum eos plagas meas, coquamque eos in olla ultionum mearum, donec assequantur tristem exitum &c. Et 242, v. 3. *Vanitas Mundi quam sectatur Princeps Tr. illum non servabit tempore ruinæ suæ.*

19) *Rev.* 253. *v.* 7. &c. Ecce qui debuit inchoare, noluit hucusque! Si alii inchoabunt, *illi! nisi adhuc* (NB.) *resipiscat*. Sat diu illum inclamavi, & inclamo: sed obturavit ocu-

ios

los, ne videat. Percutiam ergò Terram Virgâ oris mei: peribitque sapiens cum sapientia sua.

20) *Rev.* 248. *v.* 5. Tanquam lapidem molarem alligabo iram meam collo Principis, & posterorum ejus, nisi tanquam aquila volârit ad P. &c. Et 251. 8. *Ne gustent panem dentes I.M. nisi mittat omnia Principi, moneatque, ut pareat consiliis Dei.* Item 310. v. 5. *Nisi se recollegerit Princeps, una cum Consiliariis suis, ignis iræ meæ denuntiatus pridem recidet super eos.* 6. *Non nasci eum præstitisset* (eheu!) *quàm perire omnem circa illum operam meam.*

21) Rev. 336. v. 8. *Currit jam responsum à Principe, sed frustraneum: nam frustra percussa est petra illa, non exiit inde aqua, nec fluit: sed fluet sanguis furoris mei, cùm illi exitum invenient suis factis dignum.* (Eheu! eheu!) Plura id genus cur memorem?

III.

Quàm ecce terribilia sunt hæc! Me tamen (ô Amice) meliorum spes habet etiamnum, propter interspersa passim solatia: si modò emendare adhuc; & quidem seriò, animus esset. Daret adhuc Deus, ut paternum ejus cor videremus mollescere posse, ut ne faciat quod interdum justè minatur, Ier. 18. v. 7, 8. Os. 11. v. 8, 9. Recitabo solatia illa.

1) *Rev.* 109. *v.* 18. Succurrite adhuc, succurrite, Racocio! fortassis adhuc redibit ad se. *Ecce succurri vult! ergò non perdere decrevit, sed emendare, immissis flagellis.*

2) *An frustra dictum putabimus* (*Rev.* 199. *v.* 22.) Parva est Racociana Domus in oculis hominum. Sed ego illam elegi, ut me in illa, & illam in me, glorificem ultimis diebus Mundi. Et *Rev.* 194. 14. Profectò si R. timebit me, & fulgorem obsequii à se dabit ad opus meum, flammescet ignis amoris mei erga ipsum. Et *Rev.* 90. 5: Ultra ultimos Oceani terminos diffundet se splendor Betulleti mei dilecti &c. *Certè hæc gloriosum quoddam Dei propositum de illo ostendunt.*

3) *Et an frustra illi tam solemnis contra tetras hostium machinationes facta promissio?* ut, tametsi foveam ei parent, Deus tamen illum obvallaturus sit repagulis firmissimis, ne nocere illi queant (*Rev.* 184 *v.* 15.) Ecce enim impletum, deduxerunt eum in foveam terribilem, infinitis cuniculis structam, & ecce conservatus est!

4) *An frustra præfiguratum, Hungaros ægrè quidem intellexisse Videntem suum* (ultimum illum, sibi missum) *intellecturos tamen tandem, & venturos agminatim?* Rev. 200. v. 2, 3.

5) *An frustra dictum, Deum undique pressurum Principem donec evigilet, ut intelligat judicia Dei?* R. 283. v. 3. & 294. v. 8. & 323. 9. Sicut & de ambobus illis Leonibus, quòd licet erga revelatam Dei voluntatem brutè se gerant, Deus tamen eos in rem deducturus sit ut intelligant. Pon. XVI. v. 7, 8.

6) An frustra, Turcas immittere illi minitatus, rursus tamen *quòd Turca (Balænæ instar) se ab illo capi patietur cum Orientalibus gentibus* (Rev. 146. 4.) *ut euntes perdant Bestiam* (331. v 13.) prænuntiari jussit?

7) *An frustra illi Regalis promissa Corona?* (R. 4. v. 35, & alibi.) Quam tametsi auferre ab illo minatus est (218. v. 6.) reddere tamen rursum promisit, emphaticissimis illis verbis: Recordando recordatus sum misericordiæ meæ, promissionisque Patri & Domui suæ factæ. Tantummodò dic ei, ut jam magis attendat in me Factorem suum, &c. (*R.* 244. v. 25, 26. Videatur & pòst, *R.* 288. v. 4, 5. & 289. v. 25.) Nec metuendum illud (*R.* 216. & 226.) de I. K. dictum, illum Betulleti loco transacturum causam Dei. Admittit enim hunc sensum: Illum negotium, ad quod operam suam conferre tardavit Betulletum, promoturum esse apud Orientales: quò & fine fortassis captivus abduci debuit. Quod si eventu patescet, tantò magis admirabiles apparebunt viæ Dei nostri.

8) *Quid autem quod post cladem jam (in Polonia acceptam)* & ante ultimum illum Turcæ furorem denuntiatum (2 Oct.) Videnti factum est mandatum: *Scribe ad Principem, ut missas faciat Terras alienas, domi agat quod mandavi.* Quid hoc? annon immutabilitatem de illo decreti Dei ostendit? Magis verò etiam 7 Nov, (v. 3, 4.) *Operarii mei* (Orientalis & Septentrionalis. R. & Sv.) *seipsos præcipitarunt, non faciendo voluntatem meam, sed sequendo cogi-*

 tationes

[redacted]

tationes cordis ſui, ideò ſe impleverunt doloribus multis. 4 *Sed probatio hæc eſt mea, fidei & obedientiæ illorum. Faciant ergo omnes hoc tantùm quod mando &c.*

IV.

Hoc ergò unum reſtabit, ut ad Deum converſus Princeps tandem emendet. *Quid emendet?* Dicam, ſed ex ore Dei.

1) *Ne dormitet ampliùs ad voces Dei.* Tempus enim eſt, tempus, ut ad ſe redeat (Rev. *66.* v. 3.) Saltem nunc jam, cùm ſuper ſe ignem tonitruum Dei ardeſcere ſenſit (334. 12.)

2) *Privata ne quærat ante publica:* ſicut fecit pater ejus & alii (R.45. v.6,7. Si nihil iterum niſi ſui conſervationem quæret, eòdem res quò priùs recident.

3) *Ratiocinationes ſuas ne ampliùs manifeſtatæ voluntati Dei præferat* (R. 202. v.6 7. & 204 v.44. & alibi paſſim.)

4) *Obſequi proponat in cordis ſimplicitate, juxta illa* Dei verba (Rev. 163. v. 13.) Propoſitum conſilii mei de illo, enuntiatum per te, ſtabile eſt, ſi non defuerit fides, ſimplicitas, & obſequium erga me & vocem meam. 14 Quæ tria quia Sauli defuerunt excidit Regno, tametſi jam coronatus: *meus n. ductus volentium eſt, quid mihi cum carnali populorum prudentia?* 15. *Apud me nihil valet niſi timor cum fiducia, obedientia cum alacritate, & ſimplicitas cum patientia. Quicunque his inſiſtebat unquam viis, habitabat in excelſis Terræ ſecurè.*

5) Mox hàc horà miſſa faciat fœdera cum iſtis, adverſus quos Deus ſuam agit, & peraget, cauſam. R. 204. v. 33.

6) *Seponat puſillanimitatem, induat animi robur.* Ita enim ſcriptum eſt *Revel.* 199. v. 11. Quiſquis plus timet homines quàm me, non eſt perfectus in charitate. 12 Si David ſervus meus Goliathem formidaſſet, non evaſiſſet victor nomini meo confiſus. 13 Et Samſon, ſi ſe intra mænia Gazæ concludi non fuiſſet paſſus, non habuiſſet occaſionem patrandi robur. *Et R.* 104. *v.* 34. Qui ſapiens eſt oſtendat virtutem, qualem oſtendit David & Gedeon, ſine viribus humanis, ſolò nomine meo. 35 Plus apud iſtos potuit Verbum meum, quàm apud multos Veſtrûm modò. 36 Quis Veſtrûm cauſam ſuſcipit meam? *Et paulò poſt v.* 43: Racocium undique timere incipiunt. Ego verò benefaciam illis, qui ſe illi ſinceros exhibebunt. 44 Conciliâ ego apud me conſilium de illo & quis eſt qui reſiſtat æternæ potentiæ meæ? dummodò ille ductum ſequetur meum. (*O ſequatur ergo vel jam tandem!*)

7) *Emendet quoque accerſendo ad ſe Videntem:* quod mandatum eſt toties. Etiam in ineditis, (*R.* 399.) Huncusque in diem ingrati reperti ſunt, *neque te vocant ut debuerunt, ratiocinationibus tantùm intenti ſuis. Ne igitur eas, niſi vocatus fueris: quia contemptus tui in me redundat.* Et R. 418. (poſt reditum jam è Polonia, 2 Oct.) *Vocare te cum I. M. debuit, & non vocat: reſipiſcat.*

8) *Concludat conſilium denuntiandum aliis* (uti mandatur R. 205. v. 19, 20 & 210. v. 6.) *ad faciendum Operis Dei initium:* (184. *v.* 14, 15.)

9) Incipiat eſſe *Sagitta velox* (R. 66. 13.) & *Aquila volans quò juſſa eſt* (R. 248. 5.) Tamdiu n. aſperè procedent res ejus, quàm diu non inchoabit demandatum opus (R. 21. 3.) *Quamprimum autem parturire incipiet, benedicetur illi* (R. 233. 7.) *Quamprimum exuerit calceamenta inobedientiæ, excreſcent illi pennæ Aquilæ ſublimè volantis* (330. *v.* 4.) Et quemadmodum hactenus cum Aquila ſua ſuper volubilem fractæ fortunæ ſuæ rotam ſtabat, ita poſthac ſuper immotam rupem ſtabit (317. 8.)

10) *Meminerit tandem ultimi dilemmatis Dei, quod exſtat* R. 105. *v.* 2. &c.) *his verbis: Verbum meum per te prolatum eſt ſicuti malleus diſcutiens petram cordis Racocii. Si patietur diſcuti, exoritur ut fulgor auroræ lux gloriæ ejus. Sin, ſubvertetur: nec erit remedio locus. Pro quo tu ora: nam adhuc tempus eſt.*

Miſerere igitur (ſiquidem adhuc tempus eſt) ô Deus! Excute veternum, da vigilantiam! Excute privati ſtudium, inſtilla publici boni gloriæque Tuæ amorem! Excute prudentiam carnalem, da in ſimplicitate cordis obſequi Tibi! Excute denique humanum metum, da induere robur, ad faciendum in Te Deo virtutem, conculcandumque hoſtes Tuos (Pſal. *60.* 14.) Exaudiet Deus, confidamus! Non enim fruſtra orare juſſit hoc ipſum: ſed quia decrevit dare hoc ipſum.

Sed

V.

Sed mihi ad reliquos qvoque Tuos, & aliorum, respondendum est scrupulos: si tamen potero, aut etiam teneor. Nam Videnti alicubi dictum est,: *Non tanti tu es ut me defendas, aut verba mea: defendam Ego me ipsemet, cùm implebo quæ loquutus sum.*

Quia tamen ad quædam illa, quæ ut insolubilia objectam, respònderi posse video, faciam.

1 Vocatis Turcam in Christianitatem, inquiunt. R. Qvis eum vocat? ille in cujus manu sunt gentes, & Populi, ut aquæ maris, ille est qui de se dicit (Rev. 398) Effringam ego fores Nationum, ut gentes paganæ veniant in Terras Christianorum, ad delendum Idololatras juxta sermones meos, cùm id exsequi nolunt ipsi Christiani, quemadmodum mandavi. (*Videatur* & R. 159. 7, 8: & 292. 3: & 341. 7, 8.) *Terribile est quod adduur* R. 301. 5, 6: Maledictus sit in æternum quisquis alii tribuere velit judicia mea, quàm mihi &c Induite igitur ó Nationes arma obsequii mei, viventis in secula. Legatur & Rev. 300. vers. 4, 10.

2 Prædicere solitus fuit Deus adventum Gentium per prophetas, sed eos ad incitandas illas non mittere. R. Neque hîc. Interim legant sibi Num. 25. 17, & 31, 17, & 1 Sam. 15. 3. & 2 Reg. 9. 7.

3 Suspectum est, quòd his novis prophetis tam familiariter loqui Deus introducitur, qualiter nulli antiquorum factum est: ne quidem ipsi Mosi. R. Ita sanè: nobis etiam ipsis ad horrorem usque mira visa sunt ad N. D. verba R. 61. v. 7, 8. & alibi. Sed aperiet fortè mysterii hujus rationem suo tempore *Deus*, cur ita complacitum sit ei. Nobis eum ad rationes vocare, si aliàs constet Ipsum loqui, convenitne? Præstat voluntati ejus attendere, ut faciamus eam, Deut. 29. 29.

4 *Multa insunt obscura.* Respondeat ad hoc objectum Menasses Ben Israël Iudæus, (de Termino Vitæ, pag. 185): Fatendum est, obscuras esse omnes Prophetias, nec sciri sensum earum antequam completæ sint. Voluit enim eas Deus obscurè proponi, ut libero arbitrio in actionibus nostris esset locus. Nam si homines certò scirent, & inevitabiliter, eventurum juxta Dei decretum, desperarent de bono, & curam effugiendi mali deponerent: sed verò ut semper benè sperarent, placuit Deo rectè cum hominibus in Prophetiis suis agere. Hæc ille. *Molinæus autem*: Nescimus nos quid faciat Deus, sed postquam operatus est (seu punivit seu liberavit) demum vis ejus agnoscitur.

5 Etiam apertè prædicta non esse impleta omnia, necesse habetis fateri: Omniscii autem Dei prædicta implentur semper? R: semper? Quid ergò fuit quòd veri etiam Prophetę Dei à populo sciscitante, *Ubi sunt verba Iehovæ? veniant*] ludibria passi sunt? (Ier. 17. 15.) Ob quid ergò lamentatur ibidem propheta, Deum testem invocans, nihil se loquutum nisi quod prodierat ab ore Dei? (vers. 16.) Ob quid ergo Deus ibidem, cur interdum loquatur & non faciat, aut vice versa, apologiam texit? (vers. 19. &c.) solemnissimè autem Capite seqq. vers 1. &c. Ita hîc, R. 290. 2, 3. Non statim ego facio, quod statim dico: sed facio interdum juxta circumstantias, quas vos homines parum, aut vix, intelligitis.

6) Intolerabile est, Deum à conditione humanæ voluntatis suspendi: *Fiet hoc vel illud, si hic vel ille faciet hoc vel illud &c.* R. Non homo sic Deum à se, vel ab alio homine, suspendit: sed Deus ipse, tanquam principale agens, providentiæ suæ instrumenta sibi eâ lege subordinat, ut quod ipse requirit faciant, aut fine suo excidant. Non *Deus* dico ut fine suo excidat, sed inobsequiosa sua Creatura. Aut ego sum in Scriptura hospes, aut ille qui hanc movet controversiam. Ego n. nullam unquam prædictionem, mandato junctam, lego, cui non obsequii conditio (seu expressè seu tacitè) annexa fuerit. Etiam solemnissima illa de Ninivæ (intra dies 40) subversione: quæ tamen sequuta non fuit, ipso licet Propheta ringente, Jon. 4.

7 Deus

[redacted]

7 *Deus, quos sibi in organa eligit, illorum quoque flectit corda, ut faciant quod mandatur.* R. Cur ergò Deus quosdam *Arcus fallaces* vocat in manu sua? (Os. 7.16.) Cur se comparat Figulo, cui si vas corrumpitur in manu, abjicit, & format aliud? (Jer. 18. 4. 6.) Praxis providentiæ annon id ostendit? Nolunt patres Ægypto egressi Terram promissam ingredi? ingredientur filii. Non potest eos Moses propter incredulitatem suam, (Exod. 33. 1. Lev. 14. 33. Num. 20. 12.) introducere? poterit Josua. Non vult obsequi Saul? volet David. Non vult Joas Rex seriò ejaculari (mandante Prophetà) sagittas? Non ergò pervincet usque ad triumphum (2 Reg. 13. v. 14. 19.) Aut cùm conatus non succedunt, culpam rejiciemus in Deum? extorquereque illi justificationem suam, *Ego volui vos noluistis*, conabimur? Cavendum, ne in nos recidat Senecæ illud, de obluctantibus Deo dictum, *Malunt emendare Deum, quàm se.*

8 Quos *fore judiciorum Dei exsequutores promulgatum est* (ab Oriente & Sept. R. & S.) *ceciderunt &c.* Resp. 1 Itáne ceciderunt ut surgere nequeant? Jer. 8. 4. De Orientali alia posse sperari, è superioribus patet. De Septentrionali a. (*Rev.* 347. *v.* 18.) dictum est: *Custodiit eum dextera mea, ut sit quem pavescant hostes.* R. 2 Ad similem *Ierosolymitanorum* insultationem Jeremias ita respondit (37. 10.) *Etiamsi omnes Chaldæorum vos oppugnantium copias percusseritis, ut vulnerati tantùm aliqui supersint, per illos ipsos tamen vos perdam.* Quod n. os Dei loqutum est, brachium ejus efficiet, *seu per multos seu per paucos: hîc apud Deum distantia nulla est* 2 Chron. 14. 11. 3 Quinimò non priùs magnalia sua patrare solet, nisi postquam penitus abierint vires: Videatur Deut. 32. 36. & 37. Iud. 7. 24. 1 Reg. 20. & alibi. Hoc a. opus (præsens Mundi conversio) tanquam miraculosum prædicitur, ut totus Mundus dicere necesse habeat, *Hoc Deus fecit.* Vide Rev. 142. 4. & 204. 39, 40. & 205. 15. & 249. 4. & 321. 5, 6. &c.

Evigila igitur JESU CHRISTE! Perimus aliàs, mergitur jamjam Navicula tua! Surge, compesce ventos & mare! ut fiat tranquillitas magna! Hominesque visà potentià Tuà mirentur, & Te adorent, *Amen.*

Tu autem amice Vale, & hæc in timore Dei rumina, cui Te commendo.
Dabam mense Januario, 1658.

Tuus

N. N.

INDEX
PERIS TRI-UNIUS

) Cotterum (b) Poniatoviam (c) Drabicium; merus autem cifrarum prior Revelationem, posterior ejusdem Revelationis versiculum, significat.

Bdias Prophetas alens (c) CLXXX. 33.
Abelis sangvinem ulciscitur Deus. CCLV. 19.
. emovenda loco sancto 6.
iræ suæ colludit. (a) XL. 25.
olum per aqvam & ignem CLXXXII. 5.
undendum in D. R. CCXXV.

rficiendus (a) XXIII. 26, 27.
estis & terrestris comparatio II. 14. &c. & Append. II.

ulpa lapsus (c) LXXXI. 7.
Drabicii ut se Patriæ servet, XIV. 9, 11. obseqvetur Deo . gemit super contritionem LXVI. 4. gratia illi promitti-. gratis servire Deo paratus festinare cum laboribus ju-. 29. Hungaris in prodigium I. 14. in Pol. redire festina-. 2. maculatur injuriis, CXX. ndit sermones Dei, CXXV. se prohibetur CXXVIII. 9. agnam accendet CXXIX. 14. contra hostium machinas solatiis roboratur CLIII. 21. unus ex imponentibus coronam futuris. CLV. 4. concionemqve ibi habiturus CLXXI. 12. lucem Gentibus ministraturus CLXXX. 37. laborum sat habet CXCV. 8. invidiæ navo vehitur, CCIV. 16. rupi securitatis insistit CCXIV. 6. Visiones revelare (ad tempus) prohibetur, CCXVIII. 13. gaudio impletur, CCXIX. 2. conveniet cum Drab. ad portam Templi CCXXIV. 25. ad Occidentem festinare jubetur CCXXV. 8. operâ ejus Hungari ad alia utuntur CCXXVII. promovebit Tubam Vocis Dei CCXXXI. 11, 12. serò ab ingratis reqvirendus CCXXXV. 6, 7. revelata in lucem promovere jubetur CCXL. 7, 8. de editione horum informatur CCXLII. 5-10. Redit in Poloniam, CCXLVII. 33. Opus de Emendatione RR. edere jubetur CCLV. 21. plus alibi efficiet qvàm in Hung. CCLVIII. 6. Visiones has ut edat citò, CCLXXX. 3. redire ad Domum Rac. jubetur CCLXXXI. 4. potum gentibus exhibet CCLXXXVII. 9, 10. langvescit Zelô CCLXXXIX. 28.

A Per-

Posonium à Principe vocandus ccxcvIII. 12. sua edere ne tardet, cccII. 12, 13. mortuus & redivivus cccv. 10. differre editionem Revel. prohibetur, cccxvIII. 6. cum Rege ut eat, ibid. v. 7. & animo simplici opus Dei agat cccxix. 1. in S. iturus, v. 3. iterum Revelationes citò edere jubetur, ibid. v. 5. honor in eum collatus cccxxxII. 26. Nuntiare omnia jubetur gentibus, sive audiant sive desistant cccxxxvI. 21. ob tergiversationem in his increpatur ccclxI. item ccclxvII. jacturâ omnium rerum castigatur ccclxxxIv. emendaréqve denuò, & vigilare jam, jubetur, ccclxxxv.

Adolescens per Medium domûs Ecclesiæ volans, eámqve illuminans (a) xxv. 25. & xxvII. 27.

Ægyptus vastanda. (b) xxI. 11.

Affinis Drab. malum sibi accersens xIv. 19. & xIx. 24.

Agag à Leone dissecandus (a) xvII. 97.

Agnus in Monte Sion recreaturus agnellos suos, qvos nunc relinqvit tristes (a) xIx. 11. habet cornua septem xxIv. 24. & oculos septem v. 87. Dux belli contra Bestiam (c) cccxxxI. 21, 22. Vincet. cccxxxv. 16.

Altare abominationis exurendum (b) x. 7. diruitur à Drabicio ccxlv. 7, 8.

Amnium duorum Visio (a) x. 19.

Amor Dei inevestigabilis (a) xxxvIII. 64. &c.

Anabaptistæ oppressi (c) xlvI. 18, 19. posthac ne se ab Ecclesia separent xIx. 10.

Anathema qvi aliter, qvàm Deus, loqvitur (c) ccl. 14.

Andreas Resi (c) x. 4. & xcI. 4.

Angelorum corpora qvalia (a) xxIII. 5. apparitiones angelicæ an dentur nunc xxIII. 18. cum libro ad Virginem veniunt (b) xII. 2. xIv. 2. xvI. 2. xvIII. 2. xxI. 2. xxII. 1. consolantur eam xxII. 2. in somniis jussa renuntiant, *Addit.* III. Infinita multitudine Drabicium circumstant (c) xxxIII. 7. belligerantes juvabunt xxxIx. 6, 7. Drabicio semel tantùm loqvuntur, lvIII. Exercituum contra Bestiam duces, c. 30. deferunt preces piorum ad Deum clxxvIII. 4. humilitatis magistri ccxxIII. 8. Deo non jubente loqvi non audent ccxlIII. 8. Drabicio ubiqve adsunt. ccxlvIII. 4. vultus eorum conspecti cccxIv. 2. iterum visi cccxxvIII. 5. belligerantibus aderunt cccxxxI. 30.

Angli adjutores (c) xcIx. 17. Magni faciunt edictum Dei cccxxIx. 12. Reformatio apud eos inchoata, ccclxxvII. accipient partem Monarchiæ H. ccccxI. 5.

Angvilla vanæ Religionis (c) cclxxvIII. 4.

Angvis, v. *Serpens.*

Anima reqvies in solo Deo (c) cccxxxII. 19.

Anni tres singulares (a) vIII. 29. Annus visitationis Babylonis (b) xxI. 12. Annus qvinqvagesimus, & finis (c) xlvI. 11. anni 40 Domui Austriacæ destinati cxcIv. 6, 7. annus 54. humilia-

liationis Bohemorum ccxx.7. annum 1656 qvi attinget, beatus. ccliii. 4.

Annona caritas (a) xxiii. 37.

Antichristi descriptio (a) ix. 45. & x. 29. xvi. 44. (c) cxcii. 7. Antichristus evertendus funditùs (b) xii. 8, 9, 10. Abolebitur (c) ccx. 5. potentiâ suâ exuetur ccxvi. 7. doctrina ejus idololatrica cxxix. 11. trucidator cultorum Dei ccxxviii. 9.

Antiqvus dierum (b) xix. 6. Facies ejus (c) cccxxix. 21. & cccxxxii. 5.

Apocalyptici dies 666. defluxerunt (c) cccxxxi. 14.

Apostatæ (a) xxxv. 57. direptione bonorum puniti (c) xxvi. 19, 20.

Ab Apostolorum tempore cum nemine æqvè deliciatus Deus atqve cum Drab. ci. 7.

Aqvæ dividendæ, ut transeant fideles. (a) xx. 70, 72. Babylonis submergendæ, Append. 1. Rev. ii. p. 158. A Jesuitis venenantur (c) cxxiv. 10. turbidæ, rapidè fluentes. ccxxxiv. 7.

Aqvila robusta à Leone confringenda (a) xvii. 2. & dissecanda, 37. discerpenda (b) xiii. 24. &c. Robur ejus tantum jam in ungvibus (c) xliii. 2. In ejus ditionibus res duriter processura lix. 7. derelicta, cliii. 6.

Arbor excelsa (a) iii. 20. & v. 16. expandens se concidit ix. 25. magna arbor exscindenda (b) xiii. 30. Cadet, unicâ remanente fronde (c) xxx. 9. ad ruinam inclinata, evertetur cxliii. 9. cecidit jam cum impuro nido suo. clxviii. 12. evertenda porrò, ccxxxiii. 4.

Arca Noë reqviescet in Montibus Ararat (a) xxiii. 30. Introducentur in eam ex omnibus Nationibus. (c) lxxxii. 36. arca sepulchralis ccxxix. 3.

Arcus ab Oriente (a) xxviii. 20. Ex lintre factus (c) clxxx. 20.

Area Austriaca flagellanda (c) ccxciv. 6. & ccxcv. 6. Idololatrarum exurenda ccci. 3.

Argutatores in Aula Racoci (c) cclix. 3.

Aries mactandus (a) xxxiii. 48.

Arma obseqvii induere jubentur Nationes (c) ccci. 6. Arma Austriacorum erunt fugere cccxxvi. 12.

Armiger Drabicio additur cxcv. 10.

Arundo fracta, & via ad eam (c) xxx. 10. Maturuit cum Titione cclxxviii. 5.

Ascanius Medicus (c) xxxii. 16, 19.

Astrologorum de mutationibus conjecturæ. (c) clx. 10.

Auditores Verbum Dei fastidientes cxiii. 1.

Augustus Mensis, bellorum plenus (a) xv. 50.

Aures Virgini obturantur (b) xiii. 4.

Aurora doctrinæ Dei surget post perditum Pharaonem (c) cccxxi. 6.

Austriaca Domus, Assur (c) ii. 4. exscindenda de Terra iii. 5. qvia cum nemine sincerè agit xvii. 12. cujus radices in Hung: erant xxv: 4. explevit mensuram crudelitatis suæ xxvi. 14. Dei super illam lamenta xxix. 2. fulcra ejus qvæ v. 10. & crudelitas v. 16. malum destinatum super eam veniet xli. 4. alæ ejus evulsæ xlvi. 36. *anni 40 potentiæ ejus evertendæ destinati* lxv. 3. terminus

ejus, 380. jam exit XCIX. 15. ſtetit annos 379. verſ. 16. iterum terminus ejus CVI. 10. lamenta Dei ſuper eam. CVII. 1. luctus ejus venit CXII. 3. olim glorioſa, nunc non item, CXVI. 9. dies ultionis ſuper eam CXXV. 4. terminus ejus à 6. Decemb. notandus, CLV. 5. ſplendor ejus ultimus CLVIII. 8. incidit in foveam CLXVI. 1. mortua jam cum tyrannide ſua CLXVIII. 10. *fatales ejus numeri exeunt anno* 1653. CLXXI. Cecidit, mortua eſt, opes ejus diripiendæ CLXXV. 4. *terminus ejus*, 380 *exit*. CLXXXIV. 18. *cadet cum Idololatris* CXCII. 11. faſtus ejus & tyrannis (duorum præſertim poſtremorum) graphicè depicta, CC. 11-27. igne cum idololatris conſumetur CCI. 4. robur & gloria ejus concidet CCVII. 9. *terminus ejus cur adhuc prorogetur*, CCXIV. 1-4. gratia, ſi reſipiſcere volet, adhuc offertur CCXVI. 5. ad finem feſtinat CCXXIV. 22. aſſeqvetur eam decretorium judicium CCXXVIII. 13. ruina ejus nunciatur CCXXIX. 4, 6. aſſentatores ejus abſcindendi CCXXXII. 2. excîſa jam eſt CCXXXIII. 5. perditionis ejus initium CCXXXVI. 8. Conſiliarii ejus ut muſcæ in pice hærent CCXXXIX. 9. oſtium dominationis ejus clauditur CCXLIV. 15. alterius Auſtriaci mors, CCLI. 4. poſtremi tres vacui luce Dei CCLII. 10. ruina ejus advenit, CCLIII. 2. deſerta qvid faciet CCLXXI. 6. evertenda cum Arundine & Titione CCLXXXI. 7. flumen potentiæ ejus abſorpſit Terra CCLXXXIX. 2. non amplius metuenda CCCIII. 12, 17. ruet Gentium bonô, CCCXXIX. 17, 18. Potentia ejus occîſa CCCXXXI. 24. fulcra ejus fracta CCCXXXVI. 3.

Auſtralis Exercitus, meretricem propugnans, ſuccumbet (b) XVII. 12. (Plura vide in Meridialis)

Authentica Cotteri Revel. Exemplaria ubi (a) Append. III. 13.

Avis Magna, qvam deglubunt Leones (a) XII. 48. Aves ad cœnam Magnam convocantur XII. 65. & (c) Drab. CVII. 12. Avis mutata in Cervum CCCIII. 2, 3. Major Minori decuſſit caput Append. CCCXCI.

Auxilium Dei qvando veniet CCXLII. 2. non ſine cooperatione humana CCXLIX. 5.

B.

BABYLON duplex (a) XXVIII. 2. ſuperſtructa fœno & ſtipulæ X. 24. accendenda, XX. 1, 33. vanitatis ejus deſcriptio XXXIII. 9. potentia ejus irrita XXX. 29. fortuna lubrica XXX. 38. Divitiæ fallaces V. 42. fundamenta ejus labefactata, ibid. 48. confringenda, Append. I. Rev. II. V. 4. Sapientia ædificatorum ejus à ſapientia cœleſti disjicienda XL. 38. curatio ejus irrita XXI. 63. & XXXIX. 58. &c. Menſes 42. adhuc ei dantur XXVII. 78. trinâ face perſcrutanda XXVII. 43. judicium Babylonis XXVI. 27. tres ſuper eam ſententiæ, Ibid

Conf. xxvii. 68. &c. ejusqve pœnæ xxviii. 19. ruina ejus proclamatur xi. 12. xxiii. 81, 82. xxvii. 20. tempus ejus abbreviatum, prolongari neqvit xxxi. 25, 30. adesse tamen non credunt Proceres Terræ, xxxiii. 39. super ejus ruinam omnia Regna in inqvietudinem deventura xxviii. 24. & xxxix. 3. Dominus pugnat contra eam, & omnia Elementa concitat xxvi. 73, 77. Inclamatio ad exeundum ex illa xxvi. 57. xxx. 36. xxxi. 31, 32. ex illa egressi servabuntur xv. 25. xxix. 16. xxx. 20. &c. dum ruet videbitur omnia contritura xxvi. 60. (Vide *Commotio magna*) tentabitur reædificari xxvi. 71. sed frustrà, 72. vulnera ejus insanabilia xxxix. 58. super ejus ruina lamentatio xxviii. 30. &c. illa ruente convertentur Gentes xxvi. 56. post ejus ruinam læta tempora xviii. 39. A qvibus desolanda (b) xxi. 10. & qvàm horribiliter vers. 11. Destructio ejus vera nunc demùm futura (c) xi. 3, 4. cur non destructa per eos qvos excitaverat antea Deus lxxxi. 5. clamor super eam auditur cxxxiii. 5. antiqva illa magna erat, destructa tamen cliv. 12. cecidit; (moderna) cum filiis suis clxxix. ruina ejus clarissimè detecta, clxxx. 18. cecidit, biberéqve calicem iræ jubetur cccxv. 12, 13.

Baculus justitiæ Dei, nisi obedierint homines, confringetur cccxxxii. 29.

Balasdi Simon inter instrumenta Dei (c) xl. insidiatores ejus xliii. 20. præ cæteris intelliget lxi. 10. ccxxvi. 1. consilium ejus cclii. 35. cclx. 8.

Balæna educenda, & à qvo (c) cxlvi. 4.

Basileenses subdentes rationem fidei (c) cccxxix. 14.

Bavari potentia disjicienda (c) cclx. 5.

Beati, fidem servantes Deo (b) x. 20. Beati exspectantes revelationem gloriæ Dei (c) xliii. 21.

Bellorum libido abominatio coram Deo (a) ii. 3, 4. Bellum adversus Bestiam, ejusqve expeditio celerrima (c) cclxi. 2. &c. qvomodo posthac gerendum cclxi. 31. modernum, est Agni contra Bestiam cccxxxv. 16.

Bellua è serpente facta, vulnerata & occisa (a) viii. 15. explicatio ibid. 40. in monte ad mare recumbens xxiii. 108.

Benignitas Dei erga Nationes in furorem vertitur (c) ccxxviii. 2.

Bestia monstrosa super septem columnas (a) xiv. 2. qvas subversum eunt Viri septem v. 7. dilucidatio horum, 27. Signa ejus septem, xxiii. 89. throni ejus subversio, 95. caput ejus emortuum brevi dejiciendum, ibid. 101. describitur pleniùs xxiv. 10. ejusqve perditio ibid. 16, 18, 19. &c. sangvinem vomuit, sangvinem bibet xxxvii. 28. concisa, & ab

ab avibus direpta xxxviii. 21. vulnera ejus sanari non possunt xxxix. 58. furor ejus ultimus xxxix. 66, 67, 70. Perditionis ejus initium in Hung. (c) xxxvi. 5, 10. qvin perdatur nullæ prohibebunt machinationes xliii. 22. qvia terminus ejus jam venit xlvii. 9. per suos etiam subditos perdetur lix. 5. fulcientes eam dejicientur cclvi. 4. corruet cum insidente ei Meretrice cccxxiii. 6, 7. perditio ejus jam procedet cccxxxi. 17.

Bethlen Gabor Princ. Transylvaniæ (c) cccxxxix. 2.

Beiulletum filii Racoci, & cur ita dicti (c) xlvi. 16, 18. spargit odorem Deo gratum lxxviii. 7. Septentrionalibus qvid nunciare debeat xciv. 13. orandum pro eo ci. 6. Zelus Dei contra illud cxxxiv. 3. junget se aliis Gentibus cliii. 3. dejicit jugum obseqvii ccxi. 40. affectat Regnum Poloniæ ccxxviii. 11. *id qvod ei malè cedet.* cccxxxv. 9. 10.

Bibliorum editio Turcica mandatur (c) lxxii. 9. urgeturqve xcix. 8. cxxxiv. 5. cxxxviii. 17. clvii. 13. clxiv. 8. ccxii. 4. cclxviii. 8, 9, 10. cclxxviii. 25.

Bilsky in Patriam rediturus (c) xcviii. 7.

Bisterfeldius (c) cclviii. 2. 3.

Bogadi (c) x. 8. obdormiit xvii. 24.

Bohemica Ecclesia inter Gentes dispergenda (b) xvi. 21. sed recolligenda iterum, 26. non ab hominibus (qvi eam deseruerunt) sed à Deo xviii, *per totum.* Cui erunt extranei benè affecti (c) lxi.

Bohemi non tam facilè ut alii reformationem admittent lxxxii. 5. vastabuntur, qvia resistent cxxiv. 14. Tentorum ut Terra Zabulon clxvii. 7. cùm reducti reformabunt sese cæteris in exemplum clxxxvi. 10, 16, 19. & cclxxviii. 20. Hungaris fœderandi ccxciv. 3. evigilabunt unà cum Pragensibus ccvii. 6. tumultuabuntur adversùs invicem ccxii. 6. faciliùs tamen res peragetur qvàm alibi. cccxiv. 9.

Boves tres in prato pascentes (a) xxviii. 19. in homines conversi v. 30. qvorum unus maximus aureo cornu insignitus v. 25. Spina ex pedibus suis à reliqvis duobus extracta, 26. &c. Explicatio istorum xxxix. 34. &c.

Brandenburgicus incumbit Stateræ (c) clxiv. 5. futurus Dominus Silesiæ & Mor. ccxxxiv. 28.

Buda, Regni Hungariæ sedes, reddenda (c) clxxi. 14. & cclxxviii. 31.

C.

CÆci, *surdi*, curru vecti (c) cclxlii.

Cæsar cum suis copiis in angustiis (c) xviii. 2. variis pollicitationibus delinitur xxii. 8. pennæ ejus evulsæ, xcvi. 9. gladium acutum manu tenens, qvis c. 4. 17. odio Gentium expositus cxxvi. futurus Christianus, non Romanus cxcii. 5. vectus à bobus, deseritur ccii. 5. adhuc

adhuc ante interitum thronium suum fœdabit CCIV. 25. mœstè stans, CCXXXVI. 2, 4. ad finem festinans, successor ejus, CCLII. 3. ut Pharao plagas suas spectabit CCLXXV. 5. filius ejus ferreâ corona coronandus, CCLXXXIX. 24. ad mare iræ Dei deductus CCXCVIII. 2. fine suo in Hung. frustratus CCCVIII. 5. filii coronatio in majorem confusionem CCCXII. 7. frustranea CCCXIII. 7. à Transylvanis superandus CCCXXIX. 16. exstingvetur ut ignis CCCXXVIII. 5.

Cain & Judas (c) CCLXXVIII. 6.

Calamitosa tempora (a) XII. 66. corúmqve periodus XXIII. 20.

Calceamentis exutis Cæsaris malum præfiguratur. (c) LXV.

Calix suavitatum Dei (b) XV. 9. & ipse. VII. 4. effusus à Virgine XV. 32. Calix qvem exules biberunt (c) XXVI. 3. Cainitæ feces ebibere debent CCLV. 19.

Calumnia in Drabi sparsæ (c) CCCXI. 3, 4.

Campana visio (a) III. 21. significatio V. 19. Ictus ejus unus (c) XXXIV. 2. aliæ duæ recentes CL. 4. sonare jubetur, ut vox ejus per totum Orbem audiatur CLIX. 10. debilem tamen sonum dat. CCLV. 15.

Candela exstincta, Candelabrúmqve dejectum (b) X. 4, 5.

Cantici canticorum praxis (b) XV. 3. &c.

Canticum novum (c) CCLXXIII. 7.

Cantionibus voluntas Dei indicanda (c) XCIV. 13.

Caper mactandus (a) XXXIII. 48.

Captivationis visio explicatur (c) CCCV. 2. 7.

Captivi Dei liberandi è potestate Austriaca (c) CCCXX. 9. captivi Dei omnes homines CCCXXXV. 28. & CCCXXXVI. 7.

Caput morticinum versus occasum volans (a) XXIII. 101.

Carolosteinii vaticinia invenienda (c) CCXXXVI. 9.

Castigatio piorum non est ira (b) XXIII. 7.

Catelli & Canes venatici bovem allatrantes (a) XXXVIII. 22. 28. XXXIX. 45.

Catena ignita Cœlo lapsa (b) XIV. 31. qvatuor articulorum contra Babylonem (c) CLXXXIII. 2.

Cecidit Babylon, inauditè explicatum (b) XIII. 38.

Celeritas operis Dei, *V. Velocitas.*

Certitudo harum Revelationum (a) XIV. 34.

Cervicibus obtortis Nationes (c) CLXXVII. 7. CLXXXII. 33.

Cervus contusus (c) CCCIII. 2, 3.

Charitatis commendatio (a) XXXV. 34. & XXXVI. 11. 17. XXXVIII. 29. Append. II. suppl. II. 25-36. &c.

Charitas ardens (c) CCXCIX. 3.

Chmielnicius coadjutor (c) CCLXVI. 21.

Chrysostomus senex (c) CXCIX. 3.

Christina, V. *Poniatovia.*

Christus est vir sapientiæ (a) XL. 4. Leo de tribu Juda 46. stans in medio Ecclesiarum 73. extra illum via ad Deum nulla, XXXVI. 14. Jam Regnum suscipiet (b) XIV. 24. Medicus est corporis & animæ XXIII. 3. Ætas Christi juvenilis (c) CXIV. 3. qvomodo

modo praesens vel absens in terris, CLXXVIII. 5. fides ei à Pharisaeis non habita CLXXXVIII. 11. divinitas ejus & honor ccxxxv. 12. ignorantibus eum succurrendum CCLIX. 17. qvia non Judaeis tantùm, sed & aliis, datus est CCCXXVI. 28. videndum se exhibuit ut olim CCCXXXI. 11. pro Ecclesia duplicem impendit vitam CCCXXXII. 17. Obediens Patri, Ibid. v. 23.

Vide plura sub *Jesus.*

Christiani contra Babylonem evocantur (c) cc. 28-38.

Christianismus, in exemplum aliis, primùm reformandus (c) CLXXXII. 32.

Cilicium patientiae (c) CCCLIII. 10.

Circini magni visio (a) XV. 55. cum illius expositorio Libro septifolio, septies iterata XVI.

Circuli visio, & atrae fulminantísqve nubis (a) XXIX. explicatio XXX.

Civitas Gentibus à qvatuor Mundi plagis impleta (c) LV. alia magna obsidenda, LXII. & occlusa CCCXVII. 2. 3. & CCCXXXV. 2.

Clamor interfectorum ascendit ad Deum (c) XLVII. 9, 11.

Classicum contra Babylonem (c) CCLIV. 2, 3.

Clavis aperiendorum consiliorum (c) XCI. 2.

Coelum splendidum (a) III. 1. Lunis plenum VI. 24. non est clausum XXIII. 8, 10. Coelum & Terra in manu Dei ostensa (c) VIII. 9, 11. semel adhuc commovebuntur CXCVIII. 11. & concutientur CCCXVIII. 2. gemunt super ingratitudinem hominum, CCCXXVI. 27.

Coena magna, qvae & jentaculum & prandium (a) XXVI. 12.

Coena S. mysterium (c) CCLXXIII. 11. qvae est aeternarum deliciarum gustus CCLXXIV. 4.

Columnarum trium visio (a) XXV. 2. explicatio XXVI. 2. Columnae nubis & ignis allegoria XXXVIII. 68. Columna cum inscriptione erigenda (c) LV. 12.

Comitia Posonii, laborésqve eorum vani (c) XXXVIII. exitus eorum qvis? XLIII. 15. CCCLXXXIX. 6. CCCIV.

Commutatio magna (a) XIX. 55. Regnorum omnium XXVIII. 24. & XXXIX. 3. Coeli & Terrae LXXXIX. 123. & (c) CXCVIII. 11. Ultimi Bestiae furoris. XXXIX. 70, 71.

Compelle intrare nunc impletum iri (c) CCCXXV. 14.

Conceptionis Christi mysterium (c) CXCVIII. 1.

Concilium Genevae (c) CCLXXXVIII. 20.

Concio jocularis (c) CLXXIII. & de SS. Trinitate CCCXV. 4. de Rerum Unitate CCCXXXI. 3.

Conculcator Ecclesiae (a) X. 37.

Confoederatio Leonum à Septentrione trium (a) IX. 45.

Confessio Drabicii (c) XCII. 5. &c.

Confusa in mundo omnia (c) CCXLVII. 5.

Confusio propter hos Dei sermones non metuenda CCXCVI. 4.

Conjecturae humanae vanae (c) LXXX. 2.

Conjunctio

los, ne videat. Percutiam ergò Terram Virgâ oris mei: peribitque sapiens cum sapientia sua.

20) *Rev.* 248. *v.* 5. Tanquam lapidem molarem alligabo iram meam collo Principis, & posterorum ejus, nisi tanquam aquila volârit ad P. &c. Et 251. 8. *Ne gustent panem dentes* ***I.M. nisi mittat omnia Principi, moneatque, ut pareat consiliis Dei.*** Item 310. v. 5. ***Nisi se recollegerit Princeps, una cum Consiliariis suis, ignis iræ meæ denuntiatus pridem recidet super eos. &*** ***Non nasci eum præstitisset*** (eheu!) ***quàm perire omnem circa illum operam meam.***

21) Rev. 336. v. 8. ***Currit jam responsum à Principe, sed frustraneum: nam frustra percussa est petra illa, non exiit inde aqua, nec fluit: sed fluet sanguis furoris mei, cùm illi exitum invenient suis factis dignum.*** (Eheu! eheu!) Plura id genus cur memorem?

III.

Quàm ecce terribilia sunt hæc! Me tamen (ò Amice) meliorum spes habet etiamnum, propter interspersa passim solatia: si modò emendare adhuc, & quidem seriò, animus esset. Daret adhuc Deus, ut paternum ejus cor videremus mollescere posse, ut ne faciat quod interdum justè minatur, Ier. 18. v. 7, 8. Os. 11. v. 8, 9. Recitabo solatia illa.

1) *Rev.* 109. *v.* 18. Succurrite adhuc, succurrite, Racocio! fortassis adhuc redibit ad se. ***Ecce succurri vult! ergò non perdere decrevit, sed emendare, immissis flagellis.***

2) ***An frustra dictum putabimus*** (*Rev.* 199. *v.* 22.) Parva est Racociana Domus in oculis hominum. Sed ego illam elegi, ut me in illa, & illam in me, glorificem ultimis diebus Mundi. Et *Rev.* 194. 14. Profectò si R. timebit me, & fulgorem obsequii à se dabit ad opus meum, flammescet ignis amoris mei erga ipsum. Et *Rev.* 90. 5: Ultra ultimos Oceani terminos diffundet se splendor Betulleti mei dilecti &c. *Certè hæc gloriosum qvoddam Dei propositum de illo ostendunt.*

3) ***Et an frustra illi tam solemnis contra tetras hostium machinationes facta promissio?*** ut, tametsi foveam ei parent, Deus tamen illum obvallaturus sit repagulis firmissimis, ne nocere illi queant (*Rev.* 184 *v.* 15.) Ecce enim impletum, deduxerunt eum in foveam terribilem, infinitis cuniculis structam, & ecce conservatus est!

4) ***An frustra præfiguratum, Hungaros ægrè quidem intellexisse Videntem suum*** (ultimum illum, sibi missum) ***intellecturos tamen tandem, & venturos agminatim?*** Rev. 200. v. 2, 3.

5) ***An frustra dictum, Deum undique pressurum Principem donec evigilet, ut intelligat judicia Dei?*** R. 283. v. 3. & 294. v. 8. & 323. 9. Sicut & de ambobus illis Leonibus, quòd licet erga revelatam Dei voluntatem brutè se gerant, Deus tamen eos in rem deducturus sit ut intelligant. Pon. XVI. v. 7, 8.

6) An frustra, Turcas immittere illi minitatus, rursus tamen ***quòd Turca (Balænæ instar) se ab illo capi patietur cum Orientalibus gentibus*** (Rev. 146. 4.) ***ut euntes perdant Bestiam*** (331. v 13.) prænuntiari jussit?

7) ***An frustra illi Regalis promissa Corona?*** (R. 4. v. 35, & alibi.) Quam tametsi auferre ab illo minatus est (218. v. 6.) reddere tamen rursum promisit, emphaticissimis illis verbis: Recordando recordatus sum misericordiæ meæ, promissionisque Patri & Domui suæ factæ. Tantummodò dic ei, ut jam magis attendat in me Factorem suum, &c. (*R.* 244. v. 25, 26. Videatur & pòst, *R.* 288. v. 4, 5. & 289. v. 25.) Nec metuendum illud (*R.* 216. & 226.) de I. K. dictum, illum Betulleti loco transacturum causam Dei. Admittit enim hunc sensum: Illum negotium, ad quod operam suam conferre tardavit Betulletum, promoturum esse apud Orientales: quò & fine fortassis captivus abduci debuit. Quod si eventu patescet, tantò magis admirabiles apparebunt viæ Dei nostri.

8) ***Quid autem quod post cladem jam (in Polonia acceptam)*** & ante ultimum illum Turcæ furorem denuntiatum (2 Oct.) Videnti factum est mandatum: ***Scribe ad Principem, ut missas faciat Terras alienas, domi agat quod mandavi.*** Quid hoc? annon immutabilitatem de illo decreti Dei ostendis? Magis verò etiam 7 Nov, (v. 3, 4.) Operarii mei (Orientalis & Septentrionalis. R. & Sv.) ***seipsos præcipitarunt, non faciendo voluntatem meam, sed sequendo cogitatione***

tationes cordis sui, ideò se impleverunt doloribus multis. 4 *Sed probatio hæc est mea, fidei & obedientiæ illorum. Faciant ergo omnes hoc tantùm quod mando &c.*

IV.

Hoc ergò unum restabit, ut ad Deum conversus Princeps tandem emendet. *Quid emendet?* Dicam, sed ex ore Dei.

1) *Ne dormitet ampliùs ad voces Dei.* Tempus enim est, tempus, ut ad se redeat (Re. 66. v. 3.) Saltem nunc jam, cùm super se ignem tonitruum Dei ardescere sensit (334. 12.)

2) *Privata ne quærat ante publica:* sicut fecit pater ejus & alii (R. 45. v. 6, 7. Si nihil itemniá sui conservationem quæret, eòdem res quò priùs recident.

3) *Ratiocinationes suas ne ampliùs manifestatæ voluntati Dei præferat* (R. 202. v. 6 7. & 2[illegible] v. 44. & alibi passim.)

4) *Obsequi proponat in cordis simplicitate, juxta illa* Dei verba (Rev. 163. v. 13.) Propositum consilii mei de illo, enuntiatum per te, stabile est, si non defuerit fides, simplicitas, & obsequium erga me & vocem meam. 14 Quæ tria quia Sauli defuerunt excidit Regno, tametsi jam coronatus: *meus n. ductus volentium est, quid mihi cum carnali populorum prudentia?* 15. *Apud me nihil valet nisi timor cum fiducia, obedientia cum alacritate, & simplicitas cum patientia. Quicunque his insistebat unquam viis, habitabat in excelsis Terræ securè.*

5) Mox hàc horà missa faciat fœdera cum istis, adversus quos Deus suam agit, & peragit causam. R. 204. v. 33.

6) *Seponat pusillanimitatem, induat animi robur.* Ita enim scriptum est Rev. 199. v. 11. Quisquis plus timet homines quàm me, non est perfectus in charitate. 12 Si David servus meus Goliathem formidasset, non evasisset victor nomini meo confisus. 13 Et Samson, si se intra mœnia Gazæ concludi non fuisset passus, non habuisset occasionem patrandi robur. *Et R.* 104. *v.* 34. Qui sapiens est ostendat virtutem, qualem ostendit David & Gedeon, sine viribus humanis, solo nomine meo. 35 Plus apud istos potuit Verbum meum quàm apud multos Vestrûm modò. 36 Quis Vestrûm causam suscipit meam? *Et paulò* [illegible] *v.* 43: Racocium undique timere incipiunt. Ego verò benefaciam illis, qui se illi [illegible] exhibebunt. 44 Concinui ego apud me consilium de illo & quis est qui resistat æternæ potentiæ meæ? dummodò ille ductum sequetur meum. (*O sequatur ergo vel jam tandem!*)

7) *Emendet quoque accersendo ad se Videntem:* quod mandatum est toties. Etiam in ineditis (R. 399.) Huncusque in diem ingrati reperti sunt, *neque te vocant ut debuerunt, ratiocinationibus tantùm intenti suis. Ne igitur eas, nisi vocatus fueris: quia contemptus tui in me redundat.* Et R. 418. (post reditum jam è Polonia, 2 Oct.) *Vocare te cum I. M. debuit, & non vocat: resip[iscat].*

8) *Concludat consilium denuntiandum aliis* (uti mandatur R. 205. v. 19, 20 & 210. v. 6.) *adjiciendum Operis Dei initium* (184. v. 14, 15.)

9) Incipiat esse *Sagitta velox* (R. 66. 13.) & *Aquila volans quò jussa est* (R. 248. 5.) Tamdiu n. asperè procedent res ejus, quam diu non inchoabit demandatum opus (R. 24. 3.) *Quamprimum autem parturire incipiet, benedicetur illi* (R. 233. 7.) *Quamprimum exuerit calceamenta inobedientiæ, excrescent illi pennæ Aquilæ sublimè volantis* (330. v. 4.) Et quemadmodum hactenus cum Aquila sua super volubilem fractæ fortunæ suæ rotam stabat, ita posthac super immotam rupem stabit (317. 8.)

10) *Meminerit tandem ultimi dilemmatis Dei, quod exstat* R. 105. v. 2. &c.) *his verbis: Verbum meum per te prolatum est sicuti malleus discutiens petram cordis Racocii. Si patietur discuti, exorietur ut fulgor auroræ lux gloriæ ejus. Sin, subvertetur: nec erit remedio locus. Pro quo tu ora: nam adhuc tempus est.*

Miserere igitur (siquidem adhuc tempus est) ô Deus! Excute veternum, da vigilantiam! Excute privati studium, instilla publici boni gloriæque Tuæ amorem! Excute prudentiam carnalem, da in simplicitate cordis obsequi Tibi! Excute denique humanum metum, da induere robur, ad faciendum in TE DEO virtutem, conculcandumque hostes Tuos (Ps. 60. 14.) Exaudiet Deus, confidamus! Non enim frustra orare jussit hoc ipsum: sed quia decrevit dare hoc ipsum.

causam suam contra deastros peraget cccxxx. 7. non amplius jam, nec aliter, mundo loqvuturus cccxxxii. 29.
Diabolus Papæ sponsus (a) x. 30. Tenebrarum pater (c) xcvi. 7. 8. obices operi Dei ponit ccxlix. 27.
Dies luctuosi tres (a) Append. 1. Rev. 11. dies statuæ Babylonicæ abbreviati xxxi. 25. Victoriarum (b) xiv. 36. Dies viginti septem (c) cli. 4. memorialis Drabicio clv. 2. *Dies 6. & 24. Decemb. NB.* clviii. 7. ultionum jam advenit clxxiii. 12. lætitiæ Dei annuntiandus clxxxvi. 4. exultationis Nationibus cclx. 4. Domini jam instat, qvem omnes videbunt cccxxxix. 17.
Dilectio reqviritur ab electis (b) viii. 1.
Diluvium ab Oriente Solis (a) ix. 23. & à Septentrione xviii. 26. super Germaniam venturum xxxvi. 34. de diluvio iræ Dei triduanum colloqvium xxiv. 2. &c. Diluvium nemo sistere poterit (e) xciii. 2. 4. ab Oriente & Septentrione velociter veniens civ. 3. recedet tamen, redibitqve pax cxlix. 9. citò transiturum cevi. 12. 13. Mundi diluvium novum ccxcii. 8. citò siccandum cccxii. 3. 6. transit cccxxvii. 1. 2.
Diplomata, qvorum sensus arctè inclusus (c) ccxli. 2. 8. 9.
Doctrina vera qvæ? (a) xi. 29.
Dolium Gentium, per Septemtrionalem aperiendum (c) lxv. 7. rumpitur lxxiv. 6. dissiliet brevi lxxxiii. 2, 4. iterum dissilit cxv. 7. denuò crepat cxli. 3. circuli ejus solvuntur cxciii. 5. ruptum cclv. 1. 5. Gentes in eo collectæ cccxxxi. 21.
Dolor Dei de de impœnitentia hominum (c) cccxxv. 6.
Dolores hostium graves c. 33.
Domus magna, extrinsecus speciosa, intus serpentibus scatens (a) xxv. 14. sed à Leone repurgata Ibid. 20. & ab adolescente illuminata, 25. Explicatio horum xxvii. 2. &c. Domus Austriaca diruenda (b) xiii. 33. &c. Domus mundi variis Nationibus repleta (c) cxxx. 9. &c. oppleta sordibus idololatriæ, qvod tolerare Deus amplius non vult ccxi. 16. nova, nondum dealbata ccxxii. 1. 4. ædificatur ccxxix.
Dormitantes excitandi in toto Orbe (c) cccii. 10. & per qvem, cccvi. 7.
Drabicius, de Scripturarum neglectu increpatus (c) ii. 3. Filium ad Ministerium ut disponat, monetur ibid, 37. (& lxxvi. 16.) Corpore qvasi exutus iii. 17. Signum petit, accipitqve v. 11. 23. incredulitatis arguitur vi. 3. socius ei qvem petebat, non additus vii. 9. *consilium superiorum exspectans, inobedientia increpatur* ix. 2. Comminatio ei facta, propter silentium xiii. ludibria & tædia passus xvii. 5. exaltatio ei promittitur, xix. 18. juratam promissionem, de non deserendo se, accipit xxii. 3. ad legendas S. Scripturas monetur xxv. 9. Domus ejus sub cruce xxviii. 11. cur sibi hæc revelentur, qværit xxxix. 13. inobedientiæ arguitur, & ad Principem mittitur.

xxx. 2, 3, 5. redibit in Patriam, nomen Dei annunciaturus, ib. 12. & xliv. 2. ad Principem ire jubetur, & qvid loqvi debeat docetur xxxi. 2, 3. &c. ab Adversario ut sibi caveat præmonetur, ibid. 7. 8. in castris à Principe responsum accipit xxxii. 11, 12. Lednicio exire xxxiii. 4. & comburere revelata prohibetur xli. 5, 6. omni feriâ sexta cibo ut abstineat xlvii. 6. multum ei concreditum, multum reposcetur xlviii. 2. itineri se parare jubetur xlix. 10. ore ejus porrò opus fore, li. 11. ut eat, si vocabitur lvii. 21. apud suos vilipenditur lx. 7. ob non servatum votum ægrescit lxx. spiritum recipere jubetur lxxxvi. 23. misericors ergà proximos, ib. 27. curiosus ne sit lxxxix. Confessio ejus xcii. 5. &c. solemne promissum, non se derelictum iri, accipit xcix. 35. Principi obviam iturus cii. 12. debitum ejus non redditum cvi. 7. qvamdiu ei jam loqvutus Dominus, ibid. 10. à Principe ut homo vilis exceptus cx. 4. triplici coronâ coronandus cxxix. 2. & qvô id sensu cxxxii. 9. promissum de conservatione in periculis accipit cxxxiii. 8. initium cum viris decem ut faciat cxxxix. 4. examinatus qvid respondere debeat cxlv. Principissæ loqvi ab hominibus præpeditus cxlvii. 7. Gausape, ad terrendũ idololatras induere jubetur clix. 9. *tractatum de electione scriptum ut edat* clxv 9. simplicitas ejus, pectúsq; apertum clxxviii. 26. plorat cum Jeremia clxxx. 15. ob inobedientiam increpatus, clxxxix. 5. particularia ei facta monita cxci. dies ejus pauci, cxcii. 4. solicitus de exseqvutione sibi mandatorum animatur cxcv. 10. vitę ejus terminus brevis cxcvi. 3. prorogatur tamen cxcviii. 6. &c. adjuratur, ne qvid demat vel addat ccxi. 23. ad Cæsarem mittendus ccxiii, 1. è mundo dimitti orat ccxx. 5. laboribus se parare jubetur ccxxvi. 7. promissum de non videnda morte ante restitutionem accipit, ccxxx. 3. labores ei imponuntur ardui ccxxxii. 13. *qvòd* non omnia consignet increpatur ccxxxiii. 2. solatiis erigitur ccxxxv egestati ejus insperatò subvenitur ccxxxvii. 10. nomen ejus an expressè in Rev. ponendum? ccxl. 11. segnitiei accusatur ccxlviii. 3. Dei cum *eo* familiaris processus, ibid. 8. de Vitæ suæ termino informatur cclxiv. 5. affectus erga eum gentium cclxx. 6. subsidia illi ventura cclxxi: 13. labori insistere monetur, ib. 15. effigiem suam depingi ut curet cclxxiii. 27. spoliatus angitur cclxxvi. 2. Principi scribere jubetur ccxcvii. 3, 4. & cccix. 4, 5. Principi obviam iturus ccxcviii, 12. & cccxii. 9. ad functionem Ministerii ut se paret cccvii. 7. à captivare eum volentibus conservandus cccxxii. 3, 5. ad Princ. vocandus, ib. 6. sermones Dei ut relegat cccxxviii. 4. & adversus Nationes terræ tanqvam Tuba insonet cccxxi. 26. *Principi datus dux* cccxxxi. 8, in Patriā reducendus, cccxxxiv. 26. mandatum exseqvi jussus in æternam rei memoriam, cccxli. 19.

Draco stellam caudâ suâ sustentans (a) XXI. 29. ligandus ne noceat (c) CLXXXI. 28.

Dubitatio de Revelationib. his solvitur (c) IV, 20. &c. alia dubitatio de iisdem V. 4. &c. cùm Opus Dei procedet, dubitationi non erit locus CCXXXVIII. 4, 5.

E.

ECCLESIA delicium Dei (c) CXIX. 3. Domus ejus diruta restauranda LXXIX. 5. initiô factô ab Ecclesiasticis XCIX. 18. ut redeatur ad simplicitatem antiqvam CLXXXI. 30. Reformationis ejus universalis ante Mundi finem CLXXXII. 36. unio ejus universalis CCLXIX. 25. Militans & triumphans, ibid. 32. status ejus ante Mundi finem CCLXXVII. 6, 7.

Ecclesiasticorum bonorum dispensatio (c) CCLXXVIII. 28, 29.

I. Effr. cui hæc revelanda, (c) XLV. 3. morbô castigatus XCVI. 4, 5. omnia apud illum suspecta CCLIII. 15. diffidentiæ erga Deum arguitur CCCVIII. 1. ob incredulitatem castigandus, CCCXL. 3, 4.

Egra Civitas (c) CLI. 4.

Eichhorn consiliũ suppeditat (c) XXIX. 24.

Ejulatus meretricis triplex. (a) Append. I. Rev. II. 13, 15.

Electis omnia in bonum (b) XXI. 5.

Electio Regis (c) CCLXXXIV.

Electores Ecclesiastici deturbandi (c) XLVI. 35. & CCXXXIII. 12, 13. & CCLXXVIII. 23, 24.

Eleemosyna non negligenda (c) CIII. 9. qvam & Princeps erogare debuit, CCCIX. 5.

Elesbazi (c) CCLX. 9. & CCLXXVIII. 28.

Elias venturus (a) XII. 9. XXII. 32, 37.

Embdenses (c) CCCVII. 5.

Emendatio rerum instat, CCXLVII. 5, 6. Opus de illa edendum CCLV. 21. CCLXIII. 6, 7.

Emplastrum misericordiæ Dei (c) LI. 2.

Epilepsia morbo exercetur Virgo (b) XIII. 4. XXIII. 1.

Episcopus Nissensis (a) XIII. 17.

Episcopi & Pastores qvales esse debeant (c) XCIX. 20.

Epistola Tubæ ad Gentes (c) CLXXXIV. 4.

Epitome Revelationum istarum (c) CLXXVII. 10.

Epularum fruitio sub cruce (c) CCLXIX. 29.

Eqvus ad Septentrionem Coronam ferens (a) VI. 48. Alius Babylonem, reædificare qværens XXVI. 65. *Eqvus biceps* (b) XIII. 18. Eqvus titubans (c) XXI. alii duo CL. 2, 3.

Errantes sine Pastore, revocantur (c) CXC. 6. qvia reducendi eos tempus adest CCCXXX. 8.

Esavi & *Iacobi* typus (a) XXVII.

Eucharistia administratio (c) CCLVII. & CCLXXIII. 4. & CCCXXXIV. 1.

Eusebion (c) XXXIX. 8. Græcorum & Rasciorum Dux XLVI. 22. 25. brevi proditurus CCLXVI. 26.

Evangelium iniqvitate suppressum (a) XXXV. 60.

Evangelista Orientalium (a) XXXVIII. 30.

Evangelium gentibus universis tandem prædicandum (b) XVII. 35, 39. & (c) CVII. 4.

Euangelicorum inter invicem odia (c) CCXIII. 3. &c.
Eva incredulitas malè cessit (c) CXLIII. 6.
Exactor peribit (b) XIX. 32.
Examen conscientiæ (c) LXXXVI. 16.
Excusationes hominum inutiles (c) CCXLIX. 11.
Exsequutio severa mandatur (c) XLVII. 17. & LXVIII. 20. initium ejus ubi, LXXXII. 4. deliberatiò de eà, CXXIV. 1. an citra violentiam suscipi qveat CXLIV. 2. initium ejus à Domo Austriaca CCXXXIII. 8. per qvos peragenda celeriter, CCLXIX. 24.
Exseqvutores urgendi (c) LXXXI. 10. 11. Idololatrarum non commiserabuntur CXCV. 10.
Exercitus tres præliantur (a) IX. 23. Orientalis & Aqvilonaris non cessabunt donec expugnetur Babylon, XIX. 33. exercitus tertius, precantium, reportabit victoriam, 34. concurrentes qvatuor XIV. 12. & XV. 7. & XXXVIII. 38. & XXXIX. 3. hirsutus & glaber XXXVII. 4, 12. Cœlestis, in hostes mittendus (b) XI. 4, 8, 12. ab Ortu innumerabilis XXXIX. Antichristianus ab aliis frustra oppugnatus, à Drab. in confusionem datus XLIX. Cæsareanus obsessus, LXXXVII. 3. Racocio unde colligendus LXXXVIII. 7, 8. Babylonicus nihil juvabit CLVI. 8. Orientalis ad Viennam iturus CCXXXIII. 8. diluvii instar, & voces eorum CCLV. 9, 10. exercitûs Dei flatûs ardent CCCXXVII. 11. belligerantium exercitus, sunt Dei ipsius. CCCXXXI. 6.
Exhortatio ad strenuitatem (c) CCXXII. 1.
Expostulatio Dei cum Gentibus incredulis (c) CCCXXX. 14. &c.
Exulibus Bohemis solatia (b) XIV. 51. Migrant in Septentrionem (id est in Misniam, Saxoniam, Poloniam) XVI. 17. & ad Ortum (i.e. in Hungariam) 19. recolligendi tamen, 26. solatia denuò XVIII. 19. servandi, & qvibus conditionibus (c) XXIV. 13. 14. metu & diffidentiâ diffugere prohibentur XXVIII. 5. in Patriam revocabuntur XCVIII. 18. post peractum in Hungaria opus Dei. c. 34. redituri cum privilegiis CXVI. 14. solatiis eriguntur CLXV. 3. reducendi in spectaculum Gentium CLXXX. 34. reformandiq; in exemplum aliis CLXXXVI. 5, 6, 10, 16, 19. &c.
Exultatio Dei (c) CXXXI. 1.
Ezechielis exemplum lateri uni incumbentis (a) XVI. 53. & (c) XLIV. 4.

F.

F. & B. (a) XIX. 33. &c.
Fax accendenda Gentibus (c) LXXXV. 8. apud Hungaros accensa CLXII. 4. aliis à Drabicio accendenda CCLXI. 8. imò à Deo, qvam accensam nemo exstingvet CCCXLII. 6.
Fœminæ cujusdam partus (c) XV. 4.
Fenestræ duæ (c) CLIII. 3.
Ferdinandus Regno dejectus (a) 11, 12. diras imprecatur Papæ, & preces pro se fieri orat XIII. 13, 15. prostratus animam exhalat ibid. 16.
Ferdinandus Pharao (castigatus licet à Se-

ntr.) non convertendus (b)
1. 6. multiplicabit potiùs onera,
5. dejiciendus igitur, 21. & XIX.
o. triumphus super eo 32. cum
ibus suis præcipitatus in in-
m (c) CXXV. 6. II. & III.
nè in Nationibus audiet, CLXV.
ortuus in consiliis suis CLXXXIII.
ui pendet filó : qvod Aqvilona-
ito rumpetur CXC. 38. confun-
cipit CXCVII. 4. de solio tan-
i Eli cadet, CCXXVI. 5. renova-
m Mundi non videbit CCLVI. 5,
erribilis comminatio ei facta
XVII. 12, 13. exitus Ferd. III.
c. 5. globus moerorum cadet
eum CCCV. 13. deponendus,
mplius regnet CCCXLII. 12.
lus ad diem interitûs sui, Ap-
. CCCXCI.
igne cur Deus nunc terras va-
c) XIV. 4.
o Principi Transf. mandatur (c)
8. & festinant omnia ad finem
CCCXXXIX. 23.
(c) CLII. 1, 2. defectio ab ea
lundi finem CLXXXII. 7. fides &
nspectio mandatur CCLXXXIII.
mel datur sanctis , CCCXV. 21.
tamus coram Deo, CCCXXXV. 25.
onsolationibus erigi jubentur (c)
, 9.
b & filii *Ammon* transierunt ru-
i flumen (a) XXIII. 33.
sis progenerandi sine matre (c)
IX. 10. *filii hominum*, stolidi
IV. 6.

Finem malorum non fore nisi Princeps Transf. jungat se Gentibus excitatis (c) XIX. 8. 11.
Fines seculorum decurrent, ubi conticescent omnes & omnia CCCII. 18.
Fletus Idolorum & inferni super domum Austriacam c) CXCIII. 4.
Floriana vidua Nobilis, exul. (c) XXVIII. 1. bona sua ut pauperibus leget, CIII. 8.
Flumina ab Aqvilone & ortu (b) XV. 26.
Flumen desiccatum (c) CLIII. 6, 7.
Fluvius Septentrionalis frigidus (a) XII. 23.
Fonticulus in arido scaturiens (a) VI. 22.
Fridericus Rex ad articulos tres, à Cottero sibi propositos, respondet. (a) IV. 8, 11. qvi à Spiritu dilucidantur V. 24. persona ejus qvadruplici specie repræsentata, V. 22. Cur eum expelli oportuerit, VI. 29. à Victoria adeundus, VI. 49. ruinæ ejus causa triplex VIII. 9. restitutionis medium triplex 12. ejus gratiâ tot prodigia facta terris Germanicis, XV. 38. permansurus Rex II. 23. post 21. hebdomadam ad gloriam rediturus V. 33. circa decursum anni vinculis se exuet XV. 37. triplici Coronæ destinatus, VIII. 6. XV. 35, à Saxone & Ferdinando legitimus Rex proclamatur XIII. 11. cum progenie sua Papæ acerbum calicem infusurus VI. 20. & XV. 37. 38. Restitutio ejus (b) X. 16. & XVIII. 3. XIX. 35. - Domûs ejus restitutio (c) III. 9. Filius ejus Bohemiæ reddendus XXXIX. 3. redibit ad dignitatem: promotione etiam Transylv. XLII. 5.

pro-

progenies ejus, & Palatinus Rex Svecorum XLVI. 27. Filius ejus *Germaniæ Rex* futurus LXXV. 4, 5. item XCIX. 17. eſt hoſtis meretricis: cui ſubveniet Tranſylv. CLIV. 3. filius, rejectus ob inſinceritatem CCXXXIV. 29. affinitatis jure Racociis juncti CCXCII. 11.

Fruges ad meſſem matureſcentes, & demeſſæ (c) LXXXIV.

Frumentum pertuſis doliis infuſum (c) LXXI. 1.

Fulgur à Septentrione (c) CCXXV. 5.

Fulmen è nube, Babylonis, triplex (a) XXX. 28.

Fulmine perditurus Deus delubra, ſi homines nolint (c) CXXXII. 4.

Funus mortui Mundi (c) CCXXXII. 4.

G.

GAD Propheta (c) XX. 1.

Galli undiqve cantant, homines tamen ſtertunt (c) CCCXXXV. 12.

Gallus ſuperaturus Hiſpanum (c) XXIII. 4. timore & ambitione impeditur XLIII. 6. ſibi tantùm proſpicit XLV. 7. potentia ejus, ſi obſiſtere pergat disjicienda CCLX. 5. perventurus tamen ad Imperium, CCCCIX. & CCCCXVIII.

Gaudium Eccleſiæ ineffabile (c) C. 35. Dei ſuper Gentes convertendas CCIII. 4, 8.

Gauſape CLIX. 9. CCXCII. 3.

G. *Geneva*, & Ducatus Helvetiæ (c) XLVI. 33, 34. Concilium ibidem CCLXXVIII. 20. habitatores ejus ſubdentes rationem fidei CCCXXIX. 14.

Gentium & Iudæorum converſio, per ruinam Babylonis acceleranda (a) XXXI. 25.

Gentes contra Babylonem unde, & qvô ordine, proditura (b) XXI. 10. Omnibus jam innoteſcet nomen Dei XVII. 35, 39. à tribus Mundi plagis invitantur (c) XXXVII. 5. & iterum XCII. 17. & CLXVIII. 14. imò à qvatuor CVII. 13. CCLXIX. 24. univerſalis eorum adverſus Beſtiam conſpiratio XLV. 16, 18. ad qvam mactandum Dei ipſius voce convocantur CVII. 11. & CVIII. 10, 11. nomina earum variis lingvis ſcripta CXVII. 1. ad Opus Dei urgendæ CXXI. 3. concitatio earum contra invicem CXXXVIII. 14. inclamantur ne tardent, CLXX. 5. ad prælium convocantur CLXXIX. 10. voce ipſius Domini CLXXX. 24. exultatio earum *in Deo*, CCIII. 41. ad exeqvutionem jam confluunt CCIX. 3. porrò convocandæ CCXVII. 2. infideles attonitæ qværent ſalutem CCXXVIII. 7. ad exſeqvutionem judiciorum Dei ſe diſponunt CCXXXV. 4. ad exſeqvutionem convolaturæ, CCXXXVIII. 2. Eccleſiam ingreſſuris homagii formula præſcribitur CCXLV. 9. ab erroribus ſuis revocantur, CCXLVII. 6. ignorantes Deum, non gladiô occîdendæ CCLII. 16. exhortationes earum invicem ad evertendum Papam, CCLXIV. 9. converſionis illorum tempus adeſt CCLXVIII. 4. 5. duæ Gentes capiendæ CCXCIV. 2. exſurgere ut Nubes incipiunt, CCXCVI. 3. ad exultandum ſuper ruinam domûs Auſtriacæ convocantur,

cccIII. 19. ad subdendum se Regi Christo monentur, cccxxvI. 18. & ad Opus Dei cccxxIx. 7. Omnes jam ab errorib. revocantur cccxxxIv. 21. 22.

Georgius Racoci Rex Hung. (c) IV. 35. & cIV. 14. ccLxxxIx. 25.

Germania peccata (a) Ix. 20. xII. 35. xxIII. 9. præmonitio xvI. 30. xxIII. 35. pœnarúmqve denuntiatio I. 5, 24. x. 44. xvI. 37. xvIII. 29. cum priore Mundo & Sodoma comparatio xxxvI. 2. Spoliationibus ad tempus exponenda xxvIII. 25. Propter Fridericum punita (c) cLIv. 10. odium in domum Austriacam concipiet ccxv. 9. Svecis tributaria erit, ccxxxIv. 30. juvabit confringere Meretricis scuta cccxcII.

Gladii qvatuor (a) xxI. 54. (1) ab Oriente 60. (2) à Septentrione 66. (3) à Meridie, 70. (4) aureus permanens 74. sanans xxIII. 86. qvem antecedit perimens ibid. & xxIv. 4, 5, 6. gladiô duplice judicanda Babylon xxvII. 68. Gladius iræ Dei (b) vII. 6. triplex est, ab Aqvilone, ab Ortu, & de Cœlo x. 13. Orientalium & Aqvilonarium chalybei, xIv. 14. hostium verò lignei vers. 15. Gladius Jehovæ in vaginam non redibit, nisi devoratis hostibus, xxI. 14, 15. Gladius Dei præcessurus Exercitum Principis (c) xv. 18, 19. xvII. 12. triacutus formandus cxxIv. 4. paratus erit adversus idololatras, cLII. 4. estq; jam, ad mactandum Ferd. cLxIII. 7. evaginatus jam ad perimendum cLxxII. 9. contemptorum capitib. impendet, cLxxxvIII. 12. Gedeonis & Jehovæ gladius conficiet inobedientes cxc. 25. non resiliet amplius ccxxIx. 16.

Gloria Dei exsurgere jubetur (c) cxxI. 2.

Gog Occidentalis igne & gladiô sine misericordia perdendus (c) cLxvIII. 15, 19. & cccxIv. 17. (*V. Magog.*)

Græcis Opus Dei notificandum (c) xcIv. 14. qvia adhuc ignorant cLxxxvIII. 14.

H.

HEBDOMADARUM 21. computatio (a) vIII. 1. 39. Hebdomadæ 147. Ix. 37. æqvipollent hebdd. 21. xxIII. 21. iis finitis initium erit prodeundi venatum in sylvam aridam, ibid.

Helvetii abies virens (c) xLvI. 36, 37.

Henrica Palatina inter organa Dei (c) LIv. 2, 3. qvô sensu incubuisse sttateræ dicta LxxvII.

Henricus & Ludovicus Viscum Septentrionale (c) xLvI. 28.

Hiems transitura citò (c) xcvIII. 20.

Hispanicus exercitus disjectus (a) xIII. 14. Hispania Meretricis sedes (c) cxLvI. 5. inundanda exercitibus cLvI. 5. Hispanus arundo fracta, xxIx. 10. Pharaonem retinere non poterit xLII. 2. potentia ejus dejecta ccLx. 5.

Hladik, & ejus obitus (c) xIx. 18. Drabicio ostensus, & cur c. 38.

Hoditzii tristis obitus (c) cLv. 6.

Hodoffi Capitaneus Lednicensis (c) II. 31. Iv. 41. vII. 16. xIII. 9. xvII. 19. xIx. 21. xxII. 13.

C Hol-

Hollandi adjutores (c) xcix. 17. auxiliabuntur clv. 8. ostensi per Visionem ut ex qvorum Terra primùm Vox Tubæ Dei prodire debuit cccxxxvii.

Homines ipsi sibi causa malorum (b) xxii. 11. Deo refractarii semper (c) clxxviii. 20. Opus Dei agere si nolent, Deus ipse igne & fulmine aget clxxxii. 35. acqviescere suâ portione jubentur cccxxxv. 18. suâ culpâ bonis promissis excidunt, ibid. vers. 29, 32. scopum Dei non asseqvuntur cccxxxvi. 11.

Hora duodecima incipit (a) v. 29. hora Dei contra Bestiam (c) xliii. 8. duodecima Mundo instat cciv. 27. jam bis sonuit. Append. ccclxxxiv. & seqq.

Horologium, undecim sonans (a) ii. 5, 8, 9. Dei horologium aliter qvàm nostrum procedit (c) liv. 4.

Hostes Ecclesiæ sternendi (b) xvii. 2. ut ligna & lapides amovebuntur de via (c) xxx. 8. terror eos invadet, civ. 5, 6. machinamenta eorum in Hung. dissipanda, cxv. 7.

Humana ratio stolidè obluctatur Deo (c) ccxxi. 2.

Humanæ cogitationes vanæ (c) cclxxiii. 1.

Humanai, Daniel (c) ccxliv. 8.

Hungari agminatim venient (c) cc. 3. retardârunt opus Dei ccx. 6. libertatibus suis fidentes opus Dei negligunt, opprimentur cxi. 8, 9, 12, 13 ccxi. 17, 18. Operis divini socordes, ccxxxvii. sunt ut lignum contortum clviii. 4. comminatio illis terribilis clxii. 9. 12. loqvendum illis in testimonium clxxiii. 17. preces pro illis rejiciuntur, cxlvii. 14. protéstatio Dei contra eos clxxvii. 4. comminatio nova, clxxx. 9. nihil habent qvod exspectent præter iram, ccvii. 17. Protestatio Dei ad eos, ccci. 10. animi eorum commoventur sermonibus Dei, cccxviii. 4.

Hungariæ desolatio horrenda (c) xxii. 14. Idololatræ cur ex ea primùm exstirpandi, xxxvi. 8. sentibus *iniqvitatum* obsita xciii. 8. terribilia ei prædicuntur, cvi. 13. horribiliter ob inobedientiam vastanda, cix. 5. & vastationi qvomodo occurrendum, cxxiv. 8. diluvium super eam venturum cxlvii. 3. Qverelæ in ea variæ clxi. 2. repurganda, & primùm Nitræ, clxvii. 4. populis implenda, ccxxxi. 9. siccitate cur punita, ccxli. 10. & cccxxxi. 5. à tyrannide Austriacorum qvomodo conservata, ccxc. 8, 9. exteris nationibus inundanda cccxx. 5. dissidiis fervens cccxxiv. 4.

Hussi armati effigies (c) clxxii. 2.

Hypocritis Væ (a) xvi. 10. eorum descriptio xix. 78. hypocritarum plenus Mundus xxiii.

I.

JACOBI Patriarchæ, exemplum Friderico propositum (a) iv. 10. v. 33. Jacob rediturus xviii. 56. & Vir ille cui Dominus excitat ab

Orien-

nte. & Septentrione exerci-
, 61.
y Iambres moderni. (c)cccxxxii.

pereant Aqvilonares orant (b)
i.32. Peribunt (c) cvii. 9.
ninatio eorum clxxxi. 18. ne
lius exstent perdenda cclxxxix.

a exterminandi, sine respectu
tatum (c) xxiii. 6. diffu-
t lxxix. 2. imagines eorum
endæ lxxxv. 5. indiscrimi-
n mactandi xcix. 12. abo-
i eos voluntas Dei perstat
iii. 8, 9. nec eos tolerare am-
s vult cxxix. 13. qvia termi-
eorum jam transit clii. 5. si
erti nolint, penitùs delendi
xxi. 22, 25. Crepundiæ il-
m exurendæ cclii. 15. unà
delubris suis ccxxxiii. 8, 9.
i animo nescient qvo se vertant
.v. 8. exstirpandi de terra
.xvi. 18. ut olim Hierosoly-
ni cclxxix. 10. gladio mate-
an interficiendi? ccc. 4, 5.
illorum exurenda ccci. 2, 3.
illorum miseretur, peccat in
m & animam suam ccciii.
Corda eorum doloribus contre-
ent cccxvii. 7. severè à Re-
s terræ infestandi cccxxvi. 14.
illis Sanctorum invocatio pro-
cccxxx. 3. Videbunt qvem
hemârunt, Ibid. 10. 11. ter-
em accipient mercedem ccc-
ix. 18.

Iejunium & preces indicuntur (c) II. 15, 16. &c.
Ieremiæ lamentum & impatientia, non imitanda (c) cxxxix. 5. locus ex eo Drab. ostensus, cxl. 13.
Ierusalem falsa (a) ix. 28. filii ejus xxiii. 42. Spiritualis reædificanda xvi. 36. & xviii. 67.- novæ gloria xxxviii. 77.- magna erat, subversa tamen (c) cliv. 12.
Iesus, qvi nunc loqvitur (c) lix. 3. Dominator totius terræ cliii. 14. Via, Veritas, & Vita, cccxv. 18. Vide plura sub *Christus.*
Iesuitæ, corúmqve interitus (c) xcviii. 6. 7. lamentantur super interitum domus Austr. cxii. 6. abominationes eorum cxxix. 7, 8. scientia eorum nihil valebit adversus scientiam Dei cxxxvii. 4. venenata eorum cornua conterentur clx. 8. coronandi ut olim Pharisæi clxvi. 2- 7. lingvas pro Austr. domo acuunt cxcv. 12. ut paleæ putridæ ejicientur ccxci. 4.
Ignis in sylva succensus (a) xvi. 34, 43. Ignis Babylonis comburendus, Append. 1. Rev. 11. 22. Inexstingvibilis ab Aqvilone (b) xix. 27. Super Mundum ardens, nec à qvoqvam restingvitur (c) cxcii. 15 Dei ignis nullâ exstingvitur aqvâ. cclix. 14. ad illuminandum Gentes injiciendus cclxxxvii. 13. è Polonia alio iturus cccxli. 16.
Imagines libri simplicium abominabiles cccxvii. 11. 12.
Immutabilitas Dei (b) xiii. 10. & gratiæ ejus (c) cclxx. 3.

Imperator Rom. non amplius ex Domo Auſtr. (c) CXII. 7.
Imperfectionis aculei in ſanctis etiam (c) CXXXVI. 20.
Impiorum domus præſentiâ Dei indignæ (b) XIX. 19. exſcindentur X. 14.
Implebuntur prædicta omnia (c) CLXX. 11.
Impoſſibile non reqvirit Deus (c) CCXLIX. 7.
Increduli puniendi (a) VI. 3. 4. 5. Morte puniti (c) LXXI. 10. alii increpantur CXLIII. 6. Drab. odiſſe deſinent CCXXXVIII. 4. comminatio illis facta CCLXXXIII. 2.
Incredulitas Deo exoſa (c) XLV. 22. 23. qverelæ de ea Dei CXLVII. 4. &c.
Indulgentiarum Papalium vanitas (b) XIX. 14. 23.
Infans annorum 28. (a) XV. 51. & XVIII. 53. ad baptiſmum invitatus XXVI. 78.
Inferni abyſſus Drabicio cur non oſtenſa (c) LXXXVI. 22. 25.
Initium operis Dei in Hung. (c) CXLIV. 5. & perditionis domûs Auſtr. CCXXXVI. 8.
Injurias fidelium ſuorum non amplius tolerabit Deus (b) XI. 8. 9. -Deo committere optimum (c) LXI. 7.
Inobſeqvioſi puniendi (c) CCXVII. 2. 3. Væ illis denuntiatum CCXLIX. 15. difficilè emendantur CCCVI. 13.
Inſignia ſpecioſiſſima, (c) CXXII. 6. -Domûs Racocianæ CCCXVII. 8.
Interrogantibus de hiſce qvid reſpondendum (c) CCLXV. 2.
Iohannes proditurus (a) XII. 9.
Ioſeph extollendus (a) XVIII. 57.
Ioſua baptizandus: cui Dominus ſolem ab Oriente ſiſtet (a) XVIII. 59. 65. -in exemplum bellatoribus Dei (c) XLVII. 20. & in exemplum perdendi idololatras LXVI. 9. mittitur ad Gedeonem LXXVIII. 9. Joſuæ & Calebi moderni C. 28.
Ira Dei adverſus genus humanum exarſit (a) I. 5. contra Babylonem non placabitur (c) CCXLI. 9. eam pii non experiuntur CCXLVIII. 8.
Irriſores ſuos irridet Deus (c) XXXVII. 2. comminatio illis LVI. 9. puniuntur CLXXVIII. 23.
Iſraëlitis promiſſa poſt 40. demùm annos impleta, ita nunc (c) CXCIV. 5.
Italia ſylva opinione viridis (a) XVI. 8. (Plura v. in *Meridiales.*)
Iubilæus Domini gloriæ (a) XXXIX. 24. reductorum ab exilio (b) XII. 22.
Iudæorum converſio (c) XLVIII. 11. alacritas eorum tunc temporis LXII. 11.
Iudicia Dei univerſalia ſuper genus humanum ſeptem (a) VI. 6. Judicium ſextum jam procedit XXII. 4. -tria meretricis Append. I. Rev. II. 5. Judicia Dei non ſecundùm noſtra judicia procedunt (c) XIV. 3, 4. judiciorum Dei rigor, qvô jam uti decrevit XVI. 3, 10. qvæ exercendo Deus lætatur, LXVII. Judicia Dei à noſtris valde diſtantia, LXXV. 6. & imperſcrutabilia CIV. 11. -hominum de opere Dei temeraria CLXXX. 3. Dei non adſcribenda aliis CCCI. 4, 5. qvæ ſuo tempore non deerrant CCCXXV. 1. ſcopus earum ſalutaris CCCXXXIV. 13.

Iu-

gium obſeqvii dejectum (c) CCX. 40.

ulius menſis furioſè aget (a) XV. 50.

unius menſis ad bellum invitabit (a) XV. 50.

Iuſtitia per ignorantiam ſuppreſſa (a) XXXV. 4. & 8. ſcienter ſuppreſſa ſcelus XXXV. 25. &c.

K.

KAUNITZIUS (c) II. 29. reqvirens à Hodicio conſilium XCVIII. 16.

Kemeni Ianoß perſeqvetur cauſam Dei (c) CCXVI. 3. CCXXVI. 4.

Kobuſitius tempus liberationis non viſurus (c) LXXXVI. 12. Drabicio adverſans CXVI. 19. excitat Principis mentem CLXIV. 3. conſilium malum Drabicio dans, CLXVI. 8. revelanda hæc ei CLXVII. 13. officia diſtribuens, CXC. 32. benedictio ei promittitur CCXIX. 3. miſſus in Poloniam legatus, CCXXXIX. 6. conſilium Principi dare jubetur CCLII. 33. vertigo illi oborta, CCCIV. 3. adhuc hæſitans CCCXI. 1. 2. necdum redit ad ſe, CCCXII. 8. accepit informationem CCCXVI. 3. literas non rectè expedivit, CCCXVIII. 3. beneficus CCCXLIII. 1. peſte caſtigatur CCCXLIX. 5, 9. cur amotus, CCCL. 11.

Kopronczai clades (c) XXIV. 7, 8.

Kriz mortuus (c) XIX. 21. morte damnatorum XXXIII. 2.

Kromeriſenſes (c) CXII. 9.

L.

LAMENTA Dei ſuper Domum Auſtriacam (c) XXIX. 2. &c. Et Racocianam, LXIX. 2. &c.

Lanecius, Antiſtes Fr. Bohemorum (c) XXIII. 2. nihil ad qvæſtionem reſpondens CXIII. 2. in forma *Antiqvi dierum* CXL. 6. cum donis CCXXVI. 1. Alia de eodem ſingularia, CCXXXVII. 9. CCLXIX. 6. CCLXXIV. 14. 17.

Lapilli pretioſi (c) CXXII. 8.

Lapis validus ab Angelo projectus in mare (a) XV. 48. Alius itidem in mare projectus (c) CXLVII. 3. decidit, qvem nemo tollet CLXIII. 8. duo alii CLXXV. 3. ſuper meretricem ſuſpenſus, CCVIII. 4.

Latro reſipiſcens (a) XL. 95.

Laurentius Iuſtinus cantans canticum novum (c) CCLXXIV. 19.

Legatus Septentrionalis ſecurim acuit (c) CLXIV. 4.

Leo cum ſeptem ſtellis (a) III. 16. V. 10, 11, 13. ſuper Lunam cum ſeptem aliis X. 3. & 16. arbuſculam conqvaſſans VII. 5. cœlitùs coronatus XII. 20. explanatio 25. vinctus coronatur coronâ triplici, XV. 35. cum Ave conflictatur XIV. 31. ab Aqvila confractus, Aqvilam confracturus XVII. 2. horrendùm rugiens, ibidem 10. mox humanâ voce loqvens 11. in hominem mutatus (18) loqvitur XIX. Solem geſtans XXI, 13. ſerpentémqve diſſecans Ib. 17. explicatio 37. &c.

qvadriceps XXIV. 122. Leo de tribu Juda bellum gerit contra Germaniam XII. 32. irrugiet eclipsatam Lunam IX. 16. ejus descriptio & encomia, XL. 46. &c. &c.

Leones duo ad demoliendum Austr. Domum emissi (b) XIII. 15. & per totum caput : alter à Septentrione alter ab Ortu XIV. 6. primùm se non intelligunt, 7. tùm docentur voluntatem Dei ex libro triangulari, 9. & acuuntur illis Gladii cote igneâ Cœlo lapsâ, 13 - & loricantur 19- & colligantur catenâ igneâ 31 - Mirantur hæc ipsimet, 37, 38. Benedicendum illis. 39, 40. Leo de tribu Juda XIII. 47, 48.

Leo de domo Frid. producendus (c) LVII. 15. de tribu Juda CXLIX. 6. Leone rugiente qvis non timeat? CCX. 10.

Lesnenses ruinam patientur (c) LXI 3. factum illis ut incredulis ; *Append.* CCCLXXVIII. ipsimet fabri infortunii sui *Append.* CCCLXXX.

Liber, ejusqve exemplaria tria (c) VII. 2, 3. compingenda & compacta LXXXI. 2, 3. *Append.* 391. Libri memoriales operum Dei CCVI. 10. Liber sapientiæ Dei æternæ CCXXIV. 21. Libri humani leguntur, cur non divini potiùs? CCXLII. 11, 12. Liber cœlo lapsus XIV. 9. Libellus manducatus (b) XVI. 15. *Liber decretorum Dei* XII. 3. ab Agno jam resignatus, usqve ad unum sigillum (c) 263. 19. terminos Dei verè ostendens 287. 18.

Liberationis terminus præ foribus (c) XXVIII. 13.

Libertates Terræ Hungaricæ dividentur (c) CXVI. 3.

Lingva Virgini ligatur (b) VII. 20. XXIII. 10.

Lipnicense collegium cui cessurum? (c) CXVI. 16.

Locusta ab Oriente & Septentrione velociter advolabunt (a) XXXIII. 45. tametsi Orientales priùs in discrimen venturæ, XXXIII. 56.

Loqvendum hominibus, audiant vel desistant (c) CXLIX. 11. CLXXIII. 18.

Loqvutionis Dei modus (c) CLXXX. 4.

Lorica ignitæ (b) XIV. 19.

Lupus in Oriente (a) IX. 44. X. 16, 17. XII. 27, 30.

Lutherani CCXIII. 3. 5.

Lux & Ignis Dei, piis necessaria (a) XXII. 19. *Lux Ecclesiæ* redibit (b) XVIII. 23. *Lux Evangelii* ultima (c) CLXXXI. 19.

M.

MACHINÆ bellicæ furoris Dei (b) IX. 31. in meretricem jam obversæ (c) CCCXXIII. 7.

Magistratus populo qvomodo præire debeat (c) XCIX. 24. &c.

Magnates epistolis ludentes (c) CCXLV. 2.

Magog Orientalis spiritu oris mactandus (c) CLXVIII. 16.

Majus mensis ad bellum seriò se dispositurus (a) XV. 50. qvò Gentes prodire jubentur (c) XLVIII. 8. & LVII. 19.

causa Dei agi incipiat cxciv.

& benedictio in Dei manu (c)
7.
septem veniens partibus (c)
3.
tæ colligendum (c) ccLxx.

o (a) 111. 6. 9. Manus viden-
nt sangvinem xvi. 49. mox
ı nanciscuntur 50. Manus
:serta in auxilium Aqvilona-
)) xvii. 21. Manus Christi
erforatæ vestigium (c) xxvi.

us (a) xxxiii. 31. discutien-
d. 36.
o visa (c) cLxix. 6. fides ejus
1. 4.
lesiæ moribundæ, vitæ resti-
(c) cxviii. 6. mater ve-
Ecclesia) ccLxxviii. 16, 20.
y *Rudolphus* (c) ccxc. 4.
(c) ccxLiv. 3. 7. revelan-
minia ccxLvi. 5. & ccxLvii.
icendúmqve illi qviddam
ii. 5. 7. severum ei manda-
1. 8. serius in opere, ccLiii.
citat Principem ccLvi. 10.
p argumentis urget ccLviii.
nium ei assignatur ccLxxviii.
num ponit fundamentum
'10. & cccxii. 8. Pa-
ı à Principe vocabitur,
xi. 9. severum ei manda-
xxxv. 8, morbus ejus, cccxL.

rab. labilitas (c) cL. ii. ipsius

culpâ debilitatæ, cciv. 12. & ccxxiv. 17. & unde veniat, cccvi. 8.

Mensa triangula (a) vii. 3. ix. 14. deliciarum Dei (b) xv. 9. ex idolis conflanda (c) Lxxxviii. 13.

Menses magnis præliis destinati (a) xv. 50. Mensium 42. expositio x. 34. tribulationis qvinqve xvi. 17.

Mensura Meretricis nondum impleta (c) xLiii. 9. expleta tamen jam Anno 1650. xLvii. 16.

Mercatorum duplicium visio (c) cccxxix. 1, 2.

Mercede ad opus conductæ Nationes (c) cLxvi. 1. ipse etiam Drab. ad prophetandum cciv. 28. & iterum Gentes ad perdendum Meretricem ccxv. 6. Merces bonorum bona &c. ccxcvi. 8. suam qvisqve accipiet cccvi. 8.

Merces situ corruptæ cccx. 1, 2. venduntur publicô lucrô, cccxxvii. 7.

Meretrix insidens Bestiæ cum poculo abominationis (a) xxiii. 112. xxiv. 12. &c. super aqvas sedens xxiv. 84. posita in virgam per 42 menses xvi. 21. condemnatio ejus xxiii. 58. 72. 83. 87. &c. deserenda à cornibus xxiv. 85. ibit tamen reliqvias seminis agni oppugnatum, ibid. 86. depellenda de lecto adulterii & prosternenda xxvii. 69. ustulanda xvi. 17. solium ejus exurendum, judiciúmqve ejus confringendum Append. 1. Rev. ii. 5. Visione peculiari repræsentatur ejus ultima exultatio, mox consternatio, fuga, comprehensio, & concrematio Append. 1. Rev. iii.

Rev. III. Perdenda (b) xv. 27. 28. Meretricis Babylonicæ ustulatio (c) LII. filiorum ejus interitus XCVIII. 5, 6. cadaverosa CXXVIII. I. clamor ejus terribilis, CXLVI. 9. Tyrannis item & seductio ab ea Gentium, CLIII. 8, 9. &c. venturi super eam à qvatuor plagis Exseqvutores Ibid. 12. transfixa palô, CLIX. 5. fidem servans nulli, CC, 25. gentes perditum eam venturæ, CCVIII. 4.

Meridialis exercitus (a) III. 19. & V. 14. ab Orientali devorandus XXXIX. 9. Meridialis sylva (opinione viridis XVI. 8.) incendenda XXXIII. 79. Meridiali Stellæ comminatio XVI. 9. Meridiales maledicti, interitui addicti (b) XVI. 10. Meridialis Armiger cum Orient. detrahent Bestiæ larvam (c) CLIII. 12. Meridiales vinô turbidô potionantur CCXXIV. 20. ab Occidentalibns informandi, CCLV. 5. Meridialis Sol non multum efficiet, nisi qvod retardabit CCCXXX. 29. adhuc deliberant CCCXXXI. 23.

Mesericensium clades (c) II. 34. Dominus CCCXLII. 8.

Messis universalis adest (c) LXXXV. 3. ad qvam messores extrudendi ib. 11. appropinqvat LXXXVII. 9. & CXXXII. 6. CCXI. 27. adest jam, ad eradicandum Zizania CCX. 13.

Metallica terra igne probanda (c) CCCXIII. 2, 3.

Metus carnalis (c) CCLIX. 6.

Militis boni characteres (c) CCLXI. 6, 7.

Miracula qvare non edat hodie Christus (c) CCLII. 27. & qvid locô miraculorum nunc opus, CLVII. 10.

Moab perdendus (b) XIX. 25. triturandus etiam à Boh. Hungaris (c) CCLXXXI. 3.

Moguntinus Elect. dejicietur à qvo & cur, (c) CCCXXX. 31.

Mola frumenta molens (c) CCII. I. molæ Dei tres CCLXXVIII. I, 3. Septentrionalis jam molere incipit, aliæ demùm fabricantur, CCCXXVII. 3.

Molitores Dei molunt jam (c) CCCXXVI. 22.

Monachis qvid faciendum (c) CXCV. 11.

Monarcha Bestiam ineqvitans, & Bestia illum (a) XV. 45.

Monasteria solo æqvanda (c) XCVIII. 12.

Montes, super qvos meretrix sedit, inundandi (c) CXLVI. 5.

Morava fluvius absorbetur CCLXXXIX. I.

Moravia horrenda vastatio II. 44. pars ejus Hungaro cessura XX. 3. flagitiis obruenda XCVIII. 14. qvia resistet, vastabitur, CXXIV. 3. à Turcis etiam CXL. 8. ab idololatria repurganda CLXVII. 3. Dominus ejus futurus CCXXXIV. 28. habitatores ejus aliqvi vellicandi, CCXCVII. 5.

Moscus inter Exseqvutores Dei (c) XLV. 20. XLVI. 29. sermones Dei, illi nuntiandi, Append. CCCXCII.

Moses ob diffidentiam punitus (a) XII. 6. mortuus XVIII. 63. reviviscet Ibid. 64. Canticum ejus decantandum XXXI. 34. Ejus incredulitas & suspicio (c) XLV. 22. qvomodo loqvutus ei Deus, & qvomodo huic, CCIV. 4.

Mulier obsessa (c) CXVIII. I, 4. alia parturiens

turiens CXLIII. 2. gemellos pariens, CXLVI. 2. barbata, CLIII. 7. iterum parturiens, CCXXXIIII. 1. mortua, CCLXXVII. 2.

Mundus in tria secula divisus (a) VI. 11. (& in qvatuor(c)CLXXXI. 14.) Mundi primi peccata cum peccatis Germaniæ comparata, XXXVI. iniqvitates exsuperantes, corporalis XXXV. 14. & spiritualis 44. Modernus non melior antediluvianô (c) LIX. 13. finis ejus nondum, & cur, CVIII. 8, 9. intelligere non vult Deum opus suum nunc agere, CXIX. 6. cœcus, tametsi ei lux magna accensa, CLXXIX. 6. vias Dei negligit, CLXXXI. 3. finis ejus appropinqvat., CLXXXII. 7. qvando futurus, CCVIII. 6. Væ illi, qvia nosse Deum recusat, CCX. 12. finis ejus ut sit similis initio, sub Adamo, Seth. &c. CCXI. 5. morbus ejus immedicabilis duplex CCXX. 3. qvid fiat non intelligit, CCXXXII. 14. ægrotans, & remedia qværens CCL. status ejus, Babylone destructâ, pacatus futurus CCLIV. 16.

Munusculis Deus allicit gentes ad opus suum (b) XVII. 33, 42.

Musica (b) II. 3. XVI. 31.

Mutabilitas & immutabilitas Dei (c) CXXXVI. 2. &c. CCXC. 2, 3.

Mutatio rerum memorabilis instat (c) CCIV 39. qvæ jam procedet CCVI. 17.

N.

NATIONES ad opus Dei selectæ enumerantur (b) XIII. 45. ut veniant ad flagellandum terras Austriacas (c) CCXXVI. 6. invitantur CCXXIX. 13. Plura vide sub *Gentes*, & *Populi*.

Navis mergens, moxqve liberata (a) XXIV. 114.

Nazaræi vitam imitari jussus Drab. (c) LXXXVII. 6.

Ninive exemplum (a) XII. 32.

Nitra Civitas (c) CLXVII. 4, 6.

Noah & Loth contempti (a) XXXVI. 30.

Nomen Dei jam patescet gentibus (b) XVII. 35. inscriptum cordibus populorum (c) CCV. 11. videbunt in lumbis ejus, CCVII. 10.

Nomina meretricis tria (a) Append. 1. Rev. 11.

Nubes è peccatis coactæ, procellam allaturæ (a) XXII. 9, 10.

Nubes atra fulminans (a) XXIX. Nubes gentium surgunt ad opus Dei CCXCVIII. 9.

Nulla divisio, facit (cc) (c) XLVI. 11.

Numeri 10 mysterium per 3 & 7 recludendum (a) VIII. 10. & Numerus mysticus nihil boni portendens. Ibid. 33. qvi supervixerit 25 beatus, ibid. 34. & 666 decurrit, X. 39. XVI. 15, 16. Confer (c) CCCXXXI. 14. fidelium 7000 à qvatuor mundi plagis XXVII. 16. Numerus 25, & 45 (c) XII. 2. Numerus Dei jam adventat CXLVI. 13, 18. qvi non fallet CXLVIII. 9. alius item 70, CL. 5. numerorum calculatio CCXXXIV. 9.

Nummi in forma pileorum (c) VII. 4. improbæ monetæ XCVI. 1. aureus nummus incurvatus CCLXVI. 3-6.

Nuncius celer (c) CCCXXX. 28.

Nuptiæ Agni sub Mundi finem (b) II. appropinqvant (c) CXL. 4. CCXXXXII. 5. CCXXXIV. 6. CCLIII. 5.

ux frangenda (c) CLVIII. 9.

O.

OBEDIENTIAM Deus ab omnibus reqvirit (c) CCCXXXII. 23,24.

Oblivio sermonum Dei (c) CVII. 24,25. ingrata Deo CCCXXVI. 21.

Obsignatio horum mandatur (c) CCXLIX. 24. idqve nomine Dei, CCL. 25.

Occidentales monentur, ut qvid agant viderint (b) XVI. 9. Exercitus eorum versus Meridiem dispersus (a) XXXVIII. 124. cum meridialibus pugnam post Orient. & Septéntr. inchoaturi (c) CXXXIII. 6. Bestiam solió dejicient CLIII. 13. plus aliis intelligent, CCXXV. 8. crudeliter contra invicem sæviunt CCXXXIV. 19.

October mensis, rebus miris destinatus (a) XV. 50. Occidentalium in eo præparatio (c) LVII. 14. ad Octobr. magna Bestiæ pars corruet LX. 4. gentes convocans CCXLV. 6. initium faciat, etiam in Polonia CCLXVI. 20. conjunctió qvæ in eo fieri debuit, CCCXXXV, 15.

Occultum Drabicio promissum (c) LXXVI. 3. & LXXXII. 7.8. partim detectum partim detegendum CI. 10. CXXXI. 5. CLXXIV. 4. & CCLXXXIV. 11.

Oleum unctionis promittitur (c) L. 10.

Olomutium (c) II. 24.

Onocrotalus (a) XVI. 4. & 20.

Operariis Dei, sinceritate opus (c) LXXII. 7. duo primarii concordiâ ligandi, C. 24. *in notitiam illis hæc deducenda* CCCXXXIV. 30. *sive audiant sive desistant*, CCCXXXVI. 21.

Opes diripiendæ (c) CCLXXXII. 5.

Opus Dei in perdenda Bestia procedet (c) XLV. 4. velociter agendum LIX. 2. si non procedat, cujus culpa LXXXI. 5,6. procedet tamen, CIII. 2,3. sed aliter qvàm homines cogitant CVI. 17. tale nunc est ut antiqvis diebus CXIX. 6. per alios (si Racoci nolet) exseqvendum, CXXII. 10,11. procedet jam palàm CXXXI. 2. initium ejus in Hung. CXXXII. 3. cur nondum procedat, CLII. 2. qvomodo suscipiendum sit homines se torqvent, CXCV. 6. promovebitur etiam à seductis ab Antichristo CCXV. 7. serió jam agendum CCXIX. 18,19. &c. Supra captum humanum procedet, CCXXXVI. 6. væ non promoventibus illud, CCLIII. 7, 8. agendum citó CCLXVII. 9. *primó vere agi incipiet* CCLXXXI. 2. qvod animæ piæ jam aggrediuntur, CCCII. 16. difficulter passim processurum, CCCXV. ad Septentrionem & Occasum jam agitur: agetúrqve ad Orientem etia CCCXXVIII. 8. procedet CCCXXXV 8. non est violentæ ad bonum c ctionis, CCCXXXIX. 19.

Orandum pro invicem, exempló Cl (c) CCCXXVI. 24.

Orationis Dominicæ paraphrasis (a) pend. II. suppl. II.

Oratio Revelationes obsignans (c) c

Ordinatio Seniorum (c) CCLXXI. 3.

Ordo Ecclesiæ, Babylone eversâ, tuendus (c) XCIX. 18. à Drab. juncto in patria sua, CXL. 9. pe Orbem unus CCXXXII. 15,16 tatio de eo CCLXIII. 2.

Orientalis Monarcha sexti judicii Exseqvutor (a) VI. 14. Media antevertendi furorem ejus, ibid. 15. adducendus contra Babylonem XXXIII. 37. Victor futurus XV. 26. ad notitiam Dei perducendus beneficiô Libri, 27, 28. conversio ejus qvando futura, XV. 35. XXIII. 21. Orientalis exercitus obtortis collis venturus, XXXVIII 39. expugnabit Civitates multas, 41. & voce Evangelii sanabitur, 45. & XXXIX. 7. domum cum gaudio redibit XXXVIII. 122. Orient. locustæ victoriam adversus Babylonem subitò promoturæ XIX. 16. Orientalium & Septentrionalium antesignani duo, XII, 22, 23. XVII. 23. XIX. 32, 33, 34. XXII. 6. XXIV. 7. XXVIII. 19. 39. Victoria penes ipsos futura, XV. 22. 24. ab Oriente & Septentrione venit Gladius & Diluvium IX. 23. XVIII. 26. XXIV. 7. Exseqvutores judiciorum Dei (b) IX. 24. instruuntur divinitùs qvid sit agendum XIV. perdent Meretricem, XV. 26. *Evocantur ad dejiciendum Ferd. & Papam*, XIX, 29. *Orientales* ultores injuriarum fidelium Deo (c) II. II. 25. confringent ungves Bestiæ XLIII. 3. primùm exire jubentur XLVII. 13. invitatis Septentrionalibus XLVIII. 8. L. 8. festinando venient LIII. 6. primò, cæteris in exemplum LVI. 5, 6. LVII. II, 12. vividè LXV. 7. unà cum Turca idololatras vastabunt XCVIII. 9. cum robore CXXXVIII. 16. modò indicium fiat Turcę CXLVI. 20. consiliô unô cum Septentr. (illi duo præ cæteris) contra domum Austriacam CLXIV. 6. consilia cum Septentr. Occid. & Merid. inire jubentur CXCVIII. 10. potissimùm cum Septentrionalibus CXCIX. 20. concluderéqve consilium CCV. 19. tergiversantur CCXV. 2. ideoq; inclamantur CCXXIX. 18. velociter festinant CCXXXIV. 24. tubarum eorum clangor personabit in occidentem usqve CCCXXIV. 6.

Os obsignare jubetur videns (c) LXIX. 16. alterqve testis Dei, CLXXXVIII. 17. iterum videns ipse, CCVI. 3. 14. & CCVIII. II.

Osnabrugensis pacis mysterium (c) XLVI. 27.

Ostium super meretricem apertum CLIII. II.

Ostrosicii Barones Hung. (c) XCVI. 12. XCVIII. 10.

Ova septem Psittaci v. *Psittacus*.

P.

P & D (a) IX. 19. & X. 28.

Palatina Domus, in Antesignanum causæ Dei eligenda (c) CCXXII. 5.

Palatinus Rheni parum acceptus (c) XCIX. 14. junget se Transylvano, ibid. somnium de illo ambulante Hagæ (a) Append. I. Revel. I.

Palsi, Hungariæ Palatinus CXXIV. 8.

Panni volumen subitò textum (c) CCLVI. I.

Papa sponsa Diaboli (a) X. 29. cum suo Regno meretrix Babylonica, IX. 45. X. 29. XVI. 41. Antichristus (b) XIII. 44. per qvos perdendus 45. descriptio ejus ipsius Domini ore, XIX. 14. 23. Dejectio ejus, 24. 31. & super id trium-

phus populorum 32-34. *Papa* Titio fumigans (c) XXIX. 10. retinere Pharaonem non poterit, XLII. 2. decidet, opésqve ejus diripientur CLXXV. 4. terminus ejus exit, qvem ille ignorat CLXXXIV. 18. nomen ejus abominabile, cum variis epithetis CXCII. 7. conclamabitur adversus eum undiq; V. 12. potentia ejus cum Austriaca de humeris nationũ dejicienda CCLII. 7.

Paradisus apertus (b) XXIII. 8.

Paranymphi Dei, antiqvi & novi CCLXIX. 9. 18. &c.

Passionis Christi mysteria (a) VI. 34.

Pastor degeneravit in lupum (b) XIX 19. Pastores seipsos, non gregem pascentes (c) LX. 6. alii in Ecclesias reducuntur CCCXXXII. 1. boni & fideles laudantur CCCXXXIX. 28, 29.

Patientiâ opus, dum prædicta eveniant (a) XVI. 53.

Patriarchæ tres ostensi (c) CLXIX. 2.

Paulo Apostolo sub parabolis, nunc apertè, loqvutus Dominus (c) CI. 8.

Paulus Racoci (c) LXXXIII. 10.

Pax dimidiæ horæ (a) X. 50. XII. 25. XV. 39. XXIII. 87. ad pacem media XII. 29. pacis spes qvando XII. 52. XXI. 44. Pax cum Cæsare, liberatio dilata (c) XXXVI. 4. pax terris reditura ante mundi finem, CVII. 17. cui similis non fuit CXLIX. 9. sub vexillo Christi, CCLII. 17.

Peccantes malitiosè damnantur (b) VIII. 17, 18.

Peccatorum conscientia (c) XIV. 15. peccata Drabicii tecta XLIV. 12.

Pecunia Cæsari mutuò data (c) CII. 9.

Pedis visio (a) III. 5.

Penuarium Dei non deficit (c) XLVI. 20.

Pericula Drabicio prędicuntur (c) LXXXII. 3. (& latebra ubi se abdat promittitur LXXII. 3. struëtes ea prostrati, CXXII. 3.

Perseverantes in bono beati (b) VIII. 2, 8.

Personæ tres æqvales (c) CCXXXI. 2.

Pestis ob peccata (c) CCLXXIX. 6.

Pharao modernus prodigia contemnit (a) XXXIV. 4. &c. dimissos filios Edom perseqvitur denuò XXIII. 32. XXXIV. 13. Mergendus ergò (b) XIV. 25. Iniqvitates suas jam implevit (c) II, 13. apud Deum jam prostratus IV. 12. de perdendo illo consilium Dei perstat, VI. 4. processit ad mare usqve XXXVI. 4. robur ejus dejectum in mare XLII. 2. effudit viscera ut Judas, CXII. 5. potentia ejus tanqvam vas figuli conteretur, CCIV. 14.

Piis solatia (a) X. 54. XXII. 11: XXXIV. 18. XL. 17, 66, 71, &c. placent Deo XXVI. 18. sunt peculium Dei (b) XII. 17. Tyrannos ne metuant XIX. 10, 11.

Pileus igne ardens (c) CXCIV. 2.

Piscandis gentibus rete laxandum (c) CCLIV. 5. & CCCXIV. 16. qvia tempus jam adest CCCXXIV. 10.

Pisces duo capti (c) CXLIII. 1: iterum duo capti hamô CCXCI. 2. transmarini super domum Austriacam CCXXXII. 6, 7. Drabicio accurrens piscis CCLXVIII. 2, 3.

Placenta benedictionis (c) CCIV. 19.

Plaga Babylonis (a) X. 32, 33. XV. 21, 22. XVI. 17, 18. & amasiorum ejus

ejus XXXI. 26. venturæ uno mense, die, horâ, XXIII. 81.&c. Effundendæ ab Or. Sept. Occid. Mer. CXXXIII. 6. qvas nemo sanabit, CLIX. 11.

Plaustrum iræ, & benedictionis Dei (c) CCXLI. 4. 5.

Pluviam super Germaniæ terras ruentem vidit Elias (a) XVI. 28. ruit violenter XXII. 5. coacta è nube peccatorum XXII. 9. Pluvia iræ Dei super hostes (c) CCIV. 22.

Poculum æternitatis (c) CCXXIV. 12. 19.

Politicis offerenda pax (c) LXVIII. 20. qverelæ super eos CLXXII. 16. &c. parcendum tamen illis CXCIX. 23.

Poloniæ Regis consilia pacifica ab Austriacis contemta (c) III. 6.

Polonia etiam vorabit Bestiam (c) XLVI. 29. priùs tamen Exercitibus inundanda LX. 2. vastanda CCXXVI. 8. in mare iræ Dei projicienda CCXXXI. 1. potentia ejus dejecta CCLX. 5. ignis in eam injectus CCLXXVII. 15. confusa in ea omnia CCXCII. 10: dissidiis lacera ruet CCCXX. 2. CCCXXIV. 1. tota evertenda, Append. CCCLXXVIII. Regi eorum ob incestum pœna denuntiata CCLXVI. 10. in augustiis constitutus, CCCXXVI. 32. est Grabronis instar CCCXXXV. 6.

Poloni etiam Exseqvutores Operis Dei XLV. 20. confusi, CXCIX. 8. rejecti cum consiliis suis, CCVI. 18. auxilia apud Germanos qværent CCVII. 8. primùm repurgandi cum Cosacis, CCXXVIII. 6. multi propter perfidiam puniendi CCCXXIX. 22. tribulandi aliis in exemplum, CCCXXXIV. 5- 9. in ordinem redigendi CCCXL. 9.

Pomum eridos (c) CCCVI. 10.

Poniatovia Natales, Vita, Mores, (b) Addit. IV. Virgam in cœlo videt, ægrotat (b) *Introitu*: revelata sibi abscondere prohibita VIII. 20. scribere jussa, XV. 36. XIX. 55. XXI. 18. Item ad qvatuor Orbis plagas XVI. 5. Iterum ad Sep. & Orientales XVII. 41. In prælio magno describendo indormit, scriberéqve prohibetur totum trimestre XVII. 18. constringitur, corruit, lamentatur, XVIII. 10. mittitur ad Waldsteinium minaci cum epistola XX. 3. hinc in Poloniam 23. morbis ibi qvoqve exercetur, XXI. 3- 8. & XXIII. 1. clausulam apponere jubetur XXIV. apoplexiâ tangitur XXV. 7. moritur & resurgit, 14, 15, 18-

Populorum magna congregatio (c) CVIII. 3, 9. à tergiversando dehortatio CCCXXIII. 10.

Porta per se patescens (b) II. 2, 3. porta abyssi (c) LXXXVI. 13.

Posonienfibus qvid mandandum (c) XCI. 9. Posonium mittitur videns cum vexillis LXXXIII. 5. inundabitur exercitibus CIV. 5.

Potentum unus in periculo (a) XV. 44. Duo concordiâ ligandi (c) C. 24.

Prædicatores vanitatis (a) XXXIX. 17.

Prædicta evenient contra spem (c) CXLII. 4. omnia, CLXX. 11. cur nondum eveniant CCVI. 19. cur interdum mutari videantur, CCXC. 2, 3. non impleri ea non cogitandum CCXCII. 6. imple-

buntur CCCVIII. 3. non impleri qvædam, cujus culpa CCCXIII. 4. implebuntur tamen omnia CCCXXIV. 10.
Præjudicia de his Revelationibus qvomodo toleranda (b) XIV. 62.
Prælium magnum describitur. (b) XVII.
Prælia sua Deus ipse præliabitur (c) CCCII. 6. Prælium ad Lipsiam XIX. 2.
Pragæ effusus sangvis testium Dei, fundendus hostium qvoqve (c) CLXVII. 8. pars ejus minor incendio vastanda CCCXLII. 10.
Prandium gentibus (c) LXXIV. 12.
Pratum desecandum (c) CCVI. 8.
Preces oppressorum validissimus exercitus contra Babylonem (a) XVIII. 19. preces mandantur (c) XXI. 8. pro Racociis sæpè, sed & rejiciuntur CXLVII. 14.
Preczinsky (c) XVII. 26. & XLVII. 2.
Princeps Transylvaniæ (Pater) dextram Septentrionalibus offerre jubetur (c) VIII. 16. electus ad exscindendum idololatras & D. A. 17. metuit seduci IX. 6. inclinare incipit XII. 14. ut se Septentrionalibus jungat 26. feminæ parienti similis XV. 11, 12. Davidem imitari jubetur 9, 10. honor ei defertur à populis XVII. 9. ad voluntatem Dei se disponit XX. 2. rursumqve titubat XXI. 1. &c. res ejus processuræ asperè, qvamdiu non cœperit vastare Baalitas XXIV. 3. retrocedens cum exercitu XXV. 1. ad exseqvutionem denuò urgendus XXVI. 11. cum metu seqvitur manuductionem Dei XXIX. 18. manuductio ejus Davidicæ similis XXXII. 5. veniendo veniet XXXV. 2. obitus ejus XLI. abierat abductus avaritiâ XLIII. 17. communem causam deseruit XLV. 5. Filii ejus inter exseqvutores LVII. 4, 5. alter initium facere jubetur LXXIII. 9. alter coronandus LXXXVIII. Georgius patris successor: sed ut priùs filium Franciscum eligi curet in Transf. Principem CII. 11. memorabilis de eo vox CV. an iturus? CVII. 20. vocatus *Rex* CXVI. 12. ante alios ad sublimitatem evehetur 13. ad accingendum se monetur CXVIII. 8. metuit eum qvem non debet CXIX. 8. initium facere si renuet, Turca faciet CXXXI. 4. Septentrionales de se reddere certiores jubetur CXLVI. 19. & inire cum Turca & Tartaro consensum CLX. 7. *comminatio illi terribilis* CLXI. 6. & CCXXXV. 10. & CCCX. 5, 6. filius ejus magno in honore CLXXX. 31. cavere sibi monetur CXC. 35. CXCVIII. 16. in Poloniam iturus, sed peractis domi rebus, CXCIX. 6. insufficientiam prætexit - 17. animum à Polonia avertere jubetur CC. 5, monendus porrò CCIV. 25. cunctando rem amittet CCVIII. 13. victoria ejus in Moldavia unde? CCIX. 4. domum Austriacam frustra metuit CXLVII. 16. Rex Hung. futurus, CLIV. 3. & CCLXXVIII. 25. volvit se paulatim CLXIII. 12. initium facere jubetur, CLXXXIV. 15. metum sui incutit CCIV. 43. evasit Victor CCVII. 6. *rejectus ob inobedientiam* CCXVI. 3. *denuntiata illi pœna* CCXVIII. 6, 7, 9. fluctuat cum Matre CCXXXIII. 6. Solatia

latia, si ductum Dei seqvetur, ccxxxvi. 7. *vanitas ejus non servabit eum* ccxlii. 3. celeriter agere jubetur ccxlviii. 5. & Posoniensibus scriberé ccli. 10. si insurrexerit contra hostes, benè illi, cclvi. 9. occasioni ut attendat cclviii. 9. excusationes texit, cclxiv. 10. hominum metus adimetur ei, cclxvi. 22. assumet robur cclxx. 5. qvid concluserit respondet cclxxi. 11. undiqve urgetur cclxxxv. alas ad volandum aptat, cclxxxvii. 3. omnia hæc illi significanda, & cur - 19. undiqve excitatur ccxcvi. 6. fœdus cum qvo inire debeat, ccxcvii. 3. à Septentrione stimulatur, jugum humani metûs dejicit, ccxcviii. 6. 11. exercitum colligit cccviii. 6. *promissio illi cum comminatione* cccxvii. 8, 9. incipere tergiversatur, sed urgebitur cccxxiii. 9. severè ad Hungaros scribet cccxxvi. 7. Consiliariorum fidem sibi obstringit, cccxxix. 15. calceamenta inobedientiæ exuit: excrescent illi pennæ Aqvilæ cccxxx. 4. jam tenet manu gladium cccxxxi. 7. concludet cum Turcâ perdere Bestiam, ibid. v. 13. *Regnum Poloniæ ne affectet: nam malè illi si Turca suspicionem conceperit*, cccxxxv. 8, 9, 10. *Petra frustrà percussa similis*, cccxxxvi. 8. *ut vertumnus restitat*, cccxxxvii. 10. clamoribus cur non excitetur cccxxxix. 33. ibit; sed circumspectando; ibid. 37. *qverela de ejus tarditate* cccxli. 4, 5. Plura de eo, Vide *Racoci*.

Principissa Matri mors prædicta (c) cvi. 2. (Principissa Transylv. junior, cum filio cxx. 2. & cliv. 5) vestitu lugubri visa cxxii. 6. mandata ei facta cxlv. 8, 9. compedibus liberanda clxxvi. Drabicium exhilaratura cciii. 3. Visitatione Elisabethæ visitata, ccv. 5. parum emendavit ccxvi. 4. ob non adornata Turcis subsidia comminatio ccxxi. 4. mandatum de eo novum, cclxviii. 8, 9. agnoscet tandem Opus Dei, cclxxii. 14. à legato Svedico illuminabitur cccxxiv. 16. Filium comitari Posonium usqve volet, cccxxxi. 9.

Privilegia dividuntur (c) cxvi. 2.

Prodigia exspectantes nunc qvid visuri (c) clxii. 6. reqvirentibus ea qvid respondendum cccxxxii. 9-15.

Proditio stellæ cujusdam (a) xx. 52. & Transylvanorum, ccxviii. 6.

Professor æternæ Sapientiæ ccxl. 4.

Promissiones Ecclesiæ factæ implebuntur (c) lxxvii. 2. de colligendis gentibus antiqvitùs factæ implentur clxviii. 5. (plura v. sub *Prædicta*.)

Prophetarum verorum characteres (a) xxxii. 42. subsannari eos nihil novú (c) cxxxv. 9. antiqvi Prophetæ ostensi clvii. 7. adversarios semper habebant clxxiii. 10. fidem raró clxxxviii. 11.

Protestatio contra privata sua qværentes (c) cccxxxvi. 15.

Pseudo-Ecclesiastici perdendi (c) cclvi. 19.

Pseudo-prophetæ qvales (a) xxxii. 2. qvomodo cavendi, 15. cur tam multi, 22. ante Mundi finem non defituri,

ſituri. 27. qvomodo cognoſcendi, 31.

Pſittacus ova ſeptem poſuit (a) XXVIII. 41. &c.

Pueri duo, judicio obnoxii (c) LXIV. alii duo, patrem lugentes, CXVII. 2. placentis paſti CCCXIV. 4. tres formoſi, CCCXXI. 2. (IV. 7.

Puerulus coronam oſtendens (b) I. 2. &

Pulverem excutere jubentur teſtes Dei (c) CLXXIII. 15.

Pulvis pyrius in ore infantis (c) CCVII. 5.

Q.

QVÆSTIONES contemptoribus tres oblatæ (c) CCXCI. 8.

R.

RACOCI, Vide *Princeps Tranſylvania.*

Racociana Domûs exaltatio (c) IV. 30. Racoci Rex futurus, cum conditione Ib. v. 33. ad delendos idololatras auxilio qvem debeat ſumere, ibid. 38. mercede ad opus hoc illi conducti LXXXVIII. 6. & CCLXXXIX. 10. nomen eorum celebrandum per Orbem XC. 5. proteſtatio ad eos facta XCIII. 5. diligentur à longinqvis Nationibus C. 31. Domus eorum luctu implenda CVI. 2. ſuccurrendum illis porrò, CIX. 18. novennium ex qvo eis loqvi cœpit Deus, CXXII. 10. omnia illis ſuſpecta CXXXII. 2. qvot eorum ſuperſunt CLXXX. 22. parvi in oculis hominum, à Deo tamen electi, CXCIX. 22. *Domus eorum deſerta*, CXXXV. 8. feſtinat ad finem CCXXIV. 22. *pœna ei denuntiatur ut domui Saulis*, CCXXXVI. 11. 13. conſilia eorum meliora CCXLVII. 2, 3, apud Deum in pretio CCLXVIII. 11. 12. comminatio propter inobedientiam CCLXXXIX. 14. Corona tamen ei promiſſa, ibid. v. 25. Inſignia ejus mutanda CCCXVII. 8.

Radzivil aliorum exemplo exardeſcet (c) XCVII. 7. diluvium ſiſtere laborabit, CCXXVI. 9. Opus Dei operabitur potenter, CCXLII. 4. ſcribenda ei qvædam CCLXVI. 7. calamum fregit CCLXVII. intimare Moſco qvid debeat CCLXX. 4. Deo ſi obſeqvetur, qvid ſperare habeat CCLXXI. 7. in Polonia exaltandus, CCXCVIII. 12. Regnum *Polon.* cur illi non datum, CCCXXV. 22. 23. fidelitas tamen ejus penſabitur CCCXLII. 14.

Ramus ſine radice (c) CCLI. 2, 3.

Ranæ tres exierunt (a) XXXVII. 7.

Rationis humanæ durities (c) CXIX. 1.

Ratisbonæ expectatio (c) CLXII. 5. ignis ibi accendetur, exiturus in Majo CXCIV. 17.

Reductio diſperſorum (c) CCCXV. 8, 9.

Reditus Exulum ſine Princ. Tranſylvano non futurus (c) XII. 6. nec tam citò XIV. 12. typicè præfiguratus CXXII. 2, 3. paucorum CXL. 9. & CLXIV. 9. colligentur tamen in unum CCCXV. 8, 9. reductis in Patriam informatio datur, CCCXII. 11. Plura V. *Exules.*

Reformatio Jeroſolymæ (a) XVIII. 65. 66.

Reformatio jamjam futura, (c) LXXXII. 6. tum Judæorum, XCIX. 6. tum Mundi totius CXXX. 17. magna orbis reformatio præoſtenſa CXXXVIII. 4, 6. Univerſalis CXLIII. 5. Eccleſiæ

CXLIII.

:. 7. iterúmqve totius Mundi
.1. 9. CLXXXII. 36. qvæ jam in-
:LVI. 14. variè hucusqve fruſtra
:a CCLXI. 17. 26. ergò funda-
ı ejus aliter ponenda ib. 28, 35.
cutere jugum pſeudoſpiritua-
docentur (c) CCLV. 13.
'y *Principibus* mandatum (c)
VII. 13.
undi adverſus invicém conci-
a) XXXIII. 2. & XXXIX. 3.
l. & Sv. diviſio (c) CCXXXIV. 3-5.
m diſſidia (a) XVIII. 71. XXVI.
. (c) CLXXXI. 16.
piorum à ruinis illæſæ (b) XII.
unt puſillus grex. 19. Lothi
:er qvos abbreviabuntur dies
20. triticum Dei perpurgatum,

! hoſtium nihil profutura (c)
II. amovebuntur CLIV. 4. dis-
da CCLVI. 8.
ıdo non procedunt, hominum
(c) CCIL. 6. 7.
tiâ opus omnibus (c) CLXXII. 34.
tio mortuorum (c) CCLVII. 31.
es horum qvi (a) XI. 34. XVI.
XIII. 49. (c) XXVI. 35. XXXVII.
2. & LVII. 2. CXV. 5. CLXXVII.
CXCIV. 19. & CCXLIII. 7.
num harum contemptoribus
ndendi ratio (a) VI. 30. celari
lebent XVII. 6. XXII. 38. Re-
iones extraordinariæ cur nunc
(b) XIV. 64. impreſſio revelan-
m tam firma unde? XV. 19, 20,
ıon abſcondendæ VIII. 20.
:lationes hæ cur non per alium

fiant (c) IV. 28. pars earum in Polo-
niam miſſa, intercepta, & tamen con-
ſervata XVIII. 6. irriſores earum
morte puniti XXV. 13. domeſtici po-
tiſſimùm XXVI. 27, 28. repetitio ea-
rum & explanatio XXXIII. 1. non-
dum cuivis revelandæ XLIII. 23.
evulgari multis centenis exemplari-
bus mandantur, LV. 13, 14. brevi vul-
gandæ, ad excitandum Gentes LXII.
9. modus earum, qvomodo fiant
LXXIII. 2. non diutiùs occultandæ,
XCII. 8. ad 14. & -16. Non cunctan-
dum cum iis CI. 9. ſtatim à Ferdinan-
di tertii morte, CXII. 10. ut hæc qvan-
tocyùs reſciant Ligna CLIV. 14. in-
noteſcent Mundo ut ſcripta Prophe-
tarum, CLXII. 11. deducendæ in noti-
tiam omnibus ordinibus CLXXII. 36.
obſignandæ CXCVII. 2, 3. redeunt
denuò CXCVII. 6. legentur in omni-
bus Nationib. CXC. 30. & CC. 7. auda-
cter annuntiandæ CCIV. 39. Mundo in
teſtimonium ſcribendæ CCX. 14. ad
trutinandum offeruntur Gentibus,
CCXI. 13. legendæ ab omnibus Na-
tionibus terræ Ibid. 22. & CCXLVII.
25. ideóqve nihil his demendum vel
addendum, Ibid. v. 23. publicandæ
primum Latinè CCXXI. 8. CCXL. 7, 8, 9.
omnes ita ut dictatæ ſunt relinqven-
dæ CCXLII. 7. proclamandæ per Or-
bem, CCLIV. 19. ſub cenſuram qvi-
bus dandæ CCLIX. 7. nec ampliùs
celandæ CCLXIII. 22, 23. in alie-
nas cur pervenerint manus, CCLXXVI.
qvorſum mittendæ, ibid. v. 13. di-
vulgandæ ad omnes gentes &

lingvas, CCLXXXVII. 16. citò à Regibus & Principibus per Orbem spargendæ, CCCXV. 16, 17. illicò, illicò vulgandæ, & cur? CCCXXV. 7. 10, 11. relegi jubentur CCCXXIX. 8. enarrandæ omnibus Nationib. CCCXXXI. 32. Vide etiam *Prædicta*.

Rex à meridie cum Babylone in aciem descendit (a) X. 26. alius perniciem sentiet, XXIII. 84.

Rex Hung. futurus (c) CLV. 3, 7. unctio ejus præscribitur CLXXI. 6. qvis sit, CCXLIV. 25. eligendus cum Turcæ consensu (præsente Legato Svecico & Danico) CCLXXXVIII. 5. Rex Poloniæ cadaverosus CCLXXVII. 14. tristis, & veste lacerâ CCCXLII. 1.

Rhythmica oraculi cantio (c) CXXII. 8. & verba, CLXXXVII. cur sic loqvutus Dominus, CLXXXVIII. 15. iterum rhytmicè, CCLXXIV. 20. & CCCXXII. 2.

Roma evertenda funditùs (c) CLIV. 13. fundata super petram lubricam, CLVI. 6. &c. nidus impurus CLXVIII. 14.

Rosa maleolens (c) CCLII. 12. decidet CCLX. 6. abibit cum dedecore ex Hung. CCXCIII. 7.

Rota & pondus desiderantur LIV. 5, 6.

de Rupa (c) CCXCVII. 5, 9.

Rupes ignem eructans contra fideles (a) XX. 63. aqvis absorbenda, Ib. 70.

S.

SACRIFICI idololatræ mactandi (c) LXVIII. 20. & XCVII. 6. ceremonias angulatim peragentes CXXX. 2. revocantur ab erroribus, CCXLVII. 18.

Sacrilegium calicis (c) CCLXXIII. 13.

B. *Sadowsky* (c) CCLXXV. CCLXXIX. 8. CCLXXXVII. 6.

Sagitta iræ Dei (b) VII. 9, 11. obruituræ Moraviam (c) XCVIII. 14. adversus Babylonem jam emissæ, CXXXIII. 4. jam volant CXXXI. 3. super domum Austr. CLXXVIII. 13. jam non resilient CCXXIX. 16. CCLVII. 21. super Ferd. globorum instar cadent CCXCVIII. 7. omnes orbis regiones sonitus earum pervadet CCCXXI. 5. amoliri eas impossibile CCCXXIV. 11.

Sagittæ veloces fieri jubentur Principes (c) LXVI. 13.

Sagittarius ab Oriente velociter veniet (a) XX. 4.

Salis gleba montem versùs tracta (c) CCLX. 1, 3.

de *Salm* reqvirens consilium (c) XCVIII. 16.

Salomo laudatur (c) LXIX. 13.

Salus ex Judæis (c) LXXXVII. 8. annuntianda Nationibus Terræ XCII. 2.

Samaritani cor (a) XII. 46.

Samson hostes sternens, æternam reliqvit memoriam (c) CXCIX. 13.

Samuelis verba cur non cadebant in terram (c) CCXXXVII. 4.

Sanctorum invocatio vana (c) CVII. 10.

Sangvinem Sanctorum ulciscetur Deus (c) CXLVI. 14. fundetúrqve eorum rursum qvi fuderunt CLIX. 5. sangvinis rei sangvine luant CCLX. 16, 17.

Sapientia humana lutum, Dei aurum (c) CXCIV. 8. Sapientiam Dei mirabuntur homines CI. 9.

J. *Sapor* (c) CCLXXI. 16.

Sarcinæ migrantiũ in exilium (b) XVI. 17.

Sa-

Satan obſtat conſiliis Rac. (c) xc ix. 5. ligandus, ne noceat ampliùs clxxxi. 27.

Saul modernus Eccleſiæ afflictor (a) xxxiv. 25. &c. haſtam in Davidem vibrans ictu fallitur. Ib. Corona ejus imponenda Davidi, 26. nuncios expedit, interitum ſibi prophetaturos, 28. ipſe proprii interitûs Propheta, 29. -rejectus propter inobedientiam (c) xvii. 18. tria ei defuerũt clxiii. 14.

Saxoniæ Elector cum exercitu (a) ii. 14. ab alio monendus iii. 26. Animadvertit tempus adeſſe operi (c) cxxviii. 4. ſubminiſtrat materiam, clxiv. 5. Rex. B. futurus ccxxxiv. 28. potentia tamen ejus dejicienda cclx. 5.

Saxum à Machinatoribus in propriam contritionem volutatum (c) cclv. 11.

Scala ſine fulcro (c) cxi. 2. qvid ſit explicatur cxv. 4.

Scarabeus capite truncatus (c) cccxxxv. 3.

Schola cœleſtis (b) iv. & vii. 14. Schola, & Liber judiciorum Dei (c) ccxxxii. 8 Scholarum officia qvæ, xcix. 23. 33.

Scientia humana nihil valebit adverſus ſcientiam Dei (c) cxxxvii. 4.

Scripta Videntis ineptè ab hominibus compoſita (c) cclxxix. 11. alia obtecta, cccxiv. 2, 3.

Scriptura mulier puerum geſtans (a) xv. 34. ſecundum Scripturas omnia xvi. 61. Lectio ejus Videnti mandatur (c) xi. 8. & cur? xiv. 20. item clxiv. 9. ſcrutandæ, & cum Revel. his conferendæ ccv. 12.

Sectas non ampliùs tolerabit Deus (c) xcix. 11.

Secula Mundi qvatuor (c) clxxxi. 14. Confer. (a) vi. 11.

Sedile ex idolis conficiendum (c) cclxxi. 8. Menſa item lxxxviii. 13.

Seducti revocantur in viam (c) clxx. 12, 13. promovebunt opus Dei ccxv. 7.

Senes Apocalyptici (c) clxxxi. 13.

à Septentrione primum auxilium (a) v. 26. Septentrionalis Leo (cum duobus aliis) radices Arboris exſtirpaturus ix. 32. -Olla fervet, xx. 1. 16. Septentrionales convocantur contra Urbem Maoſim xxxiii. 34. reportaturi victoriam xxix. 33. invitantur ad ſerviendum Bovi magno xxxviii. 127. à Septentr. ignis deſcenſurus in Germaniam xxxvi. 48. Septent. cum Orientalibus, *Vide* Orientalis. *Item* Conjunctio.

Septentrionales judicii Dei exſeqvutores (b) ix. 24. cœlitùs inſtruuntur de ſibi agendis xvi. 6, 8. enervantur valdè xvii. 15. divinitùs tamen adjuti vincunt 17- redeúntqve cum ingentib. ſpoliis domùm 24. ſed redire jubentur 28. (qvô mandatô acceptô adorant, 31-) redeunt cum orientalibus ad dejiciendum Ferd. & Papam xix. 29- reſtituendúmq; Frider. 36. Cum Orientalib. exire jubentur horâ unâ (c) xlvii. 14. ſuſcipere Orientales, liii. 5. Opus Dei faciunt alacriter lxvi. 11. ſunt ut Balſamum lxxviii. 8. *ad Viennam cum difficultatibus feſtinant* cxxiv. 13. conſenſus eorum cum Occid. & Merid. cxxv. 8. cxxvii. 5. *Turcæ indicium facere jubentur* cxlvi. 20. afferentes dona Hungaris clxxx. 10.

ſurgunt jam, *adducéntqve Balanam* CLXXXIV. 13. bonum de ſe ſpargunt odorem CCXV.4. cum facibus & candelis venientes CCXXXIV. 23. Tubarum ejus clangor inſonuit ad Auſtrum uſqve, CCCXXIV. 6. alacritas eorum laudatur CCCXXXV. 6.

Sepulchrorum viſio (c) CCLI. 1. ſepultura ſine honore ibid. 5.

Sermones Dei veraces (c) LVI. 2. & dulces CLXXV. 9. implebuntur, tametſi homines non credant CCVIII.2. & CCIX. 2. non fruſtra prolati, CCLXXII. 4. expendi meliùs incipiunt, CCXCI. 5. profundè in Nationibus ceciderunt, CCXCVII. 2. Cœlo & terra ſtabiliores, CCCXXIII. 1.

Serpens in Aſinum converſus (a) VIII.15. ſerpentes nocere neqveuntes XV. 3. Serpens terrâ abſorptus (b) XII. 25, 31. alius minor. 33. Alius piſces vorans XIV. 42. Serpentina conſilia fruſtra (c) CCCXXIV. 7, 8.

Sigillum trinum (b) XVI. 3. XX. 3.

Sigismundus Racoci (c) XXXV. 3. ſucceſſor Patris, ſi in viis Dei ambulaverit XL.3. & XLII.5. incedit capite demiſſo XLIII. 18. XLV. 11. LI. 5. comminatio de auferendo illi cimelio LXIV. 13. de belli ſumptibus ſollicitus LXVIII. 5. inceſſum tentat, LXXII. 5. turbatur literis Affinis, LXXVI.4. in Domo Patris qværendus, LXXXVII. 4, 5. lugubriter veſtitus LXXXVIII.4. XCI.7. privilegia diſtribuens XCII. 1. mors ejus Videnti cur non revelata CII. 3. Frater ejus (Georgius) ſucceſſor CII. 11. diſpoſitio ejus CIII. 4. ſcrupulus de morte ejus eximitur, CIV. 7. &c. CXIV. 8. CLXI. 5.

Signum Virgini datum, lingva ligata & ſoluta (b) VII.17. Signum faciei Drab. impreſſum (c) V. 23. XLIV. 8. aliud XLVIII.17. in manu geſtandum XLIX. 9. in fronte factum LXVI. 15. petitur, nec datur LXXIV. 2. hactenus occultum, aſſumi jubetur LXXVIII. 15. à Principe ſi reqviretur, oſtendendū XCIII. 11. CLX. 6. CCLXXX. 7. in manu geſtandum CLII. 6. CCXXVIII. 14. CCXLIII. 16. CCXLVI. 4. promittitur occultum, CCXXXIV. 14. CCXLV. 19. Cœli ſigna nunc freqventia, & adqvid CCLIX. 11. CLX. 10.

Silendum à facie Dei, judicia ſua exercentis (b) XIX. 34.

Silentium de hiſce revelatis mandatur (c) XVI. 19. & prohibetur XLVII. 8, 23. ſilentii oraculi ratio reddita CXLI. 2. -videnti injungitur CCVII. 2. *unà* cum Adjuncto CCXV. 5.

Sileſia vaſtationē præveniens (c) CCXIV. 14. exercitib. inundanda, CCCXXXIII. 3. Dominus ejus qvis, CCXXXIV. 24.

Sionis filii excitantur ad opus Dei, (c) CXLVI. 12.

J. *Sobek* (c) XXV. 11. & CCLXXI. 17.

Societas Jeſu vera (c) CXXIX. 7.

Sociniani, (c) XCIV. 16.

Sodoma Germaniæ ſoror (a) XXXVI. non æqvè obdurata erat, ut moderni (c) CCXXXVII. 5.

Sol trinus (a) VI.23, 28. ejus per Zodiacum curſus XIX.2. Solis, Lunæ & ſtellarum typis pugna adverſus Babylonem deſcribitur XX. Sol currens rectè perpetuò (c) CLXXXI.13. imitandus, CCCXLI. 9. Sol orient. (Turca) veniet cum robore, CXXXVIII. 16.

Sol-

)CVIII. 13. CXIII. I.
's malè ubiqve prælucentes (c)
II. II:
ortio dupla videnti promissa(c)
II. 15.
affulgens (c) CXVII, 5- operum
ppropinqvat CLVIII.3.
Sponsa Babylonis (a) XII. 23.
œlestis formosus (b) III. 7. II.
re cum sponsa sua coronatio. 17.
iæ illorum, XV. 3. Sponsæ orna-
a XV. 23. Sponsus æternus de-
at sibi totum humanum genus
c. 2. &c.
de oculis nationum cadunt
, 5.
peccatorum mari misericordiæ
luitur (c) LXXX. 6.
rifariam divisum (c)CIX. 3. ægrè
ungaria texitur CXLVIII. &c.
titum, CLXVII. 2. stamina o-
Dei parata, CCXLIII.4. à Septen-
e jam texi incipit, CCLXXXVI.
rgenda (c) LIX, 4. æqvilibrium
nventum CXXVIII. 2. falsa hu-
de rebus judicii, CCIV. 4.
abylonica (a) XXXI. 2.
bylonica (a) XVII. 6. in cauda
onis XXI. cadens in terram ex-
horrendam procellam, 9. Stella
thii XXIV. 32. commotio stella-
XX. 54. una inter cæteras moli-
oditionem XX. 52- Meridiona-
llæ lapsus XI. 14. Stellæ septem
? (c) CLIII. 18.
m inordinata vita (c) CLXXII. 25.
omnibus non potest (c) CCCXXX-
8, 19.
ndens Ilaviensis (c) CCLXXVII. 9.
æsaris & terrarum ejus flagel-
lum (c) XXVI. 15. lassati discordiis mu-
tuis XLIII. 6. sibi tantùm prospicien-
tes, XLV. 7. Rex eorum cum Regina
LIII. 3, 4. *auxilia ab eo mittenda Raco-
cio* LXXII. 6. personæ ejus visio. CXXVII.
4. *junctus Mosco & Radzivilio* CCCVII. 4.
Exercitus ejus congregatio CCCVIII.
5. parum habiturus resistentiæ CCCIX.
6. *progreditur feliciter, tametsi retarda-
tur*, CCCXVIII. 5. *nuntianda ei qvædam*,
CCCXIX. 6. (& *Meridialis*.
Sylva magna exusta (b) XII. 6. vide *Italia*
Symbolum dilectionis Dei (c) C. 23. gen-
tibus datum CCXLV. 10.

T.

TABELLARIUS è Polonia (c) CCCXI. 3.
CCCXVI. 4.
Tabula mortis (b) VIII. 13. Tabula cum
inscriptione G. R. (c) CIV. 14.
Talionis pœna (c) CCLIV. 15.
Tartari (b) XIII. 45. (c) XLV. 20. & 140.
8. & CCLXX. 4.
Theologi antiqva volumina evolventes
(c) LXXXVI. 2.
Thesauri duobus locis inveniendi (c)
LXVIII. 13. Christi thesaurus electi,
CCLXIII. 31.
Telam Dei texentes servi (c) XCIV. 1, 5.
Templum Salomonico gloriosius (c) CLIII.
15. rudera Templorum Evangelico-
rum ad Deum clamant CLXXXVI. 6. so-
lemnitas Templi dedicati, CCCXV. 2, 3.
Tempus, tempora, & dimidium temporis
(a) XVI. 15, 34. - Babylonis abbrevia-
tum XXXI. 25, 30. adversùs tempora
mala præmunitio XXXVI. 35, 38 - tri-
bulationis in lætitiam convertenda
XXIII. 23. Dei tẽpora diversa à nostris
(c) XLV. 14. & CCX. 8, 9. CCLXXXIV. 9.

Tempus, temp. & dim. temporis effluxerunt LIX. 4. CLXXXI. 28. Dei velocissimè currunt CCXXXI. 7. jámqve adsunt, CCXLVIII. 2. tempora apud nos tria, CCLXII. 8. jam venerunt CCLXVI. 24. tempus super tempus agendi Opus Dei, CCLXXXVII. 9. perdendi idololatras jam adest, nec aliud exspectandum, CCCXXVI. 16.

Termini idololatrarum decurrunt (c) XV. 8. Domui Austriacæ transeunt. XIX. 4. adsunt, LXI. 8, 9. breves, CXCVI. 2.

Terra ad sementem arata (c) CXLVI. 1. bellô, peste, fame, lustranda, CCCII. 3. est Dei tota CCCXVII. 13.

Testamentum morientis Matris, Ecclesiæ Boh. (c) CCLXXI. 2.

Testes Dei nunqvam sine cavillatione CCXLII. 14. moderni duo, CVII. 14. mandatum illis, CCCXXX. 12. pulverem excutere jubentur, CLXXIII, 15. convocaréqve Gentes CLXXIX. 10.

Textor stamina trahens (c) CCXLIII. 2.

Tibiscum transiens Princeps (c) CCCXVII. 4.

Titio ambustus, januáqve ad eum patens (c) XXX. 10- cum arundine maturuit, CCLXXVIII. 5.

Tonitrua septê loqvuntur (a) XXIV. 54. &c

Tormenta iræ Dei (b) IX. 31. Tormentum explosum (c) CXX. 5.

Torrens iræ Dei (c) CXCIII. 3.

Trans-Danubiani (c) LIX. 16. CXLVI. 4. citò informandi CXLVIII. 11. & CCXLIV. 2. de voluntate Dei certiores reddendi CCLXIV. 10.

Transitus in Hung. muniendi (c) CXXIV. 5.

Transmarinorum laus (c) XI. 11. ad agendum excitantur CLXXX. 36.

Transylvanis difficilis processus prædicitur, CCCXIV. 9. tergiversantur metuentes mutationem CCCXXXIX. 34. proditiones eorum contra Rac. CCXVIII. 6.

Trianguli visio (a) II. 5. 8. Trianguli formâ epistolæ complicatæ (b) XV. 20. XVI. 13. & liber, XIV. 9.

Tribulatio magna (a) III. 24. qvamdiu duratura XV. 41.

Triticum Dei electi (b) XIV. 49. 51.

Tri-unitatis divinæ mysterium (b) V. p. t. & XIX. 2. 11. è Scriptura detectum (c) XCIV. 18. &c. & in Creaturis ostensum, CLXXXII. 14. Vita Tri-unitatis æternæ CCLXXIV. 2. Opus *Trinitatis*, LXV. 11.

Triumphus in cœlo de judiciis Dei (b) X. 25

Tubæ septem clangunt (a) XXIV. 24. Tuba convocans Gentes ad perdendum Idololatras (c) XXIX. 14. ultima L. 8. festinanter mittenda ad *Septentrionem* LIV. 7. LV. 10. formula ejus clarè præscripta CLXXXIV. 4.

Turba Gentilis abominabiles *actiones* (c) CXXX. 3.

Turca ipse venturus ad promovendum celeriter opus Dei (a) VI. 14. XV. 26. XIX. 16. mercedísqve loco reportaturus lucem Evangelii, II. 12. XV. 27. 28. 35. XXXVIII. 43. XXXIX. 21. librum fœderis jubet à spurcitie repurgari, App. 1. Rev. 1. Adjutor erit in evertenda Vienna (c) II. 26. nihil sine Principe Transylv. facturus, XII. 17. oculos eorum aperire incipit Deus XIV. 16, 17. cum Tartaris exseqvutor operis Dei, XLV. 20. transitus ejus per Poloniam XLVI. 31. conversio eorum qvando, XLVIII. 9, 10. media pro-

mo-

moventia eam, LXXII. 9. & XCIX. 8. primi illuminationem accipient, CXXXVIII. 17. cum Tartaro Principi Transylv. se jungent, CXL. 8. incipiet cum Tartaro, si Princeps detrectaverit, CLIX. 8. per Transylvanum illuminandi, CCLXXVIII. 25. excitandus contra domum Austriacam CCXCII. 3. gladio oris vincendus CCCXXXI. 18. nulla humana vis ei resistet, CCCCXI. 8. ad concilium vocandus, 9. Plura vide in *Orientalis*.

Turris præcelsa cadit (c) CCLXXXII. 1, 2.

Tyrannorum dejectio, passim: imprimis (b) XIX. 12.

V.

VÆ Germaniæ (a) X. 44. v. *Germania*. *Væ* super Bestiá (a) XXIV. 38. 44. 79.

Væ impiis (b) VIII. 12. & IX. 21.

Væ Bohemis & vicinis eorum (c) III. 10. Hungaris, LXXI. 2. 5. Antichristi satellitibus, CXIX. 4. impiis & ingratis, CLXXXI. 7. Mundo, super qvem ignis iræ ardet, CXCII. 15. Polonis & Cosacis CCXXVIII. 13. omnibúsqve aspernantibus consilia Dei, CCCXXXVI. 4, 5.

Walachus à Transylvano superatus (c) CCCXXIX. 16.

Waldensium occisio occidet Papam (c) CCCXXXI. 24.

Waldsteinius Tyrannus (b) XX. 3, 4. admonetur pœnitentiæ, 5. irrisit monita Dei, v. 8. (*annot.*) mactandus, nisi intra certum terminum sese convertisset, 9. qvi terminus Virgini detectus, interitusq; illius seqvutus. *Addit.* III.

Valles sangvine fluent (b) XXI. 13.

Vanos cultus non ampliùs tolerabit Deus (c) CCXLIV. 20.

Vas vetus terrâ erutum (c) CLXVIII. 2. figuli confractum CCXVIII. 2.

Vasculorum pulcherrimorum visio (c) LXXXVI. 6.

Vaticinia Carolosteinii invenienda (c) CCXXXVI. 9.

Velocitas judiciorum Dei super Babylonem inaudita (a) VIII. 48. XII. 22. XV. 48. 53. XVIII. 2, 6. XXII. 39. &c. Item (b) VII. 9, 12. IX. 18, 23. & XIII. 44. & XIV. 57. & XVI. 21. & XVII. 4. *Velocitas Exercituum citò volantium* (c) XXXV. 1. operis Dei contra Bestiam velocitas incredibilis, XLV. 19. & LX. 4. velox exseqvutio consilii Dei mandatur, LXXVIII. 11. & CIV. 3. qvia tempora adsunt CLXVIII. 20, 22. cursu rapidissimo præfigurata CLXX. 2. & CLXXX. 17. CCCII. 20.

Venatores emissi contrra Bestiam (a) XVI. 33. XVII. 23, 24. XXIII. 114.

Venefica exurendæ (c) CXXXIX. 8.

Venti excitati contra Babylonis turbinem (a) XVIII. 14. *Venti* furoris, & undæ Exercituum evocantur (c) CXLVI. 8. judiciorum Dei flant CCLXXXIX. 9.

Verbum Dei malleus (c) CV. 2. & veritas, CLX. 4. Samuelis tempore non cadebat in terram, CLXXVIII. 21. ne nunc etiam cadat videndum CXCII. 13. sed non cecidit, neqve cadet in vanum CCIV. 9.

Veritas lumen (a) XXXV. 6. victoriosa (c) CCXI. 25. triumphabit in æternùm CCLXI. 41.

Vertumni Deo displicent (a) XXVI. 20.

Vespasianus vastabat Judæos (c) CCCXXXI. 18.

Vespera

Vespera Mundi appropinqvat(c)cccxxvi.29. nec procul abest, cccxxxix.22.
Vestis nova, veteribus disjectis (c) ccxxii. 2.
Vexillum victoriarum erigendum (c) lvi. 7. Evangelii explicandum, cclxxxvii.15.
Wiezník & *Iakartowský* (c)ccxcvii.7.
Via & ostium ad Christum (c) cclvii. 37.
Vienna calcanda ut Jerusalem & Samaria (c) iii. 8. evertenda xxxvii. 6. festinandum ad eam lxxvi.9. habitatoribus ejus promissum lxxvi. 10.contentio de ea cvi. 12. capienda, totô inspectante mundô cccxxvi. 9. ante reductionem Exulum cccxlii.9.
Vindemia terræ (c) ccxcii. 2.
Vindices contemptûs Dei(c)clxxvii.7. vindicibꝰ Ecclesiæ merces promissa.cclvi.13.
Vindictam cœlum clamat(b) ix. 10.& omnia (c) cccxxiv. 9.
Vini potus videnti interdictus (c) xxx. 14. moderatus usus lxxii. 12. & iterum interdictum ccxxxiv. 15. & ccxlvi. 4. cclxxxiv. 8.
Vinum à Septentrione fervescens (c) ccxciii.2,3.
Vir pedibus aheneis,&manu chalybea(a)xvi. ii. cum resonantibus femoribus & tinnientibus humeris, ab Orient. & Septentr. adducendus xxii. 6. ejectus à Bestia, cui ignem in nidum conjecerat, denuò redit, & Bestiæ spicula substernit,xxxix.64,65. Viri tres Bestiæ vulnera frustrà sanantes xxxviii.5.& xxxix.57. qvidã in propriũ gladiũ ruiturus xxiii:104: ex Bove magno factus xxxviii.& xxxix.51.VirCalicem iræ in impios effundere paratus (b) vii.4.alius gladio exterminare perversos, 6-alius Sagittâ conficere sceleratos, 9. Vir vulneratus& occîsus (c) cccxxxviii. 2. Viri graves per urbes Hungariæ lxxviii. 12.viginti qvatuor constituendi,clxxxv.3.
Virga Dei Babylon(a) xvi. 21. Virga in cœlo visa (b) *præfat.* & III 6.
Virgo, victoribus infantem è nubibus productura (a) xix.20. Ad conjugium solicitata (c) cclxix. &c.
Visca lignorum Dei (c) xlvi. 7. ad ex tionem convocantur lvi.4.
Visio triplex, non explicata (c) xcv. c sionibus his qvid agendum(a)xi. 3
Revelationes.
Ulmæ judicium vallis Josaphat(c)ccx 9. Papa & Ecclesiastici Elect. deji cclxxviii. 23.
Ulna, qvâ mensus fuit Leo, exuritur(a 46. ex cujus cinere fit speculum, 4 sum & dimissum ad 4 mundi plagas
Ultima tempora, & mutatio (c) cclx
Ultionis tempora adsunt (c) clx.5.
Unicornis ab Oriente, contra Domu (c) lxv. 6.
Unguentum potentiæ (b) xv. 12.
Unitas Dei (c)cclxii.9.mirabilis cc i. Unitas Ecclesiæ Boh. cclxvi. ordinem suscipient Nationes,xlvi
Volatus super Arbores (c) cxcix. 2.
Voluntatem Dei invitè facientes, ing xvii.16.
Vox à qvatuor Mundi plagis contra Austriacam (c) ccxxxiii.4. Vox capitur ab hominibus cclxxxix. ces tres contra Meretricem(a) Ap Rev.11.2. &c.
Urbibus Hung. liberis nomine trium qviddam significandum (c) lxxxi
Urso infligendus à Leone colaphus (a Ursus cæsim petendus xvi.4.
Usetinensium clades (c) xxii. 7.
Uxor Drab. Deo diffidens (c) cxxii.

Z.

Zachæus (a) xxxvii. 23.
Zelus Dei ardens contra Gen cxc.28.
Zizania exterminanda (c)lxxxv.4.s evellentur cccxxxix. 22.
Zodiaci signis typicè adumbratus sexti cursus(a) xix.
Zorobabel (c) ccxviii. 12.
J.Zyt. ccl. 27. cclxxx.2.cclxxxiii.

FINIS.